DISQVISITIONES PLINIANAE

IN QVIBVS

DE VTRIVSQVE PLINII PATRIA, REBVS GESTIS, SCRIPTIS, CODICIBVS, EDITIONIBVS, ATQVE INTERPRETIBVS AGITVR

AVCTORE TRIBVNO MILITVM

ANTONIO JOSEPH COMITE A TVRRE REZZONICI

PATRICIO, J. C. C. ET DECVRIONE NOVOCOMENSE

EQVITE ORDINIS SANCTI JACOBI,

SERENISSIMI REGIIQVE PRINCIPIS

FERDINANDI

HISPANIARVM INFANTIS

&c. &c. &c.

HONORARIO COSMETA, REGIAE PARMENSIS ARCIS PRAEFECTO.

TOMVS SECVNDVS.

PARMAE EXCVDEBANT BORSII FRATRES

ANNO VVLGARIS AERAE

SEXAGESIMO SEPTIMO SVPRA MILLESIMVM ET SEPTINGENTESIMVM

SVPERIORVM PERMISSV.


FERDINANDO
Infante di Spagna Duca di Parma
Piacenza Guastalla. ec. d'anni XV

SERENISSIMO . REGIOQVE . PRINCIPI
FERDINANDO
HISPANIARVM . INFANTI . PARMAE . PLACENTIAE GVASTALLAE . DVCI

Antonius Joſeph Comes a Turre Rezzonici

D. N. M. Q. E.

N*OMINI Tuo inſcribens, Infans Sereniſſime, maximam Plinianarum Diſquiſitionum partem, jam Tibi devotam praeſtitutamque, cum Regio Avunculo priora volumina dicabam: fateri cogor hoſce libros, diutius fortaſſis quàm par erat in typographi officinâ delituiſſe. Opus triginta ſex ab hinc menſibus evulgandum fatales anni & caſus penè ad interitum oppreſſerunt; atque ego*

ipse ex gravi diuturnoque morbo infirmus, vix post multum temporis convalui. Vtinam, Serenissime, Regieque Princeps edentis moram, juvantis pensaret utilitas. Opere enim dum inquies animus pascebatur, novi secundâ hâc in parte multò plus laboris adiisse quàm putabam; cum omnium rerum, quae in Caelo, & sub Caelo fiunt, eum gnarum esse oporteat, qui Plinium intelligere, multòque magis (sublatâ exscriptorum oscitantiâ) castigare desideret. Jactâ tamen aleâ, proposito stadio erat decurrendum: Tuque, Clemens Domine, qui Mathematicas & Militares Disciplinas in prima aetatis flore, veteris Historiae facta, Geographiam, Musicam, Picturam: quodve magis est, Principis erga subditos officia, apprimè nosse cupis: haec omnia a Nobis tractata, & Pliniano (ni fallimur nitori) restituta invenies. Eo satus genitore, cui me infinita propemodum debere profiteor, nil mirum, si Tibi cunctarum obsequium, existimationem, atque amorem benefactis vindices, cum indolem ad optima quaeque peragenda compositam acceperis. Id enim boni ex dilatâ pressione, lucubrationibus meis accessit; ut quae Tibi Juventutis Principi inscribenda erant, nunc Rerum Domino offerrantur: quaeve a Te facienda sperabam, in praesentiarum penè absoluta, absque ullo adulationis impendio, tutèque valeam celebrare. Nunc probè intelligo, quâ ratione tantùm in utrâque linguâ profeceris; iisque Gallicum, Hispanicumque cum patrio idiomate politissimum addideris eloquium. Magna jam septennis portendebas, cum in tuâ veteris Aulae regione inferiores Parmensis agminis duces Rei bellicae palestram constituebant. Tunc grammicis deformationibus operam dabas: sed quis Te adeò processurum judicasset, ut Parmensem, Placentinum, Guastallensem agrum in elegantissimam formam describens: horum specimen Leviro Asturûm Principi mitteres, unde Patrui Regis, Infantûm; imò totius Hispanicae Aulae admirationem tabulis conciliares? Sciebam Te musicâ delectari; sed quis FERDINANDVM in hâc scientiâ epoptam evasurum credidisset, ut non modò fidiculare organum tantâ elegantiâ pulsares; sed quot in diesi, in apotome, atque in tono commata supputans: diapasôn harmoniam assequereris; atque refluo metro idoneas voces reciproces, unde praecipuum opus succentivis instrumentis egregiè committatur? Interim dum obstupescunt Phonasci: FERDINANDI rhytmi a viris nobilissimis humili prece sollicitantur. Flores, animalium, hominumque figuras eodem tempore de-

li-

lineabas: has nunc scio graphidis exemplaribus Abavi Delphini, & Aurelianensis Principis, Galliae administratoris additas in Regiâ Parisiensi bibliothecâ asservari. Cum lineatum opus illustris Eques ac Pictor reciperet, jure affirmabat, nusquam Artes desidiâ perituras sospite FERDINANDO. *Optimis traditus praeceptoribus politioris literaturae & mathematicae studia igneis ballistis, bellicis tormentis, & catapultaribus mortariolis jungebas; arcemque compactilem politis conflatam trabibus, nunc propugnaculo, nunc loricâ, nunc lunari munimento firmabas; ipsiusque Navalis Rei peritiam assecutus: transtra, columbaria, carchesium, statumina, epidromum, scalmum, & tonsam: demum minutissima quaeque distinguis.*

Oblivisci non possum quâ dignitate, officiisque Regium Caballiacum Principem exceperis; quove delectu militariter gravis de rebus omnibus ad bellum spectantibus disserebas, duobus ab hinc annis tertio Non. Septembris, cum nobilissimo stipati comitatu Regiam hanc Arcem intrastis, ubi Praetoriana Legio imaginarias, sed veris simillimas pugnas conserebat. Laetare Italia, quòd geminos edideris Principes, qui in tantam spem adolescunt; Tuque felix Parma, quae tales Juvenes generis humani decora uniter contemplabaris. Difficilimis subinde temporibus, Princeps Optime, Rem frumentariam annonariâ lege sublevasti; largitisque Populo alimentis, cum Trajani munificentiâ certans, non Velejatibus tantùm, sed Parmensibus, Placentinis, finitimisque Regia horrea aperuisti. Tu comparatam a Parente doctissimo insignem bibliothecam in immensum adauges; decretoque Genitori monumento Rem publicam facis. Tu Augusti aemulus Parmam Regale oppidum, cum pené lateritium acceperis, marmoreum relinques; detectisque in Parmensi lapidicinis, marmora non aliundè (ut antea) sed in patrio solo quaerenda indicasti. Interim superbas Viridarii aedes a I. Rainutio extructas, amplificatis alis, tertiâ additâ contignatione, elevatisque tectoriis ad eum ducis splendorem, unde Tibi, futuraeque Regiae Sponsae Augustalis hospitii vices abundè praebeant. Sed quisnam dum haec commemoramus, martialis bombus aëra secans, e Viridarii prato ad Regiam hanc Arcem pervenit; totoque sequimense, repetitis fragoribus aures nescio an feriat, an delectet? Salve, atque iterum salve, FERDINANDE, *Imperator antea quàm miles: Tu intra Regii horti septa bellicas*

om-

omnes evolutianes eâ jubes conſtantiâ, ut veteranis pugnae inſtructoribus ſuſpiciendus, geminum eodem tempore Regis Galliae Oratorem, externoſque Duces firmitatis & elegantiae laudatares inveneris. Sive pedeſtris, ſive equa inſidens aciem explices; ſive praelium cum hoſte committere, ſive receptui canere praecipias: Te dignam Pbilippis Avo, & Parente: dignam Magno Henrico Tritavo pralem oſtendis, qui parili aevo baec ipſiſſima ducentis ab binc annis obibat. Miremur unigenam ignearum balliſtarum exploſianem, ſive per integrum agmen, ſive per manipulos fiat; pluriſque faciamus, ſi collimata ignaria ad FERDINANDI nutum obmuteſcunt. Sunt, qui Vrbem oppugnant, quive a defenſaribus repelluntur: partim ſeptum dalant, partim caſtrenſem deducunt faſſam; omneſque Principis capeſſunt juſſa, quauſque illuſtri pulvere ſordidi, Regiam banc Arcem repetentes, novas ſibi comparatas ſtatianes, & majares a FERDINANDI mente canceptas intuentur. Tu, interim, Princeps egregie, immani ſumptu moenium ruinam inſtaurasti, ſacram aedem parietibus undique munitam, novis auctam laravii, camerâ lapideis farnicibus impoſitâ, militibus tutam, & commodiarem reddidiſti. Sed quid baec memaro? Tu per inboſpitos montes, nullis difficultatibus deterritus viam (quam Ferdinandaeam jure appellabo) e Segeſtini, & Tigullienſis agri finibus ad Padum uſque ſternis; unde per Ligures ad avita Hiſpaniae, Galliaeque regna pateat commercium; imò (breviùs dicam) ut Aemiliae maria cuncta fructuaſis vebiculis importes. Magni Plinii ſententias imitatus, cum Sororis filia finem epiſtolae faciam, ne biſtoriam ſcribere naſutiſſimis videar. Tu interim Avunculi, & Saroris filii ſcripta perlege, ut exactam rerum omnium cognitionem adipiſcaris. In Junioris Plinii panegyrica ad Trajanum, atque epiſtolis vera Principis, & civis afficia invenies: in Naturali biſtoriâ Orbem ſcientiarum, quem Graeci ſub Encyclopaediae namine camprebendunt. Naſcis enim jamdiu Hermolai Barbari, Alexandri Benedicti, aliarumque in ſciolos objurgationem: indoctus eſt, qui Plinium non legit, indoctior, qui lectum contemnit, indoctiſſimus, cui non ſapit. *Faxit Deus Optim. Maximus, ut Te lango annorum curricula ſoſpitem, atque incolumem ad communem amnium utilitatem intueamur.*

Ex Regiâ Tuâ Arce Parmenſi Tertio Non. Septemb. Anno ſexageſimo ſeptimo ſupra milleſimum & ſeptingenteſimum.

REZ-

REZZONICVS BONIS.

QVibus ex cauffis fecundum hoc Difquifitionum volumen, tribus ante annis concinnatum, itemque meliori ex parte impreffum, publicae luci in praefens tempus folumodo emergat, longum effet referre. Abfoluto typographo culpam in me transferant legentes, cum tot tantifque negociis ac morbis implicitus, non unicâ vice dubitaverim, quod commentaria haeres auctoris loco, edere cogeretur. Interim boni confulant, rogo, ubi rem quafi ex integro perfectam tardiùs recipiant; cum XI. hifce libris fructuofam materiam, & maximè utilia Plinianis Difquifitionibus congefferim.

Primum volumen, ac duo fequentia prodromi veluti loco illuxerunt: Tabulae Plinianae, Veterum de feniore Plinio teftimonia, & praefertim geminae adoptivi filii Epiftolae, novis animadverfionibus illuftratae quartum librum: ipfius Plinii vita quintum: titulus, ordo, & fides, quibus opus fuum Plinius vulgavit fextum: refutatae cavillatorum accufationes feptimum perfecerunt. Reftabant emendationes, & felecta quaedam tentamenta, ut Naturalis hiftoria priftino redderetur nitori: hâc de caufsâ auream ad Titum praefationem integram, italicâ aemulatione ornatam fequenti volumine exhibuimus. Haec omnia primus Tomus complectitur. Quem modò vulgamus, ubi intrent Lectores candidi, infiniti laboris collationem a nobis peractam fateantur neceffe erit; cum loca nobiliffima ex XXXVI. Naturalis hiftoriae libris delegerim, quibus medicinam facere curavi; idque nono volumine: Plinianos codices undique collectos decimo: edita Naturalis hiftoriae exemplaria, & varias illius aemulationes undecimo, ad tam ingens conftruendum aedificium caementi loco exhibuerim. In primo Tomo animadvertendum, quòd nonnullas Plinii fententias retuli, prout in Harduini impreffione apparent, cum nondum ad illarum reftitutionem deventum effet. Id autem iis tantùm in locis accidit, qui fecundario afferuntur, & novae difputationi anfam praebuiffent, ubi texturam emendaffem; nam pleraque fcitu digniora, etiam extra ordinem reftituta, Lector inveniet.

Cum Plinianas caftigationes digererem Mediolani, tunc Pertufatino & Ambrofianis codicibus ufus fum: Romae Paffionaeo, & Vaticanis: Neapoli Carbonarino: Auguftae Taurinorum Regiis: Lucae Florentiniano, & Ecclefiae Divi Martini: Mantuae Carpetanorum, atque apud Efcorialem Regiis: Toleti Capitulari Ecclefiae attributo; unde hâc de caufsâ velim, quòd laboris conftantiam potius legentes laudarent, quàm exemplarium varietatem, nullâ itinerum habitâ ratione, infectarentur.

Luftrica praenomina, & gentilicias appellationes dum Latiali redderem eloquio, praepofitam ubique methodum fecutus fum, cum eo pacto Romana adjecta fit terminatio, ut ab omnibus dignofci poffint. Caeterum, cum aliis di-

ver-

versa placeant, & nonnulli suis in nominibus reprobatam a nobis consuetudinem amplectantur: annotationibus vulgares gentilicias appellationes subjeci, ne modica differentia legentibus aliquam pareret difficultatem. Nemo tamen me arguat, quòd in ipso operis fronte *Ducis* vocabulum usurpaverim, quando alibi longè diversâ significatione ab antiquis prolatum affirmavi. In eâ adhuc versor sententiâ: verùm cum usus inoleverit, ut qui patrio idiomate ab Italis vocatur *Duca*: latiali Neotericorum eloquio *Dux* appelletur: cum hanc methodum recipiant doctorum plerique, atque illi penes quos potestas & loquendi residet norma: optimum duxi repudiatum alias vocabulum receptae consuetudini, ceu postliminio, in nuncupationis exordio restituere.

LIBRO IX.

Totius operis ratio innuitur. Ex XXXVI. Naturalis historiae libris nonnulla scitu dignissima restituuntur, atque illustrantur. Ex II. Plinii volumine caelestia quaedam, terrestria, & prodigia. Ex III. Geographica ad Hispaniam, Galliam, Italiam; ubi Velejatium situs, & vici novissimè perquiruntur. Plurium insularum: Cispadanae, & Transpadanae provinciae: Padi, Tiberis, amniumque in eos influentium: Laevorum notitia. Ex IV. Phocidis & finitimorum populorum locus: Danubii ortus & lapsus. Sequani, Raurici &c. Durius maximus Hispaniae amnis. Ex V. Mauritania: Atlas mons: Tingitana, & nonnullae Africae provinciae. Ex VI. Armenia. Ex VII. L. Cofficius mutatus in marem. Homo incerto genitus spatio. Difficillima atque adhuc intentata restitutio ad Vestiliani, ejusque viros & filios pertinens: nonnullorum staturae, ac velocitas cursus. Pompeii Magni tituli & statua. Sulpiciae laus. Immodica precia. Lampidus Lacaedemonia. Epigramma in laudem Josephae Bavariae Principis, Josepho Caesari nubendae. Census a Vespasianis Imperatoribus peractus, ubi aetas edentium, & insignis ad Velejates locus spectans verae lectioni restituitur. Rerum inventores: Plinius adversus Matthaei Canonici accusationes defensus. Ex VIII. Elephantis, Leonis, Hyaenae natura. Buffonius perperam Plinium accusat. Cervos Africa Romanis nota non gignit. Chamaeleontis historia egregiè a Plinio tradita; unde nullo jure in illum neoterici quidam insurgunt, & praesertim Vallisnerius. Gausapa, Amphimalla, Triclinaria Babylonica. Ex IX. Orca a Claudio Principe capta. Pristis, Balaena, Vitulus: Thynnus, Silurus, Esos, Attilus, Clupea. Quinam Silurus, & reliqui. Contra Harduini multorumque opinionem Silurum esse, quem neoterici *Sturionem* appellant, probabili conjecturâ disceptatur. Caesaris Augusti augurium. Accipenseris nomen quale sit neotericum ignoratur, quamvis certè non sit Sturio. Ex X. Struthiocameli, Phoenix, Hirundines, Ciconeae, Gracculi monedulae. Inimitabilis Pliniana Lusciniarum descriptio. Turdus, Sturnus. Corvi funus. Ex XI. Insectorum inquisitio: Aestiva mellatio. Stelliones: C. Marii constantia. Ex XII. Arborum laudes. Quâ ex causâ Galli sese Italiae superfuderint. Cinnamomum & Casia. Salmasius non aequo jure Plinium vexat. Ex XIII. Gracchorum monumenta apud Pomponium Secundum, qui falsò Veronensis, & Plinii affinis dicitur. Sybillae libri. Ex XIV. Vini gratia ex fornacibus Africae: Raetica, Vlla Veronensis agri, Arvernum, Sequanum, Helvicum. Annus Virgilii obitus restitutus. Vina Praetutia, Anconitana, Caesenatica, Falerna: quaenam a Plauto lau-

laudata. Ebrietatis mala: Tiberii pessima institutio. Parthorum in bidendo intemperantia, Alcibiadis, Novellii Torquati, L. Pisonis. Ex XV. Cato quâ ratione Carthaginis ruinam sollicitavit. Trebia, Thrasimenus &c. Restitutio adversus Nicolai Heinsii, atque Harduini sententiam. Mora Ostiensia, & Tusculana, Vnedo, Cerasi, eorumque varia nomina. Ex XVI. Civicae coronae, murales, vallares, aureae, rostratae: quibus ultimis celebres M. Varro, & M. Agrippa. Larix, Abies admirationis praecipuae, & navis (quae jubente Cajo Caesare Obeliscum in Vaticano Circo statutum advexit) a Claudio Principe ubi demersa. Ex XVII. Arborum precia: L. Crassus, Cn. Aenobarbus. Q. Catulus, C. Aquilius, eorumque Aedes. Plagae quâ ratione in arboribus faciendae. Putatio. Erucae. Arbores natae in capitibus statuarum, & in arboribus alienae. Ficus in lauro, Palma in basi Caesaris Dictatoris, & bis in Capitolii capite. Quâ ratione rigantur Vina asperiora, & irrigationis beneficia. Ex XVIII. Agriculturae laudes: Reges, & Magni Duces de illâ scripserunt. Magonis volumina Senatus Romanus in latinam linguam jussit transferenda Decimo Silano. M. Varro LXXXI. annum agens de agriculturâ scripsit. Artopta quid sit. Ateii Capitonis nomina, atque aetas. Arationis, atque occationis praecepta. Ex XIX. Lini perficiendi usus diversi. Regio Alliana in Laumellinae tractu latet: Retovina huic proxima. Caesar Forum Romanum intexit. Ex XX. Cibi humani: qui brassicam celebraverint. Ex XXI. Hortorum coronamenta, Strophia. Juliae Augusti filiae licentia, & patris dolor. Ex XXII. Naturae & Telluris comparatio. Vestium inficiendarum usus. Ex XXIII. Pomonae partes medicae. Ex XXIV. Aproxis radix juxta Pythagoram ex longinquo ignes concipit. Cleemporus, Democriti Chirocimeta. Ex XXV. Pompejus Lenaeus transtulit in latinum sermonem Mithridatis commentaria. Britannicae herbae vires. Ex XXVI. Lues nova, quae in Italiam irrepsit, importata a quodàm Perusino, vel Persino equite Romano. Hippocrates, Diocles Carystius, Praxagoras, Chrysippus, Erasistratus, Herophilus de herbarum viribus scripsere. Magorum vanitates de prodigiis falsò herbis adscriptis. Ex XXVII. Ballotes alio nomine Melamprasios, quid a Marrubio differat. Ex XXVIII. Cur Ovorum calices frangantur. Chamaeleon per singula membra a Democrito celebratus. Malè iterum a Vallisnerio Plinius vexatur. Ex XXIX. Natura remediorum. Medicorum pugna, & historia: Chrysippus, Erasistratus, Acron, Thessalus, Crinas, Charmis. Arcagatus primus ex Medicis Romam venit. Erat Vulnerarius. M. Catonis Censoris in Graecos invectiva. Ex XXX. Factiones medicae, Judaea, Cypria. Tiberius Claudius sustulit Druidas. Divina ab Hostano promissa, quae omnia vana & falsa Nero comperiit. Troxalis apud Graecos animal Locustae simile. Ex XXXI. Academia Ciceronis villa, ejusque fontes Tullii Laureae carminibus celebrati. Fontes Tamarici: Lartii Licinii portentum. Quâ ratione Plinius tradit Homerum calidorum fontium mentionem non fecisse. Occurritur Harduini, Dalecampii, atque Andreae Pastae medici doctissimi objectis. Medendi modus in marinis: subsidia contra aquae dulcis defectum. Mirum Piscennerii inventum. Corpora luxata nando redeunt in artus. Oromeni montis Sal. Carris Arabiae oppido Muri, & Domus massis Salis existunt. Egeleste oppidum Hispaniae. Buprestae exhaustae nitrum ex aquâ sumptum proficit, itemque aliis venenis. Ad XXXII. Echeneis, ejusque miraculum

culum neotericis in risu, propositis Flaminio Turregiano Vulnerario, & Medico peritissimo argumentationibus defenditur. Hirudines, & cucurbitae medicinales: Messalini Consularis Patricii mors. Ovidii Halieuticorum liber. Plinius adversus Vlitii accusationes defenditur: Helops differt ab accipensere. Pernae. Hyaena, qui piscis. Ex XXXIII. Chrysocolla: precia rerum aucta a prodigis ingeniis. Murrina, aliis Murrhina, Murina, Myrina. *Auri sacra fames* apud Plinium sententia ad notum Virgilii carmen respicit. Harduini, & Durandi objecta diluuntur. M. Bruti epistolae. Viriolae Celticae, & Plinii lectio integra de ornamentis mulierum restituta. Agrippinae paludamentum ex auro textili: Argenti usus in statuas coepit Augusti temporibus. Ex XXXIV. Cereris simulacrum ex aere. Effigies perpetuitatem merentium, & victorum Olympiae. Plinii dictis comparantur statuae Virorum illustrium in aede Gratiarum V. ab Vrbe Mantuâ lapide. Statuae in frequentioribus locis togatâ effigie. Detius a Charete victus: Zenodorus, ejusque opera. Callimachus Cacotexitechnus ob nimiam diligentiam dictus. Cato cur Zenonis statuam non vendidit. Herculis tunicati statua. Ex XXXV. Imagines illustrium virorum circa limina. Levinorum alienae Messallae Oratori. Messallae senis indignatio ex adoptione testamentariâ. Imagines in bibliothecis. Homeri vultum posteri finxerunt. Sandrati arbitraria confidentia. Asinius Pollio primus Romae bibliothecam dicavit. Fabii cognomen a picturâ, Princepsque Gentis Fabius Pictor. Pacuvii Poëtae, & Turpilii picturae. Scipio Maffejus frustra Plinii locum sollicitat. Arguuntur Orlandus, & Sandratus. Aterius Labeo pictor nullo habitus in precio; de hoc, non de Antistio Labeone loquitur Plinius. Glandorpius notatur. Zeuxis, Demophilus, & Nesea. Apollodori de Zeuxi laudes. Zeuxidis opera Alcmena, Pan, Atalanta, Juppiter, Hercules infans. Reprehenditur. Illius diligentia (improbanda) ut tabulam Agragantinis faceret. Plinius adversus Carolum Datum tutatur. Ex XXXVI. Canacus, Saura, Batrachus statuarii. Aegyptii Reges ex Syenite marmore faciebant Obeliscos. Primus id instituit Mitres. Sochis quatuor numero posuit. Ramises unum quadraginta cubitorum, aliumque pedum nonaginta novem. Mitris, & Sochidis appellationes. Obeliscorum mensurae codicum praesidio, & argumentatione statuminantur. Ramiseano Obelisco Cambyses pepercit. Obelisci Zmarris, & Phii. A Ptolemaeo Philadelpho Alexandriae positus octuagenum cubitorum, excisus fuit a Nechtabi: aliqui tradunt devectum a Satyro architecto; sed Callixenus id tribuit Phoenici rate substratâ, & fossâ perductum. Ratio deducendi, & navium junctarum ichnographia. Statutus sex talis, positusque in Arsinoeo; inde Maximus Aegypti Praefectus transtulit in forum. Obeliscum a Mestre excisum Augustus Romam devehi curat. Navis Puteolis dicata. Alteram, quâ C. Caesar importaverat, a Claudio ubi demersa. Obeliscus, quem Augustus in Circo Magno posuit, excisus a Rege Semetempserteo, erat octoginta duorum pedum & dodrantis praeter basim: qui in Campo Martio novem pedum minor, excisus a Sochide. Ei, qui in Campo Augustus addidit mirabilem usum ad deprehendendas Solis umbras, dierum ac noctium horas. Operis auctor fuit Manilius Mathematicus. Dierum observatio triginta ferè annis non congruebat. Plures adduntur defectûs conjecturae. Ex restitutis Plinii impeditissimis locis ostenditur adversus mathematicos Campi Obeliscum stetisse pro gnomone Scio-

the-

therico, qui primas in Solari horologio partes obiret. Quisnam fuerit hic Manilius architectus disputatur ab eruditis. Occurritur Bandinio, qui Manilii nomine sublato legit *Facundini Liberti*; atque Harduino, qui gentiliciam mathematici appellationem expungit. Montuclae in Plinium accusationes diluuntur. Boscovichii supputatio de tempore, quo Plinius edidit Naturalem historiam rejicitur; iterumque Plinius adversus Montuclam defenditur. Obeliscus Caj, & Neronis, in ejus molitione Romae fractus. Mercati & Kircheri ad Obeliscos annotata. Non-corei Obeliscum Dominicus Fontana a Melino Comensis agri vico in Foro Divi Petri jacentem erexit. Sosus in pavimentorum genere celeberrimus, & mirabilis ejus columba bibens aliis apricantibus in canthari labro, differunt ab illis, quas Purpuratus Furiettus possidere edito opere gloriabatur: convenit nobis Jaquerii insignis Mathematici, & Pescheusii Pictoris egregii judicium. Ex XXXVII. Murrina quando Romae invecta. Pompejus sex pocula Capitolino Jovi dicavit: lectio adversus Fridericum Saxium defenditur de Murrinorum numero, & scribendi ratione. T. Petronii, & Neronis circa Murrina sumptus. Unde Murrina veniunt; distant omnino a neotericis *Porcellanis*. Sex. Propertii carmen illustratur. Murrinis contraria caussa Crystallum facit. Plinius iterum defenditur. Carbunculi a quibusdam Apyrustae vocati. De Achate, & ubi primùm repertâ.

LIBRO X.

Recensentur Naturalis historiae Codices calamo exarati.

Codices Mediolanenses.

I. Ambrosianus, scriptus anno 1382. a Fratre Petro Ticinensi.

II. A Guarino Veronense, & Guillelmo Capello castigatus anno 1433.

Epitome historiae Naturalis auctore Ludovico a Guastis, scripta anno 1432.

Codex bibliothecae Metropolitanae Mediolanensis continens paratitla historiae Naturalis.

Codex Pertusatinus, olim Hieronymi Tatti, exaratus anno 1479.

Codices Regii Taurinenses.

I. Videtur XIII. seculi: olim spectavit Philiberto Pingonio, atque antea Biturigum Regulo.

II. Seculi XV. e Sfortiadum bibliothecâ prodiisse conjicitur.

Codex Boschensis, qui olim Michaëlis Cardinalis Ghislerii (subinde Pii Papae V.) fuit.

Codex Placentinus Landianus, Francisci Landi Ripaltae Marchionis.

Codex Farnesianus, nunc Regiae Neapolitanae bibliothecae, scriptus a Johanne Marco, anno 1465.

Codices Veneti.

Bibliothecae S. Marci, olim Cardinalis Bessarionis, 400. circiter annorum.

Bibliothecae Joh. Baptiſtae Recanati longè antiquior, ſed mancus.

Bibliothecae Fratrum Praedicatorum ad Rates, olim Johannis Pici Mirandulani, atque penultimo loco Apoſtoli Zeni.

Codices Caeſenates.

I. Scriptus anno 1446.
II. Exaratus 1451.

Codices Vaticani.

I. Numero 1950. ſcriptus XVI. ſeculi initio.
II. Numero 1951. anni circiter 1400.
III. Numero 1952. ejuſdem antiquitatis; fuitque olim Nicolai Perotti (ſeu Peroti) Archiepiſcopi Sipontini.
IV. Numero 1953. videtur labenti XIII. ſeculo adſcribendus.
V. Numero 1954. XII. vel XIII. ſeculi.
VI. Numero 1955. ubi Johannis Manſionarii brevis annotatio.
VII. Numero 1956. & 1957. fortaſſis olim Fulvii Vrſini.
VIII. Numero 1958. XV. ſeculi.
IX. Numero 3533. olim Caraſenſium.
X. Numero 3861. initio & fine deſtitutus, qui Fulvii Vrſini fuiſſe dicitur, multam redolens antiquitatem.

Codices Barberini.

I. Numero 758. exaratus circa annum 1450.
II. Numero 759. autographus Jo. Baptiſtae Palmarii, anni 1498.
III. Numero 760. bombycinus anni 1468.

Codex Paſſionaeus A Johanne Andrea Buxio Epiſcopo Alerienſe, adjuvante Theodoro Gazâ, recognitus anno 1469.

Codices Vallicelliani.

I. Numero 28, anni 1483. & 1484.
II. Numero 60. Itala aemulatio Chriſtophori Landini.

Codices Othoboniani.

I. Numero 37. olim Card. Dominici Grimani, XV. labentis ſeculi.
II. Numero 38. ejuſdem Domini, atque vetuſtatis.
III. Numero 193. XIV. ſeculi.
IV. Numero 194. parilis antiquitatis.
V. A Monſoconio indigitata pars Naturalis hiſtoriae anno 1411. deſcripta.

Excepta ex Monſoconio. Ex bibliothecâ Chriſtinae Reginae Sueciae, Vaticanâ, Archivo Baſilicae Sancti Petri.

Co-

Codex Neapolitanus ex Bibliothecâ Sancti Johannis ad Carbonariam XIV. seculi: optimis restitutionibus, atque animadversionibus insignis.

Codices Florentini.

Riccardianus VIII. vel IX. & fortasse VII. seculi. Johannis Lamii, & Comitis Carlii de eo judicia.

I. Medicaeus in duo volumina partitus, a Petro a Slaglosiâ, ut videtur, exaratus, XII. XIII. vel XIV. seculi juxta Bandinium & Carlium.

II. Medicaeus XV. seculi.

III. Medicaeus XIV. seculi.

Alia exemplaria a Monsoconio recensita.

Codices Lucenses.

Florentinianus XV. seculi.

Matricis Ecclesiae S. Martini, VIII. seculi: pauca quaedam ex XVIII. Naturalis historiae libro continens.

Codices Hispani.

Ecclesiae Toletanae IX. circiter seculi, collatus a Pintiano, & Andreâ Schotto, aliisque notus.

I. Escorialensis IX. seculi, ut videtur.

II. Escorialensis, olim Hieronymi Suritae, XIV. seculi

Ejusdem bibliothecae Christophori Landini aemulationes.

Ex Regiâ bibliothecâ Mantuae Carpetanorum. Codex XXI. Naturalis historiae libros continens, XV. seculi.

Aemulatio Hispana Francisci Hernandii XI. prioribus libris destituta: Mss.

Andreae Stranei in Plinium annotationes Mss.

Codices Regiae Parisiensis bibliothecae.

Quo ordine atque vetustate ab Harduino recenseantur.

Juxta numerum, qui nobis anno 1736. innotuit.

Ex syllabo ejusdem biblothecae impresso.

Codex Parisiensis Collegii Claromontani, XII. circiter seculi, sed maximè corruptus & mancus.

Sanvictorianus, seu Sancti Victoris, nunc deperditus.

Alii Galliae Codices.

Lugdunensis, olim Societatis Jesu.

Sancti Benigni Divionensis, notus Jureto.

Sancti Melanii Rhedonensis, sive Redonensis, olim Roberti Abbatis, a quo XII. seculo fuit emendatus.

Codex Beccensis juxta Monsoconium.

Co-

Codices a Jacobo Dalecampio collati.

Vesuntinus, olim Chiffletii.
Cujacianus.
Fuxensis, & alter vetus.

Codex Vindobonensis. Ex bibliothecâ Regio-Apostolicâ Imperatoriâ Mariae Theresiae Augustae XII. seculi, vel circa.

Codices Gottorpiensis, Murbacensis, Argentoratensis.

Codices Batavi a Joh. Friderico Gronovio memorati.

Vossianus, Andegavensis, Menapius, Academicus, Gudianus.

Codices ex publicâ Lugduno-batavâ bibliothecâ, quos inter vetustissimum exemplar, quo usus est Gronovius.

Codices Britanni.

Bodlejanus, Asmoleani, Baliolenses, Collegii Novi, S. Trinitatis, Is. Vossii, Norfolcianus, Bernardianus, Jacobaeus.

Oxoniensis Vniversitatis, Reginensis, Iss., Vossii, prout a Monsoconio recensentur.

Cantabrigiensis, & Regiae Societatis Londinensis, a Davide Durando collati.

LIBRO XI.

SECTIONE PRIMA.

Princeps Naturalis historiae editio fuit Veneta anni 1469. Reiciuntur aliorum conjecturae de suppostitiâ Veronensi anni 1468. Statilei, & Durandi judicia. Dominicus Lazarinus arguitur. Plinii Naturalis historia secundum est volumen, quod post inventam typographiam Venetiis lucem vidit.

I. Romana editio anni 1470. curante Johanne Andreâ Buxio Episcopo Aleriense, ejusque ad Paullum II. Praefatio.

II. Veneta anni 1472. Fabricius, & Scipio Maffejus notantur. Exemplar in Coenobio S. Leonardi extra Veronae moenia. Ambrosianum prae caeteris laudatur.

II. Romana anni 1473. curante Brotheo. Domitii Calderini in Brotheum accusationes. Exemplar Nicolinium animadversionibus autographis Angeli Politiani ditatum.

I. Parmensis anni 1476. studio Philippi Beroaldi, ejusque epistola ad Nicolaum Ravaçaldum.

Vnica Tarvisina anni 1479. Bononii pro Plinio *Apologia*. Emendationes autographae Augusti Valdi.

II.

II. Parmensis anni 1480. Aicardi epigramma. Compianisii annotationes autographae.

III. Parmensis anni 1481. Anonymi picturae & annotationes: Paciaudii praeloquium.

III. Veneta anni 1483.

IV. Veneta anni 1486. juxta Fabricium, Orlandum, & Maetterium.

V. Veneta anni 1487. Rejicitur Orlandus de Veronensi editione suppositiâ anno 1488. alligatâ.

VI. Veneta anni 1491. Iterum notatur Orlandus: exemplar in bibliothecâ nostrâ annotationibus Mss. ornatum.

I. Brixiana anni 1496. Johannis Britannici praefatio: Matthaei Rufi *Apologia:* Alexandri Benedicti annotationes: Plinii vita Anonymi, recentis, & indoctissimi scriptoris opus.

VII. Veneta anni 1496. Exemplar apud Barberium optimis Mss. annotationibus preciosum.

VIII. Veneta anni 1497. & 1498. curante Johanne Baptistâ Palmario. Exemplar nostrum annotationibus autographis Antonii Comitis, & Johannis Petri Airoldi ditatum. Arguitur Dalecampius de supposititiâ Mediolanensi impressione.

II. Brixiana anni 1496. & 1498. Exemplar nunc in Regiâ bibliothecâ Parmensi, annotationibus margineis Guilielmi Pellicerii ornatum, olim ab Harduino collatum. Pellicerii hallucinatio circa *Novocomensis* dictionem in Pliniano elogio utique legendam.

IX. Veneta anni 1499. Nostrum hujus editionis exemplar ob egregias nonnullas annotationes maximi faciendum.

SECTIONE SECUNDA.

Andreae Alciati sententia.

X. Veneta editio anni 1507. castigante Alexandro Benedicto. Illius ad Veronenses epistola agnoscit omnium primam editionem Venetam Johannis Spirensis. Barbarum laudat, atque subinde arguit. Benedicti, & Quintii seu Quinti Aemiliani elumbia argumenta. Geminae Benedicti tabulae. Mazochii encomium.

XI. Veneta anni 1510. eodem Benedicto curante.

I. Parisina anni 1511.

II. Parisina anni 1513. Iis fortasse castigandis operam suam accomodavit Nicolaus Beraldus.

XII. Veneta anni 1516. ex Benedicti recognitione.

III. Parisina anni 1514. ex Hermolai Barbari castigationibus.

IV. Parisina anni 1516.

XIII. Veneta ex Benedicti animadversionibus. Pinelli de Benedicto judicium, de Hermolao Barbaro, de Nicolao Leoniceno.

Unica Hagenojensis anni 1518. cui adjectus Johannis Camertis index Plinianus: Fabricii de hâc editione judicium quo pacto accipiendum.

XIV. Veneta anni 1519. & 1520., ubi versus omnes per quinarium interval-

vallum distinguuntur. Altera Veneta impressio Melchiori Sessae a Fabricio ad annum 1519. tributa.

V. Parisina anni 1524. pulcherrimis characteribus exarata, Plinium Novocomensem, & Veronensem, sibi parum constantes typographi facere videntur.

I. Coloniensis anni 1524. a Johanne Caesario emendata.

II. Coloniensis ejusdem anni, & castigatoris, formâ ampliore. Erasmi de Caesario judicium.

I. Basileensis anni 1525. Frobenius hujus impressor laudatur a Gesnero. Exemplaria castigavit Erasmus; quod Mediolani in Ambrosianâ bibliothecâ asservatur optimis Anonymi autographis annotationibus preciosum evadit.

XV. Veneta anni 1525. convenit Venetae 1519.

VI. Parisina anni 1526. Astrucius arguitur; a Basileensi haec editio meliori ex parte deducitur. Angeli ad Bodetum Episcopum epistola. Index Petri Gratianopolitani. F. L. Campestris ad Bodetum epistola. Cypriani, aliorumque Parisiis degentium laudes. Plinius caeteris omnibus Graecis, & Romanis scriptoribus praehabendus.

II. Basileensis anni 1529., ubi Suetonii de Plinio elogium, & *Novocomensis* dictio.

III. Basileensis anni 1530. primae magis quàm secundae conveniens: typographi se adjutos affirmant tribus optimae notae exemplaribus; celebrant operam cujusdam eruditi. Rhenani, & Gelenii labores.

VII. Parisina anni 1532. curante Petro Bellocirio. Exemplar bibliothecae Escorialensis nobilitatur autographis annotationibus Johannis Pacii Castrensis. Bellocirii de Plinianis interpretibus judicium, & reliqua.

Unica Petri Danesii anni 1533. editio juxta Fabricium.

IV. Basileensis anni 1535. adjectis Sigismundi Gelenii annotationibus. Exemplar, ubi Pellicerii observata Mss. Gelenii ad Damianum Goesium (*a Goes*) epistola.

XVI. Veneta anni 1535. Andreae Rabirii praeloquium. Editio spectat Andreae Asulano, Aldi jamdiu vitâ functi Socero; unde falluntur, qui Aldo hanc impressionem attribuunt.

XVII. Veneta anni 1536. cujus rarum exemplar in Regiâ Escorialensi bibliothecâ. Asulani in memoratis editionibus incuria.

XVIII. Veneta, Aldi, ut supra, ab Asulano appellatione usurpatâ, anni 1538.

V. Basileensis anni 1539. quâ usus est Pintianus.

XIX. Veneta anni 1540. Asulano curante similis primae anni 1535.

VIII. Parisiensis anni 1543. apud Audoenum Parvum, nitidissima.

VIIII. Parisiensis ejusdem anni apud Michelem Fezaudatium a nemine [quod sciam] relata.

X. Parisina anni 1545. juxta bibliothecam Bigotianam.

VI. Basileensis anni 1545. Exemplar cum lectionibus ex codice, ut videtur, Chiffletiano, exaratis per Josephum Suaresium Episcopum Vasionensem.

I. Lugdunensis anni 1548. Tradux est superiorum Basileensium.

II. Lugdunensis ejusdem anni apud Frellonium, juxta syllabum Domus olim Professae Parisiensis.

VII.

VII. Basileensis anni 1549. hujus exemplar cum Isaac. Casauboni annotationibus autographis ex bibliothecâ Johannis Mori.

VIII. Basileensis anni 1554. & 1555. ibique Frobenianarum omnium editionum laudes.

XX. Veneta anni 1559. Paullo Manutio curante. Est servilis tradux Lugdunensis anni 1548. a Beringis fratribus vulgatae.

III. Lugdunensis anni 1560. & 1561. editio satis facienda curante Morguaesio, vulgata a Philippo Tingo. Exemplar olim Divo Carolo Borromaeo spectans.

IV. Lugdunensis anni 1561. apud Antonium Vincentium, adjectâ praefatione Joh. Nicolai Victorii.

V. Lugdunensis anni 1563. partim Vincentii, partim Frellonii, sociorum nomine impressa. Editio pulchrioribus annumeranda.

XI. Parisiensis anni 1563. ex bibliothecâ Dantyâ.

III. Coloniensis anni 1563. ex bibliothecâ Jurisperiti, sub literis T. J. latitantis.

XXI. Veneta anni 1571. similis Manutianae anni 1559.

I. Genevensis anni 1582. juxta Gesnerum.

I. Francofurdiensis anni 1582.

I. Lugduni Batavorum anni 1582. Petri Santandreani typographi jactantia. Polycarpi Palermi hallucinatio. M. Antonii Casanovae epigramma & patria. Bononii distichon.

VI. Lugdunensis anni 1587. cum Jacobi Dalecampii comentariis. luculenta editio. Palermi, & Possevini judicia. Casauboni, Scaligeri, Harduini in Dalecampium accusationes. Dalecampii laudes, & labores.

II. Genevensis anni 1593. cum Gelenii annotationibus: typographi jactantia.

II. Lugduni Batavorum anni 1593. Hieronymi Commelini typis. Margineis notis opus illustravit, & integras Rhenani, & Pintiani annotationes subjecit. Adjecta est tabula de iis, quae Plinius ex Theophrasto, atque Aristotele accepit. Gruteri carmen, Victorii praefatio, Casanovae, & Bononii versus. Gelenii annotationes.

II. Francofurdiensis anni 1599. Tradux est Lugdunensis Dalecampii. Adjectae sunt annotationes quaedam ipsius Dalecampii laborem respicientes.

SECTIONE TERTIA.

III. Genevensis anni 1601. cum Gelenii castigationibus.

VII. Lugdunensis, itemque Aureliae Allobrogum anni 1606. ex Dalecampianâ recensione, inoculatis etiam Gelenii annotationibus.

III. Francofurdiensis anni 1608. Lugdunensis Dalecampianae tradux, adjectis Paulli Cigalini praelectionibus. Lipsii, & Goudani de Plinio elogia. Triplices Lipsii restitutiones. Palermi falsum de Comensibus judicium.

IV. Genevensis anni 1615. Lugdunensis Caldorianae tradux. Gelenii annotationes, itemque Rhenani, & Pintiani.

V. Genevensis anni 1616. ad Jacobum Stoerium pertinens cum Gelenii annotationibus.

VI. Genevensis anni 1631. desumpta ex memoratâ ad annum 1615.

II. Lugduno-Batava anni 1635. curante Johanne Laetio (*de Laet*). Editio, emendatissima, & superioribus praehabenda.

XXII. Veneta anni 1648. a Rhodio, Fabricio, & Funcio memorata, Disquisitionum auctori omnino ignota; quaeque non creditur apparuisse.

III. Lugduno-Batava anni 1669. Hackii typographi damnant Francofurdiensem anni 1608., atque interim ex illâ Cigalini praelectiones accipiunt. Dalecampii commentarios, aliorumque annotationes subjecisse integras minus rectè affirmant. Novissimè addiderunt Joh. Friderici Gronovii animadversiones a libro XX. ad XXXVI. Nihil elegantius ob typorum, & chartae excellentiam potest desiderari.

XII. Parisiensis anni 1685. Johanne Harduino interprete. Farnesiani syllabi collector notatur. Harduini laudes ex Fabricio, brevioribus terminis coërcendae. Harduinus Plinium Veronensibus adscribit, & falsò *Novocomensis* vocabulum expungit ab elogio, quod Suetonio tribuitur.

XIII. Parisiensis anni 1723. eodem Harduino curante editio auctior, atque emendatior: ejusdem ad Delphinum epistola: praecipui Pliniani interpretes: codices: quae in hâc impressione laudanda, quae vituperanda.

Editio ultima Basileensis anni 1741. supposito Parisiorum nomine secundae Harduinianae tradux.

SECTIO QUARTA.

De Italicis Naturalis historiae aemulationibus.

I. Veneta Christophoro Landino interprete anni 1476. Perperam extare affirmatur ab Apostolo Zeno altera antiquior anni 1471. itemque ab Haymo, aliisque Romana Italica anni 1473. De Landini aemulatione judicium.

II. Veneta anni 1481. eodem Landino interprete. Tarvisina a Bandinio memorata ad annum 1479. non spectat ad Landinum; estque Plinii latina Naturalis historia.

III. Veneta anni 1489. editio satis rara.

IV. Veneta anni 1501. Landino interprete, curante Hieronymo Squarciafico.

V. Veneta anni 1516. Landini interpretatione: alia a Bandinio memorata ad annum 1511. de quâ dubitatur. A nobis recensa exhibet Quinti, seu Quintii Aemiliani carmen, aliaque partim laudanda, partim improbanda.

VI. Veneta anni 1524. juxta Julium Nigrum, & Argelatum.

VII. Veneta anni 1528. ex Fabricii, & Argelati testimonio.

VIII. Veneta anni 1534. typis Melchiorris Sessae, superiorum emendatior.

IX. Veneta ejusdem anni Landino (ut omnes aliae) interprete, castigata per Johannem a Francesio.

X. Veneta anni 1543. Landino interprete, emendata ab Antonio Bruciolo. Brucioli laudes, & peccata.

XI. Veneta anni 1548. Antonio Bruciolo interprete Landinianae praehabenda. Brucioli studia, & odium contra Cucullatos, & Clericos.

XII.

XII. Veneta anni 1561. typographo Gabriele Jolito a Ferrariis, Ludovico Dominico interprete: illius de Landino & Bruciolo judicium. Quibus ex caussis post Petrum Orsilagum, & Pompejum a Barbâ operi manus admoverit Dominicus; quaeque in novissimo aemulatore laudanda, quaeque improbanda.

Reliquae Dominici conversiones anni 1562. apud laudatum Jolitum. 1573. typis Jacobi Vitalis: 1580. impressore Alexandro Griphio; eodemque anno curâ Zoppinorum fratrum: 1589. apud Vesevum, itemque apud Vscium, nisi error in reddendâ gentiliciâ appellatione cubet: 1603. ex Ricciardi; 1612. ex Bizzardi officinis. Haec omnes editiones Venetiis prodierunt.

SECTIO QVINTA.

De Gallicâ Naturalis historiae intarpretatione.

Memoratur Gallica interpretatio anni 1540. a Frisio apud Conradum Gesnerum, quae tamen non creditur extare.

I. Lugdunensis anni 1562. juxta Harduinum & Fabricium, de quâ dubitatur; unde a nobis I. dicitur Lugdunensis anni 1566. apud Senneronum.

II. Anni 1581. typis Pensoti.

III. Anni 1584. apud Tardifium.

I. Parisiensis anni 1608. Houzeo typographo, & juxta Hallevordium Beysio: haec ordine quarta dicitur.

II. Parisiensis anni 1615. edente Drovarto, ordine quinta.

III. Parisiensis anni 1622. ex Giffarti typographiâ, ordine sexta. Coloniensis, & Genevensis. De Pineti labore judicium: nihil attulit de Ludovico Megreto, qui secundum Naturalis historiae librum patriâ linguâ reddiderat anno 1540. itemque in prooemio silentii tenebris involuit Petrum a Cagnio, qui compendium sexdecim priorum librorum exaraverat.

SECTIO SEXTA.

De Hispanis Naturalis historiae interpretationibus.

Vincentius Burgensis perperam inter Hispanos Plinii aemulatores recensetur. Franciscus Hernandius hâc provinciâ optimè functus; sed mancus illius labor extat in Regiâ Mantuae Carpetanorum bibliothecâ. Hieronymus Gomesius ab Huertâ integrum Plinium patrio reddidit idiomate, & XI. priores libros vulgavit Mantuae Carpetanorum anno 1624. Reliquum operis anno 1629. Huerta caeteris aemulatoribus praehabendus, & quae in illo praecipuè celebranda.

SECTIO SEPTIMA.

De Germanicis Naturalis historiae interpretationibus.

Libri quinque Henrico Eppendorffio interprete anno 1543. editi.

I. Naturalis historiae editio Francofurdiensis anni 1565. aemulatore Johanne Heydeno.

II. III. IV. V. VI. Francofurdienses.

SECTIO OCTAVA.

De Anglicâ Naturalis historiae aemulatione.

Philemon Hollandus (hujus auctor) ineptè Plinio praepositus. Prima Hollandi editio auctori Disquisitionum ignota: altera anni 1634. describitur.

SECTIO NONA.

De Belgicâ, & Arabicâ Naturalis historiae aemulatione.

Belgica Arnhemiensis anni 1610.

Amstelodamensis anni 1664.

De Animalibus Amstelodami anno 1662.

Fortasse primo, & secundo loco memoratae editiones, pauca volumina, & non integram Naturalem historiam complectuntur.

Arabica tribuitur Honaimo Isacci filio. Quae Fabricius de iis omnibus refert, & quae Herbelotus tradit, haud satis explorata evadunt.

Epistola ad Franciscum Jaquerium (*Jacquier*), quâ adversus Mathematicorum sententiam proponuntur argumenta, ut conjiciendum sit, Obeliscum in Campo Martio ab Augusto positum: pro gnomone stantem ad indicandas dierum ac noctium horas: mirandas Solaris horologii vices praestitisse.

COROLLARIVM.

Absolutâ XI. voluminis impressione venit in manus nostras Naturalis historiae exemplar Joh. Frellonii, atque Anton. Vincentii impensis, Lugduni, folio maximo editum anno CIƆIƆLIII. quod uti Harduino, Fabricio, Funcio, caeterisque, ita mihi etiam ignotum hucusque evaserat. Titulum praefert.

C. Plinii Secundi historiae Mundi libri XXXVII. majore quam hactenus usquam, studio, fide, religione emendati. Adjectis ad marginem succintis quibusdam castigatiunculis, partim vetustissimorum codicum collatione erutis, partim gravissimorum scriptorum authoritate, doctissimorumque hominum judicio subnixis &c. Lugduni apud Joannem Frellonium M.C.LIII. Ad indicis calcem occurrit*: Lugduni excudebat Michael Sylvius expensis Antonii Vincentii, & Joannis Frellonii, M.D.LIII.*

Primo folio legimus Jo. Nicolai Victorii praefationem, de quâ egimus ad annum CIƆIƆLXI. & CIƆIƆLXIII. Respondet editio subsecutis Frellonii, & Vincentii impressionibus; sed illis praehabenda, utpote Victorii castigatoris primigenia; paginarum versus omnes per decennarium numerum distinguuntur, adnexis, Plinianae historiae, Gelenii annotationibus, Damiano Goesio inscriptis; postea index, verè longè emendatior, ubi paginarum versus omnes commonstrantur. Animadversione dignum est Henrici II. Regis Privilegium patriâ linguâ exaratum, datumque anno CIƆIƆLII. die IV. Maii; ubi labores omnes, & expensae a typographis curatae enumerantur. Putarem hanc impressionem ponendam loco alterius ad annum CIƆIƆXLVIII. in elencho Domûs Professae Parisiensis indicatam, de quâ egimus pag. 334.

Lettre de Monsieur le Baron Basquiat de la Houze Ministre de S. M. le Roy Tres Chretien auprés du Saint Siege.

à Rome ce 10. *Septembre* 1763.

J'Ai reçu, Monsieur, avec la lettre dont vous m'avez honoré le 13. du mois dernier, le *Prospectus* qui y etoit joint: je ne puis assez admirer la profonde erudition, tant sacrée, que profane dont il en rempli. On ne peut douter que l'Auteur qui a conçu un si beau plan, ne soit trés capable de l'executer parfaitement. Les Sçavants seront charmés de lire les eclarcissements noveaux & importans que vous promettez sur l'histoire des deux Plines, & sur tout les corrections que vous ferez dans les editions les plus exactes que nous aions jusq'à present de Pline le Naturaliste. J'ai trouvé de la noveauté dans votre observation sur le mot *Resina* dans la 16.me lettre du V.me livre de Pline le jeune. Cette interpretation mériteroit une ample explication, aussi bien que ceque vous m'ecrivez sur le port *d'Erculanum*. Ce dernier article me fera un plaisir particulier, par l'interêt que mon long sejour à Naples m'a inspiré pour les antiquités de cette ville, que j'ai observées attentivement, & sur le quelles je serai fort aise d'etre instruit par une personne aussi eclairée que vous.

Je saisirai avec empressement toutes les occasions, qui se presenteront pour vous manifester mon zele ardent pour tout cequi peut vous plaire, ainsi que l'attachement aussi inviolable que respectueux avec lequel j'ai l'honneur d'etre, Monsieur, Votre trés humble & trés obeissant serviteur

La Houze.

[*M. le Comte de la Tour de Rezzonico.*]

Nonnullarum dictionum, quae per compendium, vel imperfectae redduntur, explanatio.

Pag. 20. ignobilẽ, ignobilem. Pag. 52. vetũſſimam, vetuſtiſſimam --- cõmerciis, commerciis. Pag. 192. col. 1. verſ. 9. *Meſtr̃eus*, *Meſtrreus*. Pag. 202. dõmitans, dormitans.

Pag. 220. VERONEÑ, VERONENSIS --- GVILELMO, GVILLELMO. Pag. 228 ... Ergatum, PErgratum --- KLAS, KALENDAS --- *Ss*, *Secundus* --- *Sd. Secundus*. Pag. 231. *M^co*, *Magnifico* --- *Dño Dño*, *Domino Domino* --- *Mãgro Johañe Mãra*, *Magiſtro Johanne Maria* --- *de Arĩmio*, *de Arimino*. 234. ...*Inius*, *PLInius*. Pag. 239. *Conſtantien. dioc.*, *Conſtantienſis Diocesis*. Pag. 239. *Jo. An. Epũs Alerien.'*, *Johannes Andreas Epiſcopus Alerienſis*. Pag. 240. *Latĩſque*, *Latiniſque*. Pag. 242. Domiñi, Dominici. Pag. 249. pm, primus. --- NATALIS, NATVRALIS --- SCD'I NOVẼCMENS, SECVNDI NOVECOMENSIS. Pag. 267. Xp̃o, Chriſto --- Conſtan. Ep̃o, Conſtantienſi Epiſcopo. Pag. 281. nũquam, nunquam --- nonũ annũ, nonum annum --- cõferentur, conferentur. Pag. 291. Turcorꝯ, Turcorum. Pag. 293. cognomẽ, cognomen --- nõ, non --- immodicũ, immodicum. Pag. 297. Dñus Jonns, Dominus Johannes. Pag. 309. caſtigatiõibus, caſtigationibus. Pag. 322. hõis, hominis --- mẽſe, menſe. Pag. 383. Lineã, Lineam.

Typographici errores, qui in hoc opus irrepſerunt, tali pacto veniunt eximendi.

Pag. 39. col. 2. verſ. 2.	*Aquininates*	*Aquinates*
246. verſ. 23.	tes	tres
262. & 263.	VI. M.DCCXV. --- VI. MCCCVIX.	VI.MDCCXCV. --- VI.M.DCCCIX.
316. verſ. 16.	*Hiſtoriaarum*	*Hiſtoriarum*
392. verſ. 20.	Marinononio	Marinonio

In Annotationibus.

Pag. 7. num. (2) verſ. 8.	ſuppliciunm	ſupplicum
num. (4) verſ. 13.	contingerunt	contigerunt
15. col. 2. verſ. 8.	unitim	unitum
21. num. (4) verſ. 4.	Bumidam	Burmidam
32. num. (1) verſ. 10.	Morgani	Morgagni
150. num. (7) verſ. 1.	ſi-ſignificare	ſignificare
151. num. (6) verſ. 5.	Chriſtianiſſimum	Chriſtianiſmum
158. col. 2. verſ. 8.	Serveti Villanovani	Villanovani Viennenſis
160. num. (7) verſ. 5.	ducens	ducentem
161. num. (3) verſ. 20.	Epichamo	Epicharmo
177. verſ. penult.	Plinianis	Plinii
197. col. 1. verſ. 53.	colligerim	collegerim
199. num. (4)	*Dirumque*	*Dierumque*
205. col. 2. verſ. ult.	ruptuare	rupturae
206. col. 2. verſ. 29.	A MELLINO	A MELINO
227. num. (2) verſ. 2.	ſuppliciunm	ſupplicum
272 num. (1) verſ. 3.	*oportebat*	*oporteat*
402. col. 1. verſ. 22.	Ependorffius	Eppendorffius
406. col. 2. verſ. 69.	Meruda	Merula
407. col. 2. verſ. 53.	Peregrinius	Peregrinus
408. col. 2. verſ. 58.	Pindanus	Pindarus
415. col. 1. verſ. 50.	primis	primus



DISQVISITIONVM PLINIANARVM

LIBER NONVS

POstquam superiore volumine Plinii praefationem verae lectioni restituere; itemque novum Italicae aemulationis specimen exhibere curavimus: in praesentiarum ad reliquum operis selectas castigationes, & dubia quaedam veluti tentamenta subjiciemus, quae ubi a Literatis probentur, penè infinita in scriniis adhuc delitescentia, haeredes (& auctor fortassis) publicabunt. Operis digestionem praefationi subligatam ipsemet Plinius fatetur, cum Tito, quid singulis contineretur libris, epistolae subjunxisse affirmavit. Laboris ratio, & quae summatim insunt cunctis voluminibus ipsas rerum summas (1), auctorum divisionem in Romanos, atque Externos (2) utique exigebat: cum Plinius Valerii Sorani exemplum sequi fateatur. Aliqua jam de hocce elencho supra attigimus; indeque effluxit indocta capitum divisio in operis corpore, quam omnes redundantem amanuensium farturam agnoscunt. Andreas Schottus, & Johannes Harduinus (3) multis corruptis auctorum nominibus medicinam in Pli-

ANNOTATIONES.

(1) Qui syllabum exscriptorum interpolationem dixit, non sanè animadvertit ad sermonis elegantiam, cui impares omnino rudioribus seculis erant etiam hominum studiosissimi. Livius libro XL. penè iisdem verbis --- *lectis rerum summis cum animadvertisset*. Praeterea quisnam VII. seculo horum omnium scriptorum nomina callebat?

(2) Romanis accensentur ii omnes, qui latino utebantur eloquio: nempe Itali, Galli, Hispani. Hos separatim, & primo loco recenset; imò ubi aliquis Vrbi Gentium dominae subjectus graecè scripsisset, inter Externos minimè collocatur, notatâ quamvis sermonis differentiâ. Externi verò sunt Graeci, Punici, Asiatici.

(3) Aliqua scriptorum nomina corrupit Harduinus, quorum indicio erit Callixeni appellatio, quam in Callisthenem invertit: cognomina gentiliciis appellationibus praeposita, & leviora alia. Haec tamen cum optimè restitutis minimè comparanda.

Pliniano ſyllabo fecerunt. Secundus etiam ipſorum auctorum tempora & foeturas illuſtrare aggreſſus utilem legentibus operam navavit. In tanto ſenticeto deſiderandum adhuc eſt: primò, ut meliorum codicum auxilio librorum tituli cum ipsâ librorum digeſtione comparentur; ſecundò, ut iiſdem praeſidiis, collatiſque exemplaribus, & praeſertim Riccardiano, Carbonarino, atque Toletano appoſitae ſingulo volumine ſectiones in hocce breviario indigitentur. Hic labor Herculeus non erit, ut rerum ordinem in Naturali hiſtoriâ tractatarum inveniamus. Delio tamen natatore opus erit, ubi ſummam rerum, hiſtoriarum, obſervationum, inſularum, oppidorum, gentium, & multa, quae interciderunt, reſtituere velimus. Hoc membranarum diligenti collatione tentandum; deinde ex ſingulis annotatiunculas facere, eaſque cum ipſis rerum ſummis conferre neceſſe eſt.

Vt autem aliqua Plinianis interpretibus intacta proferam: ex millenis, milleniſque jam digeſtis ea potiſſimum delegi, quae obſcuris adhuc premuntur tenebris; & primò quidem tractata omnia lector inveniet, quae in Plinii vitâ emendavi; ne id a nobis arbitrariò peractum aliquis dubitaret: iis permulta adduntur, quae Mathematicis, Philoſophis, Geographis, Hiſtoricis magnam afferent utilitatem. Harduini inſuper lectionem noſtris reſtitutionibus junctam eodem folio vulgamus, ut doctis liberum ſit, vel illi, vel nobis adhaerere. Quaecumque enim ad Plinii hiſtoriam verae ſcripturae reſtituendam ſpectant, ab eruditis magnopere aeſtimentur neceſſe eſt, cum ſapientiſſimus auctor Naturam ipſam ingenio ſuo minorem inveniſſe videatur; & ea adhuc, quae integra ſuperſunt, nobiliſſimum elogium a Buffonio, altero aetatis noſtrae Plinio, promeruerint (1).

ANNOTATIONES.

(1) *Du Buffon Hiſtoire Naturelle Tome I. pag.* 48. „ Pline a travaillé ſur un plan bien plus grand, & peut être trop „ vaſte, il a voulu tout embraſſer, & il ſemble avoir meſuré la nature & l' avoir trouvé trop petite encore pour „ l' étendue de ſon eſprit; ſon Hiſtoire Naturelle comprend, indépendamment de l' hiſtoire des animaux, des plan„ tes, & des minéraux, l' hiſtoire du ciel, & de la terre, la médecine, le commerce, la navigation, l' hiſtoire „ des arts libéraux & méchaniques, l' origine des uſages, enfin toutes les ſciences naturelles, & tous les arts hu„ mains; & ce q' il y a d' étonnant, c' eſt que dans chaque partie Pline eſt également grand, l' élévation des idées, „ la nobleſſe du ſtyle relèvent encore ſa profonde érudition: non ſeulment il ſavoit tout ce qu' on pouvoit ſavoir „ de ſon temps, mais il avoit cette facilité de penſer en grand qui multiplie la ſcience, il avoit cette fineſſe de „ réflexion de la quelle dépendent l' élégance & le goût, & il communique à ſes lecteurs une certaine liberté d' „ eſprit, une hardieſſe de penſer, qui eſt le germe de la Philoſophie. Son ouvrage tout auſſi varié que la Nature „ la peint toûjours en beau, c' eſt, ſi l' on veut, une compilation de tout ce qui avoit été écrit avant lui, une co„ pie de tout ce qui avoit été fait d' excellent & d' utile à ſavoir; mais cette copie a de ſi grands traits, cette „ compilation contient des choſes raſſemblées d' une manière ſi neuve, qu' elle eſt préférable à la plûpart des „ ouvrages originaux, qui traitent des mêmes matières,

EMENDATIONES ET SELECTA QUAEDAM TENTAMENTA

AD NATURALEM PLINII HISTORIAM

VERAE SCRIPTURAE RESTITUENDAM

QUAE HARDUINIANAE SECUNDAE EDITIONI COMPARANTUR.

AD II. LIBRUM.

Ex Hard. Tom. I. XXIII. pag. 86.	Ex nostrâ recensione.
XXI. Stadium centum viginti quinque nostros efficit passus, hoc est, pedes sexcentos viginti quinque. Posidonius non minus quadraginta stadiorum a terra altitudinem esse in qua nubila, ac venti nubesque proveniant.	*Stadium centum viginti quinque nostros efficit passus, hoc est pedes sexcentos viginti quinque. Posidonius* (1) *non minùs quadringenta stadiorum* (2) *a terrâ altitudinem esse, in quâ nebulae* (3), *ac venti nubesque perveniant* (4).
XXXVI. pag. 92.	
XXXVI. Fieri videntur, & discursus stellarum, nunquam temere, ut non ex ea parte truces venti cooriantur.	*Fieri videntur & discursus stellarum nunquam temere, ut non eâ ex parte truces venti cooriantur, & ex iis tunc pro-*

ANNOTATIONES.

(1) *Posidonius*. Subaudiendum *tradit*; quod Plinius ex solitâ verborum parsimoniâ omittit.

(2) *Quadringenta stadiorum*. Cum Alstedio, & Caramuele legendum ne dubito quidem. Accedunt Nonnius, Haggecius, & Tycho per Ricciolium allati (*a*). A sodale suo congesta minimè ignoravit Harduinus; dubitavitque paullulum, an illi accederet: nihilotamenminus Posidonium *quadraginta* vulgasse credit; idque veritati magis consonum ei videtur, cum nubes non ultra XL. stadia, seu V. Italicum milliare attolli posse certum constituat; additque se in omnibus membranis legisse *quadraginta* (*b*).
Mihi Plinii verba perpendenti, illum ex Posidonii sententiâ quatercentesimum indicasse numerum apparet, cum huic magis, non quadragesimo, accedant *non minùs*, & reliqua ab aliis tradita, qui nubes nongentis usque stadiis attolli prodiderunt. Statutam ab Harduino nubium ventorumque elationem multis augendam stadiis septimo volumine ostendimus (*c*). Fateor tamen multis in codicibus (*d*), itemque in cusis exemplaribus quadragesimum numerum inveniri. Facilis nihilominus emergit aequiparatio in tantâ dictionum *quadringenta*, & *quadraginta* affinitate. Vetustae editiones notis exhibent xl. (*e*) quibus modò, modò characteribus reliquas summas conficiunt, unde innumerae in supputationibus differentiae. Elucent facti indicia, cum laudati a nobis auctores ex probatis codicibus *quadringenta stadiorum* vulgaverint.

(3) *Nebulae*. Miror latinos interpretes huc usque apud Plinium (scientiarum praecepta brevissimè, ac veluti punctis designantem) recepisse *nubila, ac venti nubesque*. Quid nubila a nubibus differant profectò ignoro. Contra nebulas a nubibus secernendas ipsemet Plinius docet: nubes enim quibuscumque anni temporibus consurgunt; at *nebulas nec aestate, nec maximo frigore existere — varietates colorum figurarumque in nubibus cerni* hoc ipsissimo volumine adnotavit (*f*). Optimâ igitur ratione nebulas a nubibus separavit; facilisque omnino loci restitutio evadebat, ubi castigatores paullò infra recitatis mentem apposuissent (*g*): *Decidunt imbres, subeunt nebulae*. Suâ certè laude Ludovicus Dominicus minimè fraudandus, qui transtulit *le nebbie, i venti, & le nugole*; & sanè haec una ex paucis restitutionibus esse potest, quae omnibus etiam refragantibus apographis inducenda, cum non ex unicâ elementorum affinitate, sed ex ipsâ orationis, & sententiae texturâ exoriatur.

(4) *Perveniant*. Nescio, cur antiquam lectionem immutaverit Gelenius (*h*); & qui illum ubique exscribit Paullus Manutius (*i*). Iis adhaesit Harduinus: a Dalecampio pariter in operis corpore recipitur *proveniant*; adnotavit tamen in margine *ex M.* (nempe, ex manuscripto) inveniri *perveniant*. Nos ex membranis (*k*), & vetustis editionibus (*l*) id recipi testamur; neque ullo pacto torquendum censemus, cum vapores Solis vî e terrâ in altum trahantur, & praeter allata: *nebulae subeunt*: duobus infra versibus legam: *plures autem nubes nongentis stadiis subire in altitudinem prodiderunt. Incomperta haec, & inexplicabilia*.
Multorum igitur sententiam (a quâ abhorret Plinius) perperam ei assuitur a Gimmâ, ubi de nubium elatione in hanc speciem disputabat (*m*). *Il Caramuele stima esser piutosto sognati, che osservati i numeri dell' altezza dall' Alstedio riferiti: che Plinio non la misurò credendola alta novecento stadj, ne Possidonio che la credè di quattrocento*. Subterraneae Physices auctori meliùs cessisset Caramuelis oscitantiam indicare, quàm multa in Naturalis historiae libris improbata, Plinio adaptare.

(a) *Tom. I. Almagest. lib. II.* (b) *Not. & emendat. XXII. pag.* 128. (c) *Pag.* 232. *num.* 2.
(d) *Carbonarin. &c.* (e) *Rom.* 1470. *Parm.* 1476. (f) *Lib. II.* 60. *Hard. pag.* 103. *&* 104.
(g) *Lib. II.* 38. *pag.* 92. (h) *Vide editiones Basileens. & traducces. Lugduni* 1548 *&c.* (i) *Venet.* 1559.
(k) *Vide utrumque nostrum codicem MSSt.* (l) *Romana* 1470. *Parm.* 1476. *Ven.* 1491. 1496. 1499. 1507. 1519. *Brix.* 1496. *disertè* perveniant. (m) *Tom. II. Cap. VI. pag.* 431.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
XXXVII. Existunt stellae & in mari terrisque. Vidi nocturnis militum vigiliis, inhaerere pilis pro vallo fulgorem effigie ea: Et antennis navigantium, alisque navium partibus, ceu vocali quodam sono insistunt, ut volucres sedem ex sede mutantes.	*cellae* (1) *in mari terrisque. Vidi in nocturnis* (2) *militum vigiliis inhaerere pilis pro vallo fulgurum effigies* (3)*: eae & antennis navigantium, aliisque navium partibus ceu vocali quodam sono insistunt, ut volucres sedem ex sede mutantes.*
LXXIV. pag. 105.	
Globum tamen effici mirum est, in tanta planitie maris, camporumque. Cui sententiae adest Dicaearchus, vir in primis eruditus, regum cura permensus montes: ex quibus altissimum prodidit Pelion, MCCL. passuum, ratione perpendiculi, nullam esse eam portionem universae rotunditatis colligens. Mihi incerta haec videtur conjectatio, haud igna-	*Globum tamen effici mirum est in tantâ planitie maris, camporum* (4)*: cui sententiae adest Dicaearchus vir in primis eruditus, Regum curâ permensus montes; ex quibus altissimum prodidit Pelion* CIↃCCL. *passuum, ratione perpendiculi nullam esse eam portionem universae rotunditatis colligens* (5)*: mihi item certa haec conjectatio* (6) *videtur, haud ignaro quosdam Alpium vertices*

ANNOTATIONES.

(1) *Ex iis tunc procellae*. Non modò ex nostris codicibus, Carbonarino, aliisque (*a*); sed in omnibus primigeniis impressionibus hujusmodi recepta: quousque recentiores typographus Gelenius, & Paullus Manutius in errorem adduxerunt. Mendum igitur hoc unum ex multis erit, quae ex vitiatis membranis a Gelenio adoptata Erasmus indoluit (*b*). Corruptae enim dictiones *existunt stellae* deductae sunt *ex iis tunc procellae*; sed jejuno, ut facilè dignoscitur, sensu. Neque enim Plinius fatuos vagosque ignes stellarum nomine in terris marique extantium produxit. Contra ex stellarum discursu truces ventos cooriri, & inde procellas mari terrisque communes quisquis intelligit. Verbum *cooriri* procellis, & ventis elegantes Plinius adaptat, ubi de apibus (*c*): *Gerulae secundos flatus captant: si cooriatur procella apprehensi pondere lapilli se librant.*

(2) *In nocturnis*. Eàdem auctoritate recipio. Innuit Plinius tempora, quibus terrestri, & maritimae militiae operam dabat.

(3) *Fulgurum effigies*. Ut priscis potiùs quàm neotericis impressoribus accedam, movet stellarum discursus, cui rectiùs quadrat fulgurum effigies, tum magis quòd fulgura ex vaporibus particulisque salvaris, sulphureamque materiam continentibus eveniant; unde legimus (*d*): *Fulmina & fulgura quoque sulphuris odorem habent, & lux ipsa eorum sulphurea est*: dictiones etiam *effigie ea & antennis* duriusculae, nec Plinianae videntur, & parum sibi cohaerent. E contrario rectè omnia incedunt, ubi antiquam recipiamus scripturam; longèque meliùs fulgurum quàm stellarum effigies ignibus convenit, sedem volucrum exemplo ex sede immutantibus.

(4) *Camporum*. Particulam *que* omittunt codices, & primigenias impressiones nonnullae (*e*), affert Romana 1470.

(5) *Colligens*. Ex membranis. In iis tamen Pelii mensura minùs rectè quandoque invenitur, uti in Carbonarino, ubi *Pelion* CCL. *passuum*: sed optimus corrector in orâ apposuit MCCL.

(6) *Certa* -- *conjectatio*. Oppositam hoc loco vulgatae statuimus lectionem, tum ex ipsâ orationis texturâ; tum ob ea, quae ubique tradit de Mundi rotunditate. Hujus libri initio: *Formam ejus in speciem absoluti orbis globatam esse nomen in primis, & consensus in eo mortalium orbem appellantium; sed & argumenta rerum docent*. Item paullò ante quàm ad Dicaearchum provocaret. *Est autem figura prima. de quâ consensus judicat. Orbem certè dicimus Terrae globum, quem verticibus includi fatemur in tantâ montium excelsitate, tantâ camporum planitie; sed ejus amplexus, si cuncta linearum comprehendantur ambitu, figuram absoluti orbis efficiat, id quod ipsa rerum naturae cogit ratio*. Quonam igitur pacto vacillans potuit dicere vix ante probatum laudati Dicaearchi argumentum? Certam proculdubio illius sententiam affirmavit, quamvis sciret Alpium quaedam cacumina ultra Pelii mensuram assurgere. Minora enim hujusmodi sunt ad infringendam absoluti orbis figuram, quàm in malo Assyrio vix noscenda tubercula. Summopere laetor hanc & alias restitutiones placuisse Francisco Tortosiae summo in omni doctrinâ viro: cujus conjectationes (si Plinii verbis uti licet) divinas appellabimus (*f*). Suspicor hoc loco absurda irrepsisse ex characterum contractione, tum magis quòd Alpium verticibus passus L. mille falsò adscribebantur. Notandum tamen, quòd enormi adhuc receptâ mensurâ, nihil numerus amplissimae terrarum Orbis officeret rotunditati, ut ex Ricciolio ostendit Harduinus. Certam igitur Plinius Dicaearchi innuit conjectationem, ut paullò infra (*g*), *quo vera conjectatio existit*. Fateor in impressis, ac in membranis legi: *mihi incerta haec conjectatio* (*h*). In Carbonarino etiam *conjecturatio*. Verùm cum sensus opposita petat: restitutio ex rectâ profluit argumentatione, quae pauca emendans elementa verbo redundantem particulam *in* abscindit. Et sanè in Parmensi editione 1476. legimus: *Mihi in certa haec conjectatio* videtur: in aliis *i certa* (*i*), unde nota *i* per *item* complebitur.

(a) *Vid. Dalecamp. hoc loco edit. anni* 1615. *pag.* 13. (b) *In epist. ad Damian. Goesium*. (c) *Lib. XI.* 10. (d) *Lib. XXXV.* 15. (e) *Parm.* 1476. (f) *Lib. II.* 79. (g) *Lib. II.* 99. (h) *Vatican.* 3533. (i) *Ven.* 1491. 1496. 1499.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
ignaro quosdam Alpium vertices, longo tractu, nec breviore quinquaginta millibus passuum assurgere.	*tices longo tractu, nec breviore V. Mill. passuum* (1) *assurgere.*
LXX. pag. 109.	
Solis defectum, Vipsanio & Fonteïo Coss. qui fuere ante paucos annos, factum pridie Calendas Maïas, Campania hora diei inter septimam & octavam sensit.	◦ *Solis defectum Vipstano* (2), *& Fontejo Coss.(qui fuere ante paucos annos) pridie Kal. Maj. Campania horâ diei inter septimam, & octavam sensit.*
LXXI. & LXXII. pag. 109.	
Qua de causa ad occasum navigantes, quamvis brevissimo die, vincunt spatia nocturnae navigationis, ut Solem ipsum comitantes.	*Quâ de causâ ad Occasum navigantes quamvis brevissimo die vincunt spatia nocturnae navigationis, ut Solem ipsum comitantes.*
LXXIV. Vasaque horoscopa non ubique	*Vasa quoque horoscopa* (3) *non ubique eidem sunt usui* (4) *tercentis stadiis,*

ANNOTATIONES.

(1) *V. Mill. passuum.* A Plinio vulgatum omnia suadent, tum magis, quod Alpibus vicinus illas sibi toties visas testatur. Patet in antiquis codicibus longitudines siglis compendiariis signari. Nota igitur V. si e rectâ figurâ ad planam inclinatur, in L. abeat necesse est. *Quinque millia* atiam per siglas IↃↃ redduntur, quibus si una in hanc speciem IↃↃↃ incuriosè addatur, *quinquaginta millia* constantur. In utroque numero magis etiam affines sunt Tironis, & Senecae notae (a). Haud ignoro suppositias ab Harduino dici; verùm a primigenis utriusque auctoris lucubrationibus desumptas, adauctasque subinde, rectiùs affirmabimus. E compendiis igitur V. mill. natum *L. Mill.* quod ultimum characteribus exceptum parum cautis occasionem dedit, ut Plinium falsitatis arguerent. Animadvertendum tamen erat nullibi Nostrum callidissimis quibuscumque montibus adeò prodigiosae elevationis vertices tribuisse. Restitutâ genuinâ scripturâ sibi parcant, qui ut Plinium tueantur, Alpinam L. mille passuum altitudinem flexuoso montium ascensui adaptant. Minùs enim ad rem similia ingeruntur, ubi Mundi figura ratione perpendiculi montibus comparatur. Arguendus potiùs erit, qui Geographorum Princeps dicitur Strabo; & Alpium habitatores Medullos in jugis vivere scribit, quorum *altitudo rectissima* ([illegible]) *centum stadiorum esse dicitur, tantusque rursus ad fines Italiae descensus* (b).

(2) *Vipstano.* Harduinus minimè ignoravit, quòd in editiona Romanâ 1470. & Parmensi 1476. (poterat omnes decimo quinto seculo, & decimi sexti initio exaratas recensere) non *Vipsanio*, sed *Vipsano* legebatur. Asserit atiam, quòd in MSS. plerisque occurrit *Vipiano*, additque „ *In optimis editionibus* Vipsanio *recte. Fuit enim Romae, ut Fonteïa, sic & Vipsania, gens nobilis.* Vipstanus *non potest nomen gentis esse, sed tantum familiae cognomen: quod neque hoc loco cum gentis nomine Plinius conjungeret, nec sine praenomine. Itaque* Vipsanio *legi hoc loco, non* Vipstano *fas est.* „
Ve huic sententiae opposita tueamur, subsidio erunt verae lectionis indicia in Plinii codicibus, ubi *Vipsano* Domitius Calderinus (c), Hermolaus, & recentiores invenerant; idque in plarisque Vaticanis, atque Carbonarino occurrit: eâdem ratione Taciti amanuenses *Cajo Vipsano, Fontejo Coss.* (d). Vipsaniam gentem Romae fuisse vidimus in M. Agrippâ Augusti genero, qui gentilicium nomen, uti argumentum paternae ignobilitatis abjecit. Vipstanam porrò longè illustriorem agnationem ostendunt Fratrum Arvalium monumenta a Fulvio Ursino collacta: ADSTANTIBVS SVLPICIO CAMERINO MAGISTRO. L. SALVIO OTHONE TITIANO. C. VIPSTANO APRONIANO (e). Alterum itidem consulem Vipstanum Massallam ad annum V. Cond. 867. in Plinianis Tabulis proposuimus. Satis igitur superque constat Vipstani appellationem esse gentiliciam, atque unam ex paucis, quae non in IVS, sed in VS desinunt. Habes Norisium, & Muratorium haec plenissimè, & irrefragabili auctoritate ostendentes post laudatum Ursinum, qui in Aproniâ gente omnibus illuxit; arguendus tamen & ipse, quòd malè a Plinio, Tacito, Solino, Cassiodoro Vipsanium loco Vipstani appellari scribat: quando vir antiquarius amanuenses (saltem in Plinio, & Tacito) culpare debuerat; & oscitantiae non dubia in membranis extabant argumenta (f).

(3) *Vasa quoque horoscopa.* Cum in antiquis exemplaribus *quoque* per contractas notas *q;* redderetur; impressores vulgarunt nunc *vaseq;* (g), modò *vasaque* (h), quod ultimum invaluit. Plinium insuper in frusta scindantes hoc loco inepti capitis initium constituere. Harduinus, qui continuo filo a Plinio narrata exhibet, & capita ad paginarum oram ex aequo rejicit: nescio cur novam ordiatur texturam, quando ex conjunctione copulativâ periodus superioribus verbis nectenda apparet. Quâ enim ratione incipiet: *Vasaque horoscopa?*

(4) *Eidem sunt usui.* Ab antiquis typographis, Christophoro Longolio (i), Gelenio, & Manutio adoptata haec lectio, magis quàm noviter ingesta *eadem* arridet. Alibi Plinius (k) *eundem usum praebent.* Membranae insuper habent: *eidem sunt usui* (l).

(a) *Vid. Nov. Thesaur. Gruter. Tom. II. in fine pag.* 11. (b) *Lib. IV. pag.* 312. (c) *Defens. adversus Brotheum.*
(d) *Annal. lib. XIV. Vide Lips. pag.* 199. (e) *Gruter. pag. CXVIII. & sequenti.* (f) *Famil. Roman. pag.* 28. *Vide & pag.* 283.
(g) *Rom.* 1470. *Parm.* 1476. *Venet.* 1491. (h) *Venet.* 1496. 1499. 1507. 1519. (i) *Vide Dalecamp. hoc loco.*
(k) *Lib. XXVIII.* 12. (l) *Carbonarin. & nostri Codd.*

Ex Harduin.

que eadem sunt usui, in tercentis stadiis; aut, ut longissime, in quingentis, mutantibus semet umbris Solis. Itaque umbilici (quem gnomonem appellant) umbra, in Aegypto meridiano tempore, aequinoctii die, paulo plus quam dimidiam gnomonis mensuram efficit. In urbe Roma nona pars gnomonis deest umbrae. In oppido Ancone superest quinta. Decima in parte Italiae, quae Venetia appellatur, eisdem horis umbra gnomoni par fit.

Ex nostrâ recensione.

diis, aut longissimè etiam (1) *quingentis, mutantibus semet umbris Solis* (2). *Itaque umbilici quem gnomonem appellant, umbra in Aegypto meridiano tempore aequinoctii die paullò plus quàm dimidiam gnomonis mensuram efficit. In urbe Româ nona pars gnomonis deest umbrae. In oppido Anconâ* (3) *superest quinta tricesima* (4). *In parte Italiae, quae Venetia appellatur, eisdem horis umbra gnomoni par fit.*

LXXVI. pag. 110.

LXXVIII. Vmbrarum hanc rationem, & quam vocant gnomonicen, invenit Anaximenes Milesius, Anaximandri (de quo diximus) discipulus: primusque horo-

Vmbrarum hanc rationem, & quam vocant Gnomonicem invenit Anaximenes Milesius, Anaximandri, de quo diximus, & Thaletis (5) *discipulus, primusque horologium*

ANNOTATIONES.

(1) *Longissimè etiam.* Veteribus editionibus iterum adhaereo, quamvis in idem & recentiores collineent.

(2) *Vmbris Solis.* Hoc loco ab antiquis libris & membranis discedo, ubi *mutantibus semet umbris. Solis itaque umbilici* &c. Libro XXXVI. *Divus Augustus addidit mirabilem usum ad deprehendendas Solis umbras.*

(3) *Anconâ.* Ita, non Ancone cum laudatis exemplaribus recipio. Haud ignoro, quòd Mela, ubi scripsit: *Pado ad Anconam transitur Ravennâ*, addidisse *inflexi cubiti imagine, ac ideo a Graiis dicta Ancon* (a). Verùm nulla hic adest ratio, ut ab antiquis membranis, atque a Plinianâ, & ab omnibus receptâ scribendi methodo recedamus. Neque sanè rem evincunt Lucani, & Silii testimonia, quae ad allatum Melae locum attulit Pintianus: metro enim urgente a Poëtis *Ancon* dicitur, ut contra Cluverium ostendemus ad XIV. Naturalis historiae librum. A Livio enim, & ceteris Latinis scriptoribus *Ancona* appellatur; atque ita a Plinio *recto* casu (*b*) & *Anconam* latinâ inflexione (*c*), ac demum: *ab Anconâ Gallica ora incipit* (*d*), quae sanè Lucani, Silii (addamus & Juvenalis) exemplis erunt praeferenda.

(4) *Quinta tricesima.* „ Hactenus, *inquit Harduinus*, editum est. *In oppido Ancone superest quinta XXX. In parte Italiae* &c. MSS. hîc variant. Nos ex certissima conjectura, edi curavimus *Ancone superest quinta. Decima in parte Italiae* &c. In decima Italiae regione Venetiam statuit in Geographicis libro sequente. Neque simile veri est in tot particulas, hocest, in quintas trigesimas, ab homine πλατικωτέρως ubique agente, gnomonem, umbramque dividi. „ Ego in priscorum editionibus invenio. *In oppido Ancona superest quinta, XXX.* (*e*). Gelenius, & Manutius legunt *quinta trigesima*. Dalecampius qui eis accedit, inveniri etiam *in M.* adnotavit *trecesima*. Si inde differentiam statuit Harduinus, a vero abludit, cum unius literulae diversitas apertum sensum minimè debeat torquere. Membranae enim habent *quinta tricesima* (*f*). Carbonarinae. *In oppido Anchona superest quinta tricesima. In parte Italiae quae Venetia appellatur* &c. Addidisse Plinium hoc loco Venetae provinciae, *Decimae* appellationem haud facilè credam. In Italiae divisione Augustum sequi, utique fatetur infra (*g*); & tunc suum regionibus numerum assignavit. Neque itidem assentiar, ut umbrae tribuenda pars *quinta: decimâ* excipiatur a regione; ac secundo vocabulo confragosam, & diversam omnino a sciothericis ingerat significationem. Adde, quòd in decimâ regione plures alii, & a Venetis diversi recensebantur Populi. *Sequitur*, inquit Plinius (*h*), *decima regio Italiae Adriatico mari apposita, cujus Venetia — — In Mediterraneo regionis decimae coloniae Cremona, Brixia Cenomanorum agro, Venetorum autem Ateste.* Reliquae subinde urbes ad Venetos in hâc regione minimè spectantes enumerantur, quas invenies post Cluverium, Joh. Bunonem, Cellarium &c. in nobilissimo opere De antiquis Cenomanorum finibus (*i*). Vltimò, ne mathematicam mensuram in provinciali appellatione fundemus, jubet Plinius, qui in septimâ Circulorum divisione Anconam recensens *Vmbilico*, ait (*k*), *triginta quinque pedum, umbrae triginta sex; ut tamen in parte Venetiae exaequetur umbra gnomoni.* Ex iis patet scripsisse secundo libro, in oppido Anconâ umbram tricesimâ quintâ parte gnomoni majorem, cum umbilicum triginta quinque pedum uno pede superaret. Non igitur Plinium πλατικωτέρως appellare debebat Harduinus, cum in re maximi momenti exactissimae tradendae erant mensurae. Quicumque verò sciothericae artis rationem intelligit, geographicas consulens tabulas affirmabit non posse quintam gnomonis partem Anconae superesse, quando Romae nona deerat: cum rectâ lineâ ab unâ ad alteram urbem non plus quam C. mille passus numerentur.

(5) *Thaletis.* Nescio quâ ratione Thaletis nomen post Gelenium expungant recentiores, cum antiquis exemplaribus conveniant tempora, ut Anaximenes Milesius prius Thaletem, ac postea Anaximandrum Thaletis discipulum, utrumque civem suum audierit. Verba itidem Pliniana *Anaximandri, de quo diximus*: concinnius nectuntur

(a) *Lib. III.* 14. (b) *Lib. III.* 13. (c) *Lib. VII. in fine.* (d) *Lib. III.* 14. (e) *Rom.* 1470. *Parm.* 1476. (f) *Codd. Mediol.* (g) *Lib. III.* 5. (h) *Lib. III.* 18. (i) Memorie Storico-Critiche intorno all' antico stato de' Cenomani — raccolte dall' Abate Antonio Sambuca. (k) *Lib. VI. in fine.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
horologium, quod appellant sciothericon, Lacedaemone ostendit.	*gium, quod appellant sciothericon, Lacedaemone ostendit.*
LXXXIII. pag. 113.	
LXXXV. Factum est semel, quod equidem in Etruscae disciplinae voluminibus inveni, ingens terrarum portentum, L. Marcio, Sex. Julio Coss. in agro Mutinensi. Namque montes duo inter se concurrerunt, crepitu maximo assultantes, recedentesque, inter eos flamma fumoque in caelum exeunte interdiu, spectante e via Aemilia magna equitum Romanorum, familiarum & viatorum multitudine.	*Factum est & hoc* [1] *semel (quod equidem in Etruscae* [2] *disciplinae voluminibus inveni) ingens terrarum portentum L. Marcio* [3], *Sex. Julio Coss. in agro Mutinensi: namque montes duo inter se concurrerunt crepitu maximo assultantes recedentesque: inter eos flammâ fumoque in caelum exeunte interdiu* [4], *spectante e viâ Aemiliâ, magnâ Equitum Romanorum, familiariumque* [5] *& uxorum* [6] *multitudine.*
XCIV. pag. 116.	
XCVI. Quaedam vero terrae ad ingressus tremunt, sicut in Gabiensi agro,	*Quaedam verò terrae ad ingressus tremunt, sicut in Gabinensi* [7] *agro non procul*

ANNOTATIONES.

tur sequentibus, *& Thaletis discipulus*. Nullam Gelenius imminutae orationis affert caussam. Harduinus insuper in auctorum syllabo Anaximenem Milesium non profert, sed alium longè recentiorem patriâ Lampsacenum (*a*). Haud ignoro, quòd Strabo illustriores Milesiorum recensens: Anaximandrum Thaletis discipulum, rursumque hujus Anaximenem laudavit (*b*). Verùm hujusmodi non evincunt, ut Thaletis discipulus Anaximenes, illo moriente longiùs Anaximandrum audierit.

(1) *Et hoc*. Nempe *etiam hoc*: saepissime eleganterq; particulâ *&* pro *etiam* utitur Plinius: *mox & hoc ipsum exclevit* (*c*) &c. Quaenam igitur caussa, ut nexum ab antiquis typographis adoptatum eliminemus, tum magis cum narranda superioribus alliget?

(2) *Etruscae*. Vocem aspirant antiqua exemplaria, Gelenius, & Paullus Manutius hoc loco (*d*), quamvis in orthographiâ *Etruriam* scribendum innuat. Nulla codicum allatâ diversitate iis pariter accedit Dalecampius: utroque modo apud probatos scriptores invenitur. Cum aliqua latino idiomate exarata signaret Cosmus hujus praenominis III.; dubitaretque *Hetruria*, an *Etruria* a Grammaticis redderetur: adstans supplicium libellorum magister ad nummum provocavit, ubi ipsemet Cosmus MAG. DVX. ETRVR. VI. dicebatur; cui argutus Princeps: *quamvis hoc leve sit argumentum*, *Etruriam scribamus*.

(3) *L. Marcio*. Veteres librarii, ac codices *Martio*, quod idem. Hos Consules fuisse anno V. Condit. DCXXIII. asserit Harduinus calami, vel typographi errore non dubio; cum L. Marcii Philippi, & Sex. Julii Caesaris collegium juxta Capitolinam, & Plinii supputationem occurrat anno V. Cond. IↃCLXII.

(4) *Exeunte interdiu*. Totus hic Apennini tractus salinariis, sulphureisque materiis abundans mirandi ostenti rationem suppeditat. Argumenta sunt fodinae, & ferventia balnea non uno loco quaerenda: perpetuus ignis (Vulcanum neoterici appellant) prope Velejam: Lisiniani, & Salsi putea, quorum prima saxeum oleum: secunda aquam conficiendo sali idoneam effundunt. Et haec quidem in Philippi Principis ditione. In Atestinâ subterraneus immensus amnis evolvitur. Statis Vulcano diebus in Mutinensi flammam exire tradit hoc eodem libro Plinius. Prodigia, incendia hominibus funesta, colles absumptos (quae duobus ab hinc seculis in Mutinensi contingerunt) eruditus enumerat Cluverius, cum illustratam a nobis sententiam recitaret (*e*). Tantis ex caussis moveri etiam montes posse, & invicem concurrere non ignorant Philosophi. Id in Canadensi regione anno 1663. longè majori fato accidisse testatur Regnaultius (*f*); atque ex illo Feychoons (*g*).

(5) *Familiariumque*. In editis *familiarum* (*h*), vel *familiarumque* (*i*). Cum multitudo per Aemiliam transiens, eorum familiaribus, familiariumque uxoribus conveniat: expungendae minùs opportunae familiae. Quae enim ratio, ut familias in Aemiliâ viâ recenseat, cum de indigenis sermo minimè habeatur, qui commodius e collibus ultra Aemiliam sitis miraculum conspiciebant? Postquam locum restituissem, video haec ab Alexandro Benedicto minimè ignorata, cum in suâ editione legam *familiariumque* (*k*).

(6) *Uxorum*. Equitum Romanorum familiares uxoribus stipatos colligo; videoque similem scripturam ex membranis Dalecampium adnotasse, quam in Vaticano 3553., aliisque (*l*) invenio. Vniter enim prodigium ab iis omnibus in Aemiliâ viâ spectatum videtur innuere: igitur a vulgatis recedendum, ubi *viatorum*.

(7) *In Gabinensi*. Habent nostri codices, & impressa vetusta exemplaria, a quibus discessere Gelenius, Manutius, Dalecampius &c. Livius de Decio (*m*) *Ipse incinctus cinctu Gabino*: Virgilius (*n*).
Ipse Quirinali trabeâ, cinctuque Gabino. Cluverius a nostrâ discors lectione miratur a Plinio Gabiensem agrum dici, cum veteres oppidum Gabios plurali nomine appella-

(a) *Tom. I. pag. 53. col. 1.* (b) *Lib. XIV. pag. 942.* (c) *Lib. IV. 12.* (d) *Ad. II. Plin. lib. 83. col. 35.*
(e) *Ital. antiq. lib. I. 28.* (f) *Tom. II. contr. 8.* (g) *Tom. IX. ad V. num. 71.* (h) *Venet. 1496. 1499.*
(i) *Rom. 1470. Parm. 1476. Ven. 1491. 1559.* (k) *Cap. LXXXV. fol. 11. A.* (l) *Cod. Mediol.*
(m) *Dec. I. lib. VIII.* (n) *Aeneid. VII. vers. 612.*

Ex Harduin.

gro, non procul urbe Roma, jugera ferme ducenta, equitantium cursu: similiter in Reatino.

Quaedam insulae semper fluctuant, sicut in agro Caecubo, & eodem Reatino, Mutinensi, Statoniensi. In Vadimonis lacu, & ad Cutilias aquas opaca silva, quae nunquam die ac nocte eodem loco visitur. In Lydia quae vocantur Calaminae, non ventis solum, sed etiam contis quo libeat impulsae, multorum ci-

Ex nostrâ recensione.

cul urbe Româ jugera fermè ducenta: equitantium cursu similiter in Reatino (1). *Quaedam insulae semper fluctuant, sicut in agro Caecubo, & eodem Reatino, Mutinensi, Statoniensi* (2). *In Vadimonis lacu, & ad Cutilias aquas opaca sylva, quae nunquam die ac noctu eodem loco visitur: in Lydiâ (aquae vocantur Calaminae)* (3) *non ventis solùm, sed etiam contis quò libet impulsa* (4), *multorum civium* (5) *Mithridatico bello salus. Sunt & in Nympheo* (6) *par-*

ANNOTATIONES.

laverint (*a*); ubi Gabinensem legisset, poterat facilè intelligere, Gabinensem agrum eâdem ratione efferri, quâ Vrbs Gabina, Juno Gabina. (*b*). Gabinensium itidem, non Gabiensium Episcoporum nomina invenimus a V. seculo apud Lucentium, Vghellum, & Dominicum Georgium. Gabii jam Ciceronis aevo penè diruti, magis magisque interciderunt, ut eleganter ex oratione pro Planco, atque ex Horatii, Propertii, & Lucani testimoniis ostendit Petrus Aloysius Gallettus edito docto volumine, cui titulum fecit: *Gabio antica Città di Sabina, scoperta ove è ora Torri &c.*, unde hâc de causâ suspicatur non Latialibus Gabiis, sed Sabinis Gabinenses Episcopos tribuendos (*c*).

(1) *Similiter in Reatino*. Hujus loci restitutio debetur Gelenio; cum in antiquis perperam occurrat: *similiter in Reatino quaedam insulae &c.* Interpunctionem adhuc ab editis omnibus diversam suspicarer; ut nempe ad quoslibet ingressus in Gabinensi tremerent jugera fermè ducenta: in Reatino non ex levi hominum, sed ex magno equitantium motu. Mihi certè Plinii indoles & stylus magis ex tali interpretatione elucet. Laetor postquam hujusmodi adnotassem legisse apud Jesuitam Vulpium: *Tremoris hujus, seu potiùs resonantiae, ipse etiam dum per Gabinum agrum equitarem, non semel testis fui* (*d*). Quamvis igitur Vulpius communi adhaereat lectioni: ex reddito sonitu scripturae ignoratae bonitatem comprobat; uti etiam illum hoc loco Gabinensem recepisse conjicerem: dummodo viro docto genuinae orthographiae indicium adfuisset.

(2) *Statoniensi*. In veteribus *Stationensi*, quod in suis etiam codicibus invenit Harduinus; multiplici tamen argumento ostendit legendum *Statoniensi*. Hoc jamdiu receperat Gelenius, qui edidit: *Reatino, Mutinensi, Statoniensi* (*e*). De restitutione in Dalecampii impressionibus dubitatum animadverto (*f*). Cluverius Statoniam colligit esse neotericum *Castro*. Strabo in Romae viciniâ Statoniam certè describit: a quo cum Στατωνία appelletur, illius agrum Statoniensem dicendum, legendumque jubet apud Plinium (*g*). Quâ ratione fluitantes insulae in Mutinensi invenirentur paullò infra attingam.

(3) *Aquae vocantur Calaminae*. Veteris scripturae sensus quamvis concisus, obvius erit legentibus, ubi genuinae intercisi divisiones suis locis reddantur; & de natanti sylvâ, non de pluribus insulis loqui auctorem intelligamus: nempe in aquis nomine Calaminis Lydiae provinciae attributis extare sylvam, quae non tantùm ventis, sed etiam contis quò libitum esset, circumageretur; atque in eâ plures Romanos Cives, ambulanti tanquam in asylo, sese recepisse, ut persequentis Mithridatis furorem eluderent. Minùs igitur rectè apud Lexicographos occurrunt Calaminae Insulae in Lydiâ, ubi etiam *Calaminae Hetruscae*, nescio unde, appellantur (*h*). Etruscos, sive Tyrrhenos e Lydiâ in Italiam navigasse refert antiquitas: Calaminas aquas, vel insulas *Hetruscas* quoque appellatas non memini me legisse apud idoneum scriptorem.

(4) *Quò libet impulsa*. Ediderant veteres typographi ineptè *vel quolibet impulsu*; Qui enim quaerendus impulsus, postquam contis circumagerentur? Aliquam in variantibus medelam fecit Alexander Benedictus. Vulgavit Gelenius *quo libeat impulsae*. Nos ex Carbonarino restituimus *quò libet impulsa*. Haec longè sibi meliùs cohaerent; atque ideò sylva aquarum Calaminarum, multorum civium *salus* a Plinio singulari numero appellatur. Alibi de Bubone *volat nunquam quò libuit* (*i*).

(5) *Civium* Nempe Romanorum ob juris civitatem eis datam; unde constat ad illam semper, non ad originem auctorem provocasse: quod sexcentis locis adversus Johannem Harduinum facilè ostendetur.

(6) *Nympheo*. In hoc nomine vetus scriptura diphthongum respuit, quod in optimis membranis apud alios auctores quoque receptum invenio. Utrâque igitur methodo reddi possunt Nymphea, & Nymphaea: tum in iis, quae ad Geographiam spectant; tum in locis, quae Nymphis, & aquarum amoenitati dicabantur. Graecis Νυμφαῖον, a Latinis etiam absque diphthongo usurpabatur, ut Museum, Lyceum, quae Graecis Μουσεῖον, Λύκειον, quamvis & Lycaeum, & Musaeum inveniamus. Cogitat Harduinus Nympheum sinum fuisse Calaminae paludis partem; ibique Plinii verba, Sotionis, Varronis, Capellae auctoritatibus illustrat. Non tanti fuisse (saltem in Nostri sententiâ) aquas Calaminas judicarem, ut Nymphei stagnum concluderent: primùm quia Plinius in Geographicis Calaminae, sive paludis, sive lacus mentionem non fecit. Secundò quòd ipsa appellatio aquarum Calaminarum, uti aquarum Cutiliarum, modici ambitus situm ostendit. Ultimò verba *sunt & in Nympheo*, stagnum a Calaminis diversum innuunt. Dubitavi quandoque, an de Nympheo loquatur Plinius, de quo paullò infra (*k*): *& juxta gelidum fontem semper ardens Nymphei crater dira Apolloniatis suis portendit, ut Theopompus tradidit. Augetur imbribus, egeritque bitumen temperandum fonte illo ingustabili, alias omni bitumine dilutius — In Nympheo exit e petrâ flamma, quae pluviis accenditur: exit & ad aquas Scantias*. Erat Nympheum in agro Apolloniate, ut constat ex Livio (*l*). Plinius itidem (*m*) *Apollonia quondam Corinthiorum Colonia* IIII. M. *Pass. a mari recedens, cujus in finibus celebre Nympheum accolunt Barbari Amantes, & Bulliones*. Cum igitur in Epirensi Nympheo omnia sulphureis abundarent materiis, facili impulsu parvulae moveri poterant insulae, sub quibus fervens humor aquis immixtus decurrebat. Verùm cum Martianus Capella affirmet: (*n*) *vetustatis persuasione com-*

[a] *Ital. antiq. lib. III. 4.* [b] *Ovid. Fastor. II. vers. 709.* [c] *Vide pag. 56.* [d] *Vet. Latii Tom. IX. lib. XVII. pag. 246.*
[e] *Vide edition. Lugdun. 1548. col. 32.* [f] *In impress. Colon. Allobrog. ann. 1615. pag. 30. col. 1.*
[g] *Vid. Strabon. lib. V. pag. 345.* [h] *Vide vocabulum* Calaminae. [i] *Lib. X. 12.* [k] *Lib. II. 106.*
[l] *Lib. XLII.* [m] *Lib. III. 23.* [n] *Lib. IX. 1.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
civium Mithridatico bello ſalus. Sunt & in Nymphaeo parvae, Saltuares dictae: quoniam in ſymphoniae cantu ad ictus modulantium pedum moventur. In	*parvae Saltares* (1) *dictae, quoniam in ſymphoniae cantu ad ictus modulantium pedum moventur* (2). *In Tarquinienſi lacu Italiae magno* (3) *duo nemora circumferuntur, nunc tri-*

ANNOTATIONES.

compertum in Lydiâ Nympharum inſulas dici, quas etiam — Varro ſe vidiſſe teſtatur: quae in medium ſtagnum e continenti procedentes cantu tibiarum, primò in circulum motae, dehinc ad litora revertuntur: Lydo potiùs quàm Epirenſi Nympheo hujuſmodi miraculum attribuunt eruditi. Notandum tamen quòd fabulas, & aliqua ſatis diverſa ex Varrone deſcribit Martianus. Nec Varro Sotioni, nec Martiano convenit. Legimus enim apud Latinum (a) piſces in Lydiâ ad tibicinem Graecum veniſſe, dum Varro ſacrificaret, *& eodem tempore inſulas Ludinorum ibi corroſas* vidiſſe. Quamvis corruptae *Ludinorum* voci, a Lexicographis adoptatae (b), rectiùs *Lydorum* cum Dalecampio ſubſtituas: nihil adhuc ibi de Calaminis ſpeciatim occurrit.

E contrario Sotion non inſulas, ſed calamos in palude (quaa inde nomen videtur accepiſſe) gigni teſtatur: ἐν Λυδίᾳ ἐστὶ λίμνη Καλαμίνη καλουμένη ἱερὸν δ' ὄντα Νυμφῶν, ὅσον καλαμῶν πλῆθος &c., quae in hanc ſpeciem tranſtulit Comes Caſto filius meus. *In Lydiâ eſt palus Calamine dicta, templum verò habet Nympharum: multitudinem fert calamorum, interque illos unum, quem indigenae Regem cognominant. Sacrificia verò, & feſtum peragentes quotannis illum propitiantur. His autem perfectis apud litora deinde fit fragor ſymphoniae, omnes pulchras agunt choreas, & Rex cum illis ad litus accedit.* Sotion templum in palude Calaminâ ſtatuens, & longè diverſa a Plinio tradens non ſinit, ut Noſtri ſententiam torqueamus, qui Nympheum a Calaminis ſeparavit. Harduinus per Dalecampium profecerat, ubi *Inſulae*, ait (c), *calaminae, & ſaltuares eaedem. Prope fuit Nympharum templum, quibus erant dicatae. Plin. Nymphaeum vocat. Scotion* (lege Sotion) *in Eglogis* ἐν Λυδίᾳ &c. *Varro* „ cum eodem tempore inſulas Lydorum ibi concuſſas vidiſſes. „

Ego juxta Plinium ſtatuerem a Nympheo Calaminas aquas diſferre; cumque ad illas multi Romani Civas confugerint: intelligimus lacum navibus fuiſſe deſtitutum; caeteroquin Mithridatis claſſiarii circumdatâ vagâ ſylvâ in eam appuliſſent. Calaminis proximum, certè in hâc provinciâ extitiſſe Nympheum ex altero Plinii loco eruitur, ubi piſces edentibus mortiferos inveniri *in Lydiâ in ſtagno Nympharum* prodit (d). Diſcedam igitur a Rocchi Vulpii ſententiâ, qui Plinii verba Nympheo lacui prope Norbanum montem latitanti adaptavit (e). Meminit quidem Plinius Nymphei amnis Latii, nomenque a Nymphis ſortiri faciè concedendum. Nemo tamen Romanorum fabulam, ſeu miraculi hiſtoriam in amniculo, ſiva lacuſculo ad ſuburbanam Italiam ſpectante adnotavit.

(1) *Saltares*. Cum membranis (f), & primigeniis libris lego, quam vocem in *ſaltuares* Gelenius convertit. Vbi ad Epirenſe Nympheum ſpectaſſent, notior emergeret cauſſa, ut facili negocio parvaa inſulae moverentur, cum flammiferae in eo petrae cubarent.

(2) *Moventur*. Modulantium pedum ictibus faciliùs quàm vago impulſu parvas inſulas circumagi poſſe, utique percipit, qui motus canones non ignorat. Fabuloſa antiquitas ſymphoniam jungebat (quod inſtrumentum choreis, & laſciviae dicatum oſtendemus) eum Nymphas ſtagni habitatrices ſomniaret. Qui haec omnia pernegant ad Harduinum provocent, ubi *tales*, ait (g), *inſulas, quae arbores habeant, quae contis impellantur, quibus pecudes & armenta paſcantur, ad Fanum S. Audomari in Belgia magnâ cum voluptata ipſe ſpectavi.* Sed vagas inſulas & noſtra habet Italia, de quibus ſtatim.

(3) *Lacu Italiae magno*. Eâdem auctoritate reſtituo (h); unde ex ipsâ verborum texturâ faciliùs dignoſcamus loqui de magno Tarquinienſi lacu, non de eo, qui inter maximos Italiae eſſet recenſendus. Torſit me hoc loco neotericorum interpretatio, qui Plinium de Sabatino, nunc Braccianenſi ſcribere pronunciant. Harduinus poſtquam Tarquinienſem in Etruriâ ſtatuit, illum ab oppidulo proximo *Lago di Bracciano* appellari affirmat. Tarquinienſem lacum ad Etruriam ſpectare utique concedam, cum Tarquinienſes Populi in ſeptimâ regione, *quae Etruria eſt*, a Plinio collocentur. Verùm hunc eſſe quem neoterici Braccianenſem appellant, XX. M. paſs. ab Vrbe Româ diſſitum, nuſquam recipiam. Neque enim difficultas in eo ſiſtit, quòd lacus *magnus* a Plinio vocetur, quamvis reapſe mediocris; cum a minorum comparatione eidem agro tributorum epithethon ſortiatur; unde hâc de cauſâ Sabatinus XXIV. M. paſſus ambitum non excedens Tarquinienſium lacus magnus eſſe poſſet, cum parvuli in ejus viciniâ extent lacuſculi. Hallucinantur igitur ii omnes, qui Plinii verba ita accipiunt, ut Tarquinienſem inter ampliores Italiae lacus annumerent. Hos inter magis peccavit, qui nuperis annis in magno *Encyclopediae* opere ſcripſit (i): *Bracciano un des plus grands lacs d' Italie:* dicendum erat, *un des plus petits*. Verborum ſenſus eſt, in Tarquinienſis agri lacu magno duo nemora circumferri; additum *Italiae* non importat, ut Tarquinienſis ex amplioribus hujus terrae credatur; ſed ut regionem deſignet, cum ab Aſiâ in patriam provinciam narratio deducatur. Eſt igitur Tarquinienſis idem, ac Vulſinienſis lacus, illumque *magni* appellatione a minoribus, & praeſertim a Vici lacu proximo diſtinguit. In Tranſpadanâ Italiâ, qui a priſcis Verbanus, nunc vocatur *Lago maggiore*; nec aliâ profectò de cauſâ, ut Benedictus Jovius adnotavit, niſi quia Lucanenſem, Hortanum, Variſienſem, alioſque propinquos longè exſuperat, quamvis ipſe ambitu, & productione a Lario vincatur (k). Adde quòd ex vicinioribus Romae Sabatino, Focino, Vadimone, Velino nullus Vulſinienſi jure comparatur. Thraſimeno tamen cedat neceſſe eſt, ut Thraſimenus Benaco, Benacus Verbano, Verbanus Lario. Vulſinienſis igitur (*Lago di Bolſena*) alio nomine magnus Tarquinienſis agri lacus appellabatur; idque ex ipſius Plinii verbis eruitur, ubi legimus (l). *Nigri ſilices optimi: quibuſdam in locis & rubentes; nonnunquam verò & albi, ſicut in Tarquinienſi circa lacum Vulſinienſem.* Noſtri, & Vitruvii locum, unda Vulſinienſis lacus Tarquinienſi accenſebatur territorio, vidit Cluverius (m): attamen cum in hoc duas inſulas eminenti duroque ſaxo impoſitas cerneret: dubitat utrum Plinius erraverit, an aliae fuerint ejus aetate fluctuantes. Sed ad Cluverii haeſitationem reponendum, duo nemora, non inſulas Plinium deſcripſiſſe; multaque diverſa in Tarquinienſi, ut in Vadimonis lacu accidiſſe quis neget, concuſſâ tot terraemotibus Italiâ, mutatâque ſoli facie ex irruentium fluviorum aggeratione, ut opportunè adnotavit in Mutinenſi territorio Jacobus Grandius. *Nunc enim*, ait (n), *nullae paludes, nulli lacus, nullae inſulae fluitantes. Terra a montibus vicinis per fluvios & imbres abraſa crateræ paluſtres obductae ſunt, lacunae repletae: & depreſſum ſolum in tantum elevatum eſt, ut quantum montibus deceſſerit ex immani incrementa plani aeſtimare liceat.* Quaenam

[a] *Lib. III. 17. de re ruſtic. pag.* 223. *edit. Lug.* 1549. [b] *In verbo* Corroſus. [c] *Ad Plin. lib. II.* 95. *pag.* 30. *edit.* 1615. [d] *Lib. XXXI.* 2. [e] *Vet. Lat. Tom. III. lib. V. pag.* 225. [f] *Carbonar. Vatican.* 3533. [g] *Ad Plin. lib. II. pag.* 116. *num.* 9. [h] *Carbonar. Vatican.* 3533. [i] *In verbo* Bracciano. [k] *Epiſt. LXXV. MSSt.* [l] *Lib. XXXVI.* 22. (m) *Ital. Antiq. lib. II.* 3. [n] *In epiſt. ad Johan. Quirinum pag.* 49.

Ex Harduin.

In Tarquiniensi lacu magno Italiae, duae nemora circumferunt, nunc triquetram figuram edentes, nunc rotundam complexu, ventis impellentibus: quadratam nunquam.

Ex nostrâ recensione.

triquetram figuram edentes, nunc rotundam complexu ventis impellentibus, quadratam nunquam.

CIII. pag. 119.

Quaedam vero & dulces inter se supermeant alias. Vt in Fucino lacu invectus amnis, in Lario Addua, in Verbano Ticinus, in Benaco Mincius, in Sevino Ollius, in Lemanno Rhodanus; hic trans Alpes, superiores in Italiâ, multorum millium transitu hospitales suas tan-

Quaedam verò & dulces inter se supermeant alias, ut in Eupilio lacu invectus Lamber (1), *in Lario Addua, in Verbano Ticinus, in Benaco Mincius, in Sebino Ollius, in Lemanno Rhodanus: hic trans Alpes, superiores in Italiâ multorum millium transitu* (2) *hospitales suas tantùm, nec lar-*

ANNOTATIONES.

nam esset fluctuantium olim in Mutinensi insularum natura, ostendunt mirandae in Rhodiginâ inferiori peninsulâ, quas vulgus appellat *Cuori*, constantque ex calamorum redicibus decidentia sulia, Solisque radiis friata excipientibus. In pumicosam terram subinde abeunt, postquam palustribus herbis agglomerantur, iduneaeque evadunt ad quaecumque animalie sustinenda. Rem pluribus persequuntur Nicolaus Madrisius (*a*), atque ex illo Carolus Comes Silvestrius (*b*), cum Italicas fluctuantes insulas Audomarensibus compararent. Harum omnium majores, & nobilibus cultis insignes creduntur, quae Mexicanam paludem exornant.

(1) *In Eupilio --- invectus Lamber*. Hoc usque in impressis voluminibus receptum: *ut in Fucino lacu invectus amnis*. Dictionis novitete perculsus Harduinus „ Sic, *inquit*, „ R. 2. ceterique codices MSS. Mirari porro hoc loco „ subit, cur hujus amnis nomen praetereat silentio, qui „ ceteros suo quemque proprio nomine indigitat: sed quod „ modo nomen dissimulat, id alibi ipse aperit, nempe lib. „ 31. sect. 24. ubi Piconum, vel Pitonium vocat. Vibius Sequester pag. 335. *Pitornium* appellat, *qui per* „ *medium lacum Fucinum ita decurrit, ut aquae ejus non* „ *misceantur stagno*.

Plinii verbe, ad quae provocet Harduinus in hanc speciem apud ipsum invenies (*c*): *Clarissima aquarum omnium in toto orbe, frigoris salubritatisque palma praeconio Vrbis, Marcia est, inter reliqua Deûm munere Vrbi tributa. Vocabatur haec quondam Aufeia, fons autem ipse Pitonia. Oritur in ultimis montibus Pelignorum; transit Marsos & Fucinum lacum, Romam non dubie petens. Mox in specus mersa &c.*

Ex allatâ Plinii narratione *invectum amnem* minimè esse posse Pitonium affirmarem, quidquid nil certiùs Cluverio visum fuerit (*d*). Si non largiores ab illatis aquas evehere debuit Pitonia, quonam pacto amnis appellabitur? quâve ratione fons cum inclytis fluviis recensebitur? Hanc difficultatem, ut opinor, praevidit Mutius Phoebonius; ideoque suo nomine fluvium a Plinio *Invectum* dici contendit (*e*), Sed quisnam huic itidem falsae opinioni accedet? Legimus paullò ante de insulis (*f*). *Nascuntur enim, nec fluminum tantùm invectu, sicut Echinades insulae*. Quare amnem proprio nomine indigitasse de Plinio auctore peraccurato utique pronunciamus, qui tamen *Lamber*, non *amnis*, atque hic *Eupilii*, non *Fucini*, uti alumnus, ita & partus.

Et sanè quânam ex caussâ Fucini redundentis ob emissariorum defectum, & longinqui lacus testimonium petere debebat, cum Alpibus viciniores, & celebrati succurrerent, quosve inclytorum appellatione laudavit, & *amnes eorum partus, ut alumni simili modo acceptos* (*g*) reddebant? Hic etiam locus quamvis in vulgatis mirum in modum detortus, satis indicat non uberiores illatis aquas Lambrum ab Eupilio, Adduam e Lario, a Verbano Ticinum, a Benaco Mincium, e Sebino Ollium educere. Contra nil tale quòd Fucino convenire possit invenies, quamvis saepiuscule illius memoria apud Plinium occurrat; imò oppositum statuendum videtur, ubi inter maxima & admiranda Claudii Caesaris opera, *montem perfossum ad Fucinum lacum emittendum* (*h*) enumeravit. Quare cum neque Tacitus, Suetonius, & Dio tantum laborem describentes amnis a Fucino effluentis meminerint (cujus alveo dilatando non monti perfodendo Claudius incubuisset): nullum certè lacus habebat emissarium, quo Marsi ab intumescentium aquarum furore levarentur.

Fateor hanc restitutionem ex paucis illis esse, quae vix a membranis juvantur. Nulla tamen ex integro verba ingesta invenies, & modica edhuc in emendatis adest affinitas elementorum; neque mirum evadet, si pro *Eupilio*, & *Lamber* inveniatur *Fucino .... amnis*, ubi notemus Amanuenses ex *huic communia* fecisse alibi *huic amni* (*i*). Fortasse pro *Lamber*, additum *Lambris*, quâ de re infra.

(2) *Multorum millium transitu*. Ex iis etiam eruitur Plinium de Fucino minimè loqui, cum lacus exiguâ, atque ad orbicularem accedente figurâ acceptas aquas multorum millium transitu reddere haud potuisset: quod secus in aliis accidere quisquis ex geographicis tabulis, & eorum longitudine intelligit. Id quoque Plinii aetete in Eupilio contingebat, quamvis diversa in posterum evenerint, cum terraemotu in plures abiit lacusculos (*k*). Iis porrò, quae de Pitoniâ, seu Pitornio tradit Vibius (de dubiis omnibus rogandus) conveniunt Naturalis historiae verbe; *proditum hoc & in Oronte multisque aliis*, praeter jam allata transit *Fucinum lacum Romam non dubiè petens*. Haud ignoro Strabonem Fucinum lacum amplitudine mari similem dixisse (*l*). Verùm si integra verba sunt (de quibus satis cum Xylandro, & Casaubono dubitandum) potiùs nostram firmant restitutionem, cum temporarium agnoscat lacum, non ab aliquo amne, sed a fontibus in imâ parte delitescentibus formatum; spa-

[a] *Tom. II.* Viaggi *pag.* 56. [b] Descrizione delle Paludi Adriaac. *pag.* 201. [c] *Tom. II. lib. XXXI. pag.* 553. [d] *Ital. Ant q. lib. II.* [e] *Lib. II. 5. Histor. Marsor.* (f) *Lib. II.* 85. (g) *Lib. III.* 19. [h] *Lib. XXXVI.* 16. (i) *Lib. XXXVI. 9.* (k) *Vide Paul. Jovium in Lario, Thomam Porcacch. Nobil. Comens. Lib. II.* (l) *Lib. V. pag.* 367.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
tantum, nec largiores, quam intulere, aquas evehentes. Proditum hoc & in Oronte amne Syriae, multiſque aliis ---. Et in Atinate campo fluvius merſus poſt XX. M. paſs. exit: & in Aquileienſi Timavus.	*largiores quàm intulere, aquas evehentes* (1). *Proditum hoc & in Oronte amne Syriae, multiſque aliis --- Et in Atinate campo fluvius merſus* (2): *poſt XV. M. P. exit & in Aquilejenſi Timavus.*

AD III. LIBRUM.

I. pag. 137. & ſeq.	
Sexti Firmum cognomine Julium ---- Mox Ripepora foederatorum ----- Sucro flu-	*Sexifirmum* (3) *cognomine Julium* ------ *Mox Ripa* (4), *Epora foederatorum* ------ *Su-*

ANNOTATIONES.

ſpatiumque ab aquis occupatum poſtea agriculturae commodum teſtetur.

(1) *Evehentes*. Ob duplex narratum miraculum tali pacto Plinium arguit Harduinus (*a*). *Si flumina lacubus innatare hoc uno Plinius argumento colligit, quod in exitu non majorem evehant aquae vim, quam quantam intulerunt, ludit operam. Nam etſi permiſceantur, inter ſe vel maxime, imminui lacus non continuo debet, ſi per eum amnis tranſierit. Quid quod enim ex iiſdem amnibus nati lacus? qui amnes ubi depreſſiorem locum, hoc eſt, alveum lacus impleverint, eandem aquae molem trahentes pergunt porrò ulterius, quo patitur declivitas loci, alveique ſinus. Alioqui tamen, cum amnes quidam violentius per lacus feruntur, impermixtas ferme aquas ſervare vulgo exiſtimantur: qua ratione fluvii quidam inſigniores retinent in mari per milliaria aliquot & curſus ſui tenorem, & ſaporem aquae.* Non ex aquarum ſolâ, eâdemque vî ad exitum, uti ad invectionem perpendendâ, ſed ex naturali fluvialium levitate, quâ ſtagnantes aquae vincuntur, collegit Plinius quoſdam amnes lacubus ſupermeantes inveniri. Tum lacus aliis fontibus, & amniculis implentur. In omnibus plures decidunt, uti in Lario, cujus incolis principatus poſt Adduam Merae datur. In Lario itidem adeſſe ſcatebras, quaſi fiſtulis micantes nemo ignorat; quarum una circa Angelicam cauponam noſtram ſub ipſis Comi moenibus erumpit. Notandum ſecundò Plinium non omnibus, ſed quibuſdam tantùm fluviis mirandam levitatem attribuere. Caſſiodorus de Adduâ Larium permeante: *Putes*, inquit (*b*), *quandam lineam fuſciorem in aquis albentibus eſſe deſcriptam, miroque modo influentis diſcolor natura conſpicitur, quae miſceri poſſe ſimili colore ſentitur. --- Hoc autem jure putabitur ſtupendum, quod ſimile tantis qualitatibus elementum per pigrum ſtagnum vides ire celerrimum, ut amnem per ſolidos campos putes decurrere, quem ſe peregrinis undis non videas colore poſſe miſcere.* Hanc illuſtris Caſſiodori opinionem (brevioribus tamen ſpatiis coërcendam) ſequuntur oculares teſtes Laurentius Schraderus (*c*), Paullus, & Benedictus fratres Jovii (*d*), Petrus Franciſcus Minotius (*e*), Franciſcus Ballarinus (*f*), & Auguſtinus e Comitibus Lengueliae (*g*). Multâ veritate fulgens iis apparebit, qui maximâ diligentiâ vitreis egregiiſque ad conſpiciendum utatur inſtrumentis. Fatemur tamen hoc miraculum non ubique, ſed circa Varenam interdin cerni, quod Benedictus Jovius ſuâ aetate, & ego ipſe non unicâ vice contemplatus ſum. Opponitur Varena Bilacii promontorio, quo lacus in duos dividitur tractus. Alter Comum uſque per XXIV. M. paſſus, alter per XV. mille Leucum protenditur; ibique Addua emittitur. Cum igitur Addua tam longo ſpatio ex Fontanâ arce Varenam uſque, a Varenâ ad emiſſarium, nullo Larii jure ſubmerſus, innatet: conjicerem Plinium e ſuâ Bilacenſi villâ inſigne miraculum conſpexiſſe. Haec enim illa ipſiſſima eſt, quae edito in colle ſita *Tragedia* ab adoptivo filio appellatur; cujuſve hiſce in diſquiſitionibus frequens occurrit memoria. Pomponius Mela ſimilia de Rhodano ante Plinium vulgavit (*h*): *Lemanno lacu acceptus tenet impetum, ſeque per medium integer agens, quantus venit, egreditur.* Leander Albertus (*i*), aliique idem de Ticino, ac Lario aſſeverant.

(2) *Merſus*. Cluverius a vulgatâ lectione irretitus Plinium arguit, tanquam Atinatium amniculum poſt XX. M. paſs. occultationem rurſus exire ſcriptitaverit. Verùm Romanae Claſſis Praefectum in re notiſſimâ, ſibique vicinâ erraſſe quis credet? Sexaginta tantùm mille paſſus ab Auletiâ [ubi Tanager iterum emergit] ad Miſeni promontorium numerantur. Vitioſâ igitur ſublatâ interpunctione vaneſcet accuſatio, cum non ipſiſſimam ignobili fluvio, ac Timavo tribuat occultationem. Tanagro igitur, quia vix XXXII. ſtadiis condebatur, nullam: Timavo terram CXXX. ſtadiis ſubterlabenti, ſuam aſſignavit menſuram. Hanc verò XV. (non XX.) M. paſſuum indicaſſe Plinium, ſuadent Poſidonii verba, qui CXXX. ſtadiorum ſpatio Timavum abſorberi teſtatur (*k*). Quare cum illius teſtimonio hocce libro Plinius utatur (*l*): facilè credendum XV. mille paſſus vulgaſſe: quae omnia ſibi invicem, & neotericorum menſuris accedunt, cum in hodiernam diem per XIV. mille paſſus ſubterraneo curriculo ſeſe condat, atque iterum erumpat Timavus (*m*). Omnes enim norunt noſtra antiquorum milliaribus paullò majora eſſe. Reſtituenda igitur Plinio nota V, quae ab amanuenſibus decuſſata in duplum abivit.

(3) *Sexifirmum*. Ita ſcribendum monent noſtri codices, & vetuſtiores editiones (*n*), quibus accedit Dalecampius. Subſequentes typographi vulgarunt *Sextifirmium* (*o*), ab Alexandro Benedicto, Gelenio, & Paullo Manutio adoptatum. Retentam a nobis lectionem in ſuis membranis etiam apparere monuit Harduinus; unde fateor me ignorare, cur ab illo in operis corpore negligatur, cum ſecundum hâc in re haberet argumentum ex altero Plinii loco, ubi piſcium genera enumerat (*p*). *Colias, ſive Paritanus, ſive Sexitanus a patriâ Baeticâ.* Oppidi orthographia convenit Martiali, atque Athenaeo. Epigrammatarii Poëtae auctoritatem affert Dalecampius; Graeci, & Latini ſcriptoris teſtimonium Harduinus in eruditis triceſimi ſecundi voluminis annotationibus (*q*).

(4) *Ripa*. Pro *Ripeporâ foederatorum* in vulgatis omnibus apparente ſubſtituit Bernardus Aldreteus (*Aldrete*) (*r*) *mox Ripa, Epora foederatorum*: idque omni jure. Duplicia

(a) *Ad cit. Plin. lib. II. pag. 119. num. 21.* (b) *Epiſt. ad Gaudioſ.* (c) *Monument. Ital. fol. 309.* (d) *Deſcript. Larii.*
(e) Le Delizie del Lario *pag. 70.* (f) *Chron. Com. Par. III. pag. 318.* (g) *Noctes Adduae pag. 2.* (h) *Lib. II. 5.* (i) *Deſcript. Ital.*
(k) *Apud Strabon. lib. V.* (l) *Vid. Elenchon Plin. apud Harduin. Tom. I. pag. 10.* (m) *Cluver. Ital. antiq. & Joh. Buno lib. IV. 14. pag. 722.* (n) *Rom. 1470. Parm. 1476. Venet. 1491.* (o) *Venet. 1496. 1499.* (p) *Lib. XXXII. 11.*
(q) *Tom. II. pag. 593. num. 20.* (r) Varias Antigüedades *pag. 36.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
fluvius, & quondam oppidum, Contestaniae finis ---- Setabitani, qui Augustani.	*Sucro fluvius, & quondam oppidum* [1] *Contestaniae finis — Saetabitani* [2] *qui Augustani.*
IV. pag. 145. & 146.	
V. Narbonensis provincia appellatur pars Galliarum, quae interno mari alluitur, Braccata ante dicta, amne Varo ab Italia discreta, Alpiumque vel saluberrimis Romano imperio jugis ------ Sunt auctores, & Heracleam oppidum in ostio Rhodani fuisse.	*Narbonensis* [3] *provincia appellatur pars Galliarum, quae interno mari alluitur, Braccata ante* [4] *dicta, amne Varo ab Italiâ discreta, Alpiumque saluberrimis* [5] *Romano imperio jugis ----- Sunt auctores & Heracleam oppidum in ostio Rhodani fuisse*
Vltra, fossae ex Rhodano C. Marii opere,	*(ultra Fossam ex Rhodano centum passibus* [6] *C. Marii* [7] *opere & nomine) insi-*

ANNOTATIONES.

cia enim mihi suppetunt argumenta: primum quòd ab omnibus illustre oppidum *Epora*, non *Ripepora* nominatur, uti ex antiquis lapidibus, Antonini itinerario, Hieronymo Suritâ ipsemet Harduinus non ignoravit. Secundum, quòd neotericum *Montoro* (ubi monumentum REIPVB. EPORENSIS) conterminum est vico *Castro al Rio*: nomine antiquam *Ripam* prodente.

(5) *Et quondam oppidum*. Conjicit Henricus Floresius, quòd loco *quondam* rectiùs legeretur *quoddam* (a). Vt ab illo discedam, jubent membranae, & vulgata exemplaria; quodque magis est Plinii ingenium, & stylus. Mancâ enim ratione vir hisce in regionibus versatus Sucroni *quoddam oppidum* jungeret, cum eversa quoque recenseat. *In hoc situ interiit oppidum Orobiorum Barra* (b) ---- ---- *Illiberis magnae quondam urbis tenue vestigium* (c). Vbi notandum vocem *quondam* eâdem, ut supra, significatione usurpari. Alibi *Lacus Lucrinus, & Avernus, juxta quem Cimmerium quondam oppidum* (d); & tandem ipsissimâ ex causâ. *Flumen Tamuda navigabile, quondam & oppidum* (e). Rectissimus igitur sensus erit: in Contestaniae finibus Sucronis fluvii ostia, & cognominis urbis (quae interierat) vestigia inveniri. Quae porrò addit Floresius ex Antonini itinerario, quasi ad Sucronem mansio describatur: ubi legerentur, illius opinionem utique infirmarent, cum *mansio* nullâ ratione oppidum importet, sed *diversorium, hospitium*, quo viatores pernoctatum ire possint. Gallis mansiones eleganti unicoque vocabulo appellantur *Gites* (f): nobis *Luoghi da dormire*. Vt verùm tamen fatear, in probatioribus Antonini exemplaribus mansionis vocabulum desideratur, legimusque (g):

SAGVNTVM	M. P. XXII.
VALENTIA	M. P. XVI.
SVCRONEM	M. P. XX.
AD STATVAS	M. P. XXII.

Sucro igitur oppidum, quod Julii Caesaris aetate extiterat, & a Strabone unà cum fluvio memoratur (h), temporis tractu interiit. Vbi enim Plinii aevo civitatis licèt ignobilis figuram habuisset, id utique memoraret, uti in Baeticae descriptione *Barbesula cum fluvio --- Maenoba cum fluvio* (i), atque in Italiâ *Vulturnum oppidum cum amne &c.* (k) Nihil aliâ methodo in Naturali historiâ communius, ut ejusdem nominis oppida, ac fluvii indigitentur. Cum Sucronense praelium sub Pompeio gestum memoret Cicero (l); & Seneca filius de milite caussam in vicinos suos dicente coram Caesare: *Meministi Imperator talum te torsisse circa Sucronem* (m): oppidum a Caesare captum colligerem, atque a militibus direptum in villam sensim abiisse. Hinc Ptolemaeo in Contestanis non urbis, sed fluvii Sucronis ostia unicè memorantur (n). Haec a nobis jamdiu collecta non latuerunt Hieronymum Suritam, qui in Antonini itinerario: *Fluvium*, inquit, *non oppidum ab Antonino designari arbitror, quod oppidum Plinii aetate deletum fuisse adparet*. Addit Wesselingius: „ Mallem credere mansionem hanc „ *Sucronis* nomine insignem fuisse, quod ad parietinas „ urbis cognominis, ubi nunc vicus *Cullera* esset. „

(2) *Saetabitani*. Horum nomen a Saetabi oppido deductum per diphthongum scribendum ostendimus libro VIII. Apud Ptolemaeum Σουκρῶνος. Consule Floresium in Hispaniâ Sacrâ (o). *Carthaginisii, & Seticeni contra Promontorium Africae* in Hispaniâ a Jornande recensentur, ut barbaris dictionibus Carthaginis novae habitatores, & Saetabitanos innueret (p).

(3) *Narbonensis*. Hâc ratione nobilissima provincia appellatur a Plinio, Melâ (q), Martiano Capellâ (r), & Romanis omnibus scriptoribus, uti a Graecis Ναρβωνησία; quâ de causâ literulam *n* minùs rectè geminavit Astrucii typographus, ubi Plinii verba refert (s). Ineptiùs post Landinum Ludovicus Dominicus, aliique Plinianae sectioni titulum fecere, *Della Provenza*: cum regio, quae hodie a Gallis appellatur *Provence* in Narbonensi quidem a veteribus comprehenderetur; sed Occitaniae, aliisque etiam territoriis unita immensum illum tractum constitueret, qui a Plinio proximè describitur.

(4) *Ante*. Edit. Rom. 1470. Parm 1476. Nostri Cod. *antea*.

(5) *Saluberrimis*. In nostris codicibus, vetustisque editionibus desideratur particula *vel*, uti apud Gelenium, & Paullum Manutium. Primus illam addendam monuit ex Toletano, & Salmanticensi Pintianus: hanc in Chiffletii codice pariter inveniri afferit Dalecampius. Ab Harduino post Isaacum Vossium (t) adoptatur. Illam lector, ubi opportuniorem judicet, utique poterit recipere. Alibi Plinius *vel pulcherrimas in eâ parte urbes habet* (v) --- *vel numerosissima suffragia habet* (x).

(6) *Centum passibus*. Hujusmodi lectionem a gemino Ambrosiano, Vaticano 3533., Barberino 759., aliisque codicibus mutuavimus; eique subscribunt veteres omnes impressiones Venetae, Parmenses, Tarvisina, Brixianae usque ad Gelenium, & Manutium. Dum in multis membranis redditur numerus notâ C. *pass.*, evenit ut cum Marii praenomine confunderetur. Vossius, qui Plinio multa objicit Melam illustraturus, haud leve Naturali historiae ulcus infligit legens (y): *Vltrà fossae ex Rhodano C. Marii opere, & nomine insigne stagnum Mastramela, oppidum Maritima Avaticorum*. Sed quonam judicio stagno insignis epithethon assignat? Astrucius minùs dis-

sonâ

(a) *Hispan. Sacr. Tom. I. pag.* 35. (b) *Lib. III.* 17. (c) *Lib. III.* 4. (d) *Lib. III.* 5. [e) *Lib. V.* 2. (f) *Vide Astruc. Histor. Natur. Occitan lib.* 1. *pag.* 87 (g) *Consule vetera Romanor. Itineraria Wesselingii pag.* 400. (h) *Lib. III.* 1. (i) *Lib. III.* 1. (k) *Lib. III.* 5. (l) *Oration. pro Cornelio Balbo*. (m) *Lib. V. de Beneficiis*. (n) *Lib. II.* 6. (o) *Tom. VIII. pag.* 97. *& alibi*. (p) *De Regnor. succes. pag* 80 (q) *Lib. II.* 5. (r) *Lib. VI.* (s) *Histor. Natur. Part. I. Cap. IV. pag.* 40. (t) *Observat. in Melam lib. II.* 5. *pag.* 727. (v) *Lib. IV.* 12. (x) *Lib. VII.* 28. (y) *Lib. II. cit. oper. pag.* 49.

Ex Harduin. IV. & V. pag. 146. 147. 148.	Ex noſtrâ recenſione.
re, & nomine inſignes: Stagnum, Maſtramela: oppidum, Maritima Avaticorum: ſuperque campi lapidei ---- ---- Vocontiorum civitatis foederatae duo capita, Vaſio, & Lucus Auguſti. Oppida vero ignobilia XIX. --- ---- ----	*inſigne. Stagnum Aſtromela*(1)*, oppidum Maritima Avaticorum, ſuperque Campi Lapidei* ---- ---- *Vocontiorum Civitatis* (2) *foederatae duo capita Vaſio* (3)*, & Lucus Auguſti: oppida verò ignobilia XIX.*
VI. Italia dehinc, primique ejus Ligures --- ---- ----. Nunc ambitum ejus, ur-	---- *Italia dehinc, primique ejus Ligures* ---- *Nunc ambitum ejus, urbeſque enumerabimus. Quâ in re praefari neceſſarium eſt*

ANNOTATIONES.

ſonâ conjecturâ ſubſtituit. *Vltra foſſam C. Marii opere & nomine inſignem ſtagnum Aſtromela.* Vbi vir doctiſſimus meliores conſuluiſſet editiones, a Pariſienſi Johannis Parvi (*le Petit*) anno 1526. exaratâ irretitus minimè fuiſſet, & dubiis omnibus fortaſſe pepercîſſet [a]. Neque enim membranarum ſubſidio novum additur Rhodano oſtium, & hoc loco Plinii brevitas Inimitabilis ab Hermolao Barbaro celebrata effulget, ut ſenſus ſit „ Non „ deſunt, qui ſcripſerint Heracleam urbem inſignem in „ oſtio Rhodani fuiſſe centum paſſibus ſitam ultra foſ„ ſam, quam ab ipſomet Rhodano C. Marius deduxit, „ & ab illo nomen invenit. „ Narrationem igitur mu„ tilavit Dalecampius, qui edidit: *Vltra foſſa ex Rhodano C. Marii opere & nomine, inſigne ſtagnum: Aſtromela oppidum maritima Avaticorum*; licèt antiquam & a nobis receptam in margine adjecerit. Poſt Dalecampium arguendi Voſſius, & Harduinus. Neque hanc certè lectionem ſecutus eſt Hermolaus; neque eam in Pariſienſi impreſſione anni 1516. adoptavit (ut innuere videtur Aſtrucius) cum Patriarcha Aquilejenſis anno 1493. objiceri t. Reſtitutis Plinio genuinis verbis, ab Iſaacco Voſſio in illum congeſtae decidunt accuſationes, cum ipſe viculus *Fos* nomen a Foſſâ Marianâ deduxerit. Quamvis igitur plurali numero apud Antoninum, & Ravennatem legamus *Foſſis Marianis*: non ideo a Plinio ita ſcriptum affirmare debemus. Ravennas Ptolemaeum, potiùs ſequitur, apud quem Φόσσαι Μαριάναι [b]. Harduinus, qui Foſſas plurali numero a Plinio appellatas contendit, in illis duo orientalia Rhodani oſtia agnoſcit, in quae ſe potiſſimum amnis poſtea devolverit [c]. Neque allata ex Ptolemaeo, neque a Solino deſumpta *C. Marius bello Cimbrico factis manu foſſis* [d] tanti erunt, ut a Plinii uniſonâ recedamus ſcripturâ; atque ex unicâ duplicem foſſam conſtruamus. Solinus itidem dicit Marium ſerventis Rhodani navigationem temperaſſe, quòd unicâ foſſâ meliùs quàm duplici actum intelligemus. Hanc igitur ultra Rhodanum ſecuro litorum tractatu a Pyrenaeis montibus ad Italiae fines deſcribit Plinius; fuitque Foſſa Mariana per Lapideos Campos procul dubio deducta; indicioque eſſe poſſunt viculi *Fos & Magnan*, quaſi *Foſſa Mariana*. Pomponius Mela, qui a Varo Narbonenſis Galliae deſcriptionem incipit, inter Maſſiliam & Rhodanum collocans Maritimam Avaticorum ſtagno aſſidentem: *Foſſa*, inquit, *Mariana partem ipſius amnis navigabili alveo effundit*. Conſule Plutarchum in Marii vitâ, & Strabonem, ubi disertè teſtatur, quòd Marius videns aggeſtione limi Rhodani oſtium obturari *novam egit foſſam*, quâ meliorem amnis partem exciperet; cumque hanc Maſſilienſibus donaſſet: hi ſibi magnas pararunt opes vectigal ab aſcendentibus, & deſcendentibus exigendo [e]. Neſcire fateor, cur Marianam Foſſam Plinio oppidum eſſe teſtetur Brietius. Cautè legenda ſunt Romana exemplaria, cum Alerienſis Epiſcopus ediderit hoc loco. *Vltra Foſe ex Rhodano emanare opere & inſigne ſtagnum Aſtromela oppidum maritima avaticorum.*

(7) C. *Marii*. Marii praenomen legitur in laudato Vaticano exemplari; deeſt tamen in Ambroſianis, Toletano.

(1) *Aſtromela*. Id nominis recipiunt codices omnes, & impreſſa exemplaria. Cum primus omnium adnotaſſet Pintianus in geographico Stephani opere non *Aſtromelam*, ſed *Maſtromillam* recenſeri: Harduinus dictionem in operis corpore tutulit, quod ante illum non fecit Dalecampius, licèt ſcitam Pintiani animadverſionem ob oculos haberet. Cur igitur Plinius e Stephani codicibus caſtigandus, quando Graecus auctor paullulum adhuc in nominis orthographiâ a noſtro diſtat? Μαστραμέλη πόλις καὶ λίμνη τῆς Κελτικῆς. Quare Aſtromelam retineo, nomenque undique graecum, uti Heracleam Graecis adſcribo. Ubi aliqua in Plinio eſſent immutanda jungerem particulam: *Stagnum Aſtromela* & *oppidum. Maritima Avaticorum*. & tunc ſtagno urbem adſuiſſe cognominem ex Plinio pariter conſtaret. Loci profectò, & nominis affinitatem invenio in Iſtri (*Iſtre*) oppidulo; mihique aſſentitur Franciſcus ab Antonio illuſtris Provinciae civis. Id poſcere etiam videntur exemplaria, quae conſpiranter legunt *Aſtromela oppidum Maritima Avaticorum*. Solitâ enim Plinii parſimoniâ tributum Aſtromelae oppidi nomen ſubaudiendum erit in Maritimâ, quam eſſe neotericam Marinianam [*Marignane*] omni jure poſt Bouchaeum ſtatuit Harduinus.

Plerique pro ſtagno Berrenſi, ſeu Martigueo (*l'eſtang de Berre, ou de Martiguez*) olim ſtetere: Hos inter recenſeo Philippum Brietium Abbavill., qui cum Galliarum civis fuerit, gentis ſuae loca perquiſitius indagare tenebatur; & parum etiam in Plinii lectione profecit.

(2) *Vocontiorum civitatis*. Ita i interpretes non omnino feliciter Plinii mentem hoc loco attigerunt. Ludovicus Dominicus horum poſtremus tranſtulit: *due Capi della Città confederata de Vocontii Vaſco, e Luco d' Auguſto. Le Città ignobili ſono diecenove*. Aſtrucius Gallus. *Dans la Republique de Vocontiens il y a deux Capitales Vaſio* (Vaiſon) *& Lucus Auguſti* (le Luc) *& dixneuf autres Bourgs moins conſiderables*. Aliqua in utroque immutarem. Neque enim Italus verbum verbo reddens orationis medullam pervadit, quae caeteroquin in *Civitatis* vocabulo per ſe patet, ut opportunè hoc eodem libro adnotavit Gelenius: ſolere Plinium Caeſarem, Livium gentes Hiſpanas, & Gallicas in Civitates dividere *cujuſmodi nunc imperitum vulgus communitates vocat. Singulae civitates plura habebant oppida pro ſuis quaeque opibus: quaedam exiguae non plus uno*. Non omittendum, quòd *oppidi* nomine Plinius non vicum, ſed urbem ubique indigitat (*f*). Cum igitur hoc loco ignobilia memoret, in hanc ſpeciem ſummi hiſtorici verba patrio idiomate aemularer. *Nella Repubblica de' Voconzj a noi confederata due ſono le Capitali Vaſio, e Luco d' Auguſto oltre diciannove Cittadelle*.

(3) *Vaſio*. Vetuſtiores impreſſiones habent *Vaſgo* (*g*). Malè.

[a] *Cit. oper. pag.* 49. [b] *Lib. II.* 10. [c] *Tom. I. num. XXV. pag.* 183. [d] *Cap. II.*
[e] *Lib. IV. pag.* 279. [f] *Vide Diſquiſit. Tom. I. pag.* 286. [g] *Rom.* 1470. *Parm.* 1476.

Ex Hard. V. pag. 148. *& ſeq.*

urbeſque enumerabimus. Qua in re praefari neceſſarium eſt, auctorem nos Divum Auguſtum ſecuturos, deſcriptionemque ab eo factam Italiae totius in regiones XI. ſed ordine eo, qui litorum tractu fiet: urbium quidem vicinitates oratione utique praepropera ſervari non poſſe: itaque interiori in parte digeſtionem in litteras ejuſdem nos ſecuturos, coloniarum mentione ſignata, quas ille in eo prodidit numero. Nec ſitus origineſque perſequi facile eſt, Ingaunis Liguribus (ut ceteri omittantur) agro tricies dato.

VII.

Ex noſtrâ recenſione.

eſt, auctorem nos Divum Auguſtum ſecuturos, deſcriptionemque ab eo factam Italiae totius in regiones XI. ſed ordine eo qui litorum tractatu fieret [1] *: Vrbium quidem in civitates eorum* [2] *(ordinatione utique praeproperâ* [3] *) ſervari non poſſe. Itaque interiori in parte digeſtionem in literas ejuſdem nos ſecuturos, Coloniarum mentione ſignatâ* [4]*, quas ille in eo prodidit numero. Nec ſitus origineſque perſequi facile eſt: Ingaunis Liguribus (ut caeteri omittantur) agro tricies dato* [5]*. Igitur ab amne Varo Nicaea oppidum a Maſſilienſibus conditum, Fluvius Paulo* [6]*, Al-*

ANNOTATIONES.

(1) *Tractatu fieret*. Ita disertè uterque Ambroſianus codex, quamvis in aliis membranis (*a*), & impreſſis exemplaribus legam *tractu fiet*. Secundariam effluxiſſe ſcripturam conjicerem ex contractis vocibus *tractu fiet*, quas notarii brevitati ſtudentes pro *tractatu fieret*, ingeſſerunt. Senſus igitur erit „ Exponam litoreum Italiae ambitum, „ ejuſque urbes orae impoſitas: quâ in re ſequar deſcri„ ptionem factam ab Auguſto, cum Italiam in XI. re„ giones diviſit: eo tamen ordine id agam, quo expo„ ſcunt litora. In mediterraneâ verò parte adoptabo digeſtionem literarum ejuſdem Auguſti „

(2) *In civitates eorum*. Intelligit civitates eorum Populorum, unde conventus juridici formabantur. Sic alibi *Helico ex Helvetiis civis eorum* (*b*). Ne literulam quidem adiecimus Mediolanenſibus Ambroſianae membranis. Exſcriptores, & typographi cum illud *in civitates eorum* minimè intelligerent; *urbium vicinitates* ſtatuerunt. Vidimus in Vocontiis quid civitatum nomine deſignaret; ibique, praeter duo capita, undeviginti ignobilia oppida memorari. Suos igitur & Populi Italiae habebant conventus, quos Auguſtus cuique ex XI. regionibus aſſignaverat; ibique de ſummis juribus diſceptabatur. Exempli gratiâ in ſeptimâ regione, quae Etruria eſt. *Arretini — Amitinenſes, Aquenſes — Blerani, Cortonenſes* &c.

(3) *Ordinatione utique praeproperâ*. Ex iiſdem Ambroſianis codicibus reſtituo, quibus addo Toletanum, & Salmanticenſem (*c*). Videtur caſtigatio Auguſti edicto convenire, quo Italiae Populos in XI. regiones comprehenderat, ordine, ut conjiciendum, elementario: puto, ut faciliùs de tributis rogarentur. Hanc rationem & in praeſens ſequuntur exactores in noſtris Ciſalpinae Galliae territoriis. Illuſtris ex hoc loco emergit ratio, cur Populos in parte interiori regionum elementari methodo (*per Alfabeto*) deſcribat; ut nempe Auguſto morem gereret, a quo gentes in conventus, ſive civitates diviſae: tum etiam quòd ob mutatas toties ſedes nullâ aliâ ratione Populorum ſitus, atque origines perſequi valeret. Ab hâc enumeratione tamen excipit illuſtria oppida, coloniaſque a Senatu Populoque Romano deductas, quia tum dignitate, tum ſtabili ſede reliquas gentes praecedebant. Praeproperam Auguſti ordinationem vocat, quaſi nimis ſubitam, neque in omnibus veteri Geographiae reſpondentem. Apud Suetonium in Auguſto (ſi modò titulus ad ſcribentem pertinet) legimus *Ordinatio Italiae facta per eum*. Qui Vaticani codicis 3533. ſcripturae adhaereat, oppoſitum omnino ſtatuet: legitur enim ibi *oratione utique proſpera*. Hujuſmodi ex breviatis vocibus *oratione — p pera* in apographis corrupta manaſſe pronunciarem.

(4) *Mentione ſignatâ*. Nempe nuſquam colonias elementari methodo, uti Populos, referam. Adnotavi in quibuſdam exemplaribus occurrere *menſione ſignatâ* (*d*). Quod fortaſſis non omnino improbandum. In Aſiae deſcriptione (*e*) *Neceſſarium eſt in hoc loco ſignare & Medorum ſitum, terrarumque faciem circumagere ad Perſicum mare, quà faciliùs reliqua noſcantur*.

(5) *Tricies dato*. Singularis haec notio uni tantùm Plinio ex antiquis debetur.

(6) *Paulo*. Dubitavit de corruptâ lectione Hermolaus, qui non *Pado* ſed *Padon* in membranis invenerat: ait enim in caſtigationibus ad Melam (*f*) *Plinius padon non paulon, ut ſit padon padonis, aut certe paulon paulonis*. Iſaaccus Voſſius ad receptum ab aliis in Naturali hiſtoriâ Padum: *ubi tamen*, ait (*g*) *optimus meus codex habet Palo, manifeſte pro Paulo*. Harduinus cum in codicibus ſuis *Pado* inveniſſet: Voſſii lectionem unicè innuit, quam in illius manuſcriptis extantem, productamque a docto viro aſſerit. Quamvis de uno tantùm exemplari loquatur Voſſius, nec ex integro noſtram reſtitutionem evincente: ſuſpicari poterit, quòd pro *Paulo* redditum ſit *Paclo*, cui literis *c* & *l* junctis ſucceſſerit *Pado*, itemque *Palo*. Apud Idatium occurrit Vitellio *Palo* pro Paulo, vel Paullo. Ab imperitis corruptum Plinii locum pariter indoluit Cluverius. Cum enim ii, & amnis, & Paulonis nomen ignorarent, fluvium recto caſu donandum cogitarunt (*h*): eadem ſentit Paulonis accola Petrus Joſredus (*i*). In Chiffletii codice, aliiſque, & primigeniis editionibus (*k*) certè occurrit *Pado*. Legimus apud Melam in ultimâ terrae Italiae parte (*l*): *Genua, & Sabatia, & Albigaunum, tum Paulo, & Varum flumina, utraque ab Alpibus delapſa, ſed Varum quia Italiam finit aliquanto notius*. Vt igitur, qui Plinio Varus, Varum eſt Melae; ita & alter Paulo, Paulus, & Paulum vocari potuit, qui poſtea corruptè Padus, ut in Vaticano 3533. Neque enim credendum eſt, quòd ubi ipſiſſimum nomen huic amniculo, ac Italiae maximo contigiſſet; cum reliquis antiquorum Plinius obmuteſceret; tum magis quòd infra de Pado, qui & Eridanus, ſer-

[a] *Vatic.* 3533. *Barber.* 759. [b] *Lib. XII.* 1. [c] *Vide Pintiani obſervationes ad hunc Plinii locum.*
[d] *Edit. Venet.* 1491. [e] *Lib. VI.* 26. [f] *Lib. II.* 4. [g] *Obſervat. in Mel. citat. libro pag.* 727.
[h] *Ital. Antiq. lib. I.* 9. [i] *In Nicaeâ Civitate* [k] *Rom.* 1470. *Parm.* 1476.
[l] *Lib. II.* 4. *pag.* 194. *&* 195. *edition. an.* 1748..

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
VII. Igitur ab amne Varo Nicea oppidum a Maſſilienſibus conditum: fluvius Pado: Alpes, populique Inalpini multis nominibus, ſed maxime Capillati:	*Alpes, Populique Inalpini multis nominibus, ſed maximè Capillati: oppidum Vediantiorum Civitatis Cemenelion* [1], *Portus Herculis & Monoechus, Liguſtica ora* [2]. *Li-*

ANNOTATIONES.

ſermonem inſtitnat. Ad ea, quae ſcribit Mela addendum Paulone Varum notiorem, non tantùm quia Italiam a Galliâ dividit; ſed qnia alterum aquis, & alveo longè exſuperat. Paulonem Nicaeae moenia lambentem, vidi quandoque aquis deſtitutum, cum res in Provinciâ, ac Liguriâ gererentur anno 1745. & 1747. Ab incolis vocatur *Paglione*, quod certè magis a Paulone, quàm a Pado deducitur; quamvis ultimum in antiquis editionibus reperiatur [*a*].

[1] *Cemenelion*. Diſertè id referunt Palmarii codices [*b*], & convenit Ptolemaeo. nbi in oppidi, populique nominibus modicâ diverſitate Κεμενέλιον Οὐεσδιαντίων: *Kemenelion Oveſdiantium*. De corrupto in Naturali hiſtoriâ loco dubitavit Cluverins, & ſanè nihil de Cemenelione, & Vediantiis in Landini, aliiſque exemplaribus, uti in nonnullis antiquis impreſſionibus [*c*]. Quaedam *Cemellion* [*d*], vel *Cemelion* legunt, qnod ultimum a Gelenio, Paullo Manutio, & Dalecampio unicè adoptatur: Romanae, & Parmenſes editiones, atque Alexander Benedictus *Gemellio* [*e*]. In Divae Mariae Toletanae membranis *Gemellino*. In antiqnis Antonini manuſcriptis *Cemenelum*; in reliquis *Comenelo*, vel *Cemenelo* [*f*], quam ultimam lectionem ſequitur Weſſelingius [*g*]. In Tabulis Peutingerianis *Gemenello*. Neſcio igitur cur a Brietio dicatur *Cemenelio*, aliter *Cemenaeum* tanquam nomen a Cemeno monte deduxerit. Videtur nonnullis quòd hoc oppidum idem ſit ac Melacondita, atque Micalo Colonia Dicaeorum apud Anonymum Ravennatem [*h*]; quâ in re Plinio refragantur. Hic enim Cemenelion non Dicaeis, ſive Deciatibus, ſed Vediantiis attribuit. Multa hoc loco eruditè congeſſerunt ex Ptolemaeo, Sirmondo, Bouchaeo [*Bouche*] Harduinus, atque Weſſelingius in Antonini itinerario. Cum apud Bouchaeum occurrat ORDO CEMENEL. [*i*], atque apud Sponium C. PATERNVS CEMENELENSIS: ex priſcorum elogiorum jure reddatur Plinio *Cemenelion*, ſive *Cemeneleon*; apud quem Ludovicus Dominicus vertit *Cemenelione terra della Città de Vediantii*, cum potiùs ſcribendum erat *Cemenelione Città della Repubblica de Vedianzj*. Seqnioribus ſeculis *Cimelae nomen accepit*, cum in actis Divi Pontii legamus: *urbem ſub Alpium jugis petiit nomine Cimelam* [*k*]. Hinc ab indigenis vocatur *Cimella*, a Gallis *Cimièz*. A Nicaeâ CIↃ & IↃ paſſus diſtat: intra quam, & Divi Pontii coenobium conſpicitur. Rectè loci poſitio in parvo Roberti Atlante occurrit, ubi tamen typographus oppidi nomen corrumpit (*l*). Anno 1747. indigenae Villici domum Gubernatis Comitibus ſpectantem mihi oſtenderunt, cujus inferiorem partem ab Iſidis templo ſuſtentatam affirmant. Certè inibi venerandae antiquitatis veſtigia apparent, uti etiam Amphitheatri, aliorumque monumentorum reliquiae [*m*].

[2] *Portus Herculis, & Monoechus, Liguſtica ora*. Malè in neotericis impreſſionibus vulgatum *Portus Herculis Monoeci, Liguſtica ora*. Prius de Herculeo portu, ſubinde de Monoeci oppido; ultimò de pago, vel litore, cui Liguſticae orae peculiare nomen adeſſet, agit Plinius. Neque enim haec cum orâ ſeu plagâ erit confundenda, unde Italorum Ligurum provincia initium deſumebat, de quâ narrationis initio; & paullò infra legimus: *patet ora Liguriae inter Varum, & Macram CCXI. M. Paſs.* Liguſticae igitur orae peculiare nomen gerebat amoeniſſimus ille tractus, qui paullò ſupra Monoecum ad oppidulum Meutoni deducit: ampliſſimis ibi Rhedis [quod non alibi in totâ Liguriâ] decurritur: iiſque vectum conſpexi Philippum Hiſpaniarum Infantem, dum apud Carnoletum Grimaldi Matignonii Principis villam degeret anno 1747. Herculis portum, & Monoeci oppidum Plinius verborum parciſſimus uniter recenſet. Minùs recentioribus errarunt veteres typographi, qui ediderunt *Portus Herculis: Monoechi Liguſtica ora* [*n*]. Teſtatur Dalecampius in antiquo codice inveniri *Portus Herculis, & Monoechus*. Conveniunt igitur Plinii verba Ptolemaeo, qui ab Herculeo Monoeci portum ſeparavit; atque inter utrumque ritè Trophaea Auguſti collocavit [*o*]. Neque enim fallitur geographus, illumque minùs rectè arguit Harduinus [*p*]. Ammiani auctoritatem, quam profert, duplicem potiùs locum videtur innuere, ubi Hiſtoricus de Hercule Thebaeo [*q*]: *Monoeci ... arcem, & portum ad perennem ſui memoriam* conſacraſſe teſtatur. Arx igitur Ammiani erit Plinii Monoechus: Portus verò Herculeus, ſive Herculis, neotericum *Villafranca*; neque mirum ſi portus Herculis Monoeci a Tacito appellatur [*r*], cum ad illum Hercules appulerit, atque ab eo nomen ſortitus ſit. Sed quod certiſſimum eſt, optimus Villaefrancae portus mentionem a Plinio expoſcebat. De illo Lucanus [*s*]:

Quàve ſub Herculeo ſacratus nomine portus
Vrget rupe cavâ pelagus: non Corus in illum
Jus habet, aut Zephyrus, ſolus ſua litora turbat
Circius, & tutâ prohibet ſtatione Monoeci.

De oppido Virgilius Caeſaris, & Pompeii bella attingens [*t*].

Aggeribus ſocer Alpinis, atque arce Monoeci
Deſcendens, gener adverſis inſtructus Eois.

Plinium verò rectiùs Ptolemaeo Herculis Monoeci portum ab oppido ſeparaſſe oſtendit litus, quod circa urbem cymbis tantùm infidam ſtationem, uullis tamen navibus praebet. Qnae ratio ſatis erit, ut a Brietio diſcedamus, qui neotericorum Villamfrancam vetuſtis intactam conjecit [*v*]. Strabo a Monoeci portu nullum uſque ad Etruriam inveniri dum ſcribit [*x*]: manifeſti erroris arguitur a ſequentibus Plinii verbis. Vidi ego ad Vada Sabatia ingentes armatas naves jactis anchoris ſubſiſtere. Antonini Itinerarium, quò ex Italiâ per Alpes Maritimas in Galliam deducit, haec locorum exhibet nomina [*y*].

ALBINTIMILIO	M. P. XVI.
LVMONE	M. P. X.
ALPE SVMMA *&c.*	M. P. VI.
CEMENELO	M. P. VIIII.

In Lumone Weſſelingius: *Nulli alii*, inquit, *haec dicta eſt, quod reſcire quivi; nec numeris parum ſanis ulla auxilii ſpes è MSS. eſt*. Exactâ opus eſt tum locorum, tum indigenae idiomatis notitiâ, ut ad hujus itineris intelligentiam perveniamus. Dubitavi quandoque LVMONE contracta eſſe verba pro LV*co* MONE*ci*. Neque enim novum eſt Antoninum addere Luci nomen, ut paullò ante LVCO BORMANI, & Lucum Herculi ſacrum prope Monoecum extitiſſe utique credendum. Verùm cum iter non ubique litoream plagam ſequatur; & Ge-

nuâ

(a) *Rom.* 1470. *Parm.* 1476. *Venet.* 1491. 1496. 1499. 1507 1519. (b) *Vide edition.* 1519. (c) *Venet.* 1491.
(d) *Venet.* 1496. 1499. [e] *Edit.* 1507. *fol.* 16. [f] *Vide Suritam ad Antonini itinerar.* [g] *Pag.* 296. 297.
[h] *Lib. IV.* §. 28. & *lib. V.* §. 3. [i] *Lib. III.* 2. [k] *Vide Baluz. Miſcellan. Tom. II.* 15. [l] *Tabul.* 123.
[m] *Vide Ricolv. & Rivautell.* Siro d' Induſtria *pag.* 70. [n] *Rom.* 1470. [o] *Lib. III.* 1. [p] *Pag.* 149 *num.* 20.
[q] *Lib. XV.* [r] *Lib. III. Hiſtor.* [s] *Pharſ. lib. I. verſ.* 405. [t] *Aeneid. VI.* 830. [v] *Tom. II. lib. V. pag.* 557. [x] *Lib. IV. Pag.* 309. [y] *Pag.* 296.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
ti: oppidum Vedantiorum Civitatis Cemelion, portus Herculis Monoeci, Ligu-	*Ligurum celeberrimi ultra Alpes Salvi* [1], *Deciates* [2], *Oxubii* [3]. *Citra Veneae* [4], *&*

ANNOTATIONES.

unâ per Dertonam, & Aquas Statiellas ad Vada Sabatia deducat: hîc etiam in montibus stratum ad regionis mediterranea convertebatur. Lumonem igitur non ad maris plagam, ut Cluverio placet, sed in neoterico *Limone* agnosces; Alpem Summam in Tendano colle, unde Plinianum *Comenelion*, Antonino *Cemenelo* petereiur. Id evincunt horrenda Alpium cacumina Montis Grandis, & Pizzi inter Limonem, & Tendam *Monte Grande*, & *Pizzo*. Vtrumque enim Alpem Summam reddit, & *Pizzo* vernaculo idiomate acumen significat. Quae omnia rectè Beatum Rhenanum judicasse ostendunt, cum Alpem Summam proprium & peculiare jugi nomen fuisse conjecit, eo quia celsissimum esset. Recedam igitur a Suritâ, & Simlero, quamvis apposita illius verba judicaverit Wesselingius.

[1] *Salvi*. Ita codex Riccardianus, Medicaei omnes, Vaticani 1950. 1951. 1952. 1953. 1954., Carbonarinus, Ambrosiani, Barberinus 758. Passionaeus, unde Aleriensis Episcopus Romanas impressiones anni 1470, & 1473 deduxit, quibus aliae etiam subscribunt [a]. Angelus Politianus in Florentinis membranis, invenit *Salii*, quae scriptura occurrit in Barberino 759., suosque habet patronos [b]. Apud Florum ex editione in Delphini usum *Salii*, *Deceates*, *Oxybii*, *Eburiates*, *Ingauni*: ubi Anna Fabria „ Salii qui & Salyes in Tabulis Galliae Narbonensis [c]. „

Vt Salvi potiùs quàm Salluvii recipiantur, suadent tot exemplaria, quae nullum habent Harduinianae lectionis indicium. In prodromo ad Velejatium antiquitates quaecumque per Cluverium aliosque allata sunt, fusiùs perpenduntur: aliqua ex iis attigimus in epistolâ ad Clariss. Paciaudium [d]; cumque Livii exemplaria in Salvorum nomine maximè discrepent, & Gruterianum monumentum longiorem requirat indaginem; sufficiat non ignorare quòd *Salvi* apud Plinium [ibique Alexandro Benedicto *Salyi*; Gelenio, Manutio, Dalecampio *Sallyi*] ipsissimi sunt ac *Salyes*, *Sallyes*, *Salii*, *Sallii*, *Salluici*, *Salluvii*, *Salubii*, *Solinii*, *Sollinii*, in quorum nominum orthographiâ veterum historias exscribentes invicem dissident.

[2] *Deciates*. Cum Harduino recipio faventibus Riccardiano, Chifflетiano, Vaticanis 1954. 1955., Ambrosiano Guarini Veronensis. Videtur Ptolemaeus concinnere apud quem gignendi casu Δεκιατιῶν, unde in latinâ versione legimus *Deciatiorum* [e]. Rem evincit Plinius in superiori sectione: *Regio Deciatium*. Recedendum igitur a Carbonatino, & Barberino 758. ubi *Diciates*. Strabo ex Polybio horum populorum nomina dixit Ὀξυβίων, καὶ τῶν Δεκιητῶν [f]. In Vaticanis 1950. 1951. 1953. in Medicaeis, ac Politiani membranis, variante ad Carbonarinum, Passionaeo, Barberino 759. *Deceates*: iis antiqui typographi adhaeserunt.

[3] *Oxubii*. In vetustioris notae codicibus legitur *Oxubi*, quae scribendi methodus iam a sexto, & septimo seculo invaluerat. Ita Riccardianus, Barberinus 758. Vaticanus 1954. Carbonatinus, I. Ambrosianus, Politianus. In codice Barberino 759. legitur *Oxybii*, quod a recentioribus librariis adoptatum: eos quoque sequi videtur Harduinus, sed fortassis calami festinantis, vel typographi vitio, cum supra reddatur *Regio Oxubiorum* [g], & hoc ipso loco in annotationibus *Oxubiorum denique Forum Julium* [h]. Quamvis igitur a Graecis allati Populi nomen per Y exprimatur: a Romanis illud & similia per V vulgatum minimè ignoramus. Hinc aeque *Oxubii*, & *Oxybii*, ut Trasumenus, & Trasymenus, Suria pro Syriâ [i]. In Obelisco, quem Augustus Romam transtulit AEGVPTO loco Aegypti [k].

[4] *Veneae*. In hoc nomine silent Plinii interpretes, nec immeritò. Cogitarunt enim in membranis, & primigeniis editionibus hujus, & reliquorum Populorum appellationes undique corruptas ingeri. Fatemur in plerisque monstra lectionum apparere: nonnulla tamen ex dictionibus in frusta concisis, & malè subinde junctis processerunt. Legitur in Aleriensis Episcopi codice [l]: *Ligurum celeberrimi ultra Alpes: Salvideceates: Moxubii: citra vene: mesturi: fotibagieni: stati: ellibi: velli: aielli: euburiates: casmonates: veliates, & quorum oppida in ora proxime dicemus*. Loco medicinam facere intentavit Hermolaus: *Lectio vetus*, ait, fere: *citra veneni & caturgies orti vageni*. Hermolai lectionem illibenti animo ab Harduino allatam testantur illius verba, ubi ita quidem Patriarcham Aquilajensem reposuisse affirmat; sed in MSS. omnibus legi *Et Turris*, unde fortassa pro, *& Thurris*, vel ex *Tungris* similia irrepsisse suspicatur. Vtramque restitutionem minùs opportunam invenio. Ab Hermolao allata, videtur Plinio refragari, qui Caturiges Insubrum exulum prolem fuisse scribit [m]: verùm interiisse. Nullâ igitur ratione in Vagiennis poterat subsistere. Praeterquam quod diversas omnino Gentes ab Insubribus Ligures quisquis in Plinio dignoscit. Ligures e Graeciâ originem deduxisse utique recipiam, cum id apud Halicarnassaeum innuant Caro Censorius, ac Sempronius [n]. Verùm quinam sint *Thurri* prorsus ignoro; atque unicè de Thurii oppido [unde incolae Thurini] in Magnâ Graeciâ Plinium loqui animadverto [o]. Fortiori etiam ratione Tungri Gallobelgici a Liguribus arcendi.

Cum per impeditissimum locum iter faciamus, varias subjiciam membranarum scripturas, unde aliquis me felicior novam adornet lectionem. Fateor enim nostram in tentamenti, non in securae restitutionis specimen protulisse

Ex Codice Riccardiano.

Ligurum celeberrimi ultra Alpes Salvi Deciates Oxubi citra venen est turris. Otibagiensis. tatielli. bimbelli. magelli. cuburiatuscas. monates. velictes. & quorum oppida in ora proxuma edicemus.

Ex I. Medicaeo.

Ligurum celeberrimi ultra alpes salvideceates mox ubi [castigatum ab Anonymo *ibi*] *citra veneni est turris otibagensi* [castigatum *citra vene mesturi fotibagiensi*] *stati. ellibin. bellin.* [castigatum *ellibi. belli*] *aielli eaburiates casmonates vel ieiates; & quorum oppida in ora proxime dicemus*: Anonymus Aristarci provinciam suscipiens, depravavit: *in hora proxima*. Ex II. *Ligurum* ---- *salvideceates, mox ibi citra vene, inesturi, fotibagiensi. Stati ellibi. belli. aielli eaburiates. casmonates vel ieiates &c.*

Eâdem ratione haec nomina apparent in III. nisi quia *mestari* loco *inesturi*.

Ex Vaticanis

1950. fol. 24.

Ligurum ---- *Salvi, Deceates, Exubii. Citra veneni turris otibagiensis Tatielli, Bivibelli, Magelli, Emburiates, Casmonates, Vilietes* &c.

1951.

(a) *Venet.* 1491. (b) *Venet.* 1496. 1499. (c) *Lib. II.* 3. *pag.* 53. (d) *Vide Tom. I. pag.* 284. *& hujus Tomi lib. X.*
(e) *Consule latinam Ptolomaei aemulationem editam Vlmae anno* 1482. (f) *Lib. IV. pag.* 309. (g) *Lib. III. pag.* 145.
(h) *Pag.* 149. *num.* 21. (i) *Vide N.col. Heinf. Adverf. lib. IV.* 5. *pag.* 565. (k) *Bandin. de Obelisco pag* 54. *Radulphin. Venut. in descript. antiq. Romae.* (l) *MSS. Passion., vide edition. Rom.* 1470. *Venet.* 1471. (m) *Lib. III.* 17.
(n) *Dionys. Halicarnass. Lib. I.* (o) *Lib. III.* 50.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
guſtica ora. Ligurum celeberrimi ultra Alpes Salluvii, Deciates, Oxybii: citra Veneni, & Caturigibus orti Vagienni, Statyelli, Vibelli, Magelli, Euburiates, Caſmonates, Veliates, & quorum oppida	*& Turris* [1] *ſocj Bagienni* [2], *Statielli* [3], *Bimbelli* [4], *Magelli*, *Euburiates* [5], *Caſmonates* [6], *Velejates* [7], *& quorum oppida in orâ proximè* [8] *dicemus. Flumen Rutuba* [9], *oppidum Albium*

ANNOTATIONES.

1955. fol. 50.

---- *Citra Veneris eſt turris Oſlibagienſis, Tatielli, Binibelli, Magelli Euburiates, Caſmonates, Velietes.* In ſuperioribus membranis oonnullee ſuperimponuntur emendationes, quae hujus codicis ſcripturae reſpondent.

1952. fol. 27.

---- *Citra Veneni eſt turris Ocibagienſis, Tacielli, Bimelli, Magelli, Euburiates, Caſmonates, Velsetes.*

1953. fol. 29.

---- *Mox ubi abranemen eſt terris Ocibagienſis Stati Elibini, Bellini, Ajelli, Euburiates, Coſmonates Velsetates, & quorum oppida in ora proxime dicemus.*

1954. fol. 36.

---- *Salvi, Deciates, Oxubi citra Venē ē turris Otibagienſis, Tacielli, Bimbelli, Magelli, Euburtates, Caſſmonates, Velietes.*

1955. fol. 22.

---- *Salina, Deciates, Ex ubi citra Venſni eſt terris Otibagienſis, Tatielli, Bombelli, Magells, Eubunates, Caſmonates, Velietes.*

Ex Barberinis

758. ---- *Salvidiciates oxubi acitra vene meſturiſeti Evagienni, ſtatim ellibin belli magelli euburiates caſmonates vellejacles &c.*

759. ---- *Salyi deceates: oxybii: citra veneni & caturgis orti vagenni: ſtatyelli: vibelli magelli: euburiates: ſaſmonates: veliates &c.*

Ee Carbonerino.

---- *Salvidiceates, Oxubj, citra vene meſturiſcti, evagienni, ſtatin, elibui, belli, magelli, euburiates, caſmonates velleiacles.*

In variantibus edhunc codicem, uti in Politiani membrenis plura diverſis incitionibus referuntur, quae nullius evedunt ſubſidii; onde nimins ne ſim, illa ſufficiet indiceſſe.

Vt ad rem noſtram propius eccedem, pro Venenis, quorum novitie eppellerio ex Hermolei conjecturâ, & recentioribus codicibus unicè apparuit, repono *Veneae* dictione entiquioribus libris eccedente; cum in iis vocalium geminatio, & diphthongi toties omittantur. Populi ſedem in Veneeço (*Vinay*) pago circa Demontem poſito invenio. In Permenſi editione 1476. *citra venae* lego, quod noſtrae eccedit reſtitutioni.

[1] *Turris*. Turrorum caſtellum facilè agnoſces in Terrone [*Turrion* ſive *Torrion*] prope Pinerolium. Hos Bagiennorum ſocios oſtendit vicinia.

[2] *Bagienni*. Ite potiùs quàm Vegiennos ex codicum indiciis recipio. Hand ignoro, quòd etiem adoptatâ per Harduinum, & pleroſque methodo ſcribetur *Vagienni*. Noſtre tamen orthographie convenit Varroni, [*a*], Ptolemeeo [*b*], Velejatium Tebulae, ubi occurrit PAG. BAGIENNO [*c*], nomine proculdubio a Bagiennis deductio, quos Padi ortus accoluiſſe paullò infra meminit Noſter. Horum metrocomie affini dictione in heoc diem vocetur *Bargee*.

[3] *Statiellē*. Nomen dedere Aquis Statiellis, quae Straboni juxta Cluverium ſunt Ἄκουαι Στατιέλλων [*d*], quamvis in ultimâ ejus impreſſione legamus Ἀκουαιστατιέλλων [*e*]. Malè apud Brietium *Aquae Statielae* [*f*]: nomen adhuc retinet *Aicqui*, ſive *Acqui*. X. inde mille paſſus occurrit Stetellum pagus, qui nunc *Saſſello*.

[4] *Bimbelli*. Sive hos cum vetuſtioribus codicibus; ſive Vibellos cum neotericis recipies: eorum ſitus uti Magellorum, Euburiatum & Ceſmoneiom ignotos adſtruit Cluverius: unde Herduinus omnium ferè obſcure nomina, & ſitus edhoc inexploratos affirmevit. Magellorum Ceitcllum fuiſſe Magellum [*Majola*] haud longè a Veneeo [*Vinay*] ad Sturam ſuſpicarer.

[5] *Euburiates*. Ab Euburiâ oppido dictos conjecit Magnus Cluverius: ubi jaceat incompertum. Nicolaus Sanſonus inter Aquas Statiellas, & Libarnam collocavit [*g*]. *Eubuniates* potiùs cum Plinio a Floro eppellatos, quàm *Eburiates* colligerem: ite enim legit, qui Florum ſaepe exſcribit Jornandes: *Deceates Oxybii Euburiates, Juganni* [*h*] quod ultimum pro Ingaunis irrepſit.

[6] *Caſmonates*. Eâdem ratione a Caſmonâ deducit Cluverius: oppidum Saoſonos ponit ad Trebiae ortum. Haud longè abfuiſſe colligerem, cum Plinius videatur Alpium, & Apennini flexus ſequi in montanis Liguribus enumerandis.

[7] *Velejates*. Aliqua in hujus nominis reſtitutione attigimus [*i*] quae hoc loco fuſiùs retractanda. In Riccardiano codice, ubi *Veli è tes* apertè dignoſcitur: queedem elementa fuere e correctore abreſe, unde *Velielates*, ſeu *Velejates* antea extitiſſe diſcamus. In Mediceis corruptum *vel jejates*. In Vaticanis 1950. & 1954. *Viltetes*. Modicâ differentiâ ſequuntur 1951. 1952. 1955. ubi *Velietes*: iis accedit Perinſatinus. Barberinus 778. *Vellejacles*, uti Carbonerinus. Ex iis indiciis oppido Velejetium infra comparandis apparet Plinium ſcripſiſſe *Velejates*, uti extebat in membranis per Angelum Politienum editioni 1473. collatis: ite etiam Plinium ſcripſiſſe ex Velejatium tabulâ ſtatuit Muretorius [*k*].

[8] *Proximè*. Minùs rectè apud Plinium *in ora proxima* a neotericis ingeſtum contra Alerienſis Epiſcopi enimadverſiones. Ita enim illum emendaſſe invenio in Romeoo exemplari anno 1470. quod in Buxetanâ Frenciſcanorum bibliothecâ extet, quamvis in aliis ejuſdem impreſſionis etiam *proxima* viderim. In membrenis Florentinis ednotavi ſcripturam Anonymi cujuſdam inſcitiâ deprevari. In Riccardiano *in ora prexuma edicemus*. Geminetus error verae lectionis indicium ſoppeditat, quae nitet in Vatieano 1953. uti in I. Ambroſiano. Patet euctoris ſenſus, ut nempe poſt enumerationem montanorum Ligorum, illico ſe ad alios conferet, quorum oppide in litore extabant.

[9] *Rutuba*. Typographico errore in Harduini ennotetione *Retuba*. Ab hoc poſt Cluverium, & Brietium, uti in pleriſque geographicis tebulis vernaculo idiomate dicitur *la Rotta*. Verùm indigenis eſt *la Roja*; quod nomen Robertum non latuit [*l*]. Adnotevi fluvium ante urbem recenſeri, cum a Vero Gennam petentibus prius Albium Intemelium, quàm Rutube occurret. Poſt Rutubam tamen, etqoe in ipſo fluvii alveo aedium apparent veſtigia, unde meliorem oppidi partem citra Rutubam Plinio ſcribente eetitiſſe ſuſpicarer. Adde quòd oppidi nomen in Toletano, eliiſque vetuſtis exempleribus deſiderari efferit Surite [*m*]; fortaſſe & aliquod vocabulum exſcriptoribus aufugit.

(a) *Lib. I. de Re ruſtic. 51.* (b) *Lib. III. 2.* (c) *Col. I. verſ. 43.* (d) *Ital antiq. I. 25.* (e) *Lib. V. pag. 315.*
(f) *Pag. 560.* (g) *Vid. Tab. Ital. antiq. in Mercurio Geographico, quem edidit Jo. Jacob. a Rubeis.*
(h) *De Regnor. ſucceſſ. pag. 63.* (i) *Tom. I. pag. 285.* (k) *Spoſizione §. VI. pag. 38.*
(l) *Tabula 123.* (m) *Ad Antonini itinerar. pag. 296.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
da in ora proxima dicemus. Flumen Rutuba, oppidum Albium Intemelium: flumen Merula, oppidum Albium Ingaunum: portus Vadûm Sabatiûm. Flumen Porcifera, oppidum Genua: fluvius Feri-	*bium Intemelium* [1], *flumen Merula* [2], *oppidum Albium Ingaunum. Portus Vadorum Sabatium* [3]. *Flumen Porcifera* [4], *oppidum Genua* [5], *fluvius Feritor* [6], *Portus Delphini* [7], *Tigullia* [8] *: intus,* &

ANNOTATIONES.

[1] *Intemellum*. Cod. Aleriensis, ejusqne editio princeps *Intemilium*.

[2] *Merula*. Nunc ab indigenis appellatur l' *Aroccia* nullo antiqui nominis manente indicio.

[3] *Vadorum Sabatium*. Ita in vatustis exemplaribus legi testatur Surita, quamvis in vulgatis irrepserit *Vadum*. Nomen adhuc retinet vicus *Vado*. Ab incolis dicitur *o Vado* cum particulâ *o* loco *il* utantur Ligures ignari quamvis Graecorum scripturae accedunt Straboni, ubi gaminatâ *ββ* literâ Σαββατίων Οὐάδα. In Antonino *Vadis Sabatis*. Ibi lunatus amplissimus sinus tutissimum efficit portum. Exterai auctores, & nonnullae Tabulae geographicae pro *Vado* legunt *Vai* & *Vè* ignorâ accolis dictione. Impressiones Romanae & Parmenses habent *Vadum Sabacium*. Minùs rectè Cluverio, & Simlero videtur Vada Sabatia essa Savonam, a quâ ultra V. milla passus distant. Holstenius, & Wesselingius contravenientes Caphari utuntur testimonio. Rem adhuc non omnino avincent, cum XVI. seculi scriptor sit Capharus, & locorum appellationes quandoque varientur. Egu Sabata oppidum in montibus quaerendum colligerem, cum a Ptolemaeo in mediterraneis Liguriae collocetur [a], neque a Plinio in orâ recensitum appareat; cum inde via ad Portum Vadorum deduceret, nomen a Sabatis vicinis invenit. Putant Jacobus Gastaldus, ac Petrus Mathiolus Ptolemaei Sabata esse neotericum *Ceva* [b]. Verùm hocce Castellum Romanorum florenta imperio Cebam fuisse appellatum innuunt Plinii verba, quibus Cebanum caseum in Liguriâ laudavit [c].

[4] *Porcifera*. Multa apud Harduinum emendanda hoc loco, ubi legimus „ *Porcifera* Genuam latere orientali al„ luit: *Bisagna*. Feritor *Lavagna* in partem pariter exor„ tivam influit ajus sinus, qui Portum Delphini efficit „ *Porto Fino*, etsi aliter alii statuunt. „ Oportet certè aliter statuere. Primùm necesse est Pliniano interpreti nosse, auctorem litus exactè sequi, ut supra annotavimus. Igitur inter Portum Vadurum Sabatium, & Genuam fluit Porcifera, quae occidentali urbis parte, non ab oriente invanitur; nec dubium est nomen adhuc servare, cum *Panzevera* appelletur. Feritorem porrò esse, quam novitiâ voce *Bisagnum* dicunt, quasi a duplici amne conflatum statuunt eruditi [d]. Quod certissimum est, horum alter vocatur *Ferisano* noto indicio quasi *Feritor amnis*. Rem evincet fragmentum Itinerarii Antonini [seu cujusve alii vetusti sanè auctoris] quo utitur Simlerus, & Bergerius, & Wessalingius. Sex inibi itinera memorantur, quibus ab Vrbe in Gallias itur. Primum horum est maritimum, ubi legimus: *Genua inter Porsenam & Feritarem*. Loco Porciferae Porsenam irrepsissa val caecus intelliget: hanc etiam Porcoberam fuissa antiquitus appellatam ustendit Tabula aenea in Porciferaa valle an. 1507. eruta, atque a multis vulgata (e).

[5] *Genua*. Notum clarissimae urbis nomen; atque ita ab idoneis auctoribus appellatur Livio, Valerio Maximo, Melâ, Romanis Itinerariis, Ptolemaeo, & Strabone apudquem legimus Γένουα ἐμπόριον Λιγύων [f]. His a Cluverio relatis addam Marcellinum sequioris aevi scriptorem [g]. Posterioribus, ac barbaris seculis viventes *Januam* dicere maluerunt, quasi a Jano Deo conditam [h]. Inter primos quibus *Januam*, & *Januenses* excidit, recenseo Procopium [i], & Divum Gregorium [k]; cujus verba eleganter adducit Valserus [l]. Hâc de causâ nil miror si usque ad Bartholomaeum Cepollam [m] plerique *Januam*, & *Januenses* scriptitaverint. Tolerare tamen vix possum quòd hujusmodi occurrant apud Puricellium [n], Echardum & Quetifium [o], Wadingum [p], Lucentium [q], Auctorem Vitae Clementis XI. [r], Arisium [s], Joseph Antonium Saxium [t], Purpuratum Quirinum [v], Octavianum Gentilem [x], V. M. Amicum [y]. His adhaesit Paullus Frisius, cum reconditae scientiae volumina Augustino Lanmellino primam apud suos dignitatem gerenti nuncupasset.

[6] *Feritor*. Feritorem in amniculo, qui indigenis [*Lavagna*] agnoscit Harduinus. Cluverio potiùs subscribam qui aruditissima collegit ex Ptolemaeo, Tabulâ Itinerariâ, & Blondo.

[7] *Portus Delphini*. Nunc diminutâ appellatiuna *Porto Fino*, ut omnes norunt. In Antonini itinerario *Delphinis*.

(8) *Tigullia*. Oppidi nomen geminatâ *ll* potiùs quàm unicâ scribendum suadent nostra exemplaria, Ptolemaeus, & Tabula Trajana apud Velejam eruta. Item quae sequuntur *Segesta Tigulliorum* in Romanis, ac Parmensibus editionibus. Hanc urbem circa litus quaerendam, cum Melâ, & Plinio innuit laudatus Ptolemaeus; qui Ligusticam oram describens, Genuam, Entellae fluminis ostia, Tigulliam [z], & Veneris Portum recenset, Minùs igitur rectè apud Harduinum *Tigulia intus:* eandem lectionem sequi videtur Landinus, verùm reliqua omnia detruncata dum subjicit, manifesti arroris arguitur. Hanc certè intercisionem non agnoscunt vetusta Plinii exemplaria; nobisque conveniunt Gelenius, Paullus Manutius, Ludovicus Dominicus, Dalecampius, Cluverius. Hujus *epitomator*, [ut ajunt] Joh. Buno haec habet (aa): *Tigulia opidum, cujus praeter Plinium meminit Ptolemaeus, Macrae fluminis ostium est*. Unde Macra Liguriae finis hoc loco? Tigulliae successit neotericum *Sestri*, nomenq; ut videtur, a Tigulliâ amniculo invenit oppidum; & rudera, quae CIↃIↃ. passus visuntur in vicu.o *Trigosa* ad ipsam Tigulliam, nunc *Sestri*, pertinent, non ad Segestam Tigulliorum. Neotericum *Sestri* non Episcopale oppidum, ut Cluverio excidit, sed Briniatensis (*di Brugnato*) Antistitis sedes, eâdem ratiuna, quâ Albintemeliensis Mentoni degit. Tigullia igitur (non Segesta Tigulliorum) esset a neotericis appellandum *Sestri*; cum frustra ex Holstenio oppositum tueatur Cellarius, & Wesselingius. Plinii Tigulliam, in Antonini Itinerario Tegolatam apparere statuunt: cur non potiùs viae Aureliae, atque itineris ratione Segestam Tigulliorum? Obiter adnotandum ab axtrariis scriptoribus neoterica Italiae vicorum, & castellorum nomina passim vitiari Quem ego Briniatansam Episcopum dico, vulgus appellat *Brugnatensem*, ab oppido indigenis *Brugnato*. Optimus illius Episcopus Dominicus a Tatis cum ad Tigullienses Canonicos provocaret, illos *Sigestrinae Orientalis Ecclesiae*

(a) Lib. III. (b) *Vide pag. 77. 8.* (c) Lib. XI. 42. (d) *Vide Flavium Blondum, Leandrum Albertum descrip. Ital. Paul. Jovium Hist. lib. XXXV. Castrucc. Bonam.* (e) *Vide collection. Jo. Tacuini pag. LXXI. & seq, Saccum lib. II. 2. &c.*

(f) Lib. I. *pag. 308. vide & lib. V. pag. 323.* (g) *Lib. XV.* (h) *Vide Musar. Epinic. pag. 8. num. 8.*

(i) *De reb. Goth. lib. I. & II.* (k) *Lib. XII. Epist. 7. ad Theodelindam.* (l) *Rer. Boicar. lib. III. pag. 205.*

(m) *De servit. rustic. cap. XXVI. num. 28.* (n) *Ambrosian. Basilic. monument. pag. 175.* (o) *Tom. I. pag. 463. Tom. II. pag. 95. 96. &c.* (p) *Tom. XI. pag. 50. ad ann. 1430.* (q) *Ital. Tom. I. pag. 1410. num. 48.* (r) *Lib. V. pag. 327. & 345.* (s) *Cremon. literat. tom III. pag. 177.* (t) *De stud. literar. Mediolan. cap. V.* (v) *Diatrib. praeliminar. §. 16. pag. 416.* (x) *De patricior. origin. lib. IV. 5. pag. 525.* (y) *Catana illustrata lib. VII. 2, pag. 279.*

(z) *Lib. III. 2. via. latinam versionem editam an. 1482.* (aa) *Lib. I. 9. pag. 51.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
ritor, portus Delphini: Tigulia intus: Segesta Tiguliorum: flumen Macra, Liguriae finis. A tergo autem supradictorum omnium Apenninus mons Italiae amplissimus, perpetuis jugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum. Ab altero ejus latere ad Padum amnem Italiae ditissimum, omnia nobilibus oppidis nitent: Li-	*& Segesta Tigulliorum* [1]. *Flumen Macra Liguriae finis. A tergo autem supradictorum omnium Apenninus mons Italiae amplissimus perpetuis jugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum. Ab altero ejus latere ad Padum* [2] *amnem Italiae ditissimum, omnia nobilibus oppidibus* [3] *nitent: Libarna* [4], *Dertona Colonia* [5] *Iria* [6], *Bar-*

ANNOTATIONES.

elesiae àttribuit (*a*), eo quie vicus eppelletur *Sestri di Levante*, ut eb eio vico *Sestri di Ponente* fecarnetur. Verùm ratio nominis diverse, nam secundo noman cessit, quia VI. ab orbe Genuâ lepide; Tigulliensi, eâ sanè de causâ; forcasse quia dirutâ Segestâ Tigulliorum, Tigulliae ipsea, Segesta appellari coeperunt. Ab Anonymo, qui Salmoni opus nobilissimum tot additis erroribus conspurcavit, letinè dicitur *Sevesta Figulorum*; & oppidum Italis *Brugnato*, ipsi est *Brugnetto*; quod Latinis olim *Brumiadum*, *Brumadrum*, *Brumum* (*b*): sed haec non Romanas, sed Langobardicas eppelletiones quisquis agnuscit.

Illustrandi hoc loco Velejetium, ec Tigulliorum fines, viciqua, ac saltas quamplures ex Trajanâ Tabulâ in publicam lucem proferendi (*c*), ubi legimus.

COLONI . LVCENSES (α) . PVBLICE . PROFESSI . SVNT . SALTVS . PRAEDIA . QVAE BETVNIAS (β) . SIVE . QVO
ALIO . VOCABVLO . ---
--- ITEM . SALTVS . PRAEDIAQVAE . IVNCTA . QVI . MONTES (γ) . APPELLANTVR
--- ET . SALTVS . PRAEDIAQVE . BERVSETIS ---
ET . SALTVS . PRAEDIAQVE . VARISIO (δ) . ET
SALTVS . PRAEDIAQVE . IESIS --- ET . SALTVS . PRAEDIAQVE
POPTIS (ε) . ET . SALTVS . PRAEDIAQVE TIGVLLIAE (ζ) . ET . SALTVS . PRAEDIAQVE . METTIAE
--- SALTVS . PRAEDIAQVE . BARGAE (η) ---
--- QVAE . SVNT . IN . LVCENSE . ET . IN VELEIATE
ET . IN . PARMENSE . ET . IN . PLACENTINO . ET . MONTIBVS &c.

(α) *Lucenses*. Multa de Colonis tum Liberis, tum Servis congessit Muratorius (*d*), quia rem acu tangaret; haud difficile temen erat viro Clarissimo Mutinam incolenti adnotasse, quòd hic egitur de Colonis Lucensibus Coloniam (*Cologna*) vicum Cepheronice vicinum hebitentibus; nec multùm ebest Luchius (*Luchio*) utroque nomine Lucenses Colonos prodente.

Haec Livii verbis, firmentur, ubi in ipsâ Lucensis coloniee deductione *quinquagena*, ait (*e*); *& singula jugera & semisses agri in singulos dati sunt. De Ligure captus is ager erat*.

(β) *Betunias* In Betucio (*Beduccio*), quem Parma e Cornilio descendens interfluit, latere suspicaret.

(γ) *Montes*. Nomen edhuc servat vicus Lunisianae regionis *Monti* haud longè a *Costâ malâ*.

(δ) *Berusetis* --- *Varisio*. Berusetis in neotericorum *Berceto* egnosco. Varisium vel caecus seteetur necesse est; cum nomen in hodiernam diem servet *Varese* e Varâ emne deductum. Inde ortum habuit Beltramus Comas Christianus versatili vir ingenio, qui maximis functus dignitatibus Mediolani obiit enno 1758. Quinto Nonas Julii.

(ε) *Jesis* --- *Poptis*. Tres mille pessus e Verisio ed occasum occurrit *Jesis*, indigenis *Chesi*. Ad Orientem XII. mille pass. Poptis *Poppe*.

(ζ) *Tigulliae*. Saltus ad Tigulliam, sive potiùs ad Segestem Tigulliorum spectantes memorantur.

(η) *Mettiae* --- *Bargae*. Mettiem in Mettiano (*Mizana*) Bargem in Bargone circa viam e Verisio Tigulliam deducente facili negocio invenies. Neque enim vicinie sinit, ut Bargam Florentinorum (quae circa Luchium & Coloniam) iterum petamus, quemvis non ignorem Bargae vicum olim Lucensibus patuisse.

Trajanam Tabulam potiùs Lucensibus Colonis, quàm aliis spectasse hoc anno conjecit Clariss. Lamius (*f*). Video tamen ei eufugisse, quae de Coloniae & Luchii vicis adnotavimus, uti etiem oppidi nomine urbem, non castellum ubique Plinium designare. (*g*). De Velejetium pueris Tabulam unicè loqui alibi ostendemus. Ad Plinium revertemur.

(1) *Intus & Segesta Tigulliorum*. Particulam *&* nostri Codices, ec vetustae nonnullae editiones habent (*h*). Locus epparet in Segestâ (*Sesta*) XV. mille passus supra Tigulliam ad Varae, & Vo'trae confluentes; quan secili satis negocio dignoscenda, nescio cur recentiores Geographi antiquam orbis descriptionem consectantes omiserint. Nonnulli legentes apud Plinium *Tigulia intus*, multiplici (*i*) errore heec verbe *Laullem* respicere somnierunt.

(2) *Ad Padum*. E latere nempe, quo Septentriones Padumque spectat Apenninus.

(3) *Nobilibus oppidibus*. Claras orbes innuit, ut ritè vertunt Landinus, & Dominicus. A Muratorio igitur recedendum, qui Plinii verba illustraturus nobile oppidum italicè reddidit *Terra grossa* (*k*),

(4) *Libarna*. Libarnensium territorium Velejetibus conterminum pluribus locis ostendit Tabula Trajana.

C. COELIVS . VERVS . PER . ONESIMVM . SER. SVVM . PROF. EST . PRAED. RVSTICA . IN . PLAC
ET . VELEIATE . ET . LIBARNENSE (*l*):

Quaedam verò utrique agro spectantia eruimus ex sequentibus (*m*):

L. CORNELIVS . SEVERVS . PROFESSVS . EST . SALTVM . BLAESIOLAM . QVI . EST
IN . LIBARNENSE . ET . VELEIATE

Quee Plinio, & Ptolemaeo pariter Libarne Λιβάρνα: in nonnullis Antonini Itinerariis corruptè *Libanum*, in Peutingeri Tabulâ rectiùs *Libarnum*. In utroque exemplarà mensurae vitiantur, ut post Cluverium adnotavit Muratorius. In Latinis Ptolamaei tabulis anno 1482. editis rectâ lineâ contra Genuam describitur. Dertonae tamen quàm Genuae propinquiorem fuisse multa suadent, quidquid eam Callarius mediâ viâ collocaverit (*n*). Apud Pto-

(a) *Vide epist. V. Kal. Aug. ann.* 1754. Capit. Clero *&c.* (b) Lo Stato presente di tutti i Paesi *tom. XVIII. pag.* 317. 318.
(c) *Col. VI. vers. 60. & seq.* (d) Sposicione *pag.* 42. *& seq.* (e) *Lib. XLI.* (f) *Num.* 34. *pag.* 529. *& seq.*
(g) *Vide Disquis. Plin. tom. I. pag.* 286. (h) *Rom.* 1470. *Parm.* 1476. *Venet.* 1491. (i) *Vide hoc loco Leand. Albert.*
(k) Sposizione *pag.* 43. (l) *Col. III. vers.* 11. *&* 12. (m) *Col. VII. vers.* 45. *&* 46. (n) *Pag.* 530.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
Libarna, Dertona colonia, Iria, Barde-ra-	*Barderate* [1], *Industria* [2], *Pollentia* [3], *Car-*

ANNOTATIONES.

Ptolemaeum Gastaldus Libarnum in neotericâ *Lavagnolla* agnoscit (*a*). In linguae latinae thesauro *Lavagna* indigitatur: omni jure a Philippo Ferrario reprobata. Addit Baudrantius Libarnam fuisse urbem Velejatibus contributam, quâ in re satis fallitur. Cum Georgius Merula supra Serravallem antiquae urbis vestigia suo aevo extitisse affirmaverit (*b*): plerique conjiciunt Libarnam prope Castrum Arcuatum (*Castel Arquato*) extitisse, qui vicus eum altero longè nobiliore (in Placentiae territorio) minimè confundus. De Libarnâ nihil ab aliis recentioribus novi affertur (*c*). Illorum tamen opinio rejicienda, qui ad Lucisam alluente Belbo amne, vel ad Bobium provocarunt, quod ultimum in Italico Taurinensi lexico quoque invenies (*d*). Ex conjecturis, & nominis affinitate Libarnam potiùs cum paucis circa Villavarniam, quasi diceres Vicum Livarniae, seu Libarniae statuminarem. Hanc alii minùs rectè appellant *Villam Barnam* ignobilē vicolum Dertonensis Dioecesis, jacetque ad Iriae (*la Scrivia*) ripas.

(5) *Dertona Colonia*. Plinianae orthographiae convenit Ptolemaeus, ubi Δέρτωνα. A Strabone Δερτῶν, a quo appellatur urbs insignis (*e*). A Stephano absque aspiratione Δέρτων. Hâc de caussâ a Latinis *Dertona*, & *Derthona* (*f*). A Gaudentio Merulâ modò *Derthona*, modò *Dertho* graecanicâ methodo (*g*). Cluverius oppidi nomen Celticum vocabulum ex vocis sono conjecit (*h*). Ego Ligusticum; ideoque origine Graecum potiùs judicarem. Apparet inde quàm ineptè augentur neotericorum ingenia, cum *Terdonae* appellationem defendere conantur ex noto versiculo:

A donis donata tribus Terdona vocatur.

Quae fuerint illa signa in annotationibus ad Benedicti Jovii historiam subjiciemos; quod certum est corruptum *Terdonae* vocabulum a Dertonâ effluxit facili literarum migratione, tum magis apud Germanos, qui *d* & *t* promiscuè utuntur. Ita enim Otho I. Imp. (*i*) Vspergensis, Guntherus, Otho Frisingensis, & auctor Chronicua, qui Henricus Stero creditur (*k*). Ita Donatus Bossius, Philippus Bergomas, Cavirellius &c., Viterbiensis Poeta:

Et modo Terdonae cuperem narrare dolorem.

Nec mirum, si Petrus Azarius (*l*), & tot medii aevi Scriptores corrupto vocabulo oppidum appellavere, uti apud Felicem Osium, & Muratorium videre est. Magis notandum barbaram vocem Wadingo excidisse, ubi legitur: *Henricus Episcopus Terdonensis* (*m*). Rem verò prodigio similem quòd Cujacius vulgaverit: *Episcopus Terdonensis, qui est in Lombardiâ* (*n*); & Natalis Alexander Terdonam hanc urbem dixerit (*o*), Wadingus enim monastico incultoque eloquio toties sordet: contra Cujacius, & Natalis Alexander viri eruditissimi castigatâ plerumque utuntur dictione.

(6) *Iria*. In vetustis Plinii editionibus pro *Iria* legitur *Trira*: neque vocem immutarunt Gelenius, & Paullus Manutius. Hujus oppidi, & sequentis nomen in Landini codicibus desideratur. *Trina* apud Ludovicum Dominicum occurrit. Verùm cum similia priscis scriptoribus ignota evaserint, Iriam recipio, quae Ptolemaeo Εἰρία. Malè inibi a Gastaldo legitur *Ira*, pejusque Sartiranam esse affirmatur (*p*). De Liguriae enim oppidibus, ac citra Padum sitis agit hoc loco Plinius; apud quem legit *Titia* Carolus Stephanus Sartiranam pariter indigitans. Quae nunc *Voghera* dicitur, Iriam ab antiquis vocitatam plerique eruditorum affirmant, cum X. a Dertonâ lapide in Antonini Itinerario, ac Peutingeri Tabulâ ponatur, unde Vicheria quasi Vicus Iriae fuerit appellata. Somniculosam huic addit etymologiam Beretta, nempe *vicem Iriae praestans* (*q*). Facilior mihi neoterici vocabuli deductio videretur, ut *Vo-ghera* esset *Vadus Iriae*, cum in Langobardiâ trajectus fluminum, lacuumque *Vo*, ut saepiusculè diximus, appellentur. Sed quonam pacto, qui nunc *Staffora*, olim Iria fluvius esse potuit, cum pluviis tantùm concitatus prope Vicheriam (*Voghera*) excurrat? Hinc est, quòd Iria amnis est *la Scrivia* amnis circa Dertonam fluens. Locuples testis Jornandes VI. seculi auctor qui Julium Majorianum Imperatorem optimum *Derthonae juxta fluvium Ira*, necatum vulgavit (*r*). Cellarius Jornandem semibarbarum scriptorem appellat; eique *Dertonae* pro *Dertonensi agro* nomen excidisse statuit (*s*). Verùm duplici loco errasse Jornandem quis credet, nam alibi etiam diverso in opere hunc Caesarem *apud Derthonam* occisum testatur (*t*)? Ego virum Gothorum Regum in Italiâ ab epistolis, & subinde Ravennatum Antistitem locorum peritiorem neotericis affirmabo. Omitto quòd in Pseudo Chronico Maximi Caesaraugustani Antistitis pariter legimus *Majoriano Augusto ad Detorsuam Italiae interfecto* (*v*) quâ corruptâ appellatione Dertona procul dubio indicatur. Provocabo tamen ad historiae Miscellae scriptorem, qui Majorianum *haud procul a Dertonensi civitate juxta Iram fluvium* necatum tradit (*x*). Obsistam igitur Muratorio (*y*), caeterisque Majorianum Vicheriae necatum statuentibus. Quânam ex causâ improbus Ricimeres optimum Caesarem ultra decimum lapidem deduxit, ut VII. Idus Augusti in sicco Stafforae alveo obtruncaret? Rectiùs igitur opinantur, qui cum Hieronymo Rubeo (*z*), Thesauro (*aa*), ac Vaillantio (*bb*) Majorianum Dertonae necatum affirmant. Hinc *Scriviam* (insidom sanè amnem) mille passus a Dertonâ serpentem; *Iriam*, & *Iram* ab antiquis dictum potiùs colligerem, cum in Divi Bertulphi actis legamus (*cc*): *Meroveus a Beata Attala Dertonam urbem missus, & causa ejus negotii propter quod venerat longius ab urbe progressus ad quandam villam Iriae fluvio adjacentem accessit*. Haec de *Scriviâ* accipienda censet Caspar Beretta, cui refragatur Poggialius (*dd*). Verùm amici doctique viri pace in parum latino scriptore τὸ *longius* non id certè evincit, ut X. ultra lapidem Meroveum iter habuisse statuamus: praeterquamquod plures a Dertonâ usque ad *Scriviae* in Padum influentis ostium occurrunt villae; & *quaedam villa* Monacho scribenti anonyma, Vicheriae nobili vico minimè adaptanda. Cum igitur *Scrivia* saxeo amplissimoque ponte jam apud Serravallem conspicuus, fluvius verè sit; contra *Staffora* torrens: primo potiùs *Iriae* nomen fuisse suspicarer. Vade verò similis nomenclatura & urbi ab agnomine fluvio aliquot mille passus dissitae obvenerit, ipsi viderint. Scio non deesse oppida, quibus eadem ac fluviorum contigit appellatio, quamvis in eorum ripis minimè extructis. Exemplo esse potest Parma, quae non minùs a cognomine amne quàm Vicheria distabat, antequam Theodericus *civitatem --- diutinâ siccitate laborantem saluberrimâ undâ* rigasset (*ee*). Inde fluvium urbis nomen accepisse colligit Bonaventura Angelus, quâ de re infra. Vt disputationem claudamus (si conjecturae locus datur) Iriam oppidum prope Iriolum secundo a Vicheriâ lapide quaerendum suspicarer. Vicheriae conditiones omnino ignoravit Nicolleus a Cruce, cum vicus moenibus destitutus, ab illo munitum oppidum appellatur (*ff*).

(1) *Barderate*. Accusant hoc loco Plinium Ricolvius, & Rivantella, quòd Historici potiùs rationem quàm Geographi

(a) *Lib. III. pag. 77. B.* (b) *Lib. VI. histor. Vicecomit.* (c) *Vide Martinorium, Ricolvium &c.*
(d) *In voce Bobio.* (e) *Lib. V. pag. 331.* (f) *Vide Casaubon. apud Strabon. citato loco.* (g) *Lib. I. & II. de Gall. Cisalpin.* (h) *Lib. I. 26. pag. 253.* (i) *Vid. tom. III. Goldast. pag. 307.* (k) *Vid. collection. Freher. Tom. I. pag. 509.*
(l) *Vide Tom. IX. parte VI. Thesauri Petri Burmanni, & Tom. XVI. Rerum Italicar. Scriptor.* (m) *Tom. X. pag. 142. anno 1429.* (n) *Tom. III. col. 62. ad cap.* olim causam *Decretal. lib. II. titul. XXIII.* (o) *Tom. VI. histor. Eccles. pag. 612.*
(p) *Ptol. lib. I. pag. 77. A.* [q] *Tabul. med. aevi num. 5.* [r] *Cap. XLV.* [s] *Pag. 530.* [t] *De Regn. success. pag. 228.*
[v] *Consul. Bibliotb. Vet. Hisp. Nicol. Antonii tom. II. pag. 280.* [x] *Lib. XVI.* [y] *Annal. tom. III. par. I. pag. 249.*
[z] *Histor. Ravenn. lib. III. pag. 99* [aa] *Regn. Ital. pag. 3e* [bb] *Tom. III. pag. 310.* [cc] *Mabill. tom. II. num. 26.*
[dd] *Tom. I. pag. 93.* [ee] *Vide Bonav. Angel. lib. I. hist. Parm. pag. 1. & 2.* [ff] *Geograph. tom. I. pag. 441.*

Ex Harduin.

rate, Industria, Pollentia Carrea, quod Potentia cognominatur: Forofulvi, quod Valentinum: Augusta Vagiennorum, Alba Pompeia, Asta, Aquis Statyellorum.

Ex nostrâ recensione.

Carrea [1], *quod Potentia cognominatur*, *Forofulvj* [2], *quod Valentinum*, *Augusta Bagiennorum* [3], *Alba Pompeja* [4], *Asta*, *Aquae Statiellorum* [5]. *Patet ora*

ANNOTATIONES.

graphi sequatur; dubitantque utrum *Brà* ultra Sturam (cui nomen & aquas aufert Tanarus) ex antiquo Barderate contractum emerserit. Verùm cum nimis Pollentiae propinquum evasisset, nihil certi statuunt. Accusationi utique parcendum erat, cum Plinius commemoratis oppidibus Ligurum mediterraneis, quae ad Orientem spectabant, eâdem methodo ad Occidentem procedat. Libarna in ipso Apennino assurgens omnium prima, hinc Dertona, subinde Iria: hanc sequitur Barderate, cujus positionem ignotam fatetur Cluverius, dubitans an in coenosâ *Pancanenâ* delitescat. Nicolaus Sansonus ad Tanarum (ubi nunc Alexandria) collocavit. Id ubi sustineatur nemo Geographicae tabulae tam ignarus esse potest, quin omnia singulari ordine descripta inveniat. Si verò Barderate ad Ligurum oppositam partem spectat: peracto Orientis ambitu, ad Occasum tendit narratio; neque Bardeatis ad Pollentiam vicinitas obesset, cum omnia *nobilibus oppidibus* niterent. Ego Bardeatis (cujus unicè Plinius meminit) positionem, & territorium haud longè a conterminâ Industria indagandum colligerem.

(2) *Industria*. Ludovicus ab Ecclesiâ vir eruditissimus non se decipi permisit a recentioribus Geographis, & Plinii Interpretibus, quibus *Casale* praecipuum Montis Ferrati oppidum Industriae locum tenere excidit. Hinc doctus Praesul sacratas terrae suae res, & monumenta perquirens ignotum Industriae situm affirmavit (*a*) Ricolvii, & Rivautellae diligentiâ emersit nostro aevo, cum anno 1743. initia apparuerunt antiquae urbis apud vicum Montis Acuti, quem vulgus appellat *Monteu di Po*. Ab Augustâ Taurinorum XVI. M. pass. occurrit Padum dextrorsum descendentibus (*b*).

(3) *Pollentia*. Hoc oppidum Carreae adjunxit Harduinus, atque inde in errorem adductum suspicor Muratorium; cum urbem Pollentiam, sive Potentiam nominavit (*c*). Omnia exemplaria, & sensus, & Geographia jubent, ut Pollentiam a Carreâ distinguamus. Primam esse *Pollenza* ultra Sturae & Tanari confluentes utique assentimur, urbs nota Columellae (*d*) Suetonio, Cassiodoro, Orosio, alisque, ut Cluverius animadvertit; quo scribente exigua etiam oppidi vestigia apparebant. Deceptus iterum fuit Clarissimus Muratorius, cum nulla nostro aevo extare credit, quando satis illustria hocce seculo eruuntur (*e*). *Pollentiam* duplici *ll* scribendum, non ut in aliquibus libris, atque apud Jornandem unico *Polentia*. Id etiam evincit epigramma sub Domestici cujusdam effigie, a Zaccariâ, Bonadâ, Paciaudio, & Benedicto Passionaeo vulgatum,

ubi - - NOSTROS . NAM CINERES
POLLENTIA . SAEVA . SVBEGIT (*f*).

[1] *Carrea*. Rectè ponitur oppidum, & *Carrea Potentia* dicitur in antiquae Italiae Tabulâ a Nicolao Sansono [*g*]; Sed inibi Tanarus pro Sturâ pingitur. Jacet inter utrumque. *Carrava* in hanc diem appellatur [*h*]: indigenis *Carru* [*i*].

[2] *Forofulvj*. Ex Valentini cognomento, & XXII. millium intervallo, quo ab Astâ distare notatur in Tabulâ Peutingeri, omnes oppidum Valentiam [*Valenza*] id esse statuunt. Addendum, quòd Plinius memoratis *Pollentiâ*, & *Carreâ*, ut ordinem [quantum fieri potest] sequatur: emenso Tanaro ad Padum accedit, ac proxima quaeque legit, Forum Fulvj, Augustam Bagiennorum, Albam Pompejam, Astam, Aquas Statiellas. Vnde nomen acceperit Forum Fulvj, reticent Plinii interpretes. Ab inclyto Romanorum duce Fulvio [uti a Cornelio, a Livio, a Sempronio alia] & hoc deduci certum habeo. Duos apprimè illustres Fulvios invenio, qui de Liguribus triumpharunt [*k*]:

Q. FVLVIVS . Q. F. M. N. FLACCVS . II.
COS . DE . LIGVRIBVS AN. IↃLXXIV..

Alter

M. FVLVIVS . M. F. M. N. NOBILIOR
PRO . COS. DE *Liguri*BVS . ET.
VELEATIBVS IↃXCV. XII. K. SEPT.

Hunc potiùs Fori conditorem affirmarem, cum Fulvius Nobilior Ligustinum bellum octuaginta annis saeviens tandem profligaverit, igne saepiens refugientium latebras [*l*].

[3] *Augusta Bagiennorum*. Cluverius cum Bagiennos, sive Vagiennos circa Padi fontes habitasse ex Plinio, aliisque nosset argumentis; illos haud longè a Forofulvj hoc loco statuere renuit; unde Augustam Vagiennorum circa oppidum Carmaniolam inquirit. Inibi apertè collocat Brietius [*m*]. Verùm non errarunt quicumque cum Gastaldo illustrem vicum Bassinianam [*Bassignana*] Augustae Bagiennorum substituunt, cum Fulvium devictis Bagiennis novum agrum circa Forum a se conditum dedisse, credere utique possimus. Hunc enim subactis Velejatibus, in eorum territorio Bagiennorum, & Statiellorum colonias induxisse argumento sunt pagi Bagiennus (*n*), & Statiellus (*o*) in laudatâ Tabulâ memorati. Horum appellationes a celebratis Liguribus deductae apparent; & Bagiennus pagus, non unico contentus vico, totque locis recensitus haud modicum Bagiennorum numerum in Velejate deductum innuunt; quare validiori ratione a Fulvio debellatos, Bassinianam quoque migrare jussos colligimus; indeque loco nomen cessisse, rem prodens haud modica inter vicum, & populum appellationis affinitas, quam alibi in hoc Apennini ad Padum tractu minimè invenies. Iis igitur nequaquam accedendum, qui Augustam Bagiennorum esse Centallum VI. ab urbe Cuneo lapide conjectant. Ricolvius, & Rivautella fatentur, quòd licèt inde multae antiquitatis reliquiae revixerint, nihil adhuc inventum, unde de oppidi nomine judicetur (*p*).

(4) *Alba Pompeja*. De hoc oppido, Astâ, Aquis Statiellorum omnibus constat; eodem enim loco subsistunt, conveniuntque nomina *Alba*, & *Asti* ad Tanarum. *Acqui* ad Bormidam, qui in Tanarum influit.

(5) *Aquae Statiellorum*. Recto casu nominantur in membranis, & vetustis editionibus. Gelenius, & Paullus Manutius *Aquis Statyellorum* noviter induxerunt. Hos sequitur Dalecampius, in cujus etiam exemplaribus quandoque typographico errore: *Alba Pompeia*, *Asta*, *quis Statyellorum* (*q*). Harduinus igitur, cum in plerisque Dalecampii editionem adoptaret, *Aquis Statyellorum* vulgavit. Cluverius colonias has omnes latino casu pariter in Naturali historiâ relatas innuit: Ego recto, ut alibi. Non diffitetur tamen Cluverius Populi nomen nostrâ potiùs orthographiâ scribendum; & sanè praeter allata monumenta, & vetustos codices: oppidanos *Statiellenses*, & a Livio *Statiellates* vocari animadverto. Frustra igitur, Strabonem illustraturus Isaaccus Casaubonus legit apud Pli-

[a] *Vide Ricolv. & Rivautell.* [b] *Cit. libro* Il Sito -- d' Industria. [c] *Annal. Tom. III. Par. I, pag.* 8. & 9. [d] *Lib. VII.* 2.
[e] *Vide allatum Ricolv. & Rivautell.* [f] Passionei Iscrizioni *pag.* 100 *num.* 12. [g] *Vide Meteor. Geograph. Jos Jacobi a Rubeis.*
[h] *Consule Tabulam Cantellii.* [i] *Vide Tabulas Matthaei Seuteri*, & *Tabulam* 115. *Robertii.* [k] *Vide Sigon. Fasti Consular.*
[l] *Vide Florum, Jornandem, Sigonium, &c.* [m] *Tom. II. lib. V. pag.* 558. [n] *Col. I. vers.* 43. *col. IV. vers.* 92. *col. V. vers.* 30. 66.
[o] *Col. VI. vers.* 26. [p] Sito d' Industria *pag.* 171. (q) *Vide edition. Colon. Allobrog. anni* 1615. *pag.* 45. *col.* 1.

Ex Harduin.

rum. ---- Patet ora Liguriae inter amnes Varum & Macram, CCXI. M. passuum --- Tiberis amnis a Macra CCLXXXIV. M. pass. Intus coloniae: Falisca Argis orta, (ut auctor est Cato,) quae cognominatur Etruscorum, Lucus Feroniae, Rusellana, Senensis, Sutrina. De caetero Aretini veteres, Aretini Fidentes --- Fluentini praefluenti Arno appositi.

V. pag. 151.

IX. Tiberis antea Tybris appellatus ---- e media fere longitudine A penini, finibus Aretinorum profluit: tenuis primo, nec nisi piscinis corrivatus emissusque navigabilis, sicut Tinia & Glanis in-

Ex nostrâ recensione.

ra Liguriae inter amnes Varum & Macram CCXI. M. Pas. [1] ---- ---- ---- *Tiberis amnis* [2] *a Macrâ CCLXXIIII. M. P. Intus coloniae Falisca Argis orta [ut auctor est Cato] quae cognominatur Etruscorum, Lucus Feroniae* [3], *Russellana, Seniensis* [4], *Sutrina. De caetero Arretini* [5] *Veteres, Arretini Fidentiores ---- Fluentini* [6] *praefluenti Arno appositi.*

Tiberis [7] *antea Tybris appellatus ---- e mediâ ferè longitudine Apennini* [8] *finibus Arretinorum profluit: tenuis primò, nec nisi piscinis corrivatus emissusque navigabilis* [9], *sicut Timia* (10), *& Glanis in-*

ANNOTATIONES.

Plinium *Statvellorum*, & infra *Statvellae* [a]. In nonnullis antiquis Naturalis historiae editionibus malè occurrit *Aquae Scatiellorum* (b): Ita & in Landini membranis. Rectè in Romanâ 1470, *Statiellorum*.

(1) *CCXI. M. Pas.* Orae flexuosum iter sequitur Plinius; congruitque mensura Itinerariis, ubi toties memoratae diversitatis rationem habeamus, quâ priscorum milliaria a nostratibus differunt: Nescio unde Liguriam a legendis leguminibus dictam somniaverit Paullus Langobardus (c). Alii alia non minùs dissona, quae apud Saccum invenies (d).

(2) *Tiberis amnis*. Solitâ in Geographicis praecisione innuit utriusq; fluvii ostia distare inter se M. passus CCLXXIIII. Verùm in numericis notis de more discrepant exemplaria. Vetustioribus adhaereo, ubi CCLXXIIII. (e). In aliis CCLXXIX. (f). Diversam lectionem sequuntur Gelenius, Paullus Manutius, Harduinus; horum supputationi unum milliare adimit Dalecampius [g]. Secutis litoreae plagae flexuris aequa videtur distantia antiquorum passuum CCLXXIIII, a Macrae ostio ad Tiberim, facilisque fuit amanuensium lapsus. A Riccardiani codicis scripturâ communior lectio juvatur, quam utpote ab editis satis distantem subiiciemus: *Tiberis amnis a Matia* CCLXXXIIII. *Intus coloniae Falisca. argis. orta. ut auctor est, Cato, quae cognominatur Etruscorum lucus. Coloniae Ruscellana, Seniensis, Vtricina. De cetero Arentini Veteres, Arentini Fidentiores. Arentini Julienses. Amitinenses. Aquenses cognomine Taurini. Brerani. Cortorienses. Capenates. Clusini novi, Clusini veteres, Fluentini profluentiArno appositi. Fesulae, Ferentini, Fescennia.* Allata multo delectu cum antiquorum monumentis conferenda nemo non videt, cum plura in tam vetustis membranis explodenda occurrant. Prudentes tamen aliquid subsidii etiam a depravatis vocibus deducent.

(3) *Lucus Feroniae*, Optimè a Gelenio, & neotericis restitutum, cum pleraeque membranae, & veteres omnes editiones loco *Feroniae* habeant *Coloniae*, redundanti vocabulo, & Plinianae brevitati opposito. Coloniae enim omnes reguntur e paullò ante allatis: *Intus Coloniae*, nempe Falisca, Lucus Feroniae, Russellana, Seniensis, Vtricina. In vetustis libris, uti in Riccardiano codice omnia pariter vitiosâ interpunctione perduntur.

(4) *Seniensis*. Dalecampius in Chiffletiano extare *Senienses*; idque in omnibus membranis sibi notis legisse, videtur Harduinus innuere. Corruptam in Gallicis codicibus dictionem ex Riccardiano restituemus; videturque Seniensi illustri admodum oppido, neotericam appellationem *Siena* rectiùs congruere, quàm vulgatum Senensis, unde cum Senâ, sive Senogalliâ confundatur. Vbi vulgatae adhaereas scripturae juvabunt ab Hermolao Barbaro adnotata ex Ptolemaeo, & Cornelio Tacito. Invenies tamen apud Barbarum *Colonia --- Saniensis*, uti in primigeniis Romanis, & Parmensibus impressionibus, quae in Seniensem emendanda.

(5) *Arretini*. Monuimus libro VII. (h) *Arretinos* duplici rr indicandos. Ita habent nostri codices, ita Landini membranae. In Chiffletiano perperam *Aruntini Fidentes*. Harduinus subjecit elogium, tanquam ab Hermolao jam allatum, ubi DECVRIONES. ARRETINORVM. VETERES, quae nostram firmant scripturam. Adde Livium, Antonini Itinerarium, Strabonem, Ptolemaeum, quos affert Surita (i).

(6) *Fluentini*. Plinio Fluentini ipsissimi sunt, qui aliis Florentini; secundam appellationem in Chiffletiano testatur Dalecampius, in Parisiensi Harduinus, atque in aliis invenisse Gelenius: ut Fluentini subsistant, ipsius nominis origo a praefluenti amne; communis lectio, itemque verba Desiderii Langobardorum Regis jubent, qui *palantes Fluentinos* collegisse gloriatur (k); idque Harduinus adnotavit. Quaecumque de Florentiâ Romanorum coloniâ vulgavit Burghinus alibi refutavimus: neque enim a Senatu Populoque Romano fuit deducta, sed a Syllae militibus; unde mordaci calamo Gaudentius Merula nobilissimum municipium Syllanae fecis coloniam appellavit (l). Consule Suritam, & Wesselingium allatâ Itinerarii paginâ.

(7) *Tiberis*. In plerisque veteribus libris *Tyberis*.

(8) *Apennini*. Typographico mendo procul dubio apud Harduinum irrepsit *A penini*.

(9) *Navigabilis*. Plinii mentem minimè assecuti sunt, qui Naturalem historiam in patrium idioma transtulere, & hîc agi de fossis cogitarunt. Non enim de aquae rigore coërcendo, sed de repagulis ad modicam ejus vim elevandam sermo habetur; additque Plinius de Tiberi, quòd

(a) *Vide Strab. edit. ann. 1707. lib. V. pag. 332.* (b) *Parm. 1476. Venet. 1491. 1496. 1499.* (c) *Lib. II. 15.* (d) *Histor. Ticin. lib. II. 2.* (e) *Edit. 1470. 1476.* (f) *Edit. 1491. 1499. 1507. 1519.* (g) *Vide allatam edition. anni 1615. pag. 41.* [h] *Pag. 230.* [i] *Ad Antonini Itinerar. pag. 285.* [k] *Vide Harduin. not. & emendat. pag. 184. num. XXXII.* [l] *Lib. III. 14.*

Ex Harduin.

influentes in eum, novenorum ita conceptu dierum, si non adjuvent imbres. Sed Tiberis propter aspera & confragosa, ne sic quidem, praeterquam trabibus verius quam ratibus, longe meatibus fertur, per centum quinquaginta millia passuum non procul Tiferno, Perusiaque, & Ocriculo, Etruriam ab Vmbris ac Sabinis: mox citra tredecim millia passuum Vrbis, Veientem agrum a Crustumino, dein Fidenatem Latinumque a Vaticano dirimens: sed infra Aretinum Glanim, duobus ac quadraginta fluviis auctus, praecipuis autem Nare & Aniene, qui & ipse navigabilis Latium includit a tergo: nec minus tamen aquis ac tot fontibus

Ex nostrâ recensione.

influentes in eum, novenorum ita conceptu dierum, si non adjuvent imbres. Sed Tiberis propter aspera, & confragosa, ne sic quidem praeter quàm trabibus veriùs quàm ratibus [1] *longè meabilis* [2] *fertur per CL. M. P.* [3] *non procul Tiferno, Perusiâ, & Ocriculo Etruriam ab Vmbris ac Sabinis, mox circa XIII. M. P.* [4] *Vrbis Vejentem agrum a Crustumino, dein Fidenatem* [5] *Latinumque a Vaticano dirimens; sed infra Timiam, & Glanim* [6] *duobusdequadragiata fluviis auctus, praecipuis autem Nare, & Aniene (qui & ipse navigabilis) Latium includit a tergo. Nec minùs tamen aquis a tot fontibus* [7], *in urbem pervium*

ANNOTATIONES.

quòd propter confragosos anfractus (in quos fluit) neque satis idoneis cymbis sit navigabilis.

(m) *Timia*. Variant hoc loco exemplaria: in omnibus tamen vetustis *Tinia* non apparet. Pleraque *Tinna* (*a*), alia *Trima* (*b*). Primus Hermolaus Barbarus monuit a Strabone, & Silio Italico Tiniam appellari; inde Tinia posterioribus editionibus recepta (*c*). Has sequuntur Gelenius, Paullus Manutius, Ludovicus Dominicus, Dalecampius. Adnotavi tamen, quòd Straboni non *Tinia*, sed *Tenea*, sive ad literam mavis *Teneas ὁ ποταμὸς* duplici loco appellatur (*d*): Causabonus imbi Silii testimonium subiiciens addit fluvium parvum ex vate (*e*) intelligi:

----- Narque albescentibus undis
In Tyberim properans, Teneaeque inglorius humor.

Non ignoravit Casaubonus, quòd vulgò *Tinia* apud Silium, & Plinium legeretur; sed utrique suam adaptat scripturam, quae certè meliori argumento sustentatur. Andreas Saccius, qui Tiberim, & amnes in eum influentes descripsit (*f*), *Truiam* apud Strabonem legit. In tantâ scripturarum discrepantiâ Timiam Plinio reddamus, cum faciliùs sit, quòd Tinnâ ex Timiâ (disruptâ literâ *m*) processerit, quàm reliqua adornare. Adde quòd in antiquis neglecto apice vocalis *ı* signatur. Argumentum firmat amnis in hodiernum dictus *Timia* (*g*), unde etiam colligitur falsò a plerisque neotericum *Topino* appellari, cum Timia in Topinum prope Mevaniam influat, eique nomen auferat Topinus, quod fecus Plinii aetate contigisse credendum est. Neque mirum, cum fossae ex modicis his amnibus deductae fuerint subinde.

(1) *Ratibus*. Notandum, quòd licet rates ex congestis trabibus constarent; adhuc aliquam navis speciem praebebant.

(2) *Longè meabilis*. Veteres omnes editiones, Gelenius, ac Manutius a nostrâ lectione minimè recesserunt. Cluvesius *longis meatibus* exhibuit (*h*), atque ita in veteribus extare asserit Dalecampius, cum in operis corpore *longè meatibus* vulgaret, quae ultima scriptura caeteris deterior.

(3) *CL. M. P.* Pro centum quinquaginta mille passibus habent quaedam exemplaria *p. c. l. M. d.* nempe passus centum quinquaginta mille & quingentos. Quamvis flexuras in Tiberi fluente dinumeres, satis dubito in editis exemplaribus corruptos esse tam longi itineris numeros.

(4) *Circa XIII. M. P.* In editis irrepsit *citra XIII. M. P.* nostri codices habent *circa*, quod rectiùs: hanc scripturam non ignorarunt Gelenius, & P. Manutius. Facilis ex unâ voce in aliam conversio. Id ex opposito in Velejatium memoriâ accidisse suo loco ostendemus; sed uti Plinio Romam prodente scribendum erat: *Citra Placentiam in collibus oppidum est Veleiatium*: ex eâdem loci ratione hîc minùs congrueret, cum de Tiberi, antequam Romam alluat, Historicus loquatur. Johannes Buno apud Cluverium legit *citra XI. millia passuum* (*i*).

(5) *Fidenatem*. In veteribus *Fidenate*, quod eâdem ratione sustineri potest, uti apud Livium *bellum Fidenas*.

(6) *Timiam, & Glanim*. Hoc loco *infra* significat *praeter* Timiam, & Glanim, *exceptis*, *demptis*, Timiâ, & Glani. Antiquam lectionem immutarunt Landinus, Gelenius, & Manutius, ut Tiniae, seu Timiae *Aretinum Glanim* substituerent. Quicumque eos secuti sunt, & post receptum Arretinum Glanim duobus supra quadraginta fluviis auctum Tiberim vertunt (*k*), operam sanè ludunt. Glanis enim Palliae junctus *Orvietum* alluit, & paullò post contra *Baschium* Tiberi miscetur. Qui locus igitur XLII. fluviis linqueretur, cum Tiberis prope Baschium dimidium cursus expleverit? Dalecampius comparaturis diversis scripturis legere vellet: *ultra Tiniam, item Glanim e duobus quadraginta* (*l*). Haec nostrae satis accedunt. Verùm nulla urget necessitas, ut infra in *ultra* commutato, *idem* addatur, cum duodequadraginta (qui numerus XXXVIII. significat) aptè habeamus; cuique res ipsa convenit, unde Saccius scripsit: *fluvios accipit fere quadraginta, quorum accessu uberior & plenior, navigabilis est*. Adde elegantem hanc numerandi rationem Plinio persamiliarem; unde duodeviginti, duodetriginta, duodesexaginta, & similia frequenter occurrunt. Non deerunt itidem exempla, quibus *infra* praepositio exceptionem importet. Nomii Liberii mensam fuisse asserit (*m*) *tribus sicilicis infra quatuor pedes, totidemque infra semipedem crassitudinis*. Vtroque enim loco vocabulum *infra* excipiendos a mensurâ sicilicos tres, seu pollicis dodrantem ostendit. Primigeniae editiones malè habent *sed intra Tinnam & Glanim duobus & XL. fluviis auctus* (*n*).

(7) *A tot fontibus*. Ex *à* particulâ ineptè *ac* fecerant amanuenses: neque enim fontes, sed aquae e fontibus saluberrimis in Vrbem fuerant deductae. Praeterquamquod Plinius scripsisset *tot aquis, ac fontibus*.

[a] *Rom. 1470. Parm. 1476. Venet. 1491.* [b] *Landin. membran. & versiones.* [c] *Ven. 1496. 1499. 1519.*
[d] *Vide lib. V. pag. 348 & 359.* [e] *Lib. VIII. vers. 452.* [f] *Lib. III. 5. Vide Dalecamp. ad allat. Plin. locum.*
[g] *Consule Tabulam Ditionis Eccles. Baudrantii Romae editam an. 1669.* [h] *Lib. II. 10.* [i] *Cit. lib. II. 10. pag. 420.*
[k] *Ludov. Dominicus.* [l] *Citat. pag. 41. edition. ann. 1615.* [m] *Lib. X. 15.* [n] *Rom. 1470. Parm. 1476.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
tibus in Vrbem perductis: & ideo quamlibet magnarum navium ex Italo mari capax — pluribus prope ſolus, quam ceteri in omnibus terris amnes, accolitur, aſpiciturque villis.	*ductis; & ideo quàmlibet magnarum navium ex Italo mari* [1] *capax —— pluribus prope ſolus quàm caeteri in omnibus terris amnes, accolitur, aſpiciturque* [2] *villis.*
V. pag. 156.	
Vrbem tres portas habentem Romulus reliquit, aut (ut plurimas tradentibus credamus) quatuor. Moenia ejus collegere ambitu Imperatoribus Cenſoribuſque Veſpaſianis Anno conditae DCCCXXVI. paſs. XIII. M. CC.	*Vrbem tris* [3] *portas habentem Romulus reliquit, aut (ut plurimis* [4] *tradentibus credamus) quatuor. Moenia ejus collegere ambitu Imperatoribus Cenſoribuſque Veſpaſianis anno conditae DCCCXXVI.* [5] *Paſſus XIII. M. CC.*
V. pag. 158.	
XI. Inſulae per haec maria primae omnium Pityuſae a Graecis dictae, a frutice pineo; nunc Ebuſus vocatur utraque	*Inſulae per haec maria primae omnium* [6] *Pityuſae* [7] *a Graecis dictae a frutice pineo, nunc Ebuſus* [8] *vocatur, utrâque*

ANNOTATIONES.

(1) *Mari*. Habent nonnulli codices ex *Italo malo* (*a*), quae lectio, quamvis non omnino exſibilanda, minùs placet.

(2) *Aſpiciturque*. Nicolaus Heinſius vir ille eruditiſſimus „ *Accolitur*, inquit (*b*), *ſaepiturque villis*. Sic malo quam „ *aſpiciturque villis*, quod nunc circumfertur: *conſpiciturque villis*, potius dixiſſe debebat. ni mavis *adſaepiturque villis*, quod verbum rarius alibi occurrit. „ Plinium ſimilibus caſtigare credit Heinſius, cum in Naturali hiſtoriâ Jordanem *amoenis circumſaeptum oppidis* inveniat. Verùm hoc loco circumſaepti vicem praebet τὸ *accolitur*, nempe a villis circa Tiberim poſitis; *aſpiciturque* ab aliis, quae in Apennini collibus, ac jugis aſſurgunt. Hoc eodem libro legimus. *Herculanium: Pompeii, haud procul adſpectante monte Veſuvio*. Nulla etiam ratio, ut potiùs *conſpicitur* ſubſtituamus, quamvis idem ſignificaret. Sic de aediculâ Veneris in Gnido inſulâ: *Tota aperitur, ut conſpici poſſit undique effigies Deae* (*c*).

(3) *Tris*. Habent vetuſta exemplaria; nec vocem immutarunt Gelenius, Manutius, Dalecampius. Harduino placuit *tres* ſcribere. Vtrâque ratione utuntur idonei auctores. Legimus in Ciceronis Academicis: *Teſtatur ſaepe Chryſippus tris ſolas eſſe ſententias* (*d*). Apud Virgilium *Tris Notus abreptas in ſaxa liquentia torquet* (*e*). Conſtans igitur erit lectio contra lexicographos, ſi Oratorum, & Vatum luminibus Plinium addamus, qui priſcorum ſententias recenſens antiquo uſus eſt verbo hîc, atque alibi, ut ſuo loco oſtendemus. Ita legit etiam Sabellicus, & Plinium, ut conjicio, imitatur cum operi elenchum apponeret: *In tris & triginta ſuos rerum Venetarum libros epitoma*.

(4) *Vt plurimis*. Contra membranarum, & meliorum librorum fidem Gelenius jejuno ſenſu *plurimas* induxit. Hunc ſequitur Paullus Manutius, & Dalecampius; qui tamen addidit vetuſta exemplaria *plurimis* exhibere. Gelenianae dictionis ineptia inde etiam conſtare debebat Harduino, cum trinis tantùm portis Romam a conditore incluſam ex Varronis teſtimonio non ignoraverit. Plurimis igitur (quamvis non omnibus) placuit aſſerere Romulum Vrbem quatuor portas habentem reliquiſſe. Hinc *plurimis tradentibus* ſcribit Noſter, uti alibi *plurimorum praedicatione* (*f*).

(5) *Anno* -- IↃCCCXXVI. Haec reſtitutio Harduino debetur, cum ad eum uſque ſcribentem in editis libris irrepſiſſet loco XXVI. numerus XXVIII. uti annotavimus libro V. (*g*). Emendatio profluit ex notâ ſententiâ *recentiſſimi cenſus, quem intra quadriennium* Imperatores Caeſares Veſpaſianos egiſſe teſtatur. Cenſus igitur biennio ante peractus medicinam affecto loco indicavit. Depravata inſuper fuiſſe Plinii exemplaria indicant numeralium notarum diſcordiae. In Chiffletiano DCCXX. (*h*). In aliis DCCCXXVIII. (*i*).

(6) *Primae omnium*. Plinio ſatis convenit Manilius:

---- *primamque intrantis in orbem*
Oceani victricem Ebuſum, Balearica regna (*k*).

Puto a Vate Ebuſum victricem appellari, quia illius terra ſerpentes fugat, ut Noſter teſtatur.

Johannes Dametus, qui patrio eloquio Balearici regni hiſtoriam contexuit, & Manilium in operis titulo imitari profitetur, legit (*l*) — *victricem Ebuſum, & Balearica Regna*. Particula & fortaſſe non redundat; parum tamen Dameto, ſive illius typographo fidendum, cum non una dictio in geminis allatis verſiculis corrumpatur.

(7) *Pityuſae*. Sequentia Naturalis hiſtoriae verba retulimus in Poëmate ob minorem Balearium a Gallis expugnatam (*m*); ſed ut eſt tranſcribentium ſors varia: & in noſtro opere irrepſit typographicâ incuriâ *Pithuſae* loco *Pityuſae*. Pytiuſae pariter in Brietii geographico opere invenitur (*n*), cum Pityuſas vellet enunciare. Πίτυς enim Graecis ſignificat *pinum*, & *piceam*. Martianus Capella *Pityuſas a ſylvâ pineâ memoratas*.

(8) *Ebuſus*. Quae aliis *Eboſus*, *Ebyſſus*, *Eboſia*, *Eboſos*, *Boſus*, & in nonnullis codicibus *Tbuſus*, *Ibuſus*: ab Hiſpanis *Ibiſa* (*o*) *Tviſa*, & *Ibiza* (*p*) appellatur. Cum Ebuſi terra ex Plinii teſtimonio ſerpentes fuget; atque in hanc diem nullum nocens animal inibi generetur: falſa illorum apparet etymologia, qui non a frutice pineo *Pityuſas*; ſed ex ſerpentis Πύθωνος nomine *Pythiuſas* deduxerunt. Qui Pithecuſas a figlinis doliorum appellant, multipli-

[a] *Vide edition. an.* 1491. [b] *Lib. I.* 12. *pag.* 128. [c] *Lib. XXXVI.* 5. [d] *Academic. IV.* [e] *Lib. I. Aeneid. verſ.* 112.
[f] *Lib. XX.* 10 [g] *Pag.* 172. [h] *Vide Dalecampium.* [i] *Edit. Venet.* 1491. 1496. 1507. [k] *Lib IV. verſ.* 637.
[l] *Lib. I. Hiſtor. General.* §. 2. *pag.* 91. [m] *Pag.* 21. [n] *Lib. IV. pag.* 254. [o] *Damet. lib. I. pag.* 6.
[p] *Vide Feyjoo. Tom. VII. Diſcur.* 6.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
que, civitate foederata angusto freto interfluente: Patent XLVI. M. pass. Absunt	*que civitate foederatâ* [1] *angusto freto interfluente, Patent XLII. M. Passibus* [2]. *Ab-*

ANNOTATIONES.

tiplici argumentatione vincatur (*a*); cum id nominis Arime, sive Inarime sibi vindicaverit (*b*). Rectiùs igitur ab Italo Salmonis interprete *Pityusae* (*c*) dicerentur, cum *Pityusas* a frutice pinco nuncupatas testetur Britannus Geographus (*d*). Sed haec impressoribus errata facilè contingunt, cum & noster dictionum affinitate non uno loco deceptus fuerit (*e*), ubi paria in Musarum Epiniciis adnotaveram.

(1) *Utrâque civitate foederatâ*. Novam incisi translationem induxit Harduinus, quae etiam sustineri potest, & tunc unicam civitatem foederatam ex Pityusis angusto freto divisis constari intelligendum. Antiqua lectio mihi tamen videtur simplicior, ut geminas superioris, atque inferioris Ebusi Foederatorum civitates non unico vico contentas, modico euripo sejunctas dignoscamus.

A Plinio igitur, & veritate distant tot recentiores Geographi, quos inter Surita, Dametus, Salmonus, cum neotericam Frumentariam (*Formentera*) antiquorum Ophiusam appellarunt. Neque ex integro Plinii mentem assecutus est Harduinus, dum ait: *quoniam fretum angustum interfluens mediam Ebusum olim intersecuit*. Pityusae Plinio sunt neotericorum Ivitia, & Frumentaria, quas duorum mille passuum euripo sejunctas asserit Dametus (*f*), cum historiam suam CXXXII. ab hinc annis vulgaret. Ubi vera adnotaverit homo Palmae natus, Pityusas e profluentibus marinis undis in dies magis magisque summoveri fateamur necesse est, cum in praesentiarum fretum saltem V. mille passuum utrasque disjungat; & sanè Plinio prodente longè propinquiores fuisse parvae indicant insulae, & scopuli hinc inde assurgentes; quae omnia partim Ivitiae, partim Frumentariae antiquis temporibus juncta procurrentis harenae, & litoris innuit figura. Nil igitur mirum si nostrâ aetate a maris aestu, & terraemotibus in hac orâ ubique metuendis magis magisque separentur. Haud ignoro Strabonem, & Ptolemaeum Ophiusam alteram Pityusarum dixisse. Verùm utrumque falli docet res ipsa. Interim Casaubonum audiamus, qui Strabonem illustraturus haec subdit (*g*): *Placet Straboni duas esse insulas, quas uno communi nomine Pityusae appellentur: quarum altera Ebusus, altera Ophiusa dicatur. Idem & Ptolemaeus docet. Pomponius quoque Mela idem sentire videtur, licet Pityusas utramque communi appellatione dici non moneat. At Plinio longe alia mens, qui utrique huic insulae nomen Ebusus convenire ait, & Colubrariam sive Ophiusam aliam facit a Pityusis. Longe falluntur, qui Plinium Straboni, & Ptolemaeo conciliare quaerunt. Diodorus Siculus eosdem cum Plinio sequi auctores videtur.* Πιτυοῦσαν *enim agnoscit unam magnam insulam, in qua urbs sit, quae appellatur* Ἔρεσος, *nisi ejus codex sit corrigendus: & pro* Ἔρεσος *legendum* Ἔβυσος. *Idem Diodorus annotat Pityusam a copia* τῶν πιτύων, *quas illa insula fert, nomen invenisse*. Huc usque Causabonus, cui addendum putaverim Plinium in citeriori Hispaniâ res Caesaris procurantem, & subinde Maris praefectum, majorem sibi fidem vindicare, tum etiam quòd historia, geographica ratio, mensura illius narrationi adstipulatur. Ab iis omnibus abhorrent diversa tradentes: inprimis Surita (*h*), & Dametus, qui Frumentariam, antiquorum Ophiusam esse contendunt. Suritae adhaerens hallucinatur Baudrantius, Ophiusam in Frumentariâ agnoscens (*i*): postquam Colubrariam in Monte Colubrorum (*Moncolobrer*) statuerat (*k*). Post hos innumeri Frumentariam ex Pityusis alteram falsò tradiderunt (*l*).

Mihi nihil certiùs quàm Ivitiam, & Frumentariam angusto freto divisas Plinii Ebusum constituere, ut rectè colligit Dalecampius.

Cum Ivitiam procellis jactatus contemplarer anno 1760. illam Gallicis communibus leucis 11. $\frac{1}{3}$ patere conjeci ab Occasu in Orientem. Haec eadem mensura propemodum convenit, ubi a Septentrionibus ad Meridiem accedens Ivitiae Frumentariam addideris. Parum a nobis discrepat Salmonus, qui Ivitiam appulsus, illi 12. circiter leucas attribuit. Pliniana igitur 42. mille passuum mensura, cum nostrae quintâ parte minor sit: neoterica milliaria 33. $\frac{3}{5}$ conficiet, quae exactè leucis 11. $\frac{1}{5}$ respondet; sed ubi etiam aliqua adesset differentia, haec in tam longo annorum effluxu, in tantis marium recessibus, litorum processione, terraemotibusque pro nihilo habenda. Hâc de causâ satis miror Dametum scripsisse (*m*): *Quanta al sitio su forma es quasi igual por todas partes, assi en la longitud, como en latitud, que llegara a 24. millas*. Magis demiror apud Baudrantium de Ebuso legi: *ejus circuitus est tantum 20. mille passuum, sive quinque leucarum, quamquam multo major notetur in omnibus tabulis recentioribus*.

Asserit Harduinus Strabonem uni Ebuso (quam Plinius geminam dixit) amplitudinem CCCC. stadiorum tribuere; itemque ab Agathamero (geminam cum Plinio Ebusum agnoscente) Majorem CCC., Minorem C. stadiis porrectam affirmari. Agathamerum ad manus non habeo. Strabonem diversa tradidisse crediderim in iis, quae Latinus interpres sic reddit (*n*): *Magis in alto jacent Pityusae —— Harum altera Ebusus dicitur, urbem habent cognominem, Insulae ambitus est* CCCC. *stadiorum aequali fere longitudine & latitudine. Altera dicitur Ophiusa vicina huic, sed multo minor & deserta*. Hâc etiam secutâ versione, non utique intelligere debemus Ebusum quatuorcentum stadiis circuitu, totidem longitudine, atque latitudine numerasse. Quae enim stadiis CCCC. in longum latumque pateat insula; ambitu stadia saltem CIϽIϽC. complecti necesse est, cum id in planis figuris, nullâque curvatis sinuositate contingat.



1600.

Verba igitur Κύκλος δὲ τῆς νήσου, τετρακόσιοι στάδιοι, παράμιλλος τὸ πλάτος καὶ τὸ μῆκος &c.

Lectoribus potiùs suadent, quòd insula pari propemodum esset longitudine, & latitudine, unde neque centum stadiis pateret, cum ejus ambitus quatuorcentum includeretur. Sed cum ambitu contentus Strabo veram longitudinis, itemque latitudinis praetereat mensuram: ipse de dubiis rogetur omnibus, eâ etiam ex causâ, quòd minorem Ebusi partem (quam perperam Ophiusam dixit) desertam appellat, quando civitate foederatâ ultra fretum positâ nobilis habebatur.

(2) *XLII. M. Passibus*. Harduinus habet XLVI., qui numerus unde deductus sit, ignoro. Dalecampius edidit XLIII. M., monuitque in Chiffletiano legi XVI. M. Inepta scriptura effluxit, ni fallor, e notis XLII., quarum tertia I in secundam L incubuerit. Vetusta omnia exemplaria, Surita, Barbarus, Palmarius, Alexander Benedictus, Gelenius, Paullus Manutius, Ludovicus Dominicus habent XLII. Landinus numerum quasi difficultatem elusurus omisit. In portabili Echardi geographico lexico Ebusi longitudo leucarum XVI. latitudo VIII. am-

(a) *Consule Damet. pag 5.* (b) *Plin. lib. III. 6. ubi Harduin.* (c) *Vide Tabul. geograph. Tom. XIV.* (d) *Citat. Tom. cap. XVII. pag. 318.* (e) *Pag. 21. & 84.* (f) *Lib. I. §. 8. pag. 50.* (g) *Lib. III. pag. 154.* (h) *Ad Antonin. Itiner. pag. 510.* (i) *In voce* Ebusus *&* Ophiusa. (k) *In voce* Colubraria. (l) *Briertius lib. IV. par. 2. pag. 271. Ludov. Antonius Nicolleus a Cruce* (Nicolle de la Croix) *Geograph. Tom. I. pag. 386.* (m) *Lib. I. §. 8. pag. 49.* (n) *Lib. III. pag. 254.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
ſunt a Dianio ſeptingentis ſtadiis: totidem Dianium per continentem a Carthagine nova. Tantundem a Pityuſis in altum, Baleares duae, & Sucronem verſus Colubraria. Baleares funda bellicoſas, Graeci Gymnaſias dixere. Major centum	*Abſunt a Dianio IↃCC. ſtadiis* [1], *totidem Dianium per continentem a Carthagine novâ. Tantundem a Pityuſis in altum Baleares Dyae* [2], *& Sucronem verſus Colubraria* [3]. *Baleares fundâ bellicoſas Graeci Gymnaſias* (5) *dixere. Major C. M.*

ANNOTATIONES.

ambitus XLVIII. ſtatuitur (*a*): demptâ latitudine caetera emendanda. Inſulae circuitum XXX, leucis circumſcribit Salmonus.

(1) *IↃCC. ſtadiis*. Ex aequali tot locorum comparatione Pityuſarum diſtantiam a neotericae Frumentariae promontorio Africam reſpiciente metiri apparet. Inde circini auxilio ſeptingenta ſtadia ad Dianium emergunt: totidem terreſtri itinere a Dianio ad novam Carthaginem; tantundem ex ipſiſſimo Frumentariae vertice ad Balearicum Salinarum promontorium.

(2) *Baleares Dyae*. Innuit nobilem Dyarum oram, quae in Majori Balearium occurrit; atque in hanc diem appellatur *Coſta de Deya*. In altum porrò dixit, ut par caeteris menſuris diſtributio conſtaret. Hanc enim longè minorem inveniret quiſquis a Tacomagi Ebuſitano litore ad oppoſitum Majoricae Campenſe appelleret, cum inibi utraque inſula pelago concluſo aſſurgat. E contrario amplo mari ſe ſe committentes ſeptingentorum ſtadiorum iter ab Ebuſo ad Baleares Dyas conficient. Ex allatis apparet vulgatae lectionis ineptia, unde interpretes collegerunt utramque Balearem ſeptingentis ſtadiis ab Ebuſo diſſitam hoc loco Plinium affirmaſſe. Quâ ratione id ſuſtineri poſſit, nuſquam intelligam, cum Major Balearium, ſeptingentis utique ſtadiis diſtet a Pityuſis: Minor duplâ ſaltem abſit menſurâ, cum Majorica inter Ivitiam & Minoricam jaceat. Multiplici igitur errore ſcatet Antonini Itinerarium, qui ab Ebuſo ad Baleares numerat ſtadia CCC. (*b*).

(3) *Colubraria*. Paullus Jovius [*c*], & ſcriptorum plerique veram Colubrariae poſitionem ignorantes illam in Frumentariâ quaerunt. Verùm huic Inſulae celebrati amnis oſtium a procurrente citra Dianium promontorio occultatur; unde hâc etiam ex cauſâ Frumentaria, Graecorum Ophiuſa, Romanorumque Colubraria eſſe non poteſt; Rectiùs igitur opinantur, qui Montem Colubrorum, indigenis *Moncolobrer* in Graecorum Ophiuſâ, ſive Latinorum Colubrariâ ſtatuunt; cum diagonali, neque minimè impeditâ lineâ Sucronem ſpectet. Praeter omnimodam recentioris cum priſco nomine affinitatem: inſulam colubris adhuc obnoxiam teſtantur illuſtres rerum Hiſpanarum ſcriptores Florianus ab Ocampo (*d*), Marlana (*e*), aliique. Haec ubi adnotaſſet Salmonus vir caeteroquin pereruditus, ſcire utique poterat ſerpentes in Frumentariâ non inveniri, quia haec minor Ebuſi pars toto ſolo differt a Colubrariâ. Neque enim aſſentiendum Dameto, qui immutatam telluris indolem poſt tot ſecula conjecit (*f*). Cum nullum nocens animal in Frumentariâ inveniatur, omnino extra chorum deſertam affirmarunt ob prodigioſam ſerpentum quantitatem Echardus (*g*), & noviſſimè Nicolleus (*h*). Illam incolae ob frequentes Barbarorum incurſiones pro derelicto habuerunt (*i*). Adde Frumentariae novitium nomen inſulam tritici non ſerpentum feracem oſtendere. Contra rupibus colubrinae generationi opportuniſſimis aſſurgunt Colubraria, pluresque vicinae parvae inſulae, nautis foedum eorum aſpectum deteſtantibus. Saepe enim Artemiſium promontorium praeternavigare volentibus accidit, ut Africo impellente circa illas detineantur; quod & mihi quatuor ab hinc annis contigit, cum vaſtum Balearicum mare percurrerem. Ex iis igitur omnino ſtatuendum neotericam Frumentariam a Plinii Colubrariâ differre, quamvis Strabonis, & Ptolemaei ſententiam totis artubus fovere ſatagat Balearium civis Johannes Dametus, & Plinium ſibi quoque propitium credat, eo quia Colubrariam Sucroni fluvio oppoſitam apud illum legit. Suo tamen ipſe concidit gladio, cum minimè animadvertat procurrentes terras Alodinm inter, & Gandiam Sucroni Frumentariam eripere; & traditas a Plinio menſuras Frumentariae, ac Sucroni minimè congruere, cum Ebuſum IↃCC. ſtadiis a Dianio diſſitam aſſerat. Quare ubi Dametus Frumentariam ultra Ivitiae meridianum apicem jacere non ignorans, illam Plinii Colubrariam fuiſſe mordicus teneat; fateatur etiam neceſſe erit longè majorem menſuram a Sucrone ad Colubrariam intercedere, cum Sucro CC. ſaltem ſtadiis ultra Dianium oppidum Valentino mari permiſceatur. Contra eadem ſeſe offert menſura a Dianio ad Carthaginem novam, uti a Sucrone ad Montem Colubrorum. Allata ratio non ſinit, ut Draconariam (*Dragonera*) antiquorum Ophiuſam ſuſpicemur, ut nonnullis viſum: nam quamvis Sucroni Draconaria rectâ opponatur lineâ, ſtadia adhuc mille & amplius inter hanc inſulam, & fluvii oſtia, numerantur. Haec omnia minimè permittunt, ut Hiſpano hiſtorico viro utique doctiſſimo Hieronymo Suritae aſſentiar, qui multiplici hallucinatione Colubrariam in Frumentariâ agnoſcens, apud Plinium legere ſuadet (*k*), *nunc Colubraria & Ebuſus vocatur utraque. atque haec civitate foederata;* itemque in Plinii vetuſtis exemplaribus non ſeptingentis, ſed cum Iſidoro LXX. ſtadiis notari diſtantiam a Pityuſis ad Dianium promontorium. Suritae opinionem utroque loco improbavit Weſſelingius; arguendus tamen & ipſe, quòd ad haec oſtendenda Livii teſtimonio utatur, cum Romanae hiſtoriae conditor *Pityuſam inſulam centum millia fermè a continenti* ſummovens (*l*), Plinio, & veritati refragetur. Ab Ebuſi portu ſolventes 700. ſtadia (quae antiquorum paſſus 87000. & 500.) utique numeramus ad Dianium oppidum. Sed Ebuſo proximius occurrit Artemiſium Promontorium, nunc indigenis *Cabo Martin*, aliis etiam Dianium promontorium; a quo ad Ebuſum 15. leucas numerat Baudrantius rectè (*m*) quamvis antea 12. falsò ſcriptitaverit (*n*).

(4) *Gymnaſias*. Ita, & *Gymneſias* a Graecis Latiniſque appellatas paſſim intueor. In vetuſtis Plinii codicibus conſtanter *Gymneſias* lego. Recentiores typographi *Gymnaſias* ediderunt. Monui alibi in ultimâ Strabonis impreſſione reddi Γυμνασίαι δύο (*o*). Sed paullò ante τῶν Γυμνησίων duplici loco, eâdem texturâ occurrit (*p*) Gymnaſias a γυμνάζω *exerceo*: Gymneſias a γυμνητεύω *nudus ſum*, deduces. Harduinus, qui Gymnaſias in operis corpore recepit: in annotationibus Gymneſias foviſſe conſtat. Γυμνῆτες, ait (*q*), *quod nudo corpore incederent per aeſtatem.* Cum Plinius Baleares fundâ bellicoſas appellaverit, potiùs Gymnaſias ſcripſiſſe crediderim, quòd Dametus ante me obſervavit; & ſanè Gymnaſias edidit Epiſcopus Alerienſis.

(1) *Eſt*

(a) *In voce* Ibiça. (b) *Pag.* 511. (c) *Hiſt. lib. XXVII.* (d) *Lib. XXXV.* 19. (e) *Lib. I.* 16. (f) *Lib. I. pag.* 7. (g) *In voce* Formentera. (h) *Tom. I. articul. XIV. pag.* 386. (i) *Vide Salmon. cit. tom. XIV. §. IV. pag.* 395. (k) *In Anton. Itiner. pag.* 512. (l) *Lib. XXVIII.* (m) *In voce* Ebuſus *tom. I. pag.* 351. (n) *In voce* Dianium *pag.* 333. (o) *Muſaeum Epinic. pag.* 48. (p) *Lib. III.* (q) *Pag.* 159. *num.* 3.

Ex Harduin.

tum mill. passuum longitudine, circuitu vero CCCLXXV. M. Oppida habet civium Romanorum Palmam & Pollentiam: Latina, Cinium, & Cunici: & foederatum, Bocchorum fuit. Ab ea XXX. M.

Ex nostrâ recensione.

M. P. est longitudine [1]. *Circuitu verò CCCLXXX. M.* [2] *oppida habet civium Romanorum Palmam* [3], *& Pollentiam* [4]. *Latinorum* [5], *Cinium* [6], *& Tunici* [7], *quod foederatum Bocchorum fuit* [8]. *Ab eâ*

ANNOTATIONES.

(1) ***Est longitudine.*** Nostri codices, & vetustae editiones verbum *est* rasipiunt. Hoc a Gelenio omissum, recentiores librarii pariter resecarunt. Caeterum Plinio perfamiliare. Hoc eodem libro (a). *Longitudo citerioris Hispaniae est ad finem Castulonis a Pyrenaeo IↃCVII. M. P.* Nunc Balearium Major ab Hispanis vocatur *Mallorca*, ab Italis *Majorica*: quam appellationem a Latinâ deductam res ipsa prodit. Calami errore apud Lloydium *Majorica* dicitur *Balearis minor*, ubi restituendum *major* (b).

(2) *CCCLXXX.* Variant in numericis notis de more exemplaria. Pleraeque XV. seculi editiones habent CCCCLXXX. iis accessisse videtur Bernardinus Miedesius, qui insulae diametrou C. M. Pass., ambitum CCCCLXXX. annis abhinc. CC. affirmavit (c). Chiffletii membranae habent CCCCLXXV. Nos Landino, Dominico, Gelenio, Paullo Manutio, & Dalecampio adhaesimus: nostrae accedit scripturae itidem Dametus (d). Arguendus tamen videtur Balearium civis, quòd post relatas dissidentes Plinii, Strabonis, atque Artemidori sententias, in sequenti narratione veriorem insulae mensuram minimè tradiderit; cujus amplitudinem LX. M. pass., ambitum CXLI. milliaribus definivit (e). Quamvis Floriani ab Ocampo calculis inhaere glorietur, & Thomam Porcacchium notet; in traditis supputationibus quid sibi velit, prorsus ignoro, cum antea Minorem Balearium longitudine LX. M. pass., circuitu CL. M vulgaverit (f). subinde septem communes Leucas amplitudine, duasque latitudine Minoricae attribuat (g). In Majoricae ambitu a Dameto distat Echartus, qui insulae XXXVII. leucas circiter assignat (h).

Majori Balearium amplitudinem XX. leucarum attribuit Salmonus, quod ubi de Hispanicis intalligeretur, mansurae Plinio convenirent, cum ab XX. Hispanicis leucis passus neoterici LXXX. mille, antiquorum C. mille emergant.

(3) *Palmam.* Iis libenter accedam, qui opinantur Palmam Romanorum coloniam, quaerendam in villulâ, quae *Palmer* in hodiernam diem appellatur. Dametus neotericam Palmam ipsissimam esse urbem antiquis notam ex portus commoditate, nobilibus aedificiis, aliisqua argumentationibus contendit. Monuimus alibi hanc urbem a recentioribus eodem insulaa *Majoricae* nomine vocitari (i). Hinc vulgare Guaspio Dameti impressori magis placuit; quamvis auctor nobiliore uteretur. De vero antiquae Palmae situ paullò infra disceptabimus.

(4) *Pollentiam.* Hujus etymologiam a graecâ voce *polli*, tanquam oppidum reddente extorquere credit Dametus. Verùm atiam omittendo, quòd *Vrbs* Graecis non *Pollis*, sed *Polis* dicitur: rationi minùs congruit, Romanus graecas appellationes coloniis indidisse. Latiali igitur significationa Pollentiam, utpote pollentem urbem dixere, nunc indigenis *Pollença* vix priscae dignitatis retinens indicia, cum ex insigni oppido in tenua vicum abiarit (k). Fallitur igitur Brietius, qui Pollentiae ruinas prope Alcudiam unicè agnovit.

(5) *Latinorum.* Ita rectiùs cum vetustioribus libris legendum: aliis convenit auctoris narrationibus, pro quibus sufficiant varba ad ulteriorem Hispaniam spectantia (l): *Gaditani conventus, civium Romanorum Regina: Latinorum Regia Carissa* &c. Omnino ineptè Brietius legens *Latina* pro oppido accepit, & neotericam *Palomeram* substituit (m), quando de Cinii conditione agitur.

(6) *Cinium.* Hodie indigenis *Sineu*, quod procul dubio a vetustâ appellatione deducitur. Fuit olim Balearium Regum sedes, jacetque in mediterraneâ insulae regione. Dametus apud Plinium minùs rectè legit „ Sinium „ (n) *Sinium entiendo que es el que hoy llamamos Sineu villa populosa, y aventajada entre todas las desta Isla.* Iterum infeliciter Brietius Cinio substituit *Cala longa*, unde illum in aliis etiam hallucinari indolemus.

[7] *Tunici.* Ita legunt antiqua exemplaria [o], quod etiam doctus Anonymus animadvertit in restitutionibus ad Venetam impressionem anni 1499. Eandem scripturam sequi videtur Landinus, cui Hermolaus Barbarus substituit *Cunici*. Recentiores Aquilejensem Patriarcham sequuntur. *Thusatum* ex veteribus libris in impressionis suae margine adjecit Dalecampius. Cum locus omnino interciderit, quid certi statuam, ignoro. Dametus nihil ad rem invenisse asserit [p] „ *El otro que Plinio llama* Cuniei, *y dize que estava confederado con los Bochoros sujetos del Rey Bocho en la Provincia Cesariense parte de la Mauritania antigua que agora contiene los reynos de Tremecen, y Alger, el largo tiempo, y descuydo han entregado à perpetuo olvido.*

[8] *Fuit.* Harduinus in operis corpore vulgavit: *& foederatum, Bocchorum fuit.* Intercisionem typographico mendo irrepsisse puto. Oppidi appellatio quâ ratione sustineatur, haud satis intelligo addit enim: *Bocchori nomen ei oppido erat, quod jam tum intercidisse innuit, olim foedere junctum Romanis. Cave enim existimes Bocchos Mauritaniae reges hic imperitasse: quod fere sensit Solinus.* Haec Harduinus, ni fallor, a Gelenio accepit, qui tamen Plinio supposuit: *& foederatum Bochri fuit* (q) cum antea Alariensis *Bochorum*, & pleriq; impressores vulgassent: *quod foederatum bochorum fuit* (r). In iis Gelenius, dum orthographiam posset culpare, grave invenit errorem: *legendum enim ait, & foederatum Bochri fuit. Sensus est olim V. in ea insula oppida fuisse, duo jus civitatis habuisse, duo jus Latii. Quintum foederatum Romanorum fuisse, idque intercidisse. Qui lectionem mutavit somniavit Bochos reges, nec sensit eodem propè modo dictum* Fuit, *quò illud Fuit Ilium.*

Obscuris obscuriora jungit Plinii interpres; cumque de verâ superioris oppidi scripturâ dubitemus, alteram deperditamqua urbem condit, cujus lectionis nullum addit indicium; cujusque appellatio omnibus ignota. Mihi itidem videtur, quòd Plinii stylum non sapiat *Cinium, & Cunici: & foederatum Bochri fuit.* Potiùs enim scripsisset. *Fuit & foederatum Bochri.* Contra cum Mauritania Caesariensis, olim Bocchi teste Plinio vocaretur (s); indeque rectus & facilis ad Baleares esset trajectus, Tunico-

(a) *Lib. III. 3.* (b) *Diction. Histor. in voce* Majorica. (c) *Lib. VI. cap. ultimo.* (d) *Lib. I. pag. 2.* (e) *Lib. I. §. 2. pag. 7. & 8.* (f) *Pag. 4.* (g) *Lib. I. §. 7. pag. 47.* (h) *In voce* Majorque. (i) *In Corollar. ad Musar. Epinic. pag. 85.* [k] *Vid. Damet. lib. I. §. 6. pag. 35.* [l] *Lib. III. 1.* [m] *Paralella Geograph. pag. 269.* [n] *Pag. 2.* [o] *Rom. 1470. Parm. 1476. Venet. 1491.* [p] *Cit. pag. 2. & 3.* [q] *Vide edit. Lugdun. 1548. col. 58.* [r] *Edit. Parm. 1476. Venet. 1491. 1496. 1499. 1507.* [s] *Lib. V. 2.*

Ex Harduin.

M. pass. distat minor: longitudine, XL. M. circuitu CL. M. pass. Civitates habet, Jamnonem, Saniseram, Magonem. A majore XII. M. pass. in altum abest Capraria: insidiosa naufragiis: & e regione Palmae urbis, Maenariae, ac Triquadra, & parva Hannibalis. Ebusi

Ex nostrâ recensione.

ed XXX. M. P. distat Minor [1], *longitudine LX. M.* [2], *circuitu CL. M. P. Civitates habet Jamnonem, Saniseram* [3], *Magonem* [4]. *A Majore XIII. M. P.* [5] *in altum abest Capraria, insidiosa naufragiis* [6], *& e regione Palmae urbis* [7] *Meraria* [8], *ac Tiquadra* [9], *patria Indibilis* [10]. *Ebusi ter-*

ANNOTATIONES.

alearum urbem Bocchis foederatam liquet conjicere. Solinus Bocchos reges olim Balearibus imperitasse innuit: *Bocchorum regnum Baleares fuerunt* [a], quae licèt brevioribus terminis includat Dametus; negare tamen minimè ausus ast *Cunici*, ut ipse legit, memoratis Principibus foederatum extitisse,

[1] *Minor*. Dametus, & Echartus XXX. M. P. a Majori distare pariter affirmant. Salmonus V. vel VI. leucas. Ubi Hispanicas intelligas mensura Plinio accedet. Contra Echartus, & Dametus a traditâ hoc loco distant, cum XXX. M. neoterici passus, antiquorum XXXVI. M. respondeant.

(2) *LX. M.* Decem leucas longitudinis et tribuit Salmonus. Septem communes Dametus. Duodecim Echartus; ubi ex iis amaigant XLVIII. M. P. neoterici, Plinianis LX. M. faciant aequipondium. Editiones tamen Roman. & Parmens. habent XL. M.

(3) *Saniseram*. Hujus nomen in aliquibus Plinii codicibus desideratur. Neque alibi, quòd sciam, occurrit. Prisci Geographi Jamnonis tantùm, & Magonis meminere. Divus Severus hujus insulae Episcopus in notâ cyclicâ Epistolâ, quam circa annum 418. publici juris fecit: Jamnonam ad Occasum, Magonem ad Orientem, utrasque a Carthaginensibus conditas affirmat (*b*). Dametus legere videtur *Sisenam*, atque hanc secundariam fuisse Jamnonis appellationem innuit (*c*).

(4) *Magonem*. Hunc non ab Hannibalis fratre, sed a celeberrimo Magone (qui saculis quatuor ante Christi adventum floruit) nomen accepisse, alibi ostendere curavi (*d*).

(5) *XIII. M. P.* Ita nostri codices, & Alexander Benedictus (*e*). Reliqua exemplaria XII. M. unde neoterici duodecim milliaria, a Balearico Salinarum promontorio, ad Caprariam constituisse suspicor (*f*). Ex traditis supra regulis vero propior erit Benedicti scriptura. Insula ea hana diam ab indigenis vocatur *Cabrera*; nomenque habuisse a Caprarum ibi degantium multitudine asserit Dametus. Illius amplitudinem passibus VI. M., ambitum XIV. M. circumscribit; atque ex integro desertam, nisi arcem excipias, ad quam tuendam sociarati tantùm homines mittuntur.

(6) *Naufragiis*. Procallosum inprimis tractum Mahumetani saevis aggressibus infestiorem reddiderunt.

(7) *Palmae urbis*. Cujus ruinas praeseferre villula Palmerii [*el Palmer*] haud procul a Campo [*Campos*]. Quamvis huic opinioni refragetur post innumeros Dametus (*g*): nihilotamenminus cum nullae e regione neotericae Palmae urbis occurrant insulae: hîc potiùs principe oppidum olim extitisse suspicarer. Harduinus, qui Maenarias, Tiquadram, ac parvam Hannibalis hoc loco legit, omnes mari demersas putat.

(8) *Meraria*. Antiquam scripturam immutavit Gelenius: *pro Meraria*, inquit, *legendum Menariae, a Menis piscibus salsamento aptis* (*h*). Harduinus, Maenarias in omnibus membranis apparere testatur. Merariam potiùs cum vetustis editionibus, & Palmarii codicibus retinendam putarem, ne ex duobus insulis Merariâ, & Tiquadrâ plures faciamus; item cum Maeneriam, aliis Maenariam Italiae insulam paullò infra recenseat: hanc nomine diversam ab Hispanâ suspicarer. Quam in praesentiarum attingimus unicam fuisse testatur Jornandes, & *Metaniam* appellat (*i*).

(9) *Tiquadra*. Hâc ratione insulae appellatio affertur in vetustis editionibus. Nonnullae habent *Triquadra*, quibus accedit Florianus ab Ocampo, putatque eam esse, quae juxta Ebusum Cuniculària vocatur: *la Conejera* (*k*). Cum triangularem figuram habeat, eam a Plinio Triquatram vocari conjiciunt. Ab iis minimè abhorret Dametus, qui tamen insulam (utpote e regione Palmae urbis quaerendam) aliam indigitat, quae parum a Capreriâ distat, & Cuniculorum insula pariter appellatur (*l*).

(10) *Patria Indibilis*. Antiquae editiones habent *patria Annibalis* (*m*), sive *Hannibalis* (*n*), postea vulgatum *parva Hannibalis* (*o*). Priscis codicibus standum ex Hermolai sententiâ affirmat Dametus, ut Magnum Hannibalem apud Balaares natum credulis lectoribus venditaret. Quaecumque tamen ex neotericis congerit, commenticia sunt. Hannibalem novennem a patre in Hispaniam adductum ex vetustis scriptoribus scio (*p*). Illius matrem pariendi doloribus victam, puerum in parvâ, Hispanàque insulâ edidisse sibi tantùm persuasere, qui corruptam hujus loci texturam sequuntur. Suspicabar quandoque (receptâ neotericorum scripturâ) quòd *parva Hannibalis* haec insula vocaretur ob adjectum a tanto Duce monumentum; cum illum ad bellica praesidia, turres in Africâ, Hispaniâque excitasse innuat Plinius (*q*). Verùm quâ ratione nova insula Balearico mari inducenda, neque alio nomine quàm *parva Hannibalis* vocitanda?

Difficillimae restitutioni illuxit Anonymus, qui CCL. ab hinc annis amendationes adjecit Plinianae Venetae impressioni per Thomam a Blavis vulgatae (*r*). Ibi pro *Hannibalis* legendum monet *Indibilis*; atque hunc Hispanum Ducem fuisse adnotavit. Loco *Indibilis* restituo *Indibilis*; invenioque circa Magni Hannibalis, ejusq; fratrum tempora clarum militiâ & rebus gestis Illergetum Principem nomine Indibilem fuisse. Hunc Polybius, Livius (*s*), & Appianus Alexandrinus praesertim (*t*) Romanorum hostem describit, postea cum Scipione consensisse; iterumque seditione militum factâ commissam Scipioni provinciam infestasse, ac milla & decentur Romanorum trucidasse. Mox amissis XX. M. ex suis, pecuniâ mulctatus pacem impetravit: verùm eum in Italiam redeunte Scipione res novas denuo agitaret, illum Hispaniae Praefecti validissimo conscripto exercitu interfecerunt. Indibilis igitur Ducis illustris patriam retulit Plinius; cumque a recto, pari gignatur methodo, secundus casus: nil mirum si indocti exscriptores *Hannibalis* loco *Indibilis* Plinio assuerunt. Alterius etiam Indibilis Suessetanorum Principis circa ea tempora meminit Livius (*v*), Plinium tamen ad Illergetum Regulum potentiâ, & rebus gestis clariorem provocare arbitrarer; & fortasse ejus conditorem urbis, quae *Intibilis* appellatione occurrit in Antonini itinerario, a Dertosâ XXVII. M. P. de quâ vide Suritam (*x*). Notandum, quòd in pluribus Polybii codicibus Illergetum Regulus *Andobalis* vocatur [*y*].

[a] *Polyhistor. XXIII.* [b] *Vide Baron. Annal. Tom. V. pag. 20. Damet. tit. III. pag. 150.* [c] *Pag. 4.*
[d] *Musaei. Epinic. pag. 20.* [e] *Edit. ann. 1507. fol. 17.* [f] *Damet. pag. 3.* [g] *Pag. 26.* [h] *Vide editionem Colon. Allobrog. pag. 2.* [i] *De rebus Geticis lib. I. pag. 3.* [k] *Lib. IV. 4.* [l] *Pag. 3.* [m] *Rom. 1470. Parm. 1476.*
[n] *Venet. 1491. 1597.* [o] *Venet. 1496. 1499. Brix. 1496.* [p] *Cornel. Nepos in vitâ Hannibal. Vide ibi annotationes Magii &c. pag. 303.* [q] *Lib. II. 71.* [r] *Anno 1409.* [s] *Lib. XXIX.* [t] *De bellis Hispaniens.*
[v] *Lib. XXV.* [x] *Ad Antonini Itinerar. pag. 399.* [y] *Lib. XI. pag. 670. edit. Lugd. ann. 1554.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
Ebuſi terra ſerpentes fugat, Colubrariae parit. Ideo infeſta omnibus, niſi Ebuſitanam terram inferentibus. Graeci Ophiuſam dixere. Cuniculos Ebuſus gignit, populantes Balearium meſſes. Sunt aliae XX. ferme parvae mari vadoſo.	*terra ſerpentes fugat, Colubrariae parit: ideo infeſta omnibus, niſi Ebuſitanam terram inferentibus* [1]. *Graeci Ophiuſam dixere. Nec Cuniculos* [2] *Ebuſus gignit populantes Balearium meſſes. Sunt aliae XX. fermè parvae mari vadoſo.*
VI. pag. 160.	
Mox a Surrento octo millibus paſſuum diſtantes, Tiberii principis arce nobiles Capreae, circuitu quadraginta millium paſſuum, XIII. Mox Leucothea, extraque conſpectum, pelagus Africum attingens, Sardinia minus octo millibus paſſuum a Corſicae extremis.	*Mox a Surrento VIII. M. paſſibus diſtantes Tiberii Principis arce nobiles Capreae, circuitu XI. M. P.* [3]*: exin Leucothea* [4]*; extra quem conſpectum pelagus Africam attingens* [5]. *Sardinia minus VIIII. M. P.*[6] *a Corſicae extremis &c.*
VIII. pag. 161.	
XIV. Verum ante omnes claritate Sicilia, Sicania Thucydidi dicta, Trinacria pluribus, aut Triquetra, a triangula ſpe-	*Verùm ante omnes claritate Sicilia, Sicania a Thucydide dicta, Trinacria a pluribus* [7], *aut Triquetra a triangulâ ſpecie;*

ANNOTATIONES.

(1) *Inferentibus*. Paucarum editionum (*a*), & noſtri codicis lectio magis arridet, quàm vulgata *inferentibus*. Igitur ut ſerpentes fugarent, terram Ebuſitanam miſcebant; id ex inviſo odore colubris accidiſſe nil mirum, cum alibi Noſter doceat rerum naturam *inviſis quoque herbis inſervuiſſe remedia* (*b*). Vbi retineas *inferentibus* non abnuerim. Ita Alerienſis in Romanis, & Beroaldus in Parmenſibus ediderunt.

(2) *Nec cuniculos*. Vetuſtiores membranae, Barbarus (*c*), Palmarius (*d*), Gelenius, Paullus Manutius, Ludovicus Dominicus nobis conveniunt. Contra Landinos, & permulta antiqua exemplaria (*e*) Harduino ſubſcribunt, cum in iis, oppoſito, ſed jejuno planè ſenſu, particula *nec* omittatur. Cuniculos populatis meſſibus famem Balearibus inſulis attuliſſe Strabo (*f*), & Plinius (*g*), aliique vulgarunt: ex Ebuſo invectos nemo tradidit. In hunc diem utraeque Baleares coniculis maximè abundant: non tamen Ebuſus, nec parvae duo inſulae Ebuſo proximae, quamvis Cuniculariae appellentur.

(3) *XI. M. P.* Joſeph Maria Secundus Caprearum Praefectus in inſulae ad Carolum Regem eruditâ deſcriptione Harduini lectionem ſecutus, Plinium manifeſti erroris arguit; miraturque Harduinum, caeteroſque interpretes mentem ad id minimè appoſuiſſe; unde Plinii auctoritate neoterici quidam decepti, allatam Capreis menſuram falsò tribuerunt (*h*). Vbi Secundus vetuſtas editiones conſuluiſſet, inſulae ambitum non characteribus, ſed per compendioſas numerales notas reddi utique intelligebat, in hanc ſpeciem *XL m. p. c. x. Leucothea* (*i*). Quis igitur non animadvertit, ſiglam I, quae priorem X ſubſequitur, primùm in *l* minuſculam, deinde in majuſculum L fuiſſe vitiatam? In Vaticano codice 3533. omnino perperam *circuitu XL. Leucathea*: quâ de re in ſequenti annotatione. Hinc multi errores Plinio aſſuuntur, qui non ex illius, ſed ex amanuenſium oſcitantiâ emanarunt. Habitâ igitur milliarium proportione, cum Italicum quintariâ parte antiquorum excedat menſuram: eruditus ſcriptor (qui adventitio Plinii cognomine *Secundus* nomine appellatur) utique intelliget rectè Noſtrum poſteris tradidiſſe, cum ambitum Caprearum XI. mille paſſibus definit; ideoque ſatis novem neotericis milliaribus Pliniana menſuratio reſpondet. Quis enim credet Claſſis Praefectum degentem Miſeno (cui XX. M. P. diſtantes Capreae objiciuntur) in re notiſſimâ deceptum fuiſſe?

(4) *Exin Leucothea*. Nempe poſt Capreas occurrit Leucothea. Ita legunt noſtri codices, & vetuſta quaedam exemplaria (*k*). Nonnulla habent ineptè *ex Leucothea* (*l*), unde recentiora, vel irridendum centum decem paſſuum circuitum omittunt, vel particulam *mox* iterum ingerunt.

(5) *Africam attingens*: Intra Capreas, & Leucotheam immenſum incipit mare, cui recto curſu nulliſque inſulis impedito Africae litora objiciuntur. Neque enim Africum pelagus hoc loco Sardiniam contingere ſcribit Plinius, qui inſulam ab Africae litoribus CC. M. P. diſtare proximè affirmat, & unicâ texturâ a Meridie ad Septentriones non pergit, cum Sardiniam neque IX. M. P. a Corſicae extremis abeſſe recitat.

[6] *Minus VIIII. M. paſſibus*. Reſtitutam a nobis lectionem fovent Romana, & Parmenſia exemplaria. Vel corruptus eſt numerus, vel fallitur Pauſanias, qui in Phocicis Sardiniam non amplius quàm octo ſtadiis a Corſicâ abeſſe tradit (*m*).

[7] *A pluribus*. Nullam agnoſco cauſſam cujus in gratiam antiqua ſcriptura a Gelenio, & neotericis variaretur. Occurrunt ſupra Inſulae *Pityuſae a Graecis dictae a frutice pineo*; atque hâc loquendi methodo perſaepe utitur Plinius.

[a] *Ven. anni* 1491. [b] *Lib. XXII.* 7. [c] *Vide edit. Venet.* 1496. [d] *Cod. Barber. & edit. Venet.* 1499. *Brix.* 1496.
[e] *Rom.* 1470. *Parm.* 1476. *Venet.* 1491. [f] *Lib. III.* [g] *Lib. VIII.* 55. [h] *Pag.* 5. [i] *Rom.* 1470. *Parm.* 1476. *Ven.* 1496. 1499. 1507. [k] *Edit. Landin.* 1476. *Venet.* 1491. [l] *Edit. Venet.* 1496. 1499. 1507. *& allatae Rom. & Parmenſ.*
[m] *Lib. X. pag.* 333.

Ex Harduin.

specie: circuitu patens, ut auctor est Agrippa, DCXVIII. M. pass. quondam Brutio agro cohaerens, mox interfuso mari avulsa XV. M. in longitudinem freto, in latitudinem autem M. D. pass. juxta columnam Rhegiam. Ab hoc dehiscendi argumento, Rhegium Graeci nomen dedere oppido, in margine Italiae sito ----- Oppida: Panhormum, Solûs ------ Intus, Latinae conditionis ---- Gelani, Galatini, Halesini.

Vm-

Ex nostrâ recensione.

cie; circuitu patens, ut auctor est Agrippa, IϽCXVIII. M. P. quondam Brutio agro cohaerens, mox interfuso mari avulsa [1] *XII. M. in longitudinem freto, in latitudinem autem CIϽIϽ. P.* [2]. *Juxta columnam Rhegiam* [3], *ab hoc dehiscendi argumento, Rhegium Graeci nomen dedere oppido in margine Italiae sito ---- Oppida Panormus* [4], *Solinium* [5] ---- ---- *Intus Latinae conditionis ------- Gelani, Galateni* [6], *Halesini* [7].

Vm-

ANNOTATIONES.

[1] *Avulsa*. Isthmo discisso aequor inter Siciliam, Italiamque irrupisse jam supra testatur [*a*]. Id ab antiquioribus ferè omnibus traditum adoptavit Cluverius; recensetque Virgilium, Ovidium, Silium Italicum, Valerium Flaccum, Claudianum, Statium, Melam, Senecam, Festum Pompejum, Servium, Solinum, Isidorum. Ex Graecis Dionysium, Eusthatium, & Strabonem, qui hâc de re tamen dubitavit. Latinis scriptoribus Martianum Capellam [*b*], Vatibus addamus Manilium [*c*]:

Trinacria Italiâ tantum praecisa recessit.

Horum auctoritas nobis sufficiet contra Fazellum, Marianum Valguarnerium, aliosque recentiores, qui non solùm ea Hasiodi apud Diodorum testimonio [*d*] incertam hanc narrationem statuunt; sed opposita tradere voluerunt. Omnium argumentationes refellere haud esset difficile. Verùm nimii ne simus, rem aliis disputandam relinquimus.

[2] *CIϽ IϽ. P.* Allatam longitudinis, ac latitudinis mensuram nostri codices, & vetustae praeseferunt impressiones, convenitque a Plinio traditis in Italiae descriptione. In multis tamen ea primigeniis numerus corrumpitur, legiturque c x d [e]. Oritur restitutio ex verbis „ [*f*] *Dein Columna Regia, Siculum fretum, ac duo diversa promontoria ex Italiâ Caenis ex Siciliâ Pelorum XII. stadiorum intervallo, unde Rhegium XII. P. M.* Ita habent codices; & primigenia exemplaria etiam innuunt [*g*], a quibus post Gelenium neoterica recesserunt, eâ etiam ea causâ quòd Toletanae, & Salmantiaenses membranae habent XV. M. ut notat Pintianus.

[3] *Rhegiam*. Siculum fretum ejusdem propemodum est latitudinis a Caenide promontorio ad Rhegium oppidum; ideoque vitiosa interpunctio, quam pariter Gelenius induait, de medio tollenda. Rhegiae columnae, aliis Rheginae communem cum urbe appellationem habuisse multa suadent. Strabo illam C. stadiis ab oppido distitam affirmavit, unde hâc de causâ Plinianis interpretibus placuit legere passus XII. M. & IϽ., cum ita Graeci, & Latini Geographi congruant mensurae.

[4] *Panormus*. Membranarum sequor scripturam, unde Grammaticalas in clarissimi oppidi nomine evanascent differentiae. Adde quòd Graecis haec urbs Πάνορμος ubique appellatur a Πᾶν atque Ὅρμος navium stationem, sive appulsum significantibus. Eàdem ratione portum in suâ Terrâ Panormum appellavere (*h*): Λιμένα ὀνομαζόμενον Πάνορμον, & Νῆσος Πάνορμος in Hierоclis Grammatici Synecdemo legimus, quaa Insula etiam *Panormus* a Marcellino Comita latinè dicitur; ubi, qui de loco (non de orthographiâ) malint contendere, ad Wesselingium provocent (*i*). Siculo oppido asserit Cluverius posterioris aevi Grammaticos, & veterum Latinorum auctorum exscriptores adspirationem interposuisse, quamvis illam Graeca lingua minimè admittat. Hinc inveniri *Panhormus* apud Vibium (*k*), & Plinium (*l*), quem hoc loco neutro genere urbis nomen *Panormum* formasse statuit (*m*). Vbi ad primigenios codices doctus antiquarius confugisset, in multis adspirationem desiderari non ignorasset. Nonnullae antiquae impressiones hoc loco habent *Pannormus* [*n*], vetustiores *Pannormum* [*o*]. In Antonini itinerario PANORMO, ubi plura de adspiratione Wesselingius [*p*]. Fortasse ex multiplici eaemplarium, atque elogiorum discordiâ, etiam in Plinio *Panhormum* cudcra aliis plaeuit [*q*], idque a recentioribus communiter adoptatum invenio. Fazellus ex monumento Hadriani temporibus dicato (ubi RESPVBLICA PANORMII) urbem apud veteres *Panormium*, & oppidanos *Panormienses* vocitatos tradit [*r*]. Verùm hujusmodi eaemplum inclinantibus jam latinis literis tanti non erit, ut probatiora infringat. Cicero in Verrem [*s*] *legati*, inquit, *Catinenses, Panormitanique dixerunt*.

[5] *Solinium*. Affirmat Cluverius in dextro latere Promontorii, cujus neoterica appellatio *Monte Gerbino*, etiam nunc Castellum cum frumentario emporio conspici, quod incolis *Solanto* dicitur, Graecis olim Σολόεις *Solois*, & contractè Σολοῦς *Solus*, unde Romano ore *Soluntum*, & *Solentum* reddetur. Fazelli deinde orthographiam rejicit, qui Soloëntum scribit. Non ignoravit itidem Cluverius nummum. in quo legimus ΣΟΛΟΝΤΙΝΩΝ, idest *Solontinorum*. Harduinus „ *Antonino*, inquit, *Soluntum dicitur, ut quod Romanis Hydruntum, Graecis Hydrus fuit. In nummis apud Parutam* ΣΟΛΟΝΤΙΝΩΝ. *Nunc* Solunto. „ Antiquis adhaereo editionibus, quae *Solinium* praeseferunt [*t*]. Simlerus, & Surita legunt *Solus* [*v*]. Convenit Baudrantius, a quo ritè neotericâ appellatione dicitur *Solanta*, unde emendandum Harduini *Solunto*.

[6] *Galateni*. Hanc veterem scripturam [*x*] non adnotavit Cluverius; legique apud Plinium *Galatani*, & *Galatheni* pro genuino *Galatini* asserit. Sed si ab antiquis omnibus id oppidum vocarur Γαλάτη *Galate*: optimè inde populares Galateni appellabantur. In primigeniis eaemplaribus Romanis Parmensibusque *Galatheni*.

[7] *Halesini*. Horum populorum nomen adspirandum progressio elementaris apud Plinium *Galateni*, *Halesini*, *Hennenses* satis evincit, quae scriptura Ciceroni, Columellae [*y*], Antonini itinerario (*z*), & Tabulae Peutingerianae convenit. Frustra igitur laborant, qui adspirationem omnino rajiciant. Alesam quoque inveniri minimè ignoro, legimusque sub praetoriâ statuâ:

MV-

[a] *Lib. II. 88.* [b] *Lib. VI.* [c] *Lib. IV.* [d] *Lib. IV.* [e] *Rom. 1470. Parm. 1476.* [f] *Lib. III. 5.*
[g] *Venet. 1496. 1499.* [h] *Pausan. lib. V. Pag. 254.* [i] *Pag. 648.* [k] *Catalog. Flum.* [l] *Lib. III. 8. lib. IV. 5. & 12.*
[m] *Lib. II. 3.* [n] *Ven. 1491.* [o] *Rom. 1470. Parm. 1476.* [p] *Pag. 91.* [q] *Ven. 1496. 1499. 1507.*
[r] *Dec. I. lib. VII. 1.* [s] *III. 40.* [t] *Rom. 1470. Parm. 1476.* [v] *Ad Antonin. itiner. pag. 91.*
[x] *Edit. 1491.* [y] *Lib. X. vers. 168.* [z] *Pag. 91.*

Ex Harduin. pag. 171.

Vmbrorum gens antiquissima Italiae existimatur, ut quos Ombrios a Graecis putent dictos, quod inundatione terrarum imbribus superfuissent. Tercenta eorum oppida Thusci debellasse reperiuntur. Nunc in ora flumen, Aesis: Senogallia. Metaurus fluvius: coloniae Fanum Fortunae, Pisaurum cum amne. Et intus Hispellum, Tuder. De cetero Amerini, Attidiates, Asirinates, Arnates, Aesinates, Camertes &c.

XX.

Ex nostrâ recensione.

Vmbrorum Gens antiquissima Italiae existimatur, ut quos Vmbrios (1) *a Graecis putent dictos, quòd inundatione Terrarum imbribus superfuissent. CCC. eorum oppida Thusci debellasse reperiuntur. Nunc in orâ flumen Aesis* (2), *Senogallia, Metaurus fluvius; colonia* (3) *Fanum Fortunae, Pisaurum cum amne, & intus Hispellum, Tuder. De caetero Amerini, Attidiates, Asisinates* (4), *Arnates, Aesinates, Camertes &c.*

mi-

ANNOTATIONES.

MVNICIPIVM
ALESINVM

ut videre est in erudito opere, quod de hujus urbis situ vulgavit Torremutii Princeps (*a*), ubi ostendit Halesae ruinas contegi a Thusae vico: hanc sententiam jamdiu propugnaverant Cluverius, Buno, Gualterius, & viginti novem ab hinc annis Wesselingius (*b*), a quibus latinè *Tusa* appellatur, quod minimè rejiciendum. Thusam, vicum, non oppidum (uti laudato Principi excidit (*c*), appellarem, cum antea legam: *La situazione d' Alesa --- sotto la presente terra di Tusa, ed in quel luogo oggi detto S. Maria le Palate* (*d*).

(1) *Vmbrios*. Ita habent vetusta omnia exemplaria. Dalecampius *Ombrios* vulgavit. Fateor laudati Populi nomen per O apud Graecos incipere. Verùm cum Plinius patriis elementis antiquissimae Gentis appellationem vulgaverit, *Vmbrios* potiùs reciperem. Graeci Latinam vocalem V minimè agnoscentes, illius valorem modò per literam O modò per Υ explicabant: iis Romanum V respondet.

Notavit Claudius Mitalerius, quòd ab Herodoto *Ombrici* dicuntur (*e*); sed iidem diversâ ratione a Polybio (*f*), & Lycophrone (*g*) recensentur.

Videtur mihi, quòd Plinii dicta iis admodum faveant, qui Vmbros a Noemi nepotibus deducunt. Iis enim potiùs quàm neotericis nonnullis accedam, Vmbros Celtarum prolem fuisse contendentibus. Haud ignoro similia Solinum [*h*], Servium [*i*] Divum Isidorum [*k*] Tzetzen [*l*] Paullum Diaconum [*m*], aliosque scriptitasse: compertum tamen habeo fallacem opinionem a Cluverio, & Bunone [*n*] jamdiu prostratam; ut mirer summoperè illi iterum accessisse Pezronium [*o*], & Bochatum [*p*]. Quis enim adduci potest, ut credat, pluribus ante Trojanum bellum seculis Gallos, sive Celtas in Italiam migrasse; itidemque CCC. condidisse oppida, quae Thusci (Gallis longè antiquiores) postmodum expugnaverint.

(2) *Flumen Aesis*. Dalecampius, & Harduinus fluvium ab Aesi comâ separarunt minùs rectè. Agitur hîc de amne, non de oppido Aesi, quòd in sequentium Populorum nomine quaerendum: *Arnates*, *Aesinates*, *Camertes*.

(3) *Colonia*. Singulari numero in cunctis antiquis exemplaribus apparens non erat ab Harduino immutanda, qui *Coloniae* ex Mss. scripsisse testatur pro *Colonia*; sed ut sequentibus tribus oppidis eadem vox tribueretur, necesse non erat ad pluralem casum provocare, cum Plinius solitâ brevitate, unâ indicatâ coloniâ, reliquas attingat, ut subaudiendum sit, colonia Fanum Fortunae, colonia Pisaurum, colonia Hispellum, colonia Tuder. Hanc methodum sexcentis locis auctorem sequi animadvertimus. Quae porrò sint membranae, ubi *coloniae* appareat minimè indicavit Harduinus. Fortasse Chiffletiarum codicem innuit, de quo consule Dalecampium.

(4) *Asisinates*. Si non omnino ad hujus, ad sequentium certè Populorum nomina restituenda inserviet illustre Fulginatium monumentum a Jacobillo allatum.

C. BETVO C. F. TROCILIONI
XV. POPVLORVM VMBRIAE PATRONO
AMERINI. ASSISINATES. FOROFLAMINIENSES
FVLGINATES. HISPELLATES. IGVINI
INTERAMNATES. MEVANATES. NARNIENSES
NVCERINI. OCRICVLANI. SPOLETINI
TREBIATES. TVDERTINI. VETTONIENSES
B. M. P.

Notanda in hoc elogio literalis Populorum digestio Plinianae methodo conveniens. *Asirinates* in codicibus omnibus pro *Asisinates* inveniri testatur Harduinus; affertq; Gruteri inscriptionem, ubi legendum innuit MVNICIP. ASILINATIVM [*q*]. Error tamen est typographi, cum in Gruteri thesauro occurrat ASISINATIVM [*r*], unde Cluverius, & Buno [*s*], a Plinio, & in antiquâ inscriptione oppidanos *Asisinates* appellari affirmant. Hâc de causâ vereor, quòd fortasse redundet literula una apud Jacobillum, ubi ASSISINATES. Oppidum enim Ἄσσιον Ptolemaeo dicitur [*t*], & Procopio cives sunt Ἀσσῖνοι [*v*]. E contrario Jacobilli scripturam videtur juvare neoterica urbis appellatio *Assisi*, unde liberum erit legentibus alterutram sequi orthographiam. Non omittendum interim ad Harduini tutelam in vetustis exemplaribus apparere *Asirinates* [*x*]; neque lectionem immutasse Gelenium, Manutium, Dalecampium, qui tamen monuit a quibusdam *Asisinates* recipi: iis sanè adhaereo, cum *Asirinates* mihi in hâc regione ignoti evadant.

[5]

[a] *Pag. 72.* [b] *Ad Antonini Itinerar. pag. 92.* [c] *Pag. 115.* [d] *Pag. 6.* [e] *Vide edit. Dalec. an. 1615. p. 50.*
[f] *Lib. II. & III.* [g] *In Alexandrâ.* [h] *Cap. III.* [i] *Ad lib. Aeneid. ultim.* [k] *Orig. lib. IX. 2. &c.*
[l] *Schol. in Lycophron.* [m] *Lib. II. 16.* [n] *Ital. Antiq. lib. II. 4. pag. 346.* [o] Antiquit. de la nation, & de la langue des Celtes *pag* 168. [p] Memoire --- de la Suisse tom. I. pag. 168. [q] *Harduin. pag. 172. num. 15.*
[r] *Pag. XXI. num. 11.* [s] *Lib. II. 7. pag. 369.* [t] *Lib. III. 1.* [v] *Lib. III.*
[x] *Edit. 1491. 1496. 1499. 1507. 1519. &c.*

Ex Harduin. XI. pag. 172.	Ex nostrâ recensione.
XX. Octava regio determinatur Arimino, Pado, Apennino. In ora fluvius Crustumium. Ariminum colonia cum amnibus Arimino, & Aprusa Fluvius hinc Rubico quondam finis Italiae. Ab eo Sapis, & Vitis, & Anemo: Ravenna Sa-	*Octava Regio determinatur Arimino, Pado, Apennino. In orâ fluvius Crustumium* [1]. *Ariminum Colonia cum amnibus Arimino, & Prusâ* [2]. *Fluvius hinc Rubico* [3] *quondam Italiae finis. Ab eo Sapis* [4], *& Vitis* [5], *& Anemo* [6]. *Ravenna Sa-*

ANNOTATIONES.

(1) *Crustumnium*. Cum ita legant utrique Ambrosiani codices, atque in aliis membranis *Crustumnus* appareat: nostra lectio paribus saltem rationibus, ut *Crustumium*, sustineri poterit. Fatemur ultimam appellationem neotericis unicè placuisse, cum huic accedant Vibii [a], & Lucani edita exemplaria. Oppidum cognomen fluvio olim adhaesisse asserit Sulpicius Verulanus [b]. Hoc post Plinii aetatem conditum, ac subinde a mari devoratum credere fas est. Consule scitissimas animadversiones Johannis Baptistae Morgani in optimâ Aemilianorum Epistolarum collectione [c]. Nunc ab indigenis dicitur *Conca*. Vetustae Plinii editiones Romanae, & Parmenses legunt *Crustumium*.

(2) *Prusâ*. Iisdem faventibus membranis restituerem, cum inde facilius neotericum *Luso* deducamus, atque hic amnis medii aevi scriptoribus *Plusa* dicatur, & *Pluso*. Hujusmodi Ariminensibus valdè displicentia: Caesenaticis uti novissima, ita grata suspicarer; cum faciliùs e Plinii Prusâ, neotericum emergat *Plusa*, & *Luso*, quàm *Ausa* Ariminum urbem ab Oriente praeterfluens. Adde quòd Ausa rivi potiùs, quàm amnis nomen sibi vindicat, cujus utpote ignobilis nulla apud Plinium mentio occurrit.

(3) *Rubico*. Caesenaticos inter, atque Ariminenses in hanc diem disputatur; itemque Romae agitata lis fuit, utrum Rubico *Luso* sit, an *Pisciatello* neotericorum. Primum Ariminenses, secundum Caesenatici mordicus tuentur. Plinius (quem litoreum tractum exactè sequi alibi ostendimus) Ariminum fluvium hodie *Marecchia*, subinde Prusam nempe *Luso*, denique Rubiconem *Pisciatello* attingit. Hardoinus Rubiconem in *Luso* agnoscit; idque egregiè probatum asserit a Raphaele Adimario (*d*), & Jacobo Villanio (*e*). Vbi scriptorum nomina, qui disputationem patriae suae favore tractarunt, efferre vellem, in longum turgesceret pagina. Ego valide satis contra Adimarium, & Villanium duobus hisce argumentationibus collegisse arbitror. Caeterum cum neque Caesenaticus, neque Ariminensis sim, veritatis tantùm amore compulsus, quae praetereunda Pliniano castigatori non erant, invulgavi. Id velim crederet Johannes Blancus, sive ut ipse mavult Janus Plancus, vir inter paucos eruditus, medicusque scientissimus. Morem tamen amico gerem, sententiamque invertem, ubi nostra dissolvat argumenta, quod se jamdiu facturum affirmavit Scipioni Comiti Battaleino Philippi Principis nobili Scuterio. Neque enim a docto viro hucusque prolata rem ecu tangunt; quamvis inibi auctor diligens patriarum aquarum indagator, & utriusque linguae peritus appareat (*f*). Frustra tamen secundâ epistolâ nititur, ut Plinii mentem torqueat, cum Noster in legendis Romani orbis litoribus nusquam amnium cursum invertat; certumque sit Ariminum fluvium inter urbem cognominem, & Prusam; indeque post Prusam, Rubiconem quaerendum. Vbi a Prusâ ad Orientem, ab Arimino ad Occasum amici Planci patria Plinio scribente allueretur; illam Naturalis historicus inter utrumque fluvium recensuisset, eâdem ratione; quâ paullò ante Pisas inter Auserem, & Arnum collocavit. Velim Plancus adnotaret, quòd incomparabilis auctor geographico incedens ordine Auserem ante Arnum signat, quamvis Arnus navium capax Auserem dignitate exsuperarer: pari igitur methodo ambitum Italiae perficiens Ariminum oppidum, fluvium cognomen, Prusam, atque ultimò Rubiconem attingit. Quare Plinianâ unicè argumentatione contenti ad suspectas, sive spurias Caesenaticas inscriptiones minimè provocabimus. Horum tamen caussam non infringet Simonetti Praesulis sententia, cum non hujusmodi sint a praejudicis decernenda; quique barbaris utuntur vocabulis, & *praetensi spolii* acte, *communitatem oppidi Sancti Arcangeli*, & multa contrarium idoneis scriptoribus sonantia usurpant (*g*): eruditis nullum faciunt judicatum iis in rebus, quae exactas Graeci, & Latini idiomatis, Historiarum, & Geographiae notiones important. Vetem me fuisse ostendit illustris Morgagnus, qui superiore anno Caesenatium caussam aliis auctissimis rationibus propugnavit (*h*).

(4) *Sapis*. Videtur absque controversiâ statuendum Sapin esse Neotericum *Savio*: nomine, atque miro Plinii ordine rem prodente. Hic supra Sarsinam ortus prope Caesenam fluvit. Vbi precisè Vespasiano regnante Adriaticum intraret, haud facilè pronunciabo. Certè a mari inter Rubiconem, ac Vitim, sive Vitentem excipiebatur. Blondo videtur quòd celebratum Classense portum olim constitueret, antequam decem ab eo portu passuum millibus novum sibi ostium effecisset (*i*). Corrivatum insuper anno 1504. ab Aloysio Diedo tradit ex Rubeo Morgagnus; cujus tamen verba memorato libro Ravennatis historiae fateor non invenisse (*k*), unde laudatus Morgagnus de dubiis rogetur omnibus (*l*), Harduinus „ Sapis *inquit*, Caesanam (lege Caesenam) alluit: un„ de & *Savio* & *Rio di Cesena* dicitur, a Baccio, lib. „ 5. de vinis Ital. pag. 263. Vitis est *Bevano*: Anemo „ deinde sequitur quem *Montone*, vocant, qui Raven„ nam a Septemtrione alluit. Ex his prioris tantùm flu„ vii mentio in vetusto lapide apud Reinesium pag. 479. „ INTER . PONTEM . SAPIS, &c. multa hîc emendanda proximè ostendemus.

(5) *Vitis*. Cogitarem quòd *Vitis* gignat *Vitentis*, unde unius literulae apud Livium immutatione notissima quaestio inter clarissimos auctores de hujus fluvii nomine componatur. Cluverius, ac Buno (*m*) haud dubiè in Plinio scriptum *Vtis*, unde obliquus *Vtentis* affirmant. Verùm ipsis haud dubiè omnes a nobis visi codices, atque impressiones itidem refragentur. Sic in vetustâ Sanctorum Hilari & Olybrii vitâ scribitur *monte, sub quo Vitis amnis defluit*. E contrario non diffitemur Livii membranas habere *ab Vtente* (*n*), quamvis Sigonius substituendum duxerit *Vite* (*o*). Quod certum est adversus plures Geographos Plinii Vitis est neotericorum *Ronco*, ab agnomine vico recentem appellationem sortitus; itemque Vitis nomine ab accolis Meldulensibus dici post Bonolum adnotavit Morgagnus (*p*).

(6) *Anemo*. Hunc esse qui rectè *Lamone* (perperam ab aliis italicâ voce *Amone* appellatur) nitidissimis argumentationibus ostendit nunquam satis laudatus Jo: Baptista Morgagnus (*q*), qui de Harduini, Coronellii, Malete-

[a] *Catalog. Flumin.* [b] *Ad Lucani lib. II. versu* 406. [c] *Epist. V. artic.* 55. *&* 52. [d] *De situ Arimin. pag.* 49.
[e] *Vide Ariminens. Rubico.* [f] *Vide* due lettere sopra il Rubicone degli Antichi. [g] *Vide AC. Simonetta Ariminen. seu Caesenaten. praetensi spolii pro Illustrissimo oppido Sancti Archangeli — contra Illustrissimam Communitatem Caesenae —* 1756. [h] *Epist. Aemil. XIV. num.* 16. *& seq.* [i] *Ital. illust. Reg. VI.* [k] *Hist. Ravenn. lib. VIII. pag.* 416. *& seq.*
[l] *Epist. V. art.* 14. *&* 15. [m] *Ital. antiq. lib. I.* 28. [o] *Vid. editionem Hearnii, & Morgagnum epist. II. num.* 23.
[n] *Ad T. Liv. lib. V.* [p] *Epist. IV. num.* 1. *& seq.* [q] *Epist. II.* 9. *& epist. V.* 2.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
Sabinorum oppidum, cum amne Bedese, ab	*Sabinorum oppidum cum amne Bedese* [1] *ab*

An-

ANNOTATIONES.

lateſtae Portae, aliorumque erroribus omnino consulendus. Rectè pingitur ad Faventiam oppidum in Sansoni Abbavillaei Tabulâ Italiae antiquae; quamvis ibi typographico mendo *Avimo* legatur (*a*), ut alia passim. Malè ab altero Abbavillaeo, Philippo nempe Brietio *Armone*, & *Amone* dicitur ex neotericorum appellatione.

(1) *Bedese*. Nunc *Ronco*; & *Bedese* vocari, atque Ravennam ferè a Meridie cingere multorum opinionem secutus affirmat Harduinus. Quamvis immutata satis a Plinio scribente ad posteriora secula Ravennae facies, amniumque influentium cursus appareat, Plinianum Bedesim in Montono recentiorum agnoscere haud erit impervium. Morgagni conjecturas pro certissimis habebis, cum uterque amnis Forum Livium patriam suam interfluat, & Ravennam ad haec illustranda Vir Clarissimus incoluerit (*b*). Varias apud illum Ronchi, & Montoni deductiones invenies, quousque in communem alveum secundo a Ravennâ milliario inclusi fuere. Vltima ipsius auctoris verba ponam, unde legentibus constet quantâ eruditionis ope suffarcinatus ad haec tractanda Anatomicorum Princeps accesserit (*c*).

Itaque cum vel postquam anno 1721. *communis utriusque fluminis alveus brevior aliquanto redditus fuerat, periculum nihilominus inundationum urgeret; ad illud tandem auxilium, quod olim anno* 1563. (*d*), *& saepius deinde agitatum fuerat, Ravennates redierunt, ut fluvii procul a moenibus averterentur ····· supra urbem inchoato opere Eustachio Manfredio, & Bernardino Zendrino Mathematicis Praestantissimis docentibus, novus alveus effossus est, qui primum per firmissimam Cataractam omnes Montoni aquas, praeter eas quae in canalem derivarentur ad frumentarias molas agitandas; tum deinde omnes quoque Ronchi aquas excipiens, urbe procul a sinistris relicta, eo pergeret, ut inter veterem, & Candiani portus in mare influeret. Qui quoniam alveus tum Romanam viam, tum Panfiliam Fossam, minus alioqui, ut dictum est, utilem factam, intersecaret; Romanae quidem viae prospectum est lateritio Ponte, septem fornicibus nixo, incredibili celeritate perfecto; pro Fossa autem Panfilia, nova Fossa denique excavata est, quae ab urbis moenibus incipiens, & a sinistris alvei fluminum veteris ad mare perducta, mercibus ultro citroque transvehendis inserviret, ad ostium autem suum necessariam portus utilitatem praeberet, ut in praesenti rerum statu, non contemnendam; si cum antiquo conferas, modicam. Hinc enim olim fuerat Classensis ille amplissimus portus, inde autem Vaterni, uterque per Augustam Fossam cum Ravenna conjunctus, medius quoque inter utrumque Ravennas antiquus portus, quem eadem pariter Augusta Fossa cum urbe jungebat. Nunc vero hinc Candiani portus, inde Pirotoli, exiguus uterque, & ab Ravenna disjunctus, ut nisi media inter utrumque haec nova Fossa urbem cum mari conjungeret; Ravenna tot olim, tantisque portubus praedita, ne tenue quidem hoc cum mari commercium esset habitura --- --- --- Nunc vero quae ex me quaeris verba subjiciam qualia tunc misi Ravennam Pontificiae statuae subscribenda: faciamque id tanto libentius quod omnia quae novissime commemoravimus, ita comprehendunt, ut novi alvei, & Fossae longitudinem (quippe in utroque, & in alveo praesertim* M. P. VII. *majorem) non omittendam fuisse, indicent, eamque per siglas usitatiore apud Latinos more significandam; non inscitiae Sculptorum, quae non ea tantum in re se prodidit omnibus, relinquendam.*

CLEMENTI XII. PONT. M.
QVOD AD AVERTENDAS AB RAVENNA EIVSQ. AGRO INVNDATIONES
BEDESIM FLVVIVM CATARACTA MVLTIPLICIS VSVS EXTRVCTA
IN NOVVM ALVEVM M. P. . . . . (α)
DEDVXIT
IN EVNDEMQ. VITIM
IMMISIT
QVOD ROMANAM VIAM EO ALVEO INTERRVPTAM MAGNIFICI
OPERIS PONTE
COMMISIT
QVOD AB VRBE AD MARE PER M. P. .... (β) FOSSAM
PERDVXIT
IN EAMQ. CORRIVATIS AQVIS FACILIORI MERCIVM TRANSVECTIONI
PROSPEXIT
S. P. Q. R.
PROVIDENTISSIMI PRINCIPIS MVNIFICENTIAE DEVOTVS
STATVAM P.
A. S. CIƆ IƆCC XXXVIII.

INCHOATA CATARACTA ET ALVEVS BARTH. MASSAEO
ABSOLVTA OMNIA IVLIO ALBERONIO
S. R. E. CARDINALIB. FLAMINIAE LEGATIS

(α) In elogio Ravennae posito omittitur numerus, redditurque --- IN NOVVM ALVEVM DEDVXIT.

(β) Scalptum fuit PER SEPTEM MILLE BIS CENTVM SEXAGINTA OCTO PASS.

[a] *Vide Mercur. Geographic. Jo. Jacobi a Rubeis*. [b] *Epist. II. 7. & seq.* [c] *Epist. V. art. 17.* [d] *Rubeus hist. Raven. l. 10.*

Ex Harduin.

ab Ancona CV. M. pass. Nec procul a mari, Vmbrorum Butrium. Intus coloniae: Bononia, Felsina vocitata, cum princeps Etruriae esset: Brixillum, Muti-

Ex nostrâ recensione.

Anconâ [1] *CII. M. P. Nec procul a mari Vmbrorum Butrium* [2]. *Intus coloniae Bononia* [3], *Felsina vocitata, cum Princeps Etruriae esset* [4], *Brixillum* [5], *Muti-*

ANNOTATIONES.

Typographica quaedam, & prae caeteris insigne mendum sustulimus, cum Remondinus CLEMENTI XI. loco XII. dicatum elogium vulgaverit. Leve hoc amicitiae munus auctori praestantissimo libentes tribuimus, qui doctissimas Aemilianas epistolas nobis dono dans effecit, ut per illum maximè profecerimus. Ea nuperrimè allatis discent lapidariarum literarum cultores, quo stylo Romana elogia sint exaranda, dum tot deridicula Parmae, & florentissimis etiam in urbibus eduntur.

(1) *Ab Anconâ*. Cum nostris, & Chiffletii membranis, Dalecampio, Harduino. Plures antiquae editiones Gelenius, & Manutius habent *ab Ancone* [a]. Nostram potiùs scripturam a Plinio secutam conjicio, ob ea, quae II. volumine adnotavi; quamvis & graecâ methodo *ab Ancone* dici possit. Quod in plerisque, atque in Ambrosiano I. receptum invenio, est CII. M. P. distantia. Harduinus ea MSS. asserit CV. restituisse [b], qui autem sint minimè recenses. Ego illi offeram Ambrosianum secundum, ubi CV. Caeterum etiam vetustiora exemplaria Romana, Parmensia &c. habent *CII. M. passibus*.

[2] *Butrium*. „ *Subintellige*, inquit Harduinus, *oppidum ab Vmbris conditum* Βούτριον τῆς Ῥαουέννης πόλισμα *Straboni* — *&* *Stephano*. *Ptolemaeo* — *in Cenomanis, male*. „ Pliniano interpreti utique accedendum, quamvis in illo barbarum *subintellige* fastidiam, cum *subaudi* potiùs erat scribendum.

Butrium circa Bedesim collocat Leander Albertus. Rectiùs cum Sansono signâbitur in agro, quem nunc paludes occupant, & Vallis Savarnae dicitur. Ex Plinii loco, Tabulae Itinerariae opportunè comparato, animadvertunt Philippus Cluverius, & Johannes Buno quaerendum inter Ravennam, & vicum Sancti Alberti. Nullâ igitur ratione Plinianum Butrium neoterico *Budrio* conveniet, cum hic vicus ad Idicem fluvium positus X. a Bononiâ lapide, XL. M. P. ab Adriatico distet [c]. Videtur ei nomen cessisse a Cispadano vocabulo *Budrio*, sive *Bodrio*, quod stagnum piscibus repletum; itemque excipulas vimineas iis servandis idoneas significat.

(3) *Bononia*. De quâ Vrbe clarissimâ meliùs silere quàm pauca dicere. A penè omnibus Latinis scriptoribus illustratur, ut norant Albertus, Cluverius, Harduinus, Cellarius.

[4] *Esset*. Lexicographi nominis originem deducunt a Felsino Thuscorum Rege. Hujus tamen unicè memoria occurrit in Catone, cui multa addidit Johannes Annius. Plinii verba eleganter praeposuit marmoribus Felsineis Carolus Comes Malvasia, cum illa publici juris faceret anno 1690.

[6] *Brixillum*. Italis *Brescello*. Atestinae nunc ditionis vicus. A Parmâ X. M. P., a Regio Lepidi XVII. M., a Cremonâ XXVIII. M.. Jacet ad Padi ripam, eique opponitur *Viadana*, quam Vitellianam a Vitellii morâ antiquitus dictam conjiciunt eruditi. Brixillum, oppidum olim illustre, morte quoque Othonis celebratum fuit; cujus modicum sepulcrum, atque inscriptionem inibi vidisse testatur Plutarchus [d]. Tertio & sequentibus Christianae aerae seculis proprios habuit Episcopos. Erat parentum aetate eximiis munitum propugnaculis, quae Galli demoliti sunt anno 1703. (e). Inter multa Brixillanorum in patriâ extantium elogia, sequens exscribitur a Carolo Talento, quod in Scardovurum portico visendum affirmat (f).

D. M.
HAEC LOCA SVNT
LANARIORVM
CARMINATORVM
SODALICI
QVAE FACIVNT
IN AGR. P. C.
AD VIAM P. LV.

Asserit Talentus apud populares suos firmiter credi, quòd locus laneâ textrinâ olim ornaretur. Monumentum tamen videtur e Parmensi urbe (cui secunda optimarum lanarum dabatur palma (g)) importatum: Hanc enim inscriptionem Bonaventura Angelus in aedibus Zobolorum innuit, cum anno 1591. Parmensem vulgaret historiam (h); quamvis alia adjeceris in hanc speciem pluribus erroribus deformata.

D. M.
. . . .
piae c a a loca
sunt lanarior.
Carminatorum
sodali quae
faciunt in ag. p. C.
ad viam p. LV.
C. Tifernius Veipotês eius pater
& Teia mater filio piêtissimo.

Vtcumque se res habeat, inde illustrantur Plinii verba (i), ubi de tingendis purpuris agit. *Quinis lana potat horis, rursusque mergitur carminata, donec omnem ebibat saniem.* Alterum insigne monumentum Brixillanis procul dubio spectans Parmae visitur in marmoreâ rubrâ columnâ ante Virginis templum, quod a Septo nomen invenit (*la Madonna della Steccata*). Ejus memoriam eo libentiùs ingero, quòd non omnino rectè, neque servato versiculorum ordine a Bonaventurâ Angelo (k), aliisque (l) exhibetur. Nobilissimum insuper monumentum e Dio amovendum censerem, cum litterae ob decidentes aquas, & circumductas etiam hoc anno 1764. parietinas macerias in dies perdantur.

AETERNO PRINCIPI
DOMINO NOSTRO
FLAVIO CLAVDIO IVLIANO VBI
QVE VENERANDO
SEMPER AVGVSTO ORDO
POSSESSORESQVE BRIXI
LLANORVM OPTATA
DEVOTIO. DEDICAR[V] (*sic*)
BONO REIPVBLICE (*sic*)
NATO

Quam-

(a) *Edit. Rom.* 1470. *Parm.* 1476. *Venet.* 1495. 1496. 1499. 1507. 1559. (b) *Vide indicem emendat. Tom. I. pag.* 750.
(c) *Consule Tabulam Geograph. inferioris Langobardiae a Cantellio vulgatam.* (d) *In vitâ Othonis.* (e) *Vide Murator. Annal. Ital. Tom. XII. part. I. pag.* 25. (f) *In libro cui titulum fecit* Brescello *MS.* (g) *Martial. lib. XIV. epig.* 155.
(h) *Lib. VIII. pag.* 752. (i) *Lib. IX.* 38. (k) *Cit. oper. pag.* 750. (l) *Andr. Gusiet. Carol. Talent. &c.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
tina, Parma, Placentia. Oppida: Cae-	*tina* [1], *Parma* [2], *Placentia* [3]. *Oppida*:
Tom. II. se-	E 2 *Cae-*

ANNOTATIONES.

Quamvis Brixillanorum lapidarius neque exactae literarum distributionis, neque orthographiae peritissimum sese ostendat: haec inscriptio ab antiquariis, & historicis magni habebitur, non minùs ob breve Juliani imperium, quàm quòd apostatici Caesaris monumenta Christiani postmodum destruere satagerunt. Id elogium positum conjicerem primo Juliani imperantis anno vulgaris aerae 361. Notanda (post Ordinis, supremi Magistratus memoriam) Possessorum recordatio, quae minùs obvia; & posterioribus etiam seculis spectanda magis apparet ex Athalarici epistolâ, de quâ paullò infra.

(1) *Mutina*. Hanc Appianus Alexandrinus urbem opulentam appellat (*a*). Illam Graeci, Latinique maximè celebrarunt. Omnium testimonia habes apud Cluverium, Cellarium, Brianum, Muratorium &c. Nova antiquis decora addidit Franciscus Princeps, cum proximis annis oppidum armamentario, rectis viis, publicâ bibliothecâ, aliisque monumentis nobilitavit. Antiquam Mutinam altiore loco positam affirmat Leander Albertus.

(2) *Parma*. Eodem anno, quo Mutina, & Aquileja Romanorum coloniis adscripta (*b*). Auctam ornatamque a Julio Caesare inde Juliae Augustae cognomen accepisse asserit Cellarius. Rectiùs ab Augusto id actum testatur Cluverius. Et sanè Suetonius illum duodetriginta coloniarum numero a se deductarum Italiam frequentavisse affirmat (*c*). Haud levi nobilissimae urbis infortunio acephalum hiat monumentum candidissimo insculptum marmore; jacetque ante Matricis Ecclesiae turrim, in quo memoria dicabatur illustri viro

. . . .
. . . .
PRAEF. LEG. XX. VALER (α)
VICTR. PRIMOP. LEG.
X. (β) PIAE. FIDEL.
CENT. LEGION. IIII. SCY
THIC. XI. CLA. (γ) XIIII. GEM.
(δ) . . . . VII. GEMIN.
PATR. COL. IVL. AVG. PAR. (ε)
PATR. MVNICIPIORVM
FORO DRVENT. ET FORO
NOVANOR. (ζ) PATRON. CL.
LEGIOR. FABR. ET. CENT. ET
DENDROPHOR. PARMENS
COLLEG. CENT. MERENTI

Elogium incuriosè a Pierio Valeriano, nec satis rectè ab Aldo Manutio juniore vulgatum, parum diligenter edidit Angelus. Depravavit, auxitque ineptè Paullus Merula. Horum oscitantia errandi occasionem caeteris praebuit.

(α) Nunc nonnullae hujus appellationis elementa:
Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt.
Apparent tamen adhuc V A . E R, unde *Valer.*, non *Valen.*, ut multis (*d*) excidit, legendum. Cognomina Valeriae, & Victricis huic legioni tributa constant ex Dione. Primum videtur ex Valeriâ modicâ Latii regione deductum: secundum a Claudio invenit, cum in Britanniam missa, *Victrix* ibi ob praeclara facta fuerit nuncupata (*e*).

(β) Sigla X. quasi evanuit superioribus seculis perspicua. *Dyrrachina*, inquit Vaillantius (*f*), *& Pharsalica pugna plurimum attenuatam cum altera conjunxisse videtur Augustus, unde Geminae cognomen*. Addimus Piae, & Fidelis appellationes ob egregias virtutes Caesari, atque Augusto probatas invenisse.

(γ) Nempe CLA*udianae*, quia pro Claudio contra Scribonianum steterat.

(δ) Lacunam complendam colligerem ex deperditis notis MAR*tiae* VIC*Tricis*. Martia enim, & Victrix in elogiis, atque in Severi nummo appellatur. Malè plerique lacunam omittunt.

(ε) Haec paullò grandioribus literis demandata tanti patronatus dignitatem elevant.

(ζ) De utroque Foro haec patriâ linguâ habet Angelus (*g*): *Furono questi due fori Fornououo, così anchora chiamato, & il Foro Druentio, detto hora Borgo Terentio, pochi l' uno dall' altro distanti*. Incultis hujusmodi dictionibus ignota de Druentinorum Foro vulgavit Angelus. In Foronovi situ multi ei subscribunt, quâ de re infra. CL. pro COL. a Lapidario sculptum decimo versiculo, non typographi vitium esse pro certo habeant antiquarii.

Huic illustrato tria ex celebrioribus jungam; primumque sit Constantino Magno Constantii Chlori, ac Divae Helenae filio restitutum, quod marmorea candens excipit columna; opponiturque Juliani monumento extra laudatam Aedem Deiparae, quae a Septo cognominatur.

D. N. IMP. (α) CAES. FLA.
CONSTANTINO. P. P.
VICTORI. AVG. PONT
IFICI MAXIMO. TRIBV
POTESTAS (β) XXIII. (γ) IMP. XXII.
CONS. (δ) VII. . . . . . PROCOS
RERVM VMANARVM (ε) OPTI
MO PRINCIPI DIVI
CONSTANTII (ζ) FILIO
B. R. P. NATO

(α) Ineptissimè Angelus vulgavit:
D. N. pup. Caes. Fla
Constantino p. f.

(β) Bergerius post Resendium (*h*), aliique legentes POTESTAT. vocem exhibent, non ut reddidit, sed ut reddere debebat lapidarius. Hàc in re minimè peccavit Angelus, cum nitidè in marmore appareat POTESTAS.

(γ) Bergerius legit XXIIII. Nunc siglae numerales quasi evanuerunt, ut difficile sit earum vestigia consequi.

(δ) Ita CONS., & infra PROCOS. Post CONS. VII. exesarum literarum extat lacuna, quae ab Angelo, aliisque completur notis PP. Viderentur haec trahendae ad ProPraetoris officium, cum superiores P. P. secundo versiculo *Patri Patriae* attribuam.

(ε) Adspiratio hoc in nomine desideratur, unde magis barbaram scripturam, quàm incultam elementorum habitudinem culpare poterat Resendius, cum non omnino inelegantibus literis elogium fuerit incisum.

(ζ) *Constantini* perperam vulgavit Angelus; mendum quasi sublaturus restituit CONSTANTI Resendius, & Bergerius. In marmore adhuc nitidè apparet CONSTANTII. Secundum Caesarum memoriae dicatum monumentum rubrae inscriptum columnae jungitur extremo aedium angulo Marchionis Zandemariae Occasum versus.

AETER-


(a) *Lib. II. Bellor. Civil.* (b) *T. Liv. lib. XXIX.* (c) *In Augusto XLVI.* (d) *Jo. Pier. Valerian. Antiq. Bellun. serm. I. pag. 92. Ald. Manut. Paull. F. Aldi N. de primipilo pag. 45. Paul. Merul. lib. IV. pag. 1000.* (e) *Vide Vaillant. Tom. II. pag. 361.* (f) *Cit. Tomo pag. 360.* (g) *Pag. 748.* (h) *Lib. I. cap. XX. pag. 73.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
ſena, Claterna, Forum Clodii, Livii, Po-	*Caeſena* [4], *Claterna* [5], *Forum Clodii* [6], *Livii*,

ANNOTATIONES.

AETERNIS VENERANDIS
QVE PRINCIPIBVS
D.D. N.N. VALENTINIANO
ET VALENTI. VICTORIBVS
AC TRIVMPATORIBVS (*ſic*)
SEMPER AVG. BONO
R. P. NATIS

Videtur elogium adſcribendum anno vulgaris aerae 366., quo Valentinianus Germanos Jovino Duce; Valens Procopium Tyrannum Arbetionis auſpiciis ſuperarunt. Triplices allatas columnas milliariis adjudicandas nonnulli putant. Id fortaſſis innuit figura, & notae, unde Principes Bono Rei Publicae nati celebrantur, quamvis reſtitutarum viarum numerales ſiglae nullibi appareant. Vt rejectis Parmae fabuloſis originibus aliqua lectori adhuc ignorata proferam: nonnulla de inſigni amphitheatro attingenda veniunt, cujus meminit Agathias (*a*). Hujus ruinas contegit extrema horti pars, quae Coenobio Auguſtinianae Familiae jungitur Meridiem verſus. Rei argumentum habuimus anno 1734., quo Vitalis gladiatoris memoria fuit eruta, cum inibi glacialis cella foderetur. Monumentum caementarii paullulum mutilarunt, neque unicè literam D ſiniſtro e latere abſciſſam, ſed ultima quoque verba detruncata indolemus. Aſcia, (de quâ adhuc poſt Mazochii labores (*b*)) diſceptant eruditi, in hanc formam exhibetur. Vt illius figura meliùs appareat; conſtetque de lapidarii, ſive dicantis uxoris erroribus, elogium ex ligneo apographo deductum exhibemus.



(a) *Lib. I.* (b) *In Epiſt. ad Bernard. Tanuccium.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
Popilii, Truentinorum, Cornelii : Faven-	*vii* [1], *Populi* [2], *Druentinorum* [3], *Cornelii* [4], *Li-*

ANNOTATIONES,

De Parmae fluvii, urbisque nomine nonnulla paullò ante prodidi. Oppido ab interfluente amne nomen inditum pro certo habent plerique, ac nuperimè Cellarius. Mihi horum opinio haud satis probatur. Sexto adhuc Christi seculo Parma fluvius ad primos Apennini colles in Niaiam sese exonerabat (*a*); naque antea Vrbanus factus est, quàm illum ad sinistrum oppidi latus deduceret Theodericus Ostrogothorum Rex, ubi Bonaventurae Angelo fidem habeamus. Provocat Angelus ad geminas Athalarici principis apistolas; e quibus tamen id apertâ ratione minimè avincitur. Erat Theoderici aa filiâ Amalasuntâ nepos Athalaricus; ideoque *Honoratis Possessoribus*, & *Curialibus Parmensis Civitatis* scribens (*b*): „ *Civitatem siquidem vestram*, ait, *diutinâ siccitate laborantem juvante Deo, Dominus noster saluberrimâ undâ rigavit*; itemque ad Genesium (*c*): *Amore Civitatis vestrae antiqui operis formam Dominus quidem avus noster largitate regia construxit: sed nihil prodest aquarum copias urbibus immisisse, nisi nunc provideatur cloacarum opportune digestio.* Quamvis ex iis non fluvius potiùs quàm aquaeductus urbi immissus colligatur; dicendum tamen videtur Parmam amnem longiùs ab oppido effluxisse, cum tantâ aquarum inopiâ aives laborarent. Certum insuper est fossâ manufactâ Parmam in Padum immissam, & campos, quos nuna ultra Coenobium Sancti Martini secat, olim Eridaneas paludes fuisse. Vicus Padi (*Vicopò*) II. ab urbe lapide, & Tannitum airca Padi fluenta axtabant, a quibus non parum absunt in praesentiarum.

Cum igitur non in Padum influeret Parma: haec est ratio, aus a Plinio minimè recenseatur, neque ab ullo antiquorum in Historiis, Geographicis Tabulis, Itinerariis circa Parmensem urbem memoretur. Id utique Cellario concedendum oppidum non minore claritate suie quàm veterum temporibus effulsisse, cum tot tantaque beneficia aa Farnesiorum Principum liberalitate Parmensibus cesserint. Quid porrò de rebus a PHILIPPO BORBONIO peractis dicendum, cum XV. intra annos nova urbi facies inducta sit, ob magnificas axtructas aedes, ob forum symmetrico nobilitatum consensu, ob straias vias, ob regalis horti civilibus ambulationibus permissi aonsitionem, quo in genere nihil pulchrius babet Italia? Adde aequatam moenium planitiem moris hina inde ordinatim luxuriantibus: objectam arci rectissimam ma,orem viam semitis, sedilibus, rivulis utrimque undique ornatam: fictilium vasorum, vitreaminum, taaerinae, panni officinas: domus gossypinis condendis pingendisqaa telis destinatas: tecta (unda optimae rhedae & vehiculi) carrucariis concessa: regias ingenuarum urtium, agricolationis, & nobilium adolescentium Principis Patriaeque servitio addictorum academias: immensam selectamque bibliothecam brevi dicandam, cum illam doctissimus Praefactus rempublicam faciet: inducta in Palatinis aedibus Valejatium, atque alia venerandae antiquitatis monumenta. Qui porrò militarie splendor, siva Praetoriam equestrem turmam, sive Praetoriam itidem legionem, Parmensem, Placentinam, Machinalem, aliasq; inspiciamus! Qui aulae nitor, quae morum elegantia!

(3) *Placentia*. Hana deduxit Senatus Populusqua Romanus anno V. C. 535. P. Cornelio Scipiona, Ti. Sempronio Longo Coss. Patriae suae sacram historiam laboriosè contexuit Petrus Maria Campus, cui tamen fabulosa nugatorum commentaria fucum fecere; unde in illum omni jure invectus est Christophorus Poggialius a nobis merito in hoc, aliisque operibus laudatus. Doctum igitur, amicumque virum adeant eruditi, ubi Placentinarum omnium rerum origines aequis critices lancibus impositas admiramur.

(4) *Caesena*. De hâc, & sequentibus consulantur indigenae auctores.

(5) *Claterna*. Divus Ambrosius ad Faustinum scribens multa ex allatis oppidis recensat itineris rationem habena (*d*): *De Bononiensi veniens urbe a tergo Claternam, ipsam Bononiam, Mutinam, Rhegium derelinquebas: in dextra erat Brixillum, a fronte accurrebat Placentia veterem nobilitatem ipso adhuc nomine sonans. Ad laevam Apennini inculta miseratur, & florentissimorum quondam populorum castella considerabas, atque affectu relegebas dolenti. Tot igitur semirutarum urbium cadavera, terrarumque sub eodem conspectu exposita funera &c.*

Claternam ab accolis *Quaternam* suâ aetate appellari monuit Hermolaus Barbarus, unda perperam aum Foro Cornelii a Jodoco Ascensio conflatur. Qui id notavit Albertus modicas illius ruinas apud amniculum ejusdem nominis invenit. Ex superius tamen dictis constabit non omnino rectè conjecisse Claternam a fluvio, uti Parmam, & Ticinum nomen habuisse.

(6) *Forum Clodii*. Vbi astiterit Cluverius fatetur ignorare. Lucentius Foroclodiensem Episcopum in vico Orioli (*l'Oriolo*) collocavit (*e*).

(1) *Livii*. De hoc Foro pro cunctis sufficiet Morgagni epistola IX., quâ a Marco, vel Cajo Livio conditum oppidum suspicatur.

(2) *Populi*. Antiquam lectionem nullâ fretus auctoritate immutavit Hermolaus; qui *scribo*, inquit, *Pompilii: extat in hodiernum & nomen & locus parum distans a Foro Livii*. Verùm locus, & nomen *Forlimpopoli* vetustis favet membranis. *Populi* recipiunt primigeniaa Plinii editiones (*f*), quod & Thomas Blavensis cudere volebat, eum *Poduli* inversâ literâ *d* loco *Populi* vulgavit (*g*). Ita atiam in Parisiensibus manuscriptis lagi suspicor, aum *Foro-Popilii*, vel *Populi* subaudiendum adnotavit Harduinus (*h*). Ante Harduinum, an Popilii, an Populi Forum dicendum, haeret Brietius (*i*). Secundum certè avincitur ex Landini membranis, atque editionibus. Discedam igitur hoc in nomine a Morgagni sententiâ, cui excidit Barbarum asseruissa „ in bonis Plinii codicibus legi *Fo-* „ *rum Pompilii*, in nonnullisq; horum *Forum Popilius* [*k*]. „ Non talia profectò Aquilejensis Patriarcha asseveravit, nec affirmare poterat, cum prima vox subaudienda quidem sit, sed notâ Plinii brevitate omittatur; neque ad seriam elementorum cum Harduino provocandum, cum Fori Cornelii oppidani a Foro Druentinis praecedantur, ubi nostram sequatis emendationem; multoq; magis literarum ordo interturbetur, ubi aum vulgatis axemplaribus legas *Truentinorum*. Vnicè in Populorum nominibus elementarem seriem adoptatam toto hoc opere comprobamus: In litoreis tractibus scrupulari diligantiâ: in mediterraneis regionum quo potuit ordine hîa etiam ostendimus incessissa. Reddatur igitur Plinio, atqua oppidanis verum Foropopuli nomen, cum Naturalis historiae membranis cohaereant Schedaa a nobis collectae, ubi nitidè legitur CIVITAS FOROPOPVLI (*l*), Tabula Peutingeriana, quae saltem V. seculi initio creditur exarata (*m*): Itinerarium Hierolosymarium, sive ut titulus habet Hierolosymitanum (*n*): Anonymus Ravannas (*o*), Otho Imperator III. (*p*), aliiqua. Hos omnes a corruptis codicibus irretitos (ut affirmat Cluverius) quis credet, vel cum Morgagno dubitabit? Fateor multa Romanorum nomina hisce in operibus depravata; pleraqua tamen ad veram La-

(a) *Vide Bonav. Angelum Histor. Parm. pag. 2.* [b] *Vide Goldastum Tom. III. Imperator. — & Regum — Constitutiones pag. 99.*
(c) *Citatâ paginâ.* (d) *Lib. VIII. 61.* [e] *Ital. Sacr. Tom. I. col. 2631.* [f] *Rom. 1470. Parm. 1476.* [g] *Ed. 1491.*
(h) *Pag. 272. num. 21.* [i] *Tom. II. lib. V.* [k] *Epist. XIII. art. 4. pag. 74.* [l] *Pag. 93.* [m] *Vide Bertium, Velserum, Bergerium, Cellarium.* [n] *Pag. 616. ex edition. Wesseling.* [o] *Lib. IV. 33.* [p] *Vide Hierony. Rubeum in indice post Histor. Raven. ad annum 995.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
ventini, Fidentini, Oteſini, Padinates, Regienſes a Lepido, Solonates,	*Licinii* [1], *Faventini* [2], *Fidentini* [3], *Oteſini*, *Padinates* [4], *Regienſes a Lepido* [5], *Solo-*

ANNOTATIONES.

Latinae linguae ſcripturam accedant. Adde Valentinianum III. anno 426. (*a*), Gregorium Magnum anno 595. (*b*) hanc urbem *Forum Populi*, non Forum Popilii, Popilli, vel Pompilii appellaſſe, quod ultimum recentioribus e verâ ſcripturâ abeuntibus placuit. Haud ignoro Feſtum tradidiſſe Fora negociationis fuiſſe loca, ut Forum Flaminium, Forum Julium, nomen ab iis deducentia, qui Forum condiderunt. Allata tamen ſententia minimè evincis, ut appellationem unius tantùm hominis recipiant Fora. Forum Livium a Livio, Cornelium e Cornelio, Clodium a Clodio condita utique fateor. Sed cur non itidem a Populo Gentium victore, Romanò nempe, Forum Populi? Fora diverſis ex cauſſis vocitata innuunt Forum Druentinorum, Novanorum; notumque Sergio Galbae apud Ciceronem, Frontino, Appiano Forum Gallorum: Forum Diguntunorum &c. (*c*).

(3) *Druentinorum*. Longâ diſquiſitione perſequitur Morgagnus, an recens *Bertinoro* ſit Plinii Forum *Truentinorum*. Hâc in re plures Blondi, Landini, Gaudentii Merulae, Liceti, aliorumque recenſet hallucinationes: ſententiam tamen ſuam haud ſatis aperit (*d*). Videtur pleriſque adhaeſiſſe, qui in Plinio legunt *Truentinorum*: maximè quòd iis accedat Ravius (*e*), dum non aliter in codicibus e ſe inſpectis inveniſſe teſtatur. Verùm ſi Blondus *Trientinorum* quandoque; quandoque *Brentanorum* (ut etiam Dalecampius adnotaverat) legiſſe innuit: non omnes codices habent *Truentinorum*. Cellario igitur accedendum veriorem ſcripturam judicanti, quae per D, Fori Druentini habitatores e Truenti oppidanis diſtinguat. Truentum enim cum amne, ſolam Liburnorum in Italiâ reliquiam Plinius in quintâ regione collocavit (*f*); ideoque nullâ ratione eum Druentinis in octavâ habitantibus ſtatuendum. Quare non ad Bertinorium vicinoſque agros provocabimus, ut Forum Druentinorum emergat, ſed potiùs Boneventurae Angelo adhaerentes illud XVII. ab urbe Parmâ lapide inveniemus, a Foro Novanorum VII. Vtrum ad noſtros ſpectet Ariminenſe elogium, ubi Patronus Coloniae Ariminenſis, itemq; Vicanorum vicorum VII. legitur CVR. REIP. FORODR. (*g*) non auſerim affirmare, neque rejicere. Adnotavit Hermolaus Barbarus in quibuſdam codicibus legiſſe *Forum Clodii iiii populi Truentinorum*: non haec ſe tamen recipere, ſed poſt ſe laboratoris quaſi manum praebere, ut ad ipſa non modò veſtigia, ſed ad luſtra uiam ferarum venaturos deduceret. Colligerem ineptas notas *iiii* ex Livii voce inductas: ſequentes Forum Populi rectè innuere, & ſanè in Romanis editionibus legimus: *Foro Clodii. Livii. Populi. Truentinorum*. In Parmenſi videtur accepiſſe Beroaldus pro gentibus Truentinis, edidítque: *Populi truentinorum*, quod ultimum ex noſtrâ emendatione reſtituendum locorum vicinitas facit, ut Forum Druentinorum proximum Foro Novanorum ſuſpicemur. Eſt Forum Novum ultra Caeni in Tarrum confluentes. Non negaverim tamen id oppidi Plinio intactum, qui Forum Novum in IV. regione recenſet, ibique *Treventinates* [*h*], ſive ut alia habent exemplaria *Treventiates* [*i*]: unde fortaſſis Coloniae Parmenſis Patronus in clientelam quoque habuit ForoNovanos, nunc in Sabinorum *Veſcovio* deliteſcentes (*k*). Hi tamen videntur dicti FORONOVARII, ut ex Holſtenio notat Harduinus. Novanorum vicus alter adeſt in Regii Lepidi territorio, qui locus agitandis commerciis utiliſſimus nobis eo tranſeuntibus apparuit. Aliis inſuper vicis id nominis obvenit, de quibus non unâ vice agunt Cluverius, Paullus Merula, aliique.

(4) *Cornelii*. Omnes conſentiunt Foro Cornelii neotericam Imolam ſucceſſiſſe. Id nominis ab noviter conſtructâ arce invenit (*l*). Conſule Quarterium ad Ciceronis epiſtolas (*m*). Rem evincit Paulus Warnefridus, qui vulgò Diaconus (*n*). Nomen habuit a L. Cornelio Syllâ. Si plura optas habes Cluverium, Paul. Merulam, Cellarium, Harduinum, cucullatum Berettam.

(1) *Licinii*. „ Hoc loco, *inquit Harduinus*, libri vulgati „ *Cornelii*, *Laccini*, fere exhibent: ſed poſteriorem vo„ cem, cum nec ulli eam MSS. codices agnoſcant, nec „ oppido ulli eo nomine Geographorum quiſquam adnu„ dicet, intrepide induximus. „ Pro vulgatis libris Orteli theſaurum, & Dalecampii editionem accepis, in quibus invenio *Laccini* (*o*): Ceeterum vetuſtiores habent *Licinii* (*p*), & *Licini* (*q*), eiſque conveniunt Gelenius, Manutius. In quibuſdam contractum *lici* occurſit (*r*). Ex iis omnibus Harduini inobſervantiam in vulgatis: nunc audaciam, faventibus membranis, oſtendemus. Chiffletii, Toletani, Vaticani, aliique codices Licinii nomen agnoſcunt. Vnde neque ea hâc, neque alterâ ea cauſâ expungendum, quòd caeteris Geographis ignotum evadat. Num foſtaſſis Clodii, Druentinorum, & alia Fora e Plinii texturâ ejiciemus, quia nulla eorum apud reliquos invenitur recordatio? Minimè aedepol, ſed hujuſmodi argumento Naturalem hiſtoriam Melae, Strabonis, Ptolemaei laboribus praeponamus. Neque aliquis nobis objiciat, quòd ſimili appellatione Forum Licinii a Noſtro in Orobiis memoretur: nam eo etiam omiſſo aliquam in utroque nomina diverſitatem inveniri; plura ejuſdem appellationis Fora eſſe potuerunt. Sic Foropopulienſes in primâ regione deſcripti, differunt e Foropopulienſibus in octavâ laudati. Sic Forum Julium in Hiſpaniâ (*s*), in Galliâ Narbonenſe (*t*), itemque in Italiâ (*v*) invenitur. Fori Licinii ſitum planè ignorari aſſerit Cluverius. Num fortaſſis in Liciano (*Liciana*) quaerendus? Hic certè antiquus Maleſpinarum vicus ad celebrem Apennini viam jacet.

(2) *Faventini*. Horum oppidum Faventia omnibus notum. Italis *Faenza*; cujus nomen Cellarii typographus corrumpit. Hîc Plinius de more in Populorum appellationibus recenſendis elementarem ordinem ſequitur.

(3) *Fidentini*. Gentis caput Juliae Fidentiae nomen habuiſſe ex Romano Martyrologio colligunt eruditi, cum inibi Domninus Maximiani Imperatoris honorarius Coſmeta pro Chriſto paſſus ſit; In vicum abiiſſe innuit recens appellatio *Borgo San Donnino* (Ita enim non uti Ciſalpinis auctoribus *Borgo di San Donnino* [*x*]) ab illuſtri Martyre deducta. Elapſo ſeculo oppidi dignitatem recuperavit adjectâ Epiſcopali ſede [*y*], unde illius Praeſules in veteris originis memoriam Fidentini Antiſtites geſtiunt appellari. Obſiſtunt tamen Buxetani, qui communem Praeſulem vocant *Veſcovo di Buſſeto, e di Borgo San Donnino*. Malè ſecundum oppidum ab Harduino collocatur ultra Cremonam, Padumque *in limite ditionis Mediolanenſis*; falsòque ſimilia videtur Cluverio adſeribere. Erat olim ditionis Pallavicinorum, poſtea Farneſianae, & nunc Philippi Principis, cui vici omnes contermini parent. XVIII. M. P. abeſt a Cremonâ, XV. M. e Parmâ: a Placentiâ XX. M. De eo habes Parmenſes, & Placentinos ſcriptores, pro quibus unicus ſufficiet Poggialius [*z*]. Sancti Domnini hiſtoriam concinnat in praeſens Victorius Pingolinus Eccleſiae Cathedralis Praepoſitus, quo in opere fuſiùs illorum errorem

[a] *Vid. Clementin. lib. II.* [b] *Conſule Morgagn. citato loco.* [c] *Ptolemaeus lib. II.* [d] *Epiſt. XIII. 7. 8.*
[e] *In Faventiâ redivivâ.* [f] *Lib. III. 13.* [g] *Morgan. citat. epiſt.* [h] *Vid. edit. Rom. 1470. Parm. 1476. atque Harduin. pag. 169.* [i] *Edit. 1491. & Dalecamp.* [k] *Vide Holſten. apud Harduin.* [l] *Vide Ericy. Putean. lib. II. Theſaur. in Regno Ital. pag. 95.* [m] *Lib. XII 5. pag. 413.* [n] *Lib. II. 18.* [o] *Vide Plin. edit. ann. 1615. pag. 51.*
[p] *1470. 1476.* [q] *1491. 1496. 1507. 1519.* [r] *1499.* [s] *Plin. lib. III. 1.* [t] *Idem lib. III. 4.* [v] *Vide Philippum a Turre pag. 332.* [x] *Cluver., Beret., Harduin.* [y] *Vide Vghel. in Ital. facr.* [z] Memorie Storiche tom. I. pag. 98.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
tes, Saltesque Galliani qui cognominantur Aquinates: Tanetani, Veliates cogno·	*Solonates* [1], *Saltusque Galliani* [2], *qui cognominantur Aquinitates, Tannitani* [3], *Vele-*

ANNOTATIONES.

rem ostendit ineptè Fidentiam, in Florentiolâ (*Fiorenzzuola*) VIII. M. P. dissitâ statuentium. Hos inter censendus est Riccepatus [a].

(4) *Padinates*. Horum oppidum Padinum fuisse, ad Scultennam, non longè a situ ubi in Padum influit, Sansonio placuit collocare: nihil de Otesiâ dixit, cum Otesinorum urbs quo fuerit, incertum Cluverius tradiderit. Cogitant Padini vestigia in neoterico *Bondeno* latitare. REIP. OTESINORVM celebratur in Gruteriano elogio, cujus meminere Cluverius, Harduinus &c. atque ante eos Leander Albertus, Alciatus. Notandum lapidem spectare ad Cornelium Minicianum Bergomatum Patronum, & Bergomi inventum, quae urbs in regione undecimâ, Otesini verò in octavâ. Cornelii Miniciani inscriptionem in Plinii Caecilii vitâ illustrabimus.

(5) *Regienses a Lepido*. Alexander Scquadronus antiquam adeò urbem Regium Lepidi pronunciat, ut illius originem omnibus ignotam vulgaverit (*b*). Quòd ante Trojanum bellum extiterit, comprobare nititur ex Pontici Virunii auctoritate, qui aëriis testimoniis gravissimâ in re nugatur (*c*), ut defunctam Elisabeth Vicedominam laudaret. Vtriusque inepțias in Cisalpinis, & Velejatium antiquitatibus confodimus. Nicolaus Perotus primi nominis originem ab ubertate soli, & praestantissimorum hominum copiâ, cum semper *regios emiserit flores*, deduxisse gloriatur (*d*). Nos cum Cluverio, & Cellario, unde primum Regii nomen effluxerit, fatemur ignorare. *Forum Lepidi* antea vocatum conjicit Cluverius, Quarterius (*e*), aliique. Haec cum nullius auctoritate sustineantur, rejicere videtur Cellarius.
Cognomen a Marco Aemilio Lepido accepisse Regienses omnibus constat. Hujus igitur Viri Clarissimi gestis originem debere glorientur Regienses; ideoque anno V. Cond. 566., quo Consul processit, cum C. Flaminio Nepote. Hic viam Aemiliam stravit, & gentilicio sui cognomine voluit appellari. Neque ante in Gallorum Cisalpinorum bellis Regiensium nomen apparet; & praesertim, quando Triumviri Placentiâ pulsi intra Mutinae moenia sese receperunt. Vbi enim tunc temporis Regii oppidum subtitisset, inibi faciliùs Bolis, atque Insubribus erat obstandum. Cum igitur eo bello nullae inter Mutinam atque Placentiam memorentur urbes, cur falsas, Regio, & Parmae origines tribuemus?

(1) *Solonates*. Hi perperam a Baudrantio vocantur *Solinates* (*f*). Et *Subunates* apud Plinium legisse videtur Bartholomaeus Riccepatus (*g*), qui haec, & alia Populorum nomina corrumpit, Pliniumque ineptè arguit, quasi Populos confundat, quando incomparabilis auctor, coloniis oppidisque commemoratis, subinde elementarem ordinem sibi adoptandum proposuerit. De Solonatibus occurrit memoria in elogio Arimini olim extante, quod in hanc formam accuratius vulgavit Antoninius (*h*), atque ex eo Morgagnus

C. GALERIO C. F. ANI. IVLIANO
EQ. R. QVAESTORI DVVMVIRO
CVRATORI SASSINATIVM
CVRATORI SOLONATIVM
FLAMINI PATR. COL. AVG.
ARIMIN. ADVOC. PVBLIC.
AMANTISSIMO DECVRION
AMANTISSIMO CIVIVM
SPLENDIDISSIMVS ORDO ARI
MINENSIVM MERITIS FIDEI
BONITATIS INNOCEN
TIAEQVE EIVS

Solonates nullâ ratione trahantur ad vicum, qui nunc *Città del Sole* Ph. Cluverio, Brietio, Cellario, atque Harduino Cluverium plerumque exscribente. Vicum, sive castellum a fundamentis excitavit Cosmus Medices (qui postea *Magni* Etruriae *Ducis* titulum gestavit) anno 1565., vrbemque Solis dici voluit, cum caelo nubibus obumbrato, Sol unicè inibi illucesceret (*i*). Philippus Antoninius Solonam extitisse suspicatur, ubi nunc Solianum; indigenis *Sogliano*: distat XV. M. P. ab Arimino, arduo saxeoque in colle positum. Eo in loco haud vulgaria antiquitatis indicia observavit Flaminius a Parmâ, qui Franciscanae familiae memorias ad Felsineam Provinciam spectantes diligenter collegit (*k*). An Soliani vicus antiqua fuerit Solona, neque pro certò recipit, neque improbat Morgagnus.

(2) *Saltusque Galliani*. Lectionem sequor codicis Riccardiani, Medicaeorum omnium, Vaticanorum, Barberini 759.; adde membranas a Politiano collatas. Ita & legisse videtur Hermolaus Barbarus, Palmarius, Benedictus, qui manuscriptis exemplaribus institerunt. *Saltus* unicè legunt Gelenius, Paul. Manutius, Dalecampius. Contra Harduinus *Saltesque* (non *Saltusque* ut prius) substituendum monet, cum non sylvarum, sed populorum nomina quaerantur. Poterat in lectionis suae auxilium & veteres afferre impressiones, ubi *Saltes* apparent (*l*); imò hocce nomen in membranis quoque memini me legisse; subeuntque in horum numero codices Barberinus 758. atque Carbonarinus. Harduino subscribit Cellarius iisque, ubi velis, poteris adhaerere: non ea tamen ratio antiquissimam expunget scripturam, quòd has inter appellationes nequaquam Saltus Galliani sint recensendi, cum in aliis populorum nominibus permixta quoque oppida minoris census inveniamus. Conjiciendum igitur videtur memoratos Gallianos Saltus, Gallis itidem populis cognomine Aquinatibus secundariam appellationem dedisse. Fortasse etiam in Plinio legendum: *Saltus quì Galliani cognominantur, & qui Aquinates*: neque enim notae brevitati, & stylo undique censerem respondere particulam *que* adjectam Saltibus; ubi etiam mirum in modum variant exemplaria.
Quod certum est in hâc regione, & praesertim ad asperam Apennini catenam supra Mutinam, Regium, & Parmam extabant Gallorum Saltus, cum ubique amplissimae sylvae aquis abundantes, lacusculi, fontesque inveniantur. Hi Saltus a Livio memorati, a recentioribus pariter describuntur. Populos verò (qui Saltes vocarentur) idoneo auctori notos minimè invenio. Non igitur Cluverio accedam, qui *Sattini* vicum ab antiquo oppido, cui nomen Saltus, originem habuisse dubitavit, unde cives Saltuenses, sive Saltenses dicti; atque id postea in *Saltes* corruptum. In eo potiùs viro doctissimo subscribam, ut Galliani Saltus in hoc tractu quaerantur, quàm de Galeatâ XX. M· P. a Foro Livii dissitâ cogitare (*m*), ut post Leandrum Albertum tantis excidit. Novitium enim est Galeatae nomen, quae etiam X. Seculo *Galleata*, & *Galigata* appellabatur.

(3)

(a) *Pag.* 87. (b) *Fasciçul. laud. Regii Lepid. fol.* 1. (c) *Vide allatum Scquadron.* (d) *Comment. ling. Latin.*
(e) *In Ciceron. lib. XII.* 5. *pag.* 413. (f) *Lex. Geograph. tom. II. pag.* 254. (g) *Pag.* 87. (h) Delle antichità di Sarsina. *Vide Morgagn. epist. VIII.* 9. (i) *Scipio Ammir.* Storia Fiorentin. *part. II. lib.* 35. *Morgagn. epist. II. art.* 10.
(k) *Vide tom. II. pag.* 544. (l) *Rom.* 1470. 1473. *Venet.* 1472. 1491. *Parmens.* 1476. (m) *Vide Morgagni epist. XII.* 3.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
gnomine Vecteri: Regiates: Vrbanates. In hoc tractu &c.	*lejates* [1] *cognomine veteri Regiates* [2], *Vmbranates* [3]. *In hoc tractu &c.*
Pa-	*Pa-*

ANNOTATIONES.

(3) *Tannitani*. Ex codicibus Medicaeis omnibus, Riccardiano, Politiani, & Chiffletii membranis, vetustisque editionibus (a); in aliis *Tanitani* (b), uti in Barberino 759. In nullis tamen calamo exaratis exemplaribus mihi legisse contigit *Tanetani*, qui Gelenio, Leandro Alberto, Paullo Manutio, Dalecampio, atque Harduino placuit. Barberinus codex 758. habet *Tunnetani*, Carbonarinus *Tannytani*: iis etiam deteriora in Vaticanis, & Pertusatino occurrunt, ubi monstra dictionum. Vici, sive oppidi nomen duplici nn reddendum innuere videtur corruptum in quibusdam Livii exemplaribus *Cannetum* (c); cui Sigonius *Tanetum*, Cluverius longè melius *Tannetum* substituit: quâ ratione legitur in Paullo Diacono (d) Bucelino, Cellario. Haud ignoro multis Sigonii orthographiam placuisse: verùm si ad Graecos in Italorum oppidorum nominibus provocant, *Tanitum* potiùs esset latinè vulgandum, cum apud Polybium occurrat Τανήτῳ καλουμένῃ κώμῃ *Taniti ita dictum vicum* (e), atque apud Ptolemaeum in Togatâ Galliâ Τάνητον legamus. Scio etiam graecum η a neotericis in latinum e converti; mihi tamen cum Patavinis professoribus i longum sonat. Tannitanos igitur cum Plinio recipiam; utque litera n geminetur, suadent membranae, itemque Antonini Itinerarium, & Tabula Peutingeriana, ubi *Tannetum* (f). In hâc emendandae distantiae, cum falsò XI. M. P. a Tanneto ad Parmam apponantur. Fortasse irrepsit XI. loco IX., qui numerus in Antonini itinerario (g) neotericis VII. M. & C. P. satis respondet. Si etymologis aliquid concedendum, videtur oppidi deducta appellatio a Piceae arboris copiâ, quae antiquo Germanorum idiomate *Tanne* vocatur. Piceae sanè hanc regionem omnem a Pado ad Apennini colles occupabant. Nunc Tannitum, Italis *Tannedo*; incolis *Tanei*; distat a Parmâ passus VII. M. & D. Post memoranda fata in villam abiit, ibique anno 1761. Gallica quaedam Deorum signa inventa fuere, quae Vir Cl. Aurelius Comes Bernerius Guilielmo Tillotio Felini Marchioni dono dedit. Loci ichnographiam vulgabit Johannes Antonius Comes Liberatus in erudito Gallorum Bojorum lexico, cui Geographicam Tabulam praeposuit, brevique publici juris faciet. Cum enim in agro Tannitano bona possideat, quaecumque ad loci antiquitatem spectant, magno labore indagavit.

(1) *Velejates*. In allatae vocis restitutione haud modicae occurrunt difficultates, cum in plerisque membranis vitietur. In Vaticano codice 1955. extremâ amanuensis ignorantiâ *Invelsates*; in reliquis scribitur *Velsates*: iis accedunt Barberinus 759. Carbonarinus, Medicaei, Ambrosianus b. in Barberino 758. *Vegeliates cognomine vetti regiates*. Corrupta haec omnia ex iam supra annotatis ostenduntur. Riccardianus habet *Velelates*, cui subscribit Politianus ex laudatâ membranarum collatione. Cum omnibus locis idem nomen debeat respondere: *Velejates* hîc quoque reposuimus: quae lectio ex depravatis indiciis, & Tabulae Trajanae praesidio restituitur.

(2) *Cognomine veteri Regiates*. Certa hujus emendationis argumenta summatim attigimus in epistolâ ad Cl. Paciaudium [h], ubi Harduini conjecturam subjecimus, qui fortasse legendum innuit „ *Velsates cognomine veteri Regiates* ne litterarum ordo intertarbetur „ Corruptum esse locum jamdiu animadverterat Pintianus, qui monuit „ legendum alterutro modo, aut *Vecteri*, *Vegiates* „ separatim, ut sint duo populorum nomina, aut con„ junctim *Vecterivegiates*, ne turbetur alphabeti ordo „ Bene circa elementarem seriem virum acutissimum judicasse quisquis intelliget, cum eam sibi proposuerit Plinius, non quidèm tali ratione, ut *Aa*, *Ab*, *Ac* nomina exactè reddantur, sed ut omnibus per literam A incipientibus populis nemo ex subsequentibus *B. C. D.* &c. includatur. Hanc methodum in conctis etiam dictionibus secutus est, ubi ultimo narrationis loco Regionum populos colligebat. In reliquis malè graditur Pintianus, cum non obviis Vecteribus, ignotatos Vegiates; pejusque ignotissimos Vecterregiates substituat.

Non igitur hîc voces immutandae, neque invicem jungendae, sed unicè sublatâ incisione castigandae, & ubi cum paucis legas *Velejates cognomine veteri Regiates*, sensus, atque ordo auctori restituitur. Vt statuamus Plinium indicasse hisce populis olim Regiatum cognomen adfuisse, rationes ex membranarum vestigiis erant deducendae. In Politiani codicibus (ineptâ quamvis interpunctione) apparet *Velelates cognomine veteri: Regiates*. Ambrosiana exemplaria habent *Velsates cognomine vecli*, *Regiates*: accedunt Landini codices, & Vaticani 1950. 1952. sed 1951. 1955. absque divisione *Veliates cognomine vecli Regiates*; ita & Pertusatinus. In Riccardiano *Velelates cognomine vetti Regiates*. In Barberino 758. *Vegeliates cognomine vetti regiates*. Vaticanus 1953. *Velsates cognomine veteti Regiates*, uti & Barberinus 759. Medicaei eadem referunt verba diversis paullulum interpunctionibus. Carbonarinus *Vegeliates cognomine veteri*, *regiates*; ac demum Vaticanus 1954. *Veliates cognomine nocli Regiates*. In vetustis editionibus Velejates nostri nunc *cognomine veteri* (i), nunc *cognomine veteri* (k) recensentur; quâ de causâ nescio unde adeò recentioribus placuerint *Vecteri*, quando dissonam appellationem primigenia ignorant exemplaria. Cum igitur in bonis codicibus vigeant *cognomine veteri*, atque id vocabuli ex depravatis quoque debeat emergere: iis illico adjectivum *Regiates* jungendum, unde sensus perficitur. Hue manifesta exigit ratio, & allatae voces in quibusdam etiam Barbari, Palmarii, & Johannis Riccucii exemplaribus integro ordine inveniuntur (l). Monuimus alibi, quòd ubi ad haec provocassent Ortelius, atque Cluverius, Populi cognomine *Vecteri* procul dubio a naturali historiâ expungebantur. Regiatum cognomen Velejates habuisse innuunt montis Regii villae, nunc *Terra*, *e case di monte Regio* (m), Regius amniculus parum a Cherio distans: isque etiam videtur qui in Tabulâ Peutingerianâ *Rigonum* appellatur. Et sanè quinam alii esse possunt hi Populi in octavâ regione collocandi, ubi eos a Velejatibus separemus. Ineptè igitur *Vegeliates* in nonnullis codicibus irrepsit, unde *Vegiates* Pineius deduxit (n), quae scriptura non latuit Victorium (o), & Dalecampium (p). Vbi demum legamus *Velejates cognomine veteri Regiates*, geographicae notiones, elementaris in Plinio series, atque omnia sibi invicem cohaerent.

(3) *Vmbranates*. Rectè monuit Cluverius civitatis nomen in pluribus Italiae locis servatum antiqui oppidi esse indicium. Id nunc ostendunt ruinae in vico ab indigenis appellato *Città d' Ombria*: nempe oppidum Vmbranatum. Jacent haec a Bardo tribus passuum millibus; ibique domus, templa, balneorum fornices, aquaeductus adhuc visuntur. In dies tamen decrescunt, non tantùm quia omnia negliguntur; sed etiam quòd inde Bardenses maceriem ad fabricandum educunt. Loci ichnographiam exhi-

[a] *Parm.* 1476. *Venet.* 1491. 1496. 1499. 1507. *Roman.* 1470. [b] *Vide Cod. Jo. Andreae Aleriens. Episc.* [c] *Lib. XXI.* [d] *Lib. II.* 2. [e] *Lib. III.* 40. [f] *Vide Berger.* [g] *Pag.* 287. [h] *Disquis. tom. I. pag.* 286. [i] *Rom.* 1470. 1473. *Venet.* 1472. 1496. 1499. 1507. *Parm.* 1476. [k] *Venet.* 1491. 1519. [l] *Vid. edition. Hagen.* 1518. *Venet.* 1519. [m] *Vide Locatum pag.* 184. *Campum tom. I. pag.* 403. 418. *&c.* [n] *In versione gallicâ.* [o] *In edition. Lugd.* 1563. *apud Frellon.* [p] *Edit.* 1587. 1593. 1616. *&c.*

Ex Harduin. XVI. pag. 172.

Padus gremio Vesuli montis, celsissimum in cacumen Alpium elati, finibus Ligurum Vagenniorum, visendo fonte profluens ---- ---- ---- ---- nec amnes tantum Apenninos Alpinosque navigabiles capiens, sed lacus quoque immensos in eum sese exonerantes, omni numero XXX. flumina in mare Adriaticum defert. Celeberrima ex iis Apennini latere jactum Tanarum: Trebiam Placentinum: Tarrum, Niciam, Gabellum Sultennam,

Ex nostrâ recensione.

Padus gremio Vesuli montis celsissimum in cacumen elati (1), *finibus Ligurum Bagiennorum* (2) *visendo fonte profluens ---- ---- ---- ---- nec amnes tantùm Apenninos Alpinosque navigabiles capiens, sed lacus quoque immensos in eum sese exonerantes omnes* (3), *numero XXX. flumina in mare Adriaticum defert. Celeberrima* (4) *ex iis Apennini latere jactum* (5) *Tanarum* (6), *Trebiam Placentinum* (7), *Tarrum* (8), *Niciam* (9), *Gabel-*

ANNOTATIONES.

exhibuit Carolus Natalis anno 1615. pingiturque etiam in aulâ Bardensis arcis, ubi vici & castella Landis olim spectantia uniter redduntur. Ignotos igitur antea populos, eorumque urbem Plinius sibi vindicet; quique Velejatibus proximi nostrâ resurgunt diligentiâ, monumenta quoque haud magno impendio suppeditabunt, ubi paullulum terra ab eorum oppido summoveatur. Integra & sincera Populorum appellatio apparet in codice Barberino 758., Gelenius pariter, Paullus Manutius, & Dalecampius *Vmbranates* ediderunt. Riccardianus, & Medicaeus I. habent *Vrbanates* ab Harduino adoptatos. Vaticani 1950. 1952. 1954. 1955. *Vrbenates*. 1953. *Vrbanes*. Recentiores Medicaei, Chiffletianus, Carbonarinus, Barberinus 759. *Vrbinates*. Ita legisse videtur in Plinii codicibus Paullus Diaconus, qui *Vrbinum* pro Vmbranatum oppido in hisce Apennini partibus memoravit; & sanè *Vrbinates* corrupto ingeruntur vocabulo in permultis Naturalis historiae codicibus, ut jam alibi adnotavimus.

(1) *In cacumen elati*. Ad Harduinum usque scribentem nobis editiones omnes suffragantur. Dalecampius ex uno codice, & Chiffletio legi *celsissimum in cacumen Alpium elati* adnotavit. Inde Harduinus, *Alpium* ex MSS. addidit. Legitur in Ambros. I. & II. Illius acta non improbo, cum non unicè codicum, & Martiani Capellae auctoritate opinionem suam roboraverit; sed Julius Solinus Plinii simia hunc montem inter Alpium juga *superantissimum* appellaverit (*a*). Verùm cum non omnia Plinii verba exscribant Solinus, & Martianus: vulgatae quoque lectioni poteris adhaerere; quam fovent membranae a Barbaro, Palmario, Landino, Pintiano, aliisque inspectae. Hanc insuper melior tuetur ratio, cum Vesulus circumjacentes montes elatiore superans cacumine, non cunctis Alpium celsissimus sit. Adde Plinium non ignorasse *quosdam Alpium vertices longo tractu, nec breviore V. Mill. passuum assurgere*. quae sanè verba non quidem Vesulo adaptanda; multoque minùs ei convenirent, ubi quinquaginta mille passus cum Harduino reciperes (*b*). Notandum ritè Plinium scripsisse e gremio Vesuli profluentem Padum, e cujus imis radicibus erumpere unicè asseruit Junianus Majus (*c*).

(2) *Bagiennorum*. Consule, quae supra de horum populorum nomine, atque orthographiâ retulimus. In Romanis, Parmensibus, aliisque exemplaribus *Cabiennorum* malè.

(3) *Omnes*. In membranis vox compendio breviatur *omñ*, unde illam ad lacus omnes sese in Padum exonerantes potiùs deducerem, quàm ad vulgatum *omni numero* xxx *flumina*. Plinianus porrò numerus rectiùs amnibus Padi accolis conveniet, quàm illos ad XL. protrahere, cum Noster fluminum nomine distinguat, quae haud exiguis, & perpetuis ditantur aquis.

(4) *Celeberrima*. Nempe magis recordatione digni sunt inter fluvios, qui utroque latere Padum intrant, Tanarus, Trebia &c. Eâdem methodo illustriores Liguriae populos celeberrimos appellavit. Cum in Musarum Epiniciis multa de Pado congererem, allata Plinii verba ex Harduini recensione exscripsi, ut ostenderem auctorem nostrum incomparabilem non elementorum serie (ut agit in Populis) sed Geometricâ secutâ ratione fluvios nominasse [*d*].

(5) *Jactum*. Haec vox subaudienda in Tanaro, Trebiâ, Tarro, reliquisque omnibus ex notâ Plinii indole. Cum in vetustis codicibus appareret *jactum, tanarum: trebiam*: collegerunt *Jactum* primum ex Apenninis fluviis esse, qui Pado miscerentur, antiqui impressores, Johannes Camers [*e*], Gelenius, Paullus Manutius, aliique permulti. Hinc insigni errore Ludovicus Dominicus transtulit: *I più celebrati di questi fiumi dal lato dell' Apennino sono il Jatto, il Tanaro, la Trebbia*: quando potiùs Plinii mens hisce verbis erat reddenda: *I più considerabili fra questi si gettano in esso dalla banda dell' Appennino il Tanaro, la Trebbia &c.* Scirem libenter ubinam Dominicus Padi accola, & Placentinus fluvium invenit, non dico celeberrimum, sed memoratu non indignum, qui ante Tanarum in Eridanum laberetur; multoque pejus cur illi *Jacti* nomen adaptavit, cum vox eleganter aquas e montibus irruentes designet? Magis tamen miror doctissimum illum virum Carolum Sigonium, cum Plinii verba ob oculos haberet, *Jactum* pro flumine accepisse, ubi de Pado loquitur: *In eum vero*, ait, *multa flumina deferuntur, quorum haec in primis video celebrari Jactum, Tanarum &c.* Perniciosam horum interpretationem evitavit Dalecampius, Cluverius, Cellarius, Harduinus.

[6] *Tanarum*. Qui Italis *Tanaro*, Gallis juxta Harduinum *le Taner*, aliis *le Tanare* appellatur. A ducibus, qui ad Tanarum pugnarunt an. 1745. Gallorum idiomate *Tanaro* scriptum, atque appellatum animadverto, uti *Staffora*, *Scrivia*, *Tartaro*. Neque sanè ab eis recipitur *Staffore*, *Scrivie*, *Tartar*. Nomina enim quae Itala sunt; atque a nobis *Sdruccioli* dicuntur: politiores Galli, qui nostras regiones incoluerunt, Italicâ methodo pronunciant. Hinc apud Brietium *Tanaro*, et *Tanero*; quod ultimum obsolevit.

[7] *Trebiam Placentinum*. Nonnulli Pliniani codices, itemque interpretes comâ Placentinum a Trebiâ separarunt, quasi inter Trebiam, & Tarrum alius adesse possit fluvius, cui Placentini appellatio Vespasiani temporibus adess-

[a] *Cap. VII.* [b] *Vide annotat. ad II. Plin. librum.*
[c] *De priscorum propriet. verborum in voce* Vescus, seu Vesulus. [d] *Pag. 32. & 34.*
[e] *Vide secundam partem indicis Pliniani.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
nam, Rhenum: Alpium vero Sturam, Orgum, Durias duas, Sessiten, Ticinum,	*bellum* [1], *Scultennam* [2], *Rhenum* [3]. *Alpium verò Sturam* [4], *Orgum* [5] *Durias duas* [6], *Ses-*

ANNOTATIONES.

adesset. Hunc a neotericis Nuram vocari somniavit Dominicus, quasi Nura amniculis, imò torrentibus adscribendus suam hoc loco nanciscatur sedem. Rectè igitur popularis sui conjectura a Poggialio consoditur [*a*], cum aestate quandoque siccis pedibus per Nurae alveum iter habeamus. Omitto nugamentum, quòd vetustae satis *Nurae* appellationi [*b*] ignotum *Placentini* nomen tanquam primigenium substituatur. In pactis inter Paullum Episcopum, & Placentinos Canonicos actis anno 886. legitur *Nurae fluvius* [c]: in diplomatibus Ludovici II. anno 852. *Pontem Nurii*, & *Trebiae* [*d*]. Rectè igitur in Parmensi editione primâ restituendum curavit Beroaldus *trebiam placentinum*; cum antea vulgasset Aleriensis Episcopus *Trebiam. Placentinum &c.* Trebiam Placentinum dixit Plinius, quòd Placentiae secans territorium haud procul ab illâ urbe Padum influat; ideoque [non proprio ut Brietius videtur innuere] sed vicini oppidi cognomine, ab aquis, urbibus, & populis nomenclaturâ affinibus distingueretur. De iis alibi agit Plinius. Consule Cluvarium, & Corradinum [*e*]. Illud obiter adnotandum intolerando vel calami, vel typographi errore in Textoris officinâ irrepsisse Trebiam ex Apennino in Rhodanum influere [*f*].

[8] *Tarrum*. Ita habent membranae Mediolanenses, & ita in suis legisse videtur Benedictus Jovius, cujus fratar geminatâ *rr* hunc amnem pariter in historiis recenset [*g*]. Subscribunt Hieronymus Rubeus [*h*], Bonaventura Angelus [*i*], cum tanta de Tarro in Parm. histor. colligeret. Nec differt Alexander Benedictus oculatus testis, qui opusculum de celebri Taricusi pugnâ vulgavit [*k*]. In illius tamen Plinianâ impressione, uti in primigeniis, & recentioribus legimus *Tarum*. Cum in antiquissimis per compendium scribatur *Taꝝ*; neque alius ex idoneis auctoribus hujus amnis meminerit: liberum erit alterutram sequi orthographiam. Campus certè nobis convenit. De Tarrâ oppido Insulae Cretae meminit Pausanias: ἐν πόλει Τάῤῥᾳ [*l*]. Ita enim potiùs (quàm cum Amasaeo, & Syiburgio Tharram) appellabis [*m*].

Vt ad amnem revertamur, Tarrus in Liguriae finibus exoriens: Ligurem, nempe Graecam appellationem videtur habuisse, quae illius exprimat rapiditatem. Ταρὸς enim *velox*; atque *ro* duplici Ταῤῥοῦθ᾽ *celeriter adveniens*. Id non anailli, sed mortis causâ expertus est, dum haec commentaremur, Mauritius Comes Calorius Praetoriae Legionis Subcenturio, cum geminatis Tarri aestibus circumventus periit hoc anno 1764.

(9) *Niciam*. Nonnulli *Nitiam* legunt, quod idem. Imò ex secundâ scripturâ fluxit Italicum *Enza*. A Transalpinis Auctoribus illius appellatio plerumque vitiatur. Brietio *Hensa*, seu *l'Ensa*; quamvis Harduinus „ Niciam (ait) „ *Lenza* vocant accolae Brixellenses „ Brixillanis (ita enim rectiùs scribes) fluvius ast *Enza*, licèt a pletisque dicatur *Lenza*: quaa ratio Cluverium non latuit. Indicio est vicus *Co Enzo*, nempe *Capo d' Enza*, circa quem Nicia Padum intrat; habetque in praesens commune cum Parmâ ostium, ut nobis PHILIPPVM Hispaniarum Infantem multis ab hinc annis ostendisse adnotavimus (*u*). Oritur Nicia in Equitum valle (*Valle de' Cavalieri*) Parmensis territorii, ubi illam asperae Apennini cautes emittunt; tantisque Majo, & Octobri mensibus augetur aquis, ut congestas ab hominibus in alveo sagineas strues ad subjectam planitiem impellat. Qui Geographorum principem ex Graecis Strabonem, Melam ex Latinis faciunt: velim hîc, atque alibi considerarent, quanta a Plinio utrique intacta publicentur.

(1) *Gabellum*. Hunc esse, qui indigenis *Secchia* jamdiu statuerunt eruditi (*o*); neque alius in hoc tractu invenitur. Vnde enim tam dissitum nomen acceperit, ignoro; quamvis compertum habeam in itinere Hierolosymario PONTE SECIES recenseri (*p*), unde *Secchia* effluxit. Sed quid haec cum Gabello?

(2) *Scultennam*. Quantùm & neotericum *Panàro* ab antiquâ distat appellatione? Scultenna tamen adhuc in superiori ajus parte appellatur fluvius, qui planiciem incolentibus *Panàro*. Scultenna memoratur Straboni, Appiano, Dioni, Paulio Warnefrido: ex quorum descriptionibus ritè collegit Philippus Cluverius esse *il Panàro*. Hunc Itali oppositâ *Tanaro* pronunciatione reddunt; pro quo insigni typographico mendo nominatur in Muratori annalibus (*q*). Minùs rectè in Roman. & Parmens. editionibus legimus *Sculternam*.

(3) *Rhenum*. Videtur Harduinus Plinium arguere Silii auctoritate, eo quia vates non Rhenum absolutè, sed parvum Rhenum appellaverit, ut a Germanico Italicum distingueret.

---- *parvique Bononia Rheni* (*r*).

Nulla tamen hoc loco Plinium urgebat necessitas, ut epithecam Cisalpino Rheno adjungeret, cum de Italiâ loqueretur, ubi non alia similis occurrit appellatio. Non certè oblitus est additamenti utique necessarii, cum nullum aptiorem calamum sagittis inveniri tradit: *quàm in Rheno Bononiensi amne* (*s*). Miseram Felsinei agri conditionem ex Rheno in paludes stagnante egregiè ostendit Tabula Camilli Saccentii, quam patrio Senatui dicavit.

(4) *Sturam*. Nunc ad septentrionalem Eridani partem pergit, Sturamque Alpibus assignat; unde ab alio amniculo Sturâ distinguatur, in cujus & Gessi confluente adest Cuneum, frustra a Gallis Hispanisque obsessum anno 1744. Hic Minor Stura ab Apennino descendit, neque in Padum influit, cum antea Tanaro mixtus nomen amittat.

(5) *Orgum*. Antiquam appellationem servat in hanc diem *Orco*: inter Sturam & Duriam Baltheam Pado confunditur. Vetustae editiones, Gelenius, & Manutius perperam *Morgum* receperant; neque mendum offecerant Landinus, Dominicus &c. Dalecampius *Morgum* parum cautus non expungit: fassus tamen in Chiffletii codice *Orgum* apparere. Inde Cluverium profecisse crediderim, qui rectiùs in Plinianis quibusdam manuscriptis *Orgum* legi adnotavit, ut est apud Ennodium. Harduinus horum omnium nomina dissimulans in emendationibus ad Sturam, Orgumque haec vulgavit (*t*) „ Sic MSS. probe „ aime laudati. Libri vulgati mendosè *Morgum*. Enno„ dius in Carmine quo iter per Cortias (lege Cottias) „ Alpes describit:

„ *Duria nam, Sessis, torrens vel Stura, vel Orgus.*

(6) *Durias duas*. Brevitati (quae tamen rerum cognitioni non officit) studens Plinius utramque Duriam conjungit; differtque hoc loco Minoris nomen, cum dignitas Baltheae, seu Majori adnectendam juberet. Duria igitur Minor, quae rectè loquentibus *Dora Piccola* appellatur: Segusium, atque Avillianam praeterfluens dimidio supra Augustam Taurinorum milliario in Padum decidit. Altera, quae *Dora*, *Dora Baltea* appellatur, Augustam Praetoriam, & Eporediam alluit, XVIII. millia passuum a Minore Duriâ Pado miscetur. Durias duas con-

(a) *Tom. I. pag.* 154. (b) *Vide Locatum pag.* 369. (c) *Camp. Histor. Ecclesiast. Plac. Tom. I. pag.* 471. (d) *Cit. Tom. Campi.*
(e) *Vet. Latii Tom. II. pag.* 168. (f) *De Mundo tit. II. fol.* 24. (g) *Lib. II.* (h) *Histor. Ravenn. lib. VI. pag.* 288.
(i) *Lib. VIII. pag.* 768. (k) *Vide Mazzuchell. Tom. II. Par. II. pag.* 811. (l) *In Phocic. lib. X. pag* 331. (m) *Pag.* 280.
(n) *Musar. Epinic. pag.* 33. (o) *Consule Albertum, Dominicum, Briatium, Cluverium, Castruce. Bonamic. &c.*
(p) *Pag.* 616. (q) *Tom. XII Par. II. pag.* 173. *ad ann.* 1745. (r) *Lib. VIII.* (s) *Lib. XVI.* 37.
(t) *Emendat. LXXVII. pag.* 186.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
num, Lambrum, Adduam, Ollium, Mincium. Nec alius amnium tam bre-	*Sessiten* [1], *Ticinum* [2], *Lambrum* [3], *Adduam* [4], *Ollium* [5], *Mincium* [6]. *Nec alius am-*

ANNOTATIONES.

contra Grammaticorum placita dixisse Plinium non ignoravit Harduinus; optimèque dualis numerus etiam amnibus femineâ ratione desinentibus pari methodo conjugabitur, quamvis iis usitatiore formulâ masculinum genus communius evaserit.

[1] *Sessiten*. Hunc variante accolarum ore *Sessia*, *Sesia*, *Senza*, & aliis Italis *Siccia* dici affirmat Cluverius. In patriis nominibus nihil nobis imponent Cisalpini minùs idoneos secuti ex Italis, qui incultis utebantur dictionibus, & hunc amnem *Senza* appellarunt [a]. In quibusdam Tabulis *Sessia* quidem pingitur: verùm ab omnibus circa fluvium degentibus *Sesia* vocitatur. Quae de *Senza*, & *Siccia* scribit Neotericorum Geographorum princeps, mihi undique ignota esse profiteor. Videtur fluvius nomen dedisse vico, qui *Borgo Sesia*, atque inter Varallum, & Serravallem occurrit.

[2] *Ticinum*. Italis rectè scribentibus *Tesino*, quamvis a Muratorio [b] multisque vocetur *Ticino*, clarissimum flumen Polybio, Straboni, Ptolemaeo, Livio, Silio Italico, Claudiano, Paullo Diacono, aliisque celebratum. Oritur a monte Summano, qui & hodie *Somma* [c]: nomine deductam appellationem ab Alpibus Summis procul dubio ostendente [d]. Accolis etiam dicitur *Monte San Gottardo* ab aediculâ Sancto huic viro dicatâ. Fertur per Lepontios in Austrum usque ad Bilitionam, demum inter Locarnum & Maghedinum permeat Verbanum, exitque prope Sexto Kalendas: Viglebano haud procul praeterlabens Ticinum urbem influit; inde IV. ab oppido lapide Eridanum intrat, undis adeò perspicuis, ut colore a Padanis ad multum spatii distinguantur. Ticinum nusquam vidit Silius, cum velocissimum amnem malè adeò describat, quâ de re alibi agemus. De Ticino habes praeter Helvetiarum rerum scriptores Osium ad Morenam, Paul. Jovium, Valianum &c.
Benedictus Jovius eleganter de more [e]

Non secus Alpino veniens Ticinus ab orbe
Verbanos aperit fluctus, atque integer exit,
Eridanumque petens amisso nomine, magnis
Commiscetur aquis, qualis simul Abdua Lari
Marmora longa secat, nullâ & compage retentus
Effluit, atque Pado pariter sua nomina transfert.

[3] *Lambrum*. Nemo ante Plinium Lambri meminit; neque ad ignoratos hujus fluvii accolas spectare possunt corrupta apud Suetonium verba, ubi de Pisone loquitur, tanquam per *Lambranos*, & *Transpadanos* ad res novas consurgere intentasset [f]. Neque enim Lambrani [minima Transpadanorum pars] ab iis separandi; uti prudenter animadvertit Cluverius; neque tali appellatione Populus extitit, cum Lambrum Orobii, & Insubres occuparent. Oritur Lamber in Vallis Ascinae montibus inter Comum & Leucum assurgentibus, & Eupilim Lacum olim permeabat, quâ de re paullò infra. *Vlvosum Lambrum, caerulum Adduam, velocem Athesim, pigrum Mincium* Heronio italicum iter describens appellavit Apollinaris Sidonius [g] ad ulvam respiciens, quâ in ostio perfunditur. Vlva insuper & in hanc diem circa Pusiani, & Serii lacus maximè abundat. Hinc Benedictus Jovius cecinit [h].

Qualis & ipse rigans Lamber Licinia rura
Eupilis, & Serii reddit stagnando lacunas:

Ita enim rectò casu appellandus hic fluvius, non uti Ortelio, ac Lexicographis; quibus concinens Vir caeteroquin doctiss. Petrus Bembus scripsit:

Piscosusque altas involvens Lambrus arenas
Venit [i]

Ab illo igitur, uti a Jo: Camerte, atque omnibus aliis recedendum, quibus scribitur *Lambrus*. Fortassis etiam rectò casu dicebatur *Lamber*, & *Lambris*; atque apud Plinium *invectus Lambris* supra, amanuensibus evasit *invectus amnis*. Certè hujus appellationis fuit oppidum Hispaniae *Flavia Lambris* [k]. Tunc accusandi casus *Lambrem* videretur exposcere; quâ de re Grammaticis judicium relinquam.

[4] *Adduam*. Ita vulgamus ex primigeniis editionibus [l]: Chiffletii, Gelenii, Manutii, Dalecampii, Harduini codicibus lectionem firmantibus, cum & pari reddatur orthographiâ a Claudiano [m] Ennodio [n], Apollinari Sidonio, Paullo Warnefrido, qui vulgò Diaconus [o], Merulis Gaudentio [p], & Paullo [q], Philippo Ferrario [r], aliisque innumeris. Fatemur caeteroquin in aliquibus Plinii editionibus apparere *Abduam* [s]. Quâ ratione uti videtur Cassiodorus [t], Benedictus Jovius [v] Coelius Rhodiginus [x] Milichius [y] Thuanus [z] &c. Polybio Ἀδόας, Straboni Ἀδόας dicitur, unde fortassis Cassiodoro excidit tale nomen accepisse quòd duobus e fontibus oriatur. Huic & Savaroni credant [aa], qui Adduae originem nusquam viderunt. Fortasse Cassiodorus Rheni fontes pro Adduae initio accepit ab Adulâ monte deceptus, in quo duplici scaturigine oritur Rhenus; & nominis convenientiâ cum Aduâ Alpium monte perquam arduo, & difficili ultra Burmium, unde Addua magno aquarum impetu tanquam e fenestrâ prosilit. Hunc montem hodie Mongrajum appellari tradit Paullus Jovius [bb], Cluverius, & Buno *Monte Brailo*: a corruptâ incolarum pronunciatione decepti, cum verè dicatur *Monte Ombraglio*. Et hanc vocem corrigendam putat Lavezarius, qui Adduam oriri tradit *nel passaggio del Monte Braulio detto corrottamente Ombraglio* [cc], sed quânam vetusti scriptoris auctoritate haec omnia firmantur? Addua vernaculo idiomate appellatur *Adda*. Nimia eruditio nocuit Nicolao Heinsio, qui apud Catullum [dd] loco --- *Apuam porgentur ad ipsam*
legere jubet --- *Aduam morientur ad ipsam* [ee]. Nos autem patriae amor non adeò caecat, ut malum Poëtam Volusium Apuanis eripiamus, cum Heinsii conjectura non uno vanescat argumento.

[5] *Ollium*. Hunc Philippus Cluverius eodem Alpium tractu cum Adduâ oriri tradit; quod eâ ratione accipiendum, ut Adduam ab Oriente in Occidentem, Ollium a Septentrionibus ad Meridiem tendere intelligas. Inter Ollium tamen & Adduam alter extat amniculus, qui Fredulphus appellatur; ad cujus Adduaeque confluentes sedet Burmium. Hâc fortassis de causâ hallucinatus est Cassiodorus, cum Adduam ex duobus fontibus ortum, & nuncupatum Gaudioso venditavit. Ollius uni Plinio memoratus Camunos transit, alluitque vicum (oppidum olim Gentis princeps) qui adhuc in corruptâ appellatione Civitatis nomen exhibet, atque ab indigenis vocatur *Civeda*. Amnis verò Italis dicitur *Oglio*, non quidem ab oleo deductum, ut nonnulli somniarunt, orthographiam, & fluvii indolem ignorantes: cum oleum nobis, non *oglio*, sed *olio* reddatur; & amnis Ol-

(a) *Leand. Albert. Ital. pag.* 444. (b) *Annal. Tom. XII. par. II. pag.* 172. *& alibi* (c) *Vide Valian.* Rive del Verbano *Cap. I. pag.* 7. *&* 8. (d) *Vid. Aeg. Tschud. de priscâ Alpinâ Rhaetiâ pag.* 53. (e) *In Dryade MSS.* (f) *In Caesare IX.*
(g) *Lib. I.* 5. (h) *In Pluvillâ XII. vers.* 28. *MSS.* (i) *In Benaco: vide Tom. IV. pag.* 349. (k) *Vide Briet. lib. IV. pag.* 263.
(l) *Rom.* 1470. 1473. *&c.* (m) *De VI. Consulatu Honor.* (n) *Epist. lib. I.* (o) *Lib. II. de gestis Langobardor.* (p) *Lib. I.* 7.
(q) *Lib. IV. Par. II. pag.* 571. (r) *In Lexic. Geograph.* (s) *Parm.* 1476. *Venet.* 1491. (t) *In epist. ad Gaudios.*
(v) *In Histor. patr. MSS.* (x) *Lib. IV.* (y) *Pag.* 412. (z) *Hist. lib. I.* [aa] *Ad lib. I.* 5. *Apollin. Sidon.* [bb] *Historiar. lib. XV.*
[cc] Memor. della Valtellina *pag.* 2. [dd] *Carmin.* 96. [ee] *Pag.* 652.

Ex Harduin. pag. 171.

brevi spatio majoris incrementi est, Vrgetur quippe aquarum mole, & in profundum agitur, gravis terrae, quamquam deductus in flumina & fossas inter Ravennam Altinumque per CXX. M. pass. tamen qua largius vomit, septem maria dictus facere.

An-

Ex nostrâ recensione.

amnium tam brevi spatio majoris incrementi est. Vrgetur quippe aquarum mole, & in profundum agitur: gravis terrae quamquam deductus [1] *in flumina* [2], *& fossas* [3] *inter Ravennam, Altinumque* [4] *passuum CXX. M.* [5] *tamen quia largiùs vomit septem maria* [6] *dictus facere.*

gu-

ANNOTATIONES.

Ollius eirato admodum vadat cursu rigandis agris utilissimus, unde frequentes Austriacorum cum Venetis controversiae. Padem influit prope vicum, qui ab ipso fluvii nomine *Tardoglio* nuncupatur.

(6) *Mincium*. Alpium prolem non uno loco Plinius affirmat; atque alibi ubi de Mincio sermo occurrit, non Benaci filium, sed a lacu transmissum testatur (*a*). Contra nonnulli Virgiliani interpretes Nostro refragari nituntur, iis praesertim versibus freti (*b*):

— — in se Mezentius armat,
Quos patre Benaco velatus arundine glaucâ
Mincius &c.

Haud diffiteor Virgilium sequi, ejusque auctoritati adhaerere Servium Honoratum, Vibium Sequestrum [*c*], Isidorum Hispalensem [*d*]. Nemo tamen horum Benacum vidit, aut Mincium. Rectiùs opinatus est Minellius, cum Poëtam illustraturus alterutram profert sententiam: *habens originem, sive profluens ex Benaco lacu* [*e*]. Potest insuper Vates commodè explicari, quòd nullâ ratione sollicitus fuerit de Populis Alpes incolentibus, unde defluit Mincius antequam Benacum intret; sed unicè de Gentibus Mantuae conterminis, ideoque de Mincio per Benacum emisso loqui voluerit; & sanè quisquis Benaci positionem intuetur, ipsissimum flumen in lacum supernè invectum, ab illo infernè emissum fatebitur, eâdem ratione, quâ Rhodanus Lemannum, Ticinus Verbanum, Ollius Sebinum permeant. Erit igitur ipsissimus Mincius, qui nunc *Sarca* appellatur, antequam nomen in Benaco supprimat; unde rectè omnino Brietius Sarcam superiorem Mincii partem affirmavit [*f*]. Sarcae appellationem unà cum oppido habuisse etiam priscis temporibus videtur Cluverio. Provocat ad Ptolemaeum, cujus auctoritas hâc in re nullius evadit momenti, cum Adduam e Lario tantùm emissum dicat; ipsumque lacum (Italorum maximum) unicè paludem appellet; Verbanum omittat, & Benacum neglecto Mincio ita recenseat, ut omnia suis e sedibus amoveantur (*g*). Praeterquamquod potuit & Mincius ab accolis fluvius Sarcae appellari, cum & Danubius Istri nomen acceperit, cum primùm alluit Illyricum (*h*). Certum est itidem Lambrum in Hierolosymatico itinere vocari *Fluvium Frigidum*; illumque etiam dici *Fiume di Monza*, & *Fiume di Merignano* tradunt Cluverius, & Buno (*i*); in quibus ultimis Italicis nominibus, licèt aliqua sint emendanda: inde tamen eruimus plures uni fluvio appellationes ex diversis accolarum regionibus quandoque accedere. Notandum ultimò, quòd Mincius ab Italis dicitur *Mincio*, non *Menzo*, ut Cluverio, Brietio, Harduino, multisque Lexicographis excidit a Leandro Alberto deceptis; quâ de re alibi.

(1) *Deductus*. Pintianus legere mavult *diductus*: sed in omnibus *deductus* invenitur.

(2) *Flumina*. Haec a fossis distinguit, cum primo nomine illa Padi brachia innuat, quae vetustissimis temporibus primi Italiae cultores navigabilia reddiderunt; itemque amnes, qui Pado junguntur, ut Vaternus, Athesis, Tegisonus.

(3) *Fossas*. Canales nempe, quos nullo antea extante vestigio hominum industria cavavit.

(4) *Altinumque*. De Altini vetere positione nihil hoc loco affert Harduinus; infra tamen monet oppidi ruinas extare in ipso Silis ostio (*k*). Incertum ejus situm tradidere Cluverius, & Buno (*l*). Quae prima apud utrumque invenitur opinio contendentium extitisse Altinum, ubi nunc Turcellum, undique exsibilanda cunctis locorum originem scientibus; cum Altino ab Attilâ vastato anno vulgaris aerae 452. inde migraverint cives, atque Episcopus, qui sedem in parvâ vicinâque insulâ collocavit (*m*). Ex Altinatum igitur ruinis crevit Torcellum; cumque Altinum omnino interierit, miror a Jacobo Cantellio in neotericâ inferioris Langobardiae Tabulâ tanquam extans ultra Zerum amniculum pingi. Indubiè constat ex Itinerariis oppidum circa Silim haud procul a mari quaerendum. In dexterâ fluvii ripâ aliqui illius vestigia ostentant, quorum sententiae accessisse videtur Carolus Comes Silvestrius in Tabulâ, ubi Padi ostia, atque Adrianas paludes ex Plinii sententiâ reddidisse profitetur. Hanc opinionem minimè ignoravit Cluverius; & ultimae potiùs calculum addit, ut in sinistrâ Silis ripâ Altinum olim fuisse conjiceret haud procul ostio, ubi etiam reliquias praeclari pontis invenit. Positionem evincet Plinius, qui litoreum, ut saepius monuimus, tractum sequens: *Fluvius*, inquit (*n*), *Silis ex montibus Taurisanis, oppidum Altinum, flumen Liquentia ex montibus Opiterginis, & portus eodem nomine*. Hinc eruitur Altinum in maritimo quidem litore ultra sinistram Silis ripam fuisse: non adeò tamen fluvio propinquum, ut in illius margine; sed inter Silim, & Liquentiam assurgeret. Non multùm a nobis discrepat Leander Albertus.

(5) *Passuum CXX. M.* Ita habent vetustae editiones (*o*), ut Padus deductus in flumina, & fossas, spatium occupet passuum centum & viginti mille. Gelenius, Manutius, Johannes Nicolaus Victorius (*p*), Dalecampius ediderunt *CXX. M. pass.* vel *p.* Vltimus in Chiffletii membranis adnotavit legisse *per CXX. millia*: quod subinde Harduinus tanquam *ex MSS.* depromptum in operis corpore inoculavit. Hanc lectionem suaserat antea Dalecampius, qui conjicit librarium accepisse particulam *per* compendio scriptam, pro *passuum*. Verùm nota *p* hoc loco *passuum*, ut alibi, longitudinem ostendit.

(6) *Septem maria*. Hujusmodi non de ostiis Padi in Adriaticum influentis, sed de paludibus, quae paullò infra memorantur accipienda sunt: *egesto amnis impetu per transversum in Adrianorum paludes, quae septem maria*

ap-

[a] *Lib. IX.* 22. [b] *Aeneid. X. vers.* 205. [c] *Catalog. Lacuum, & Catalog. Flum.* [d] *Lib. XIII.* 19.
[e] *Ad Aeneid. X. pag.* 549. [f] *Tom. II. lib. V. pag.* 547. [g] *Lib. III.* 1. [h] *Plin. lib. IV.* 12.
[i] *Lib. I.* 26. *pag.* 241. [k] *Tom. I. pag.* 174. *n.* 28. [l] *Lib. I.* 28. *pag.* 224.
[m] *Vide Vghell. Ital. Sacr. & Carol. Comitem Silvestrium* Descrizione delle Paludi Adriane *pag.* 28.
[n] *Lib. III* 18. [o] *Rom.* 1470. *Parm.* 1476. *Ven.* 1483. 1491. 1496. 1499. 1507. 1519.
[p] *Vide Edit. Lugdun. Anton. Vincentii pag.* 46.

Ex Harduin.

Augustâ fossâ Ravennam trahitur, ubi Padusa vocatur, quondam Messanicus ---- ---- ----, quo Claudius Caesar e Britannia triumphans, praegrandi illa domo verius quàm nave intravit Adriam. Hoc ante Eridanum ostium dictum est, aliis Spineticum ab urbe Spina, quae fuit juxta praevalens, ut Delphicis creditum est thesauris, condita a Diomede. Auget ibi Padum Vaternus amnis, ex Forocorneliensi agro.

Pro-

Ex nostrâ recensione.

Augustâ Fossâ [1] *Ravennam trahitur, ubi Padusa vocatur, quondam Messanicius* [2] --- *Quo Claudius Caesar e Britanniâ triumphans praegrandi illâ domo veriùs quàm nave intravit Adriam* [3]. *Hoc ante Eridanum ostium dictum est, aliis Spineticum, ab urbe Spinâ, quae fuit juxta pervalens, & Delphicis (creditum est) thesauris, condita a Diomede. Auget ibi Padum Vaternus amnis ex Forocorneliensi agro* [4].

Pro-

ANNOTATIONES.

appellantur. Consule Carolum Comitem Silvestrium in erudito opere, quod de Adrianis paludibus exaravit (*a*). A Ravennâ septem maria Altinum usque navigari legimus in Antonini Itinerario, atque apud Herodianum, qui septem maria pro septem Padi ostiis accepit.

(1) *Augustâ Fossâ*. Ita non *angustâ* legendum, quamvis in MSS. atque editionibus secundum irrepserit (*b*). Miror Dalecampium (apud quem ritè invenio *Augustâ fossâ* (*c*)) corruptum in vulgaris nomen minimè adnotasse; magisque mirabor Harduinum depravatis codicibus silentem adhaesisse, cum praeter Dalecampium ob oculos haberet scitam Cluverii animadversionem: huic omni jure subscribens, indoluit doctissimus Mazochius optimam restitutionem in ultimis Plinii impressionibus minimè apparuisse (*d*). Vnius literulae inversio haud leve narrationi ulcus induxerat, ad cujus restitutionem sufficient Jornandis verba proximè afferenda, & Plinii indoles, qui Fossarum primaria nomina nusquam obliviscitur. Rectè omnino Fossa Augusta a Nicolao Lloydio appellatur (*e*), a Morgagno (*f*), aliisque. Vbi Fossam Augustam, non angustam Rubeus apud Plinium legisset: sententiam profectò contrariam adoptatae sequebatur in doctâ caeteroquin historiâ Ravennate (*g*).

(2) *Messanicius*. Habent nonnulli codices, & impressiones Parmenses, ac Venetae 1483. 1491., quibus utique accederem nomine a Messeniis Graeciae populis deducto eâdem ratione, quâ Messanam ab eis in Siciliâ conditam appellarunt. Asinaeus insuper Sinus, qui ab Asine oppido juxta Plinium (*h*): iisdem Messeniacus, sive Messiniacus appellatur a Strabone Ἀπὸ ... ἀπὸ τῶν Μεσσηνιακῆς Ἀσίνης (*i*). Vbi verò ipsissimam optares etymologiam, *Messenicium*, sive *Messeniacum* poteris recipere; cum oppida etiam a Graecis condita, ad propriae linguae sonum accomodaverint Romani, & Sinus ipse Messenicus Graecis, & bellum Messenicum Pausaniae: Sinus Messeniacus dicatur a Francisco Placentiâ in Aegaeo Redivivo (*k*); & bellum Messeniacum in Pausaniae indice a Xylandro, seu a Wechelii haeredibus.

(3) *Adriam*. Hâc voce Adriaticum mare innui multis placet. Rem Harduinus nititur comprobare Horatii auctoritate:

fretis acrior Adriae (*l*).

In ipsissimam abiit sententiam, licèt ad Harduinum non provocet, laudatus Silvestrius (*m*); cujus utpote Rhodigini, ideoque horum locorum peritissimi, venerarer auctoritatem, ubi omnia ad celebratam navim spectantia, sibique parum faventia Naturalis historiae verba enodaret. Fateor ex antiquorum silentio ignorari, quo itinere in Italiam e Britanniâ reversus sit Claudius: favorabiles tamen adsunt conjecturae, ut illum Alpes emensum credamus. Neque enim consueverant Romani ex Gaditanis faucibus Oceano sese committere, ut in Britanniam pergerent; neque ipsummet Claudium longâ navigatione indulsisse credendum est; quando Italiam ingressus Romam brevi petiit itinere. Adde quòd antea in Britanniam contendens, cum ab Ostiâ solvisset, bis a Circio penè submersus fuerit (*n*), unde homo pavidus a maritimis (quousque datum erat) navigationibus in posterum abstinuit. Quare ex Britanniâ reducem per Gessoriacum Gallias, itemque Germanos Rheno proximos lustrasse utique conjicerem; indeque per Julias Alpes Italiam ingressum (qui n Adriaticum attingeret) Adriam oppidum triumphantis more, & subinde Ravennam usque processisse. Quaecumque addit Silvestrius de transfretatione, ac paludibus parum sustinentur, cum jam supra adnotaverim veteres ab Altino Ravennam usque navigasse; utque Padum ligneae illi domui sustinendae capacem judicemus (praeter allata Plinii verba) ex Jornandis testimonio deducitur, qui ubi Ravennam inter Padi fluventa positam describit: *Padus*, ait (*o*), *quem solum fluviorum Regem dicunt cognomento Eridanus, ab Augusto Imperatore altissima fossa demissus, qui septima sui alvei parte mediam influit civitatem*. Deducam igitur hinc Fossam, utpote Augusti opus, Augustam fuisse appellatam, eamque profundissimam tanto oneri ferendo haud imparem, cum Tiberim ipsum vinceret; per quem caeteroquin & immanes Obelisci subvehebantur (*p*). Corruet igitur omnino Silvestrii conjectura, quae ex vitiatis Plinii exemplaribus oritur, ubi Fossam *Angustae* nomen accepisse credit, eo quia modico alveo includeretur (*q*). De hujus etiam etymologiae origine post editum volumen videtur dubitasse, cum in rerum notabilium indice ad Fossam Augustam, sive Augustam provocaverit (*r*). Consuevisse porrò Romanos navibus Adriae portum intrare, nosse poterat Silvestrius ex allatâ Taciti auctoritate, quâ Lucilius Bassus liburnicis Adriam provectus a Menenio Rufino victus describitur (*s*). Hunc Lucilium Classis Ravennat. Praefectum fuisse superioribus libris adnotavimus (*t*), unde nihil incongruum invenio, ut deductâ a Ravennâ in Adriae portu maximâ illâ nave: ab Adriâ per Fossam Augustam ad Ravennae moenia Claudius remeaverit. Certum est etiam Apollinaris Sidonii aevo a Cremonâ Ravennam usque Romanos navigasse; & ubi memoratum supernè iter suum describit: *Obiter*, inquit (*v*), *Cremonam provectus adveni* --- *Brixillum dein oppidum, dum succedenti Aemiliano nautae decedit Venetus remex, tantum ut exiremus, intravimus Ravennam paulo post cursu dexteriore subeuntes. Quo loci veterem civitatem novumque portum media via Caesaris ambigas utrum connectat, an separet. Insuper oppidum duplex:*

[a] *Pag. 22. & 23.* [b] 1470. 1476. 1483. 1491. 1496. 1499. [c] *Vid. edit. 1615. pag. 52.* [d] *Spicileg. Biblic. Diss. II.*
[e] *Diction. Histor. Geograph.* [f] *Epist. Aemil. III. artic. 3.* [g] *Vide lib. I. pag. 10.* [h] *Lib. IV. 5.* [i] *Lib. VIII.*
[k] *Pag. 15. & 27.* [l] *Lib. I. Od. 33. vers. 15.* [m] *Pag. 24.* [n] *Sueton. in Claud.* [o] *Cit. volum. cap. 29.*
[p] *Vid. Plin. lib. XXXVI. 9.* [q] *Pag. 24.* [r] *Pag. 218.* [s] *Histor. lib. III.*
[t] *Lib. IV. pag. 104. lib. V. pag. 145. & seq.* [v] *Lib. I. epist. 5.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
Proximum inde ostium Caprasiae, dein Sagis: dein Volane, quod ante Olane vocabatur. Omnia ea flumina, fossasque primi a Sagi fecere Thusci: egesto amnis impetu per transversum in Atrianorum paludes, quae septem maria appellantur, nobili portu oppidi Thuscorum Atriae, a quo Atriaticum mare ante ap-	*Proximum inde ostium Caprasiae* [1], *dein Sagis* [2], *dein Volane* [3], *quod antea Olane* [4] *vocabatur. Omnia ea flumina fossasque primi Asagi* [5] *fecere Thusci, egesto amnis impetu per transversum in Adrianorum* [6] *paludes, quae septem maria* [7] *appellantur, nobili portu oppidi Thuscorum Adriae* [8], *a quo Adriacum* [9] *mare ante ap-*

ANNOTATIONES.

plex: pars interluit Padi. certa pars alluit. Augusta itidem oppidum ad Padum memoratum in Tabulâ Itinerariâ satis ostendit Fossae, Augustae nomen cessisse, ut Cluverius animadvertit.

(4) *Ex Forocorneliensi agro.* Cum hic amnis ab indigenis *Santerno* in praesentiarum appelletur; vellent nonnulli Santernum pro Vaterno legere apud Plinium. Ex membranarum, & impressorum omnium concordiâ locum minimè sollicitandum reor, cum & supra occurrat. *Proximum inde ostium magnitudinem portus habet, qui Vaterni dicitur.* Geminatâ igitur Plinii auctoritate castigandus est Martialis versiculus in Mediolanensi, aliisque vetustis editionibus extans (*a*), ubi de suis nautis vulgatum:

Veterno resinâque pigriores:

cum legendum sit:

Vaterno, Eridanoque pigriores (*b*).

Quae verba Plinianae narrationi mirè congruunt, ut intelligamus Eridani impetum per Adrianorum paludes egestum, fluviumque largiùs vomentem septem maria effecisse, Vaternoque junctum maximarum navium capacem extitisse.

(1) *Caprasiae.* „ Caprasiae, *inquit Harduinus*, quae Padi „ ostia fuerunt, nunc obscurior investigatio est, locorum „ facie immutata stagnis Comaclensibus, *stagni di Comacchio*; superest majus ibi ostium unum, quod hodie *Porto di Magnavacca* nominant: quod sive Caprasias, sive Sagin, possis interpretari. „ Quamvis Comaclensium paludes (quae ab Italis *Valli di Comacchio* appellantur) veteres Padi meatus turbaverint: Cluverio adhuc assentiendum videtur, ut eo scribente Caprasiarum ostium statuamus fuisse *La Bocca d' Occhio bello*, quod nostrâ aetate omnino interiisse docet Silvestrius (*c*) in operis corpore; & nihilosecius in Tabulâ Geographicâ, uti extans depinxit (*d*).

(2) *Sagis.* Ita habent omnia exemplaria. Ex sequentibus suspicarer legendum *Asagis*, tanquam oppidi in Padi ostio conditi ab Asagis; de quibus infra statim. In Tabulâ Itinerariâ vocatur *Sacis*.

(3) *Volane.* Integrum adhuc nomen retinet, vocaturque *Porto di Volane*, in cujus faucibus pariter adest vicus: *Torre Volane*. In praesens Volanensis Padus tantâ aquarum inopiâ attenuatur Augusto mense, ut difficilis a Ferariâ ad Comaclum reddatur navigatio. Hieronymus Rubeus (*e*): *Portum Volanae, quem plerique antiquis Olanam fuisse affirmant.*

(4) *Olane.* Dictio, quae non integra apparuerat in primigeniis editionibus (*f*), restituitur in Parmensi 1476., Venetâ 1491. &c. *Alana* cum Aleriensi Antistite, nonnullae habent membranae minùs rectè.

(5) *Asagi.* Ita ex Ambros. I. & Alerien. cod. restituo. Nec differunt in vocis junctione Parmensia, & Veneta exemplaria (*g*). Harduinus in libris omnibus *a Sagi* legisse innuit, atque oppidi nomen id fuisse conjiciens Pseudo-Catonis verba affert: . . . *Interiit Saga oppidum Etruscorum: ubi & Atria, a quo mare Atriaticum, nunc Adriaticum.* Verba Catoni ex depravato Plinii loco supposita satis intelligo; & impeditus undique evadet sensus, ubi legas Thuscos ab urbe Sagis (haud longè a mari) omnia ea flumina & fossas deduxisse, ut Padi vim per transversum in Adrianis paludibus infringerent. Contra facili negocio percipiam, ubi Thusci cognomine Asagi ea flumina & fossas primi omnium effecerint, ut amnis impetus averteretur. Silvestrium mihi subscribentem conjicio, cum apud illum laudati populi *Assagi* patrio idiomate appellentur (*h*). Suspicor sequi Alberium, apud quem *Assagi* eâdem ratione inveniuntur (*i*), uti in Ambros. II. Quaecumque ab Annio ad suum Catonem adduntur, nullius ponderis esse jamdiu sciunt eruditi. *Asagi* in membranis & veteribus libris apparent adnotante Dalecampio (*k*). Cluverius ad hanc fossam vicum describit, ubi ex vulgari vocabulo *Fossagge*, sive *Fossegge* Fossam Sagis inesse suspicatur.

(6) *Adrianorum.* Vel sic, vel ubi magis placeret *Hadrianorum* cum nostris codicibus, Beroaldo, aliisque impressionibus scribendum censerem (*l*). Fateor Aleriensem vulgasse *Atrianorum*. Verùm & ipse, & membranae habent infra *nobili portu oppidi Thuscorum hadrie.* Nec differunt subsequentes editiones, quae oppidi nomen rectiùs per diphthongum reddidere. Vocis immutatio processit, quòd *Adriaco* mari Adriaticum substitutum ostendemus.

(7) *Septem maria.* Consule hoc loco Carolum Comitem Silvestrium (*m*), & Alexium Mazochium, qui allata, & sequentia apud Plinium in elaborato Biblici Spicilegii opere illustravit (*n*).

(8) *Adriae.* Nomen ex membranis atque priscis editionibus servandum monuimus paullò ante. Conveniunt probatiores inter Latinos Livius (*o*), Tacitus (*p*), aliique (*q*). Philippus a Turre, cui tantùm Adriani debent; quique hujus oppidi Episcopus obiit anno 1717. Vir moribus, & singulari eruditione spectandus, in elegantissimâ epistolâ ad Thomam Minorellum Casanatensis Bibliothecae Praefectum:

Adria me tenet antiqui vix nominis umbra.

Adriam Harduinus Cluverium secutus tenue magnae urbis vestigium episcopali tamen titulo nobile appellavit. Haec eâ ratione intelligemus, ut multùm a priscâ nobilitate decesserit, tum magis cum inde Rhodigium migraverint Antistites. In praesentiarum nonnihil antiqui splendoris recuperavit, unde Silvestrius Adriam mediocribus quibuscumque oppidis comparavit. Inutili tamen tenetur haesitatione, ubi dubitat, an municipium, an Romanorum fuerit colonia, quando ex Plinii narratione primum utique statuendum; neque veris Romanorum coloniis ad eum usque scribentem oppida sint annumeranda, quae a diligentissimo auctore in eo numero minimè recensentur.

(9) *Adriacum.* Cum nostris membranis, aliisque editionibus lego (*r*). Id enim sensus poscit; idque vulgandum in-

[a] *Mediol. an. 1478. impens. Philip. Lavan.* [b] *Vide Morgagnum Epist. VIII. 16.* [c] *Pag. 28.* [d] *Vide Tabul. II.*
[e] *Histor. Raven. lib. V. pag. 214.* [f] *Rom. 1470. &c.* [g] *Parm. 1476. Ven. 1483. 1491. 1496. 1499 1507.* [h] *Pag. 95.*
[i] *Pag. 338. & seq. edit. an. 1588.* [k] *Edit. 1615. pag. 52. num. 16.* [l] *Vide edit. Parm. 1476. 1480. Ven. 1483. 1491.*
[m] *Pag. 28.* [n] *Spicil. Bib. Disser. pag. 183.* [o] *Lib. V.* [p] *Histor. lib. III.* [q] *Antiquus scholiastes Horatii. Vid. Cluver. lib. I. 18. Ital. Antiq.* [r] *Parm. 1476. Venet. 1483. 1491.*

Ex Harduin. XVI. pag. 172.

appellabatur, quod nunc Adriaticum. Inde ostia plena: Carbonaria, ac fossiones Philistinae, quod alii Tartarum vocant: omnia ex Philistinae fossae abundatione nascentia: accedentibus Athesi ex Tridentinis Alpibus, & Togisono ex Patavinorum agris. Pars eorum & proximum portum fecit Brundulum, sicut Edronem Medoaci duo, ac Fossa Clodia. ---- ----

Pu-

Ex nostrâ recensione.

appellatum, quod nunc Adriaticum. Inde ostia Aplena [1], *Carbonaria, ac Fossiones Philistinae* [2], *quod alii Tartarum vocant: omnia ex Philistinae fossae abundatione nascentia accedentibus Atesi* [3] *ex Tridentinis Alpibus, & Togisono ex Patavinorum agris. Pars eorum & proximum portum facit Brundulum* [4], *sicut Edronem* [5] *Meduaci duo* [6], *ac Fossa Clodia.* --- ---

Pu-

ANNOTATIONES.

intendebat Aleriensis Antistes, quamvis Sweynheymius, & Panaratzius ineptâ repetitione ediderint: *nobili portu oppidi Thuscorum hadrie: a quo Hadriaticum mare ante appellatum quod nunc Hadriaticum*. Livius citato libro V. nihil de Atriâ: sed *Adriacum*, inquit, *mare ab Adriâ Thuscorum coloniâ vocavere Italiae gentes: Graeci ---- Adriaticum vocant*. Hujusmodi e quarto Polybii volumine videntur desumpta. Apud Pausaniam (a) ἐν τῷ Ἀδρία &c. vertit Xylander (b): *quae maria Adriacum, & Tyrrhenum vocant*: quare huic potiùs scripturae standum, quàm reliquis, licèt non ignorem Atriae appellationem suos, magnosque patrocinatores habere.

(1) *Aplena*. Cum in membranis, & primigeniis impressionibus dictio separaretur. *Inde ostia a plena Carbonaria* (c): neoterici loco medicinam fecisse crediderunt, ubi amplexatam ab Harduino lectionem refingerent. Hanc fateor in utroque Ambrosiano codice inveniri. Verùm quid sibi volunt *ostia plena?* Numquid aliis majora? haec Padi ostia minimè fuisse innuere videtur Silvestrius (d): cujus sententiam minimè percipio, tum magis, quòd ostium Carbonariae post Vulanense in Plinianae geographiae tabulâ recenset. Constat tamen illum haud satis Plinii verba intellexisse, in quibus etiam errorem cubare suspicetur. Ego ostia Aplena, itemque Carbonarina Plinii aetate supra Fossiones Philistinas visenda extitisse ne dubito quidem. Haec omnia ex Philistinae Fossae redundantiâ emanabant. Nunc immutatam immensae paludis faciem ex novis deductis fossis, ex horrendis Padi, atque Athesis irruptionibus, ex maris recessu, ex limi ingestis montibus (unde ab Adriatico oppidum Adriae distat. passus XV. M.) omnes intelligunt.

(2) *Fossiones Philistinae*. Opus a Philistaeis peractum probabili, vel saltem eruditâ conjecturâ colligit Mazochius (e). Argumentationi utique accedent, qui Phoenices primos Italiae colonos faciunt. Constat enim hos in sacris literis vocari Philistaeos, ut egregiè ostendit Conradus Ikenius (f). Verùm in tanto antiquitatis silentio nullum nobis (demptâ nominis affinitate) manet indicium, unde Philistaeos, seu Philistinos ab indigenâ terrâ huc usque penetrasse statuamus. Plinii locum illustravit Coelius Rhodiginus; eoque scribente testatur nomen etiam durasse: *sed paulo modo luxatum, qui vetustatis mos est Pistrinam dicunt* [g]. Hujus etiam fossae vestigia multis in locis apparuisse affirmat, quae nostrâ aetate vix cerni monet Silvestrius (h). De Philistinarum Fossarum, vocisque origine diverse tradit Dalecampius.

[3] *Atesi*. Clarissimi omnis nomen absque aspiratione in membranis, & primigeniis vulgatis invenio [i]. Pari methodo in codicibus suis extare, atque ab antiquis scribi affirmat Junianus Majus in opere, quod de priscorum verborum proprietate concinnavit [k]. Nunc penè omnes Athesim reddunt; neque receptam scripturam improbare audeo, imò & ipse alibi secutus sum [l]. Vnicè tamen subjicio haud spernendâ auctoritate legi etiam *Atesim*. Ab Italis appellatur *Adige*, malè apud Albertum *Latice* [m], mirumque hujus, aliorumque errorem a Cluverio homine externo ritè adnotari. Paullò ante ex Apollinari Sidonio verba attulimus, ubi *velocem Athesim* appellet. Verùm haud satis de orthographiâ ex hoc loco judicabimus, cum inibi pro Ollio *Athesim* irrepsisse suspicer. Quâ enim ratione fieri potest, ut per Padum subvectus Apollinaris Lambrum, Adduam, Athesim, & Mincium *in suis etiam gurgitibus* Ravennam tendens inspexisset? De Lambro, Adduâ, & Mincio id utique recipiam: de Athesi nequequam. Unde velocem Ollium inibi legendum, vel Virum Clarissimum alium pro alio amnem posuisse fatendum erit calami errore non dubio. Haud ignoro Athesis miram velocitatem; sed hanc quoque Ollio adesse indolem adnotavi. Quare cum Ollius inter Adduam, & Mincium Pado misceatur: rectè inter utrumque servato navigationis ordine recensebitur. In Sidonii etiam antiquâ Mediolanensi editione adnotavi *Aduam* legi [n], quamvis in pleris que aliis litera *d* geminetur.

[4] *Brundulum*. Qui in hanc diem dicitur *Porto Brondolo* a Cluverio, Bonone, Harduino. In Cantellii [o] tabulâ *Porto di Brondola*, rectiùs a Dogliono *Porto di Brondolo* [p], a Leandro Alberto latinâ orthographiâ *Porto di Brundulo* [q].

[5] *Edronem*. Notavit Cluverius in Tabulâ Peutingerianâ, sive Itinerariâ vocari Ebronem; inde Mazochius vellet apud Plinium lectionem invertere. Verùm cum penè infinita hoc secundo in opere corrupta sint [r], non inde Plinianos codices sanandos ducerem tum magis, quòd in omnibus legem *Edronem*. Concordi scripturae adhaesit Silvestrius. Edronis portus arguitur, qui nunc Clodianus *Porto di Chioza* ab indigenis, & ab Italis *di Chioggia* appellatur.

[6] *Meduaci duo*. Haec restitutio Hermolao Barbaro debetur, qui modicâ differentiâ legit *Medoaci duo* ex vetustis codicibus. Nostri habent *Meduaci*, uti Cluverius, Buno, & Briețius. Convenit scriptura Livio, qui unius tantùm Meduaci meminit (s). In primigeniis impressionibus ineptè *Mediacidua* [t]; Medicinam emendatiores membranae faciunt Livii, & Tabulae Itinerariae comparatione, ubi Meduacus Major, & Minor haud obscurè innuitur, quamvis inibi ultimae literae desiderentur. Medoacus Major creditur, qui nunc *Brenta*, Minor *Bacchiglione*. Notandum tamen, utriusque, & Majoris praesertim cursum, satis humanâ arte immutatum (v). Quisquis nobilissimam Plinianam Eridani descriptionem Anonymi illius dictis conferet, unde Salmoni geogre-

[a] Ἠλιακῶν α' *pag.* 175. [b] *Eliacor. V. pag.* 149. [c] *Rom.* 1470. *Par.* 1476. *Venet.* 1483. 1491. [d] *Pag.* 18. [e] *Cit. pag.* 183. [f] *Antiquit. Hebraic. par. II. pag.* 354. [g] *Lib. V.* [h] *Pag.* 29. [i] *Rom.* 1470. *Parm.* 1476. *Venet.* 1483. 1491. 1496. 1499. [k] *In voce Atesis.* [l] *Lib. VI. pag.* 210. [m] *Descrip. Ital. pag.* 452. [n] *Vide edit. ann.* 1498. [o] *Tabul. Geograph.* [p] *Amphit. pag* 873. [q] *Cit. Descript. Ital.* [r] *Vide Astruc. Comment. ad Histor. Natur. Occitan. pag.* 88. [s] *Lib. X.* [t] 1470. 1476. 1483. 1491. [v] *Vide II. Tabulam Silvestrii.*

Ex Harduin. pag. 174.	Ex nostrâ recensione:
Pudet a Graecis Italiae rationem mutuari. Metrodorus tamen Scepsius dicit, quoniam circa fontem arbor multa sit picea, quales Gallice vocentur Padi, hoc nomen accepisse. Ligurum quidem lingua amnem ipsum Bodincum vocari, quod	*Pudet a Graecis Italiae rationem mutuari: Metrodorus tamen Scepsius* [1] *dicit, quoniam circa fontem arbor multa sit Picea, quae* Pades *gallicè vocetur* [2], *Padum hoc nomen accepisse* [3]*: Ligurum quidem linguâ amnem ipsum* Bodincum [4] *vocari quod*

ANNOTATIONES.

graphicum opus infinitis erroribus conspurcatur; obstupescet procul dubio hujusmodi anno Christianae Aerae 1751. Venetiis cudi potuisse. Vbi enim Padi cursus describitur, legimus [a]: *Dopo aver bagnato nel suo passaggio Torrino* [sic], *Casale*, *Piacenza*, *e Guastalla fatto già molto grande per la concorrenza dell' Adige*, *dell' Adda*, *del Tesino*, *dell' Arno*, *del Tevere*, *del Carigliano* [sic], *del Volturno*, *e di altri minori fiumi*, *si scarica finalmente per varie bocche nel mare di Venezia*. Parcendum procul dubio Cornelio Nepoti, qui Istrum e Danubio in Adriaticum scripsit effluere; postquam Arnum, Tiberim, Lirim, Vulturnum in Padum influere nuperrimè vulgatur; & eodem folio, atque alibi Italorum amnium cursus ritè explicatur.

[1] *Scepsius*. A patriâ Scepsi Troadis regione, itemque oppido. De hoc eruditè Harduinus in auctorum indice, ad quos Plinius provocavit. Addi potest Strabo non uno loco, & praesertim libro XIII., ubi illius fortunam & vitae exitum describit [b]. Cicero prodigiosam illius memoriam extollens: *non quaero*, ait [c], *quantâ memoriâ Simonides fuisse dicatur*, *quantâ Theodectes*, *quantâ is*, *qui a Pyrrho ad Senatum missus est legatus*, *Cineas*, *quantâ nuper Carneades*, *quantâ*, *qui modò fuit Scepsius Metrodorus*. In antiquis Plinii editionibus [d], itemque in pluribus membranaceis minùs rectè scribitur *Sceptius* [e]; quamvis antea ritè *Scepsius* [f] legatur. Id vocabuli in pluribus etiam Ovidii voluminibus corrumpitur, ubi adnotante Almeloveenio [g] restitues [h]

Non loca, *sed mores scriptis vexavit amaris*
Scepsius Ausonios, *actaque Roma rea est*.

[2] *Vocetur*. Hanc scripturam non modò vetusta exemplaria [i]; sed Johannes Nicolaus Victorius [k], Gelenius, Paulus Manutius, & Dalecampius retinuerunt. Addidit hic in orâ paginae Chifletianum exemplar, ubi loco *Padum hoc nomen* occurrit *Padi:* quae lectio ubi sustineatur, delendum esset *hoc*. In reliquis nihil vulgatae adimit. Inductam ab Harduino Pintianus indigitavit, qui sic habere brevius, & concinnius vetusta exemplaria affirmavit: quae sint minimè profert; in Ambrosiano I. *quales gallice vocatur padi*. In II. *quales gallice vocantur padi*. Eâdem saltem ratione Aleriensis, & Aquilejensis Praesulum lectio sustinebitur, quae mihi adhuc nitidior apparet.

[3] *Accepisse*. Scaliger a Syrorum voce *Pad*, quae campum: Menagius a Graecâ Βάθος, quae profundum sonat, Padi nomen deduxere. Johannes Baptista Passerius asserit *Paddan* locum inter duo flumina conclusum significare ---- additque *forte etiam Phryges Padani dixerunt terram sitam inter Simoin & Xantum*, *inde Padus Italis* [l] Mazochius itidem provocat ad Hebraicam linguam. Verùm neotericos magis hujus nominis originem Metrodoro calluisse quis credet, qui apud Graecos, Carthaginenses, & Mithridatem longè versatus ipsam gallicam vocis protulit rationem? Vbi enim similibus vellem indulgere, fas erit Menagio addere Eleos, qui Βάθυ nomen fluvio eorum regionem intersecanti imposuerunt [m].

[4] *Bodincum*. Ex allatis Plinii verbis omnino diversam Ligurum, & Gallorum gentem fuisse satis colligimus. Padum Galli a Piceâ, quae eorum linguâ *Pades*: Ligures *Bodincum* a profunditate, tanquam fundo carentem deduxere. Miror igitur in Ligurum deperditâ, inque Celticâ penè extinctâ linguâ neotericos quamplures Metrodoro, ac Plinio acutiores fuisse, cum utrumque vocabulum Gallicum esse contendant. Germanorum, seu priscùm Gallorum idioma Celtico in multis convenire utique fatear: ipsissimum fuisse pertinaci spiritu negabo. Et sanè Piceam Germanis *Tanne*, non *Pades* dictam supernè adnotavimus; quâ in voce nihil commune utrique Populo invenio. Frustra igitur laborat Cluverius, & cum illo Transalpinorum plerique, Bodinei etymologiam ad patrium idioma deducentes, eo quia *Boden*, tum vasis, tum amnis fundum Germanis in hodiernam diem significet [n]. Carrovius, & Rovillaeus videntur Cluverio accessisse, qui etiam apud Plinium cunctis refragantibus libris *Bodencum* legunt [o]. Alios tum Italos, tum Gallos XVI. seculo in hujus vocis origine Cluverio, & Paullo Merulae illuxisse invenio; quos inter Angelum Roccham, & Dalecampium, cum primus a Germanicâ voce *Boden*: alter secundam vocem jungendam affirmet, & qui fundo destituuntur *Boden loss* vocitentur. Vbi novam cum Plinii enarratore addamus additamentum, quisnam in *Loss* volitum sonum reperiet? Omnium insuper pace dictum sit Germanos vocabulo *Boden*, non unicè fundum: sed terram, solum, tabulatum designare. *Zu boden fallen*: in terram decidere: *Zu boden stossen* in terram conjicere utique sonat. Harduinus postquam Polybii locum adduxit, ubi Padum ab accolis Βόδεγκα vocari tradit [p], ad Chorierium confugit, qui „ ait vocalam *Inc* sine: *Bod* (unde Gallis etiam num *le Bout*) finem, fundum, sive extremum significare: Bodincum proinde voce ex utrâque conflatâ fundo carentem sonare „ Astrucius ad Catonis fragmenta [quae genuina videtur judicasse] provocat [q], ubi quod Liguribus *Botigum*, Thuscis *Botigon* appellari innuitur; & *Bot*, sive *Bod*, extremitatem significare: *enc* verò *fine*, *sans*; ad quae probanda ad Celtica pergit lexica; atque ultimò affinitatem inter Celtarum, & Sabinorum linguas agnoscit [r]. Neotericorum Gallorum idioma ad Germanicum Celticumque, deducere impossibile reor, cum recentiores Gallicae, Hispanae, Italaeque voces a corruptâ Latinorum linguâ, ut plurimum, emanaverint. Hâc de causâ nugatur Bernardus Saccus, qui Bodincum Ligusticâ linguâ clariùs dici *Vodinquum*, quasi *Vadum iniquum* somniavit [s]. Nos Bodincum, sive ut habent Landianus, & Ambrosiani codices *Bodingum*, Ligusticam vocem cum Metrodoro, Polybio, & Plinio unicè agnoscemus: notandumque Naturalis historiae auctorem, Graecis, & Metrodoro Romanorum hosti adeò infensam illius tamen sententiae accessisse. Hinc Ligures potiùs a Graeciâ, cum Sempronio, & Catone (non quidèm suppostitiis) sed genuinis affirmabimus; cum illorum testimonium hâc in re a Dionysio Halicarnassaeo proferatur (t), ut toties ostendere conati sumus.

(a) *Tom. XVIII. pag.* 47. (b) *Lib. XIII. pag.* 907. *& seq.* (c) *Lib. I. Tuscul. quaest.* (d) *Ann.* 1470. 1476. 1491. 1496. 1499. 1507. *&c.* (e) *In nostris Codd. & Ambr.* (f) *In Elencho lib. III.* (g) *Consule edition. Strab. ab eo curatam cit. pag.* 907. *num.* 2. (h) *De Pont. lib. IV. eleg.* 14. (i) 1470. 1476. 1491. *&c.* (k) *Edit. Lug.* 1561. *pag.* 46. (l) *De Hebraismo Aegyptior.* (m) *Vide Pausan. Eliacor. V. pag.* 149. *graec.*, *&* 129. *latin.* (n) *Ital. Antiq. lib. I.* (o) *Tom. VII. lib. XXV. pag.* 3. *& seq.* (p) *Lib. II. pag.* 174. *num.* 2. (q) *Histor. Natur. Occitan. pag.* 416. (r) *Pag.* 438. (s) *Histor. Ticin. lib. III.* 3. (t) *Lib. I.*

Ex Harduin.

quod ſignificet fundo carentem. Cui argumento adeſt oppidum juxta Induſtria, vetuſto nomine Bodincomagum, ubi praecipua altitudo incipit.

Ex Harduin. XVII. pàg. 174.

XXI. Tranſpadana appellatur ab eo regio undecima, tota in Mediterraneo, cui maria cuncta fructuoſo alveo important. Oppida: Vibi forum, Seguſio. Coloniae ab Alpium radicibus, Auguſta Taurinorum, antiqua Ligurum ſtirpe, inde navigabili Pado. Dein Salaſ-

Ex noſtrâ recenſione.

quod ſignificet fundo carentem : cui argumento adeſt oppidum juxta Induſtria [1] *vetuſto nomine Bodincomagum* [2], *ubi praecipua altitudo* [3] *incipit.*

Tranſpadana appellatur ab eo [4] *Regïo XI.* [5] *tota in Mediterraneo, cui maria cuncta fructuoſo alveo importat* [6]. *Oppida Vibjforum* [7], *Seguſio* [8] *: Coloniae ab Alpium radicibus Auguſta Taurinorum* [9] *antiquâ Ligurum ſtirpe, inde navigabili Pado. Dein Salaſ-*

ANNOTATIONES.

(1) *Induſtria*. Aliqua ſupernè de antiquâ Induſtriae poſitione attigimus. Recedendum igitur a Cluverio, Brietio, Cellario, Dalecampio, Harduino, caeteriſque Induſtriam in Caſalis Sancti Evaſii oppido ſtatuentibus; cum anno 1743. initia apparuerint antiquae urbis apud vicum Montis Acuti, quem vulgus appellat *Monteu di Pò*. Diſtat ab Auguſtâ Taurinorum XVI. M. P., manentque veteris appellationis indicia in diplomatibus ad aedem *Sancti Joannis Baptiſtae de Luſtriâ* pertinentibus; atque pluribus in elogiis, ubi Induſtrienſium memoria recolitur. Haec omnia Ricolvii, ac Rivautellae diligentia in lucem eduxit. Monumentorum princeps Pompejo Herenniano ſacrum aeneâ tabulâ in hanc ſpeciem commendatur (*a*):

GENIO . ET . HONOR
L. POMPEI. L. F. HEREN
NIANI . EQ. ROM. EQ. PVB.
Q. AER. PET. ALIM. AEDIL.
II VIR. CVRATORI
KALENDAR . REI . P.
COLLEGIVM PASTO
PHORORVM . INDVS
TRIENSIVM . PATRO
NO . OB. MERITA

Reliqua conſule apud laudatum Ricolvium, qui ab Anonymo Salmoni corruptore *Rivoli* loco *Ricolvi* appellatur (*b*).

(2) *Bodincomagum*. Conjecerat ineptè Flavius Blondus Plinii Bodincomagum eſſe Bondeni vicum ad Scultennam poſitum: mirorque illum ſequi Ludovicum Dominicum, cum Blondi hallucinationem patefecerat Leander Albertus. Vidimus ſupernè Ambroſianum Guarini Codicem *Bodingum* pro Bodinco legere. Hoc loco *Bondigomagum* invenio. In altero F. Petri Ticinenſis *Bodigomagum*. In Landiano *Bodingomagum*.

(3) *Praecipua altitudo*. Adnotarunt Ricolvius, & Rivautella, quòd circa Taurinum aliquâ difficultate Padus navigatur. Verùm hujuſmodi comparatè ad Induſtriam intelligenda ſunt; nam ego Nonis Julii anno 1751. Auguſtâ Taurinorum diſcedens haud modicâ cymbâ ad Caſalenſem urbem perveni: neque aeſtivis diebus, quibus flumina decreſcunt, Padus augebatur. Optimè igitur Plinius de Taurino dixit; *inde navigabili Pado*; atque apud Bodincomagum laudato fluvio praecipuam altitudinem aſſignavit; cum Pado miſceantur Duria, Orgus, Mallo; ac inter Creſcentinum, & Montem Acutum Duria Balthea, uti opportunè animadvertunt allati Ricolvius, & Rivautella (*c*).

(4) *Ab eo*. Nempe ab Auguſto Tranſpadana Regio undecimae appellatione diſtinguitur.

(5) *Regio XI*. Cum numerabilibus notis plerumque utatur Plinius: haec multis in codicibus vitiantur, ut videre eſt in Parmenſi primigeniâ editione, Brixianis, aliiſque, in quibus Regio IX. loco XI. ingeritur; unde a vicinis typographis perperam characteribus exceptum *Regio nona* (*d*). Laudatae a nobis membranae, & Alerienſis Epiſcopus rectè *Regio XI.* (*e*) ita & Politiani codices.

(6) *Importat*. Antiquam lectionem neſcio cur immutaverint caſtigatores. Vndecimae Regioni maria cuncta, ideſt divitias omnes, merceſque utiliſſimo alveo a Pado collatas deſignat. De lini culturâ legimus (*f*); *ignoſcat tamen aliquis Aegypto ſerenti, ut Arabiae, Indiaeque merces importet*. Genuina igitur & hoc loco Naturali hiſtoriae vox reſtituatur, quam exhibent Landiani, Ambroſiani, aliique codices, uti antiquiores impreſſiones (*g*); a quibus paullò poſt receſſerunt Veneti typographi (*h*).

(7) *Vibjforum*. Nunc *Revello*, uti Ricolvius, ac Rivautella innuunt [*i*]: Harduinus *Caſtel fiori* Cluverium ſecutus. Verùm ſatis differunt Forum Vibii, & *Caſtel fiori*; quod ultimum a floribus non a foro deductum apparet: contra diruto Vibjforo Revellum ſucceſſiſſe conjectant. Secuta a nobis orthographia difficultatem in oppidi nomine a Cluverio indicatam de medio tollet. Ambroſ. I. legit *Viviforum*, II. *Biviforum*.

(8) *Seguſio*. Alii Seguſium (*Suſa*) barbaris ſeculis *Secuſium*, & *Secuſio*. In Hieroſol. Itinerario *Civitas Secuſſime* (*k*).

(9) *Auguſta Taurinorum*. Vrbs verè nobiliſſima & pulcherrima, quae Coloniae etiam Juliae Auguſtae (utpote ab Auguſto deductae) nomen invenit. Conſule eruditum Pingonium [*l*]. Elapſi ſeculi nugis indulgens Theſaurus in Flavio Arioaldo praeclariſſimi oppidi cive -- *Torino*, ait, [*m*], *Città veramente Auguſta, Figlia de' Ceſari per eſſer Madre de' Regi*. Antequam in Romanorum poteſtatem deveniret, Tauraſia appellabatur.

[a] *Vide Ricolv. pag. 148. & 154.* [b] *Tom. XVIII. pag. 169.* [c] Sito d' Induſtria *pag. 174.* [d] *Venet. 1491. 1496. 1499.* [e] *Vide edition. Roman. 1470.* [f] *Lib. XIX. 1.* [g] 1470. 1476. [h] 1491. 1496. 1499. *&c.* [i] *Marmor. Taurinenſ. Par. II. pag. 50.* [k] *Pag. 556.* [l] *In Auguſt. Taurin.* [m] Regno d' Italia *pag. 121.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
sorum Augusta Praetoria, juxta geminas Alpium fores, Graïas atque Poeninas. His Poenos, Graïis Herculem transisse memorant. Oppidum Eporedia, Sibyllinis a populo Romano conditum jussis. Eporedias Galli bonos Equorum domitores vocant. Vercellae Libicorum ex Sallyis ortae, Novaria ex Vertacomacoris,	*sorum Augusta Praetoria* [1] *juxta geminas Alpium fores* [2], *Grajas*, *atque Peninas* [3]. *His Poenos*, *Grajis Herculem transisse memorant*. *Oppidum Eporedia* [4] *Sibyllinis libris a Po. Ro.* [5] *condi jussum*: *Iporedios* [6] *enim* [7] *Galli bonos equorum domitores vocant*. *Vercellae Libitiorum* [8] *ex Salvis ortae* [9], *Novaria ex Vertamacoris*,

ANNOTATIONES.

(1) *Augusta Praetoria*. Hanc Italis *Aosta*, & *Augosta* dici tradidit Harduinus. In secundâ dictione neque ipsi, neque aliis Transalpinis accedendum, cum *Aosta* unicè vocitetur. Quaedam, nec obvia, de illustri oppido cursorio calamo exhibent Ricolvius, ac Rivautella, quos etiam de illius ichnographiâ edendâ cogitasse invenio (*a*). Augustae Praetoriae ager vocatur *Valle d' Aosta*, utpote montibus inclusus: indigenae brevitati studentes regionem appellant *Valdosta*.

(2) *Fores*. Harduino subscribit Ambros. I., alii etiam habent *fauces*, quod in idem collineat.

(3) *Peninas*. Ita nostri codices, Landinus, Ambrosiani cum Aleriensi Antistite. Reliqua exemplaria *Poeninas*; cui scripturae additum robur conjiciunt, tanquam a Poenis nomen acceperint. Verùm non a Poenis, sed longè ante primigenium harum Alpium cognomen, scilicet a Penino Deo effluxit; cumque in ipso Jovis monte (qui neotericis Divi Bernardi) inventum fuerit elogium, ubi legimus:

LVCIVS LVCILLVS
DEO PENINO
OPTIMO
MAXIMO
DONVM DEDIT

patet ex hoc, & infra dicendis ante secundum Carthaginense bellum jamdiu notam fuisse Peninarum Alpium appellationem. Haec omnia erudito commentario persequitur Cluverius, qui *Penninas* mallet legere (*b*), orthographiâ ab aliis firmatâ, nomen a Deo Pennino pariter deducentibus. Hic utique Jupiter, cujus cognomina *Optimi*, *Maximi* (*c*) in celsissimis jugis colebatur. Haud ignoro allatum elogium cucullato Martino, magisque Scipioni Maffejo suspectum. Vt genuinum tamen recipitur a Gudio (*d*), Sponio (*e*), Harduino (*f*), Wesselingio (*g*), & longâ argumentatione defenditur a Bochato (*h*). Vt verum fatear priora illa verba

LVCIVS LVCILLVS

aliquid suspicionis videntur inducere, cum raró in Latinorum elogiis praenomen integris elementis reddatur; & *Lucilius*, non *Lucillus* pro gentiliciâ appellatione scalpendum veniret. Attamen, vel antiquum adeò est elogium, ut secundum bellum Punicum sequatur, vel inibi *Lucilius* legendum, vel ex Lapicidae inscitiâ incisum *Lucillus*. Nullam enim video caussam, cur elogium quinque hisce versibus constans a falsario conditum fuerit. Vtcumque tamen se res habeat, Livii testimonium (quod Maffejus optimè restituit (*i*): *a Deo, quem in summo sacratum vertice Peninum montani appellant* [*k*]) nominis originem ostendit. Jovis insuper *Apenini* memoriam habemus apud laudatum Maffejum. Neque sanè restitutioni nostrae officiet, quòd in elogio (Valli Tellinae fortasse tribuendo) legatur VALLIS POENINAE: nam scriptura (ubi genuina sit) longè Hannibalis temporibus recentior ad Alpes Peninas minimè spectabit, quarum hîc situs quaerendus non tantùm e L. Senecae (*l*), & Taciti (*m*) scriptis roboratur; sed aperto suffragio indigitat Antonini Itinerarium, ubi legimus:

EPOREDIA - - - - - - - -	M. P. XXXIII.
VITRICIO - - - - - - - - -	M. P. XXI.
AVGVSTA PRAETORIA	M. P. XXV.
SVMMO PENINO - - - - -	M. P. XXV.
OCTODVRO - - - - - - - -	M. P. XXV.

Iis sanè verbis & Alpium Peninarum situs, & nomen evincitur.

(4) *Eporedia*. Ambrosianus I. & Landianus legunt *hyporedia*: Guarinianus *yporedia*.

(5) *A Po. Ro.* Haec ab antiquis exemplaribus deducta (*n*) sibi meliùs cohaerent, quàm ab Harduino ingestum; *Sibyllinis a Populo Romano conditum jussis*. Gelenius, Paullus Manutius, Jo. Nicolaus Victorius (*o*), Surita, Cluverius, & Emanuel Thesaurus nobis subscribunt; neque differt Dalecampius, quamvis ineptam unius voculae ex Chiffletiano codice afferat discrepantiam. Hanc pariter invenies in Ambros. I. nempe *sibillinis libris a populo Romano condi jussisse*. In II. *conditum jussisse*. Alias etiam Wesselingius adnotavit (*p*).

(6) *Iporedios*. Ambros. I. legit *yporedios*. II. *yporedias*. Ex membranis Dalecampius *Iporedicos*. Vetustae editiones *Eporedicas*. Thesaurus videtur legere apud Plinium huic nomini adjectam aspirationem, uti oppidum *eporhedia* (*q*): quâ de caussâ nescio. Ambrosiano I. accedendum putarem in dictionis fine, Dalecampii membranis in exordio, ut *iporedios* Galli dixerit bonos equorum domitores etymologiâ a Graecis petitâ, quibus ἵππος geminatâ literâ ππ *equus* appellatur: *Redios* verò a ῥέδω *facio* deducerem, cum equos antea indomitos, hominibus utiles efficerent. Hujusmodi videntur innuere Celticam linguam multùm Graeciae debuisse, quamvis temporis tractu Celtae graecarum literarum figuram, & sonum omnino ignoraverint, quod ex Julii Caesaris testimonio alibi ostendemus. Romanos demum proprio ore *Eporediam* oppidum pro *Iporedia* dixisse nil mirum, saepe saepius vocalibus *i*, atque *e* conversis, atque immutatis.

(7) *Enim*. Haec particula vetustis exemplaribus recepta, & causalem nominis conjunctionem importans, non erat a neotericis expungenda. Colligerem Eporediae nomen oppido a Romanis impositum, ut Reipublicae hostes, urbem ad eos frenandos conditam probè intelligerent.

(1) *Libitiorum*. Restituo ex I. Ambrosiano, & Landiano. Guarinus legit *Libiciorum*, quod idem. Aliae etiam membranae, & primigeniae editiones habent *Libitiorum* (*r*). Hi populi in Livii impressis voluminibus appellantur *Laebecii*, ubi fortassis diphthongus redundat; nam apud Polybium Λεβέκιοι, apud Ptolemaeum Λιβικοὶ dicuntur. Colligunt inde nomen deduxisse *Vicum Libitiorum* aliis *Lebetiorum*, qui nunc *Borgo Lavezzaro*, & minùs rectè a Leandro Alberto appellatur *Borgo Lavezzà* (*s*).

(2) *Ex Salvis ortae*. Neque apicem Ambrosiano I. Landiano,

[a] Sito d' Industria *pag.* 171. [b] *Ital. Antiq lib. I.* 32. [c] *Vide Cantarium pag.* 93. [d] *Pag. LIV.* 6. [e] *Miscell. pag.* 58. [f] *Pag* 174. *num. II.* [g] *Ad Antonini Itinerar. pag.* 351. (h) *Tom. II. pag.* 442. (i) *Museu-Veron. pag. LXXIX.* (k) *Vide Liv lib. XXI.* (l) *Epist. XXXI.* (m) *Histor. lib. I.* (n) 1470. 1476. 1483. 1491. 1496. (o) *Vide edit. Lugdun.* 1561. *pag.* 45. (p) *Ad Antonini Itiner. pag.* 345. (q) *Pag.* 383. (r) *Consule Dalecamp. cit. loco.* (s) *Pag.* 434.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
coris, Vocontiorum hodieque pago, non (ut Cato existimat) Ligurum: ex quibus Levi & Marici condidere Ticinum, non procul a Pado: sicut Boii trans Alpes provecti, Laudem Pompejam, Insubres Mediolanum. Orobiorum stirpis es-se	*coris* [1] (*Vocontiorum hodieque pago, non ut Cato existimat Ligurum*) *ex quibus Levi* [2] *& Marici* [3] *condidere Ticinum* [4] *non procul a Pado: sicut Boii trans Alpes profecti* [5] *Laudem Pompejam* [6], *Insubres Mediolanum* [7]. *Orobiorum stirpis es-se*

ANNOTATIONES.

no, Romanis, ac Parmensibus editionibus additum invenies. Guarinus legit *ex alvis*, ubi literula *s* desideratur. Vercellae igitur (quae Italis *Vercelli*) ortum deducent ex Salvis Ligurum ultra Alpes illustri Populo, de quo supernè egimus.

(1) *Vertamacoris*. Cum laudatis membranis, & impressis voluminibus (*a*) recipio; quibus convenit Albertus, & illustris Scipio Maffejus (*b*). Editiones Venetae 1496. 1499. 1507. habent *Verramacoris*. In aliis invenio *Vertacomatoris* (*c*). Barbarus in Plinianis castigationibus, Gelenius, Paullus Manutius Harduino subscribunt. Quae hic affert ex Nicolao Chorierio ad rem facient. Ostendit enim Chorierius agrum in Delphinatu, qui in hanc diem *Vercors* appellatur (*d*). Nominis textura quamvis corrupta, minùs a Vertamacoris, quàm a Vertacomacoris abhorret. Adest in Comensi antiquus vicus VII. ab oppido lapide, cui *Vertematis* appellatio, fortasse ab aliquâ Vertemacorum prole olim conditum. De Novariâ consulantur municipes scriptores, qui tamen cautè legendi, cum fabulis patriae originem involverint, ut Paullus Merula adnotavit (*e*): arguendus tamen & ipse, cum falsò prodiderit Novariam in agro Laumellino extare, quando proprium, & diversum constituit territorium.

(2) *Levi*. Levos Ticini amnis accolas Ligurum antiquam stirpem innuit Livius (*f*), ubi nomen ex membranis Mediolanensibus restituendum, in quibus scriptura Plinio conveniens diphthongum omittit. Fatemur tamen cum Sigonio Livii locum satis ab amanuensibus depravatum, quâ de re alibi. Plerique legunt *Laevi* etiam in Plinio contra membranarum fidem. Horum princeps dicendus Bernardus Saccus, qui etiam Laeumellinam pro Laumellinâ, a *Laevis* & *melio* dictam somniavit: gratis omnino, cum Laumellina regio a Laumello olim oppido, nunc vico nomen deducat.

(3) *Marici*. Vnus Plinius, quòd sciam, inter antiquos hujus gentis meminit; ideoque novo argumento caeteris Geographis praeponendus. Nescio, cur a Brietio laudati populi vocentur *Marisci*. Vana omnino de Maricorum origine post Blondum vulgarunt Neoterici. Conjicit Bernardus Saccus Maricae Ticinensis urbis portae [quae *Marenga* appellatur] inde nomen deduxisse; quâ de re ipse rogetur. Nos cum Plinio Levos, & Maricos Ligurum stirpem fuisse unicè affirmabimus.

(4) *Ticinum*. Barbaricis seculis *Papiae* appellationem invenit [*g*]; olim Italici Regni sedes [*h*]. Nunc ob distractam meliorem territorii partem in dies ab antiquo decidit splendore. In historiâ Miscellâ Ticini conditores dicuntur Boii [*i*]. Alii alia, quorum opiniones collegit Saccus [*k*]. Nos iterum Plinio firmiter adhaeremus, qui primam Ticinensis urbis originem Levis, & Maricis tribuens, hos a Boiis, qui Laudem Pompejam condiderunt, omnino separavit. Id ante nos eleganter attingit in patriae suae historiâ Breventanus [*l*]. Ticinum Italis *Pavia*.

(5) *Profecti*. Ita omnes dempto Harduino, apud quem typographico mendo, ut suspicor, *provecti*.

(6) *Laudem Pompejam*. Harduinus „ ad ripam, *ait* Ad„ duae fluminis *Lodi*, vel potiùs *Lodivè* vicus a *Lodi* dis„ situs III. mill. pass. „ Certum est Laudem Pompejam extitisse, ubi nunc *Lodi vecchio*, cujus appellatio ab Harduino, & Cellario italicae linguae ignaris corrumpitur; & diversâ etiam scripturâ a Cluverio, & Bunone vitiatur. Hoc oppidum *Laus* unicè dicitur in Antonini itinerario, & Paullo Diacono [*m*]. Qui *Laudam* appellarunt, Barbaris omnino scriptoribus accensendi; iis incautè videtur accessisse Paullus Merula [*n*]. Nova Laus per Fridericum Ahenobarbum condita tribus mille passibus distat ab antiquo oppido [*o*]. Latinum nomen invenit a Pompejo Magni patre, cui Laudenses Pompejani hocce elogium in publico Xysto dedicarunt [*p*]

GN. POMPEIO . STRAB. ROM. COS.
OB VRBEM A BOIIS OLIM CONDITAM
NOBILITATE ATQVE AMPLITVDINE
CONSPICVAM
S. P. Q. R. DECR. IVRE LATINAE COLON.
AC PROPRIO NOMINE DECORATAM
LAVDENSES POMPEIANI
NOMINE AC ORNAMENTIS
AVCTI
GRATI ANIMI MONVMENTVM
P.
ANNO DOMINI MDCXV.

Romanorum coloniam Laudem fuisse sibi post Onuphrii Panvinii [*q*], aliorumque sententiam [*r*] plures persuasere. Modestius oppidani latinae tantùm coloniae jura sibi vindicarunt. An vera Romanorum fuerit colonia, nihil certi affirmari posse asserit Cluverius: oppositum cum Plinio statuendum; Laudensibusque sufficiat eorum urbem illustribus municipiis annumerare; quod decus Hadrianum Imperatorem coloniis praeposuisse alibi ostendimus.

(7) *Mediolanum*. Vrbs cunctis post Romam comparanda: Varroni, Livio, juniori Plinio, Tacito, Orosio, Ausonio, Ferculso inter Latinos celebrata. Graecis Polybio, Straboni, Ptolemaeo, Procopio &c. Illius obscuriorem historiam nuperrimè reseravit pluribus voluminibus Vir Cl. Georgius Comes Julinus.

[a] 1470. 1476. 1483. 1491. [b] *Veron. Illustrat.* [c] *Ven.* 1519. *edit. Dalecamp.* 1615. *pag.* 52.
[d] *Lib. I. pag.* 11. [e] *Part. II. lib. IV. pag.* 1031. [f] *Lib. V.* [g] *Vide Berettam in tabul. corograph. medii aevi.*
[h] *Consule Thesaur. Regn. Ital. ad ann.* 574. *pag.* 93. [i] *Lib. IV.* [k] *Ticin. histor. lib. II.* 6.
[l] Storia di Pavia *lib. I. fol.* 20. [m] *Vid. Paul. Warnefrid. lib. VI.* 20. [n] *Part. II. lib. IV.*
[o] *Vid. Leandr. Albert. pag.* 407. *& Baptist. Villanovam lib. II. pag.* 37. [p] *Citat. Villanov. pag.* 3.
[q] *De Imper. Roman.* [r] *Vid.* lo stato presente di tutti li Paesi *Tom. XIX.* §. 3. *pag.* 59.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
ſe, Comum, atque Bergomum, & Licini forum, & aliquot circa populos auctor	*ſe Comum* (1), *atque Bergomum* (2), *& Licinoforum* (3), *& aliquot circa populos auctor*

ANNOTATIONES.

[1] *Comum*. De patriâ noſtrâ antiquum nomen adhuc ſervante [quae & Novocomum dicta] ſatis eſſe poſſunt libro III. collecta. Haec omnia fuſiùs retractabimus in opuſculo de Comenſium origine, ante patriam Benedicti Jovii hiſtoriam edendo. Illud obiter notandum, Comum primo loco recenſitum, illuſtrius Orobiorum oppidum apparere; quod aliis quoque oſtenditur argumentationibus, cum longè antea Comenſium, quàm Bergomatum recordatio in Romanorum hiſtoriis occurrat; tantâque olim cives noſtri fuerint potentiâ, ut cum ipſo Gentium victore Populo belligeraverint [a]: quod nuſquam de Bergomatibus ſpeciatim vulgatum invenies. Vltimò Barra Bergomi mater haud vetuſtiſſimam filiorum originem indigitat. Quâ de re ſtatim. Italis appellatur *Como*, Gallis *Come*, non *Comes*, ut apud Ptolemaeum excidit Petro Bertio.

[2] *Atque Bergomum*. Non praetereunda hacce in illuſtratione Ferdinandi Cacciae Bergomatis opinio, qui XVII. ab hinc annis proavorum neniis ea addidit, quae illius ſcribendi, & judicandi methodum ab omnium ingeniis ſepararent. Auctoris italica verba ponam, ut de obſoletâ orthographiâ ab aliis: de minùs rectâ argumentatione a nobis rogetur. Cum enim allata Plinii verba perpenderet, invitum auctorem tali pacto ſollicitavit [b]:

„ *la voce latina atqe indica ſentſa dubio bergamo preferito*
„ *a Como il qale in tolomeo ne la tradutſione di bilibaldo*
„ *pirche ſi ritrova chiamato con altro nome comum aut toe-*
„ *nea vicus*
„ *atqe non è al certo ſinonimo di et, ma ſignifica cio che*
„ *noi direſſimo ma in ſpecie o antſi genus unde latinum*
„ *albaniqe patres atqe alte menia rome ma in ſpecie le mu-*
„ *ralie de l alta roma antſi le muralie de l alta roma*
„ *coſi comum atque bergomum como ma in ſpecie bergamo*
„ *antſi bergamo*

Noviſſimum profectò cuilibet evadet Cacciam tantâ oſcitantiâ Plinii, ac Virgilii dicta interpretari; iiſque agendis viam ex falsâ Ptolemaei ſententiâ ſtraviſſe. Non omittendum primò prioribus tantùm labiis Bilibaldi Pirkeymheri verſionem attigiſſe, cum ab illo italicâ linguâ *Pirche* appelletur, eâ ex cauſâ, quòd Claud. Ptol. libri octo EX BILIBALDI PIRKE-*ymheri tralatione* titulum praeſeferunt: unde gentiliciam Bilibaldi appellationem majoribus minoribuſque characteribus a typographo Portâ conflatam [c], in priori parte finitam opinaretur. Caeterum, cum Pirkeymherus notiſſimus XV. ſeculo ſcriptor evaſerit [d]: illius nomen Caccia minimè ignorare debebat, quòd Germanis eſt *Pirkeimer* [e]. Fateor in Bilibaldi latinâ verſione legi *Comum aut toenea vicus* [f]: quae ultima ineptiſſima a Pirkeymhero, ſeu a quocumque alio inſita, tanquam Ptolemaei verba hoc loco ſubjecta indolemus. Κώμη Graecis vicum ſonare; idque de primâ patriae noſtrae origine intelligendum monuimus [g]. Verùm nihil horum ſcripſit Ptolemaeus; in cujus codicibus legimus unicè Κώμον: in Palatinis verò membranis additur ἔτι νεα κώμη: unde *Comum, ſive Novum Comum* cum Bertio erat vertendum [h]. Malè igitur accepit graecas voces νεα κώμη Bilibaldus; ut pro Novo Como vulgaret *toenea vicus*. Caccia verò Pircheymheri erroribus falſam ex Virgilio addit interpretationem, cum Poëtae locus ab omnibus praeterquam ab ipſo intelligatur; nec particula *atque* aliud, niſi *&* per ſynonimiam ſignificet. De Aeneâ in operis initio canens Virgilius ita exorditur [i]:

Multa quoque & bello paſſus dum conderet urbem,
Inferretque Deos Latio: genus unde Latinum
Albanique patres, atque altae moenia Romae.

unde Hannibal Carus eleganter de more

E che con dura, e ſanguinoſa guerra
Fondò la ſua Cittade, e li ſuoi Dei
Ripoſe in Lazio: onde cotanto crebbe
Il nome de Latini, il Regno d' Alba,
E le mura, e l' Imperio alto di Roma.

Vt autem aliqua de illuſtris oppidi nomine addamus; illud merè gallicum, ſive celticum a Cluverio, & pleriſque innuitur. Quae Cato de primâ gentis origine ignoravit, & Cornelius Alexander aperuit: ii ad neotericos Germanos, & Anglos confugientes oſtendere minimè diffitentur: Non tamen animadvertunt, quòd Cato Orobiorum originem ſibi ignotam affirmans, Bergomates itidem a Barrâ oppido ejuſdem gentis ortos tradit. Corruere igitur neceſſariò debent celtica vocabula in urbe a Barranis conditâ; cui Bergomi nomen dediſſe magis rationi congruum videtur a *pergamo* graecâ voce, eo quia urbem ſublimi in loco aedificaverint. Pergama enim omnia editiora vocabantur. Hocce nomine olim dicta Troja, & Πέργαμος Aſiae urbs nobiliſſima. Bergomum etiam *Pergama* a Procopio [k], aliiſque, & *Bergamum* [l], & *Pergamus civitas* [m] a Paullo Langobardo appellatur. Iis poſtmodum ferrei ſcriptores adhaeſerunt. Licèt igitur inſulſos eos dicat Paullus Merula, qui Bergomi originem Graecis attribuunt (n): ab eorum ſententiâ minimè diſcedam; quamvis concinnius Romano ore reddatur *Bergomum*; unde Antonini Itinerarium deduxit *Bergomo* (o).

(3) *Licinoforum*. Vnico habent contextu noſtri codices, & Joviani; quamvis in Benedicti Jovj hiſtoriâ patriâ editum ſit *Liciniforum* (p); quae ſcripturâ ab omnibus plerumque recipitur. Vidimus ſupra Jovium conjeciſſe vetus Licinoforum in Incini pago ſtatuendum; quam opinionem vero propriorem hoc etiam loco affirmavit. Illi accedunt Triſtanus Calchus (q), Gaudentius Merula (r). Paulus Jovius (s), Porcacchius (t), Johannes Antonius Caſtillionaeus (u), Sigiſmundus Boldonus (x), Petrus Raphaelius (y), allatus Caccia &c. Contra Marius Niger (z), & Petrus Galeſinus (aa), Lignanum (*Legnano*): Chryſoſthomus Zancus Leceunm (bb), Cluverius Barlaſſinam (cc), Licinoforo ſtatuunt ſucceſſiſſe. Inter Barlaſſinam, & Incinum haeret Cellarius (dd); Ignoti ſitus pronunciat Harduinus.

Quae de Leceno ſcripſit Zancus omnino inepta evadunt, cum Lecenum XV. M. P. a Como diſtans tenuis villa in cautibus poſita nec comerciis, nec multis alendis hominibus idonea videatur. Germani Licinoforum in Barlaſſinâ agnoſcentes nimiùm Inſubrum fines coërcent; atque in ipsâ vici orthographiâ peccant, cum pro *Barlaſſinâ* reddiderint *Berlaſſina*. Allata de Licinoforo ab In-

[a] *Vide bar. Diſquiſ. tom. I. lib. III. pag. 63.* [b] Riſpoſta al Sig. Muratori ſopra l'iſtoria di Bergamo.
[c] *Vide edition. Claud. Ptolemaei Lugduni apud Hugonem a Portâ M. DXLI. fol. max.*
[d] *Vide Paul. Jov. in elogiis. Melchior. Goldaſtum &c.* [e] *Ladvocat. tom. II. pag. 359.* [f] *Lib. III. 1. pag. 47.*
[g] *Lib. III. pag. 60.* [h] *Lib. III. 1. pag. 69.* [i] *Aeneid. lib. I. verſ. 9. & ſeq.* [k] *Goth. lib. II. 22.*
[l] *Lib. VI. 20. de geſt. Langobard.* (m) *Lib. II. 14.* (n) *Part. II. lib. IV. 35. pag. 1018.*
(o) *Vid. edition. Weſſeling. pag. 127.* (p) *Hiſt. patr. lib. I. pag. 1.* (q) *Hiſt. patr. lib. I.*
(r) *Antiq. Gallor. Inſubr. lib. I. 8.* (s) *Larii fol. XXI.* (t) Nobiltà — — di Como *lib. I. pag. 6.*
(u) *Mediol. antiq. pag. 556.* (x) *Larii pag. 12.* (y) Hiſtoria della vittoria qual ebbe Azzio Visconti *pag. 30.*
(z) *Geograph. commentar.* (aa) *Vide laudat. Raphaelium.* (bb) *De Orobior. ſive Cenomanor. origin. lib. I.*
(cc) *Ital. antiq. lib. I. 25.* (dd) *Notit. Orbis antiq. tom. I. par. II. pag. 545.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
ctor est Cato: sed originem gentis ignorare se fatetur, quam docet Cornelius Alexander ortam a Graecia, interpretatione etiam nominis, vitam in montibus degentibus. In hoc situ interiit oppi-	*ctor est Cato* (1)*; sed originem gentis ignorare se fatetur, quam docet Cornelius Alexander* (2) *ortam a Graeciâ, interpretatione etiam nominis vitam in montibus degentibus* (3)*. In hoc situ interiit oppi-*

ANNOTATIONES.

Insubrum territorio summovendo, Lignano pariter obsistent, cum illustris vicus XVI. M. P. a Mediolano, laudato oppido semper paruerit. Fatendum tamen nonnullos codices in vetustâ urbis appellatione Lignano potiùs quàm Incino, Leceno, aut Leuco accedere. Landianus habet *Ligniniforum*. Guarinianus, sive Ambrosianus II. *Ligini forum*. Ambrosianus I. *Lignuforum*. In tantâ membranarum discrepantiâ rectior paucorum videbitur scriptura, ubi *Licinoforum* occurrit, quod oppidum cum Angelo Mediolanensi circa Leucum collocabimus, cum inibi haud modicae urbis vestigia adhuc cernantur (*a*). Rem evincet Carolus a Somaleâ, qui Leuci originem a fabulis exorsus, haec patrio idiomate vulgavit (*b*). ---- ---- *dicono che fosse Città illustre. E se è vero, come si scorge per verissimo dall' iscrittione quivi sotto registrata, che fosse l' antico Licinoforo, cioè Foro Licinio, che alcuni credono fosse la terra d' Incino sarebbe stato uno di quelle Città, che Tolomeo mette nei Cenomani, l' iscrittione è la seguente*

IOVI O. M.
HOC SIMVLACR
LICIFOR
POPVLI
DICAR.

Fù quell' iscrittione fedelmente trascritta dal M. Rev. Damiano Scala Curato del Castello sopra Lecco, & era tagliata in un ara, sopra cui stava un Vitello di Bronzo, che la gentilità di quel luogo riveriva per Giove, e fù quell' idolo spezzato, e fattane una delle campane della Chiesa di quella cura, e quel sasso hora serve per sostegno di Tavola di pietra del nomato Reverendo.

In hâc narratione licèt nonnulla gratis afferat Somalea; neque, dempto Plinio, alius antiquorum Licinofori meminerit; ex Somaleae verbis adhuc nobis sufficiet veram oppidi positionem ostendisse in Castelli villâ IↃ. ultra Leucum passibus sitâ. Raphaelius loci originem tribuit Licinio Crasso Diviti anno V. Cond. 658., quo Consul cum Q. Mutio Scaevolâ processit. Nullâ tamen id probat ratione. Ubi vulgatis adhaereas exemplaribus, legasque apud Plinium *Licini forum*: ab aliquo Licinio nomen invenisse utique statuendum. Ubi nostris accedas codicibus, aliâ etiam ex caussâ oriri potuit appellatio. In notis, quae Tyroni, & Senecae tribuuntur, occurrit Licinum (*c*); quod oppidum ita, & Licinoforum fuisse dictum minimè repugnat. Utcumque se res habeat, Forum Licinii, sive Licinoforum non aliunde fuisse colligerem, quàm ubi Larius Adduam emittit, haud longè e Leuci moenibus. Antiqui oppidi positio rectè pingitur in Geographico Cantellii Mercurio ex Sansonis Tabulâ, quam & Graevius praeposuit Sigonii voluminibus de antiquo jure Italiae (*d*).

Huc usque dicta satis superque esse possunt adversus omnes, qui pro Incino pugnarunt. Hunc vetus Licinoforum minimè esse statuit Caspar Beretta, a quo vicus ferè sub Comi moenibus positus asseritur; ideoque nimiùm patriae nostrae propinquus. Abest a Como Incinum VII. M. P., & Mediolanensis agri partem constituit. Postquam eum Comenses funditus diruerunt, vix paroeciaiis superest Ecclesia (*e*); neque ulla antiquitatis monumenta apud Incinum, neque in Incini villâ reperiuntur; quod secus in Leucensi accidit. Laudatus Beretta postquam a communiori opinione recesserat, novissimam inducens, Licinoforum in Angleriâ Verbani vico quaerebat (*f*). Clarissimi viri argumenta ipso vivente convulsi; neque doctus auctor audire non dedignavit, cum adolescens de Licinoforo in Ambrosianâ bibliothecâ disceptarem; & uterque nostrûm indignabatur, ubi aeneum signum tali pacto deperditum intelleximus. Pariili forte insignis Trajana Tabula in campanum Fidentinorum aes venierat convertenda; nisi illam ab imminenti naufragio Johannes Comes Roncoverius subduxisset anno 1747. Non minùs indolui monumentum a Damiano Schalâ viii mancipio damnatum, quo loco nunc delitescat a successoribus ignorari, unde pudenda Aedituorum inscitia omnibus comprobatur. Suspicari etiam poterit Schalae diligentiam in tertio versiculo desiderari, ubi fortasse pro LICINOF. irrepsit LICIFOR.; nisi typographus peccaverit in reddendâ voce, cum elogia omnia a genuinis ad minusculos characteres deduxit.

(1) *Cato*. Nempe Cato Major, qui circa captam Corinthum, & Carthaginem obiit. De viro doctissimo omnium laudibus praeferendo alibi agimus.

(2) *Cornelius Alexander*. Hunc e minore Phrygiâ Cotyeum cum aliis facit Stephanus Geographus. Suidas Milesium asserit. Fuit Cornelii Lentuli servus, postea Libertus, & paedagogus. A patrono (Libertorum more) primam accepit appellationem. Claruit L. Syllae dictatoris temporibus. Laudatur a multis Graecorum, itemque a Servio Virgilii enarratore (*g*). De eo consule Vossium (*h*), Jonsium, Nicolaum Antonium (*i*); & praesertim Harduinum (*k*), & Fabricium (*l*), qui pro omnibus sufficient.

(3) *Degentibus*. Id enim satis ostendunt verba Ὄρος, & βίος, ut Harduinus animadvertit. Quâ de caussâ tollendus erat monstrosus error in primigeniâ Venetâ impressione anni 1469. admissus, ubi *Oromoniorum* legimus. In eâdem culpâ fuit Blondus, qui ante notam Italis typographicam artem opus suum conscripsit (*m*). Adnotavi in Landianis membranis rectè primâ vice occurrere *Orobiorum stirpis*, quod ineptus Aristarchus in *Cenomanorum* voce depravat; quamvis infra *Orobiorum* loco leget *Oromboviorum*. Guarinianus itidem habet *Cenomanorum stirpis*, ac subinde *Oppidum Orumbiorum*. Corrupte pariter in Ambrosiano I. utroque loco Orobiorum appellatio, cum primo *Oromoniorum*, secundo *Orumboviorum* legamus. Loci restitutio Romanis membranis, Theodoro Gazae, atque Aleriensi Antistiti debetur. Hanc sanè exposcit Cornelii Alexandri sententia; cujus verba dum longâ, ne-

(a) *Vide Leand. Albert.* (b) Nova descrittione dello stato di Milano *pag. 32.* (c) *Vid. tom. II. Thes. Gruter. in calce.*
(d) *Tom. II. post columell. 2378.* (e) *Vid.* Giulini Memorie *tom. VIII.* (f) *Tabul. Chorograph. vid. Rer. Italic. Scrip. tom. X. pag. CXXX. num. 68.* (g) *Aeneid. lib. VIII. & X.* (h) *De Histor. Graec. lib. I. cap. 22. tom. IV.*
(i) *Biblioth. vet. Hispan. tom. I. pag. 1. & 2.* (k) *Plin. tom. I. in indice auctorum pag. 56. & 57.*
(l) *Biblioth. Graec.* (m) *Vid. harum Disquisit. lib. I. pag. 20.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
pidum Orobiorum Barra, unde Bergomates Cato dixit ortos, etiam num prodente ſe altius quam fortunatius ſitum. Interiere & Caturiges Inſubrum exſules, & Spina ſupradicta. Item Melpum opulen-	*pidum Orobiorum Barra* (1) (*unde Bergomates Cato dixit ortos*) *etiam nunc prodente ſe altius quàm fortunatius ſitu* (2). *Interiere & Caturiges* (3) *Inſubrum exules*, *& Spina ſupradicta: item Melpum* (4) *opulen-*

ANNOTATIONES.

neque communi illuſtrat oratione Plinius Graecis ſubamarior, non modò ſe ex Orobils originem deduxiſſe videtur innuere; verùm & Polyhiſtori Graeco adhaerere, ut oſtendunt verba *docet*, atque *interpretatione etiam nominis:* quibus innuit alias Cornelio Alexandro adfuiſſe notiones, unde Orobiorum populus Graecis adſcriberetur. Haec & libro III. congeſta ſufficere deberent Bergomenſi Cacciae; cum Porcius Cato, qui ſerò graecas literas novit, ignorare potuerit nominis interpretationem, & reliqua a Cornelio Alexandro poſtea collecta. Fateor nudam nominis ſignificationem non ſemper certum eſſe argumentum, ut populus aliquis ab eâ gente deducatur, cujus idiomate incolatus proprietas exprimitur. Verùm cum *etiam* hoc additur caeteris ab Alexandto collectis (quae cum ejus operibus interciderunt): cum doctiſſimus, & diligentiſſimus ſcriptor fuerit Alexander, eique accedat Plinius: cur montanos hos populos aborigenes cum Cacciâ, & primam Noemi progeniem dicemus? Noemi nepotes, minuſque filios ad noſtros uſque fines acceſſiſſe, quis ſani judicii credet? Satis enim ſuperque erit, ut Graecorum migrationem ad Deucalionis tempora protrahamus, ut tertio Diſquiſitionum volumine colligebam.

(1) *Barra*. Codices Ambroſiani, & Landianus legunt *Parra* ex notâ inter B & P affinitate. De hoc oppido, quod Plinii aetare interierat, aliqua attigimus tertio volumine (*a*). In humeris celſiſſimi Barri montis aſſurgebat ad Vallis Aſcinae exitum. Conſule Paullum Jovium in Larii deſcriptione. Credendum oppidanos ob ſoli inclementiam Barram potiùs dereliquiſſe, quàm quòd ab hoſtibus urbs fuerit exciſa. Rudera adhuc in hanc diem vetuſtorum aedificiorum inveniuntur (*b*); iiſque conſtare tradunt indigenae coenobium Franciſcanae familiae horrendis cautibus impoſitum. Haec ſanè Plinii aevo omnibus conſpicienda oſtendunt ſequentia de oppido *etiamnum prodente ſe altius quàm fortunatius ſitu*. Fruſtra igitur laborant, qui alibi Barrae ruinas perquirunt.

(2) *Situ*. Membranarum, & typographorum in hâc voce diſſidia effecere, ut plerique Plinii verba torquerent, & falsò ad Bergomates deducerent, ut avidiſſimè facit Caccia legens apud Plinium *etiamnum prodentes ſe altius quam fortunatius ſitos*. Alexander Benedictus primus, ni fallor, vocem *ſitos* in Plinianis libris induxit anno 1507. (*c*). Huic acceſſere Gelenius, & Paullus Manutius. Recentiorem ſcripturam afferens Dalecampius monuit in Chifſletiano codice legi *ſitum* (*d*). Rem ante illum attigerat Pintianus, qui *ſitum* pariter in Toletano invenerat; ideoque Hiſpanus, & Gallus Plinii interpretes vocem potiùs Barram Orobiorum oppidum, quàm Bergomates reſpicere collegerunt. Chiffletiano, & Toletano exemplaribus ſubſcribit Ambroſianum I. Primigeniae editiones habent *ſiti* (*e*). Venetae nonnullae rectè *ſitu* (*f*): quam lectionem ſequuntur Landianae, & Guarini membranae. Quare *ſitu*, vel *ſitum* recipias (utrumque enim ſuſtinetur) id vocabuli prioribus junges *etiamnum prodente ſe*, nempe oppido Barrâ, quod licèt interiiſſet: ex ruinis adhuc illius poſitio celſior quàm beatior apparebat. Haud ignoro & de Bergomo plebejum apud Mediolanenſes adagium, quo innuitur: oppidum ubi in planicie conditum fuiſſet, Mediolano praehabendum; ſed quia in montis jugo collocatum inverſae ciſtae figuram referre. Hujuſmodi tamen non evincunt, quòd deterior Bergomatum quàm Barrae eſſet conditio, cum vetuſtiſſimum oppidum aſpero atque editiore loco poſitum a ventis ubique perflaretur. Adde quòd Plinii verba torquere neceſſe ſit, ubi ea Bergomatibus adaptes. Neque enim de Bergomo dixiſſet *etiamnum prodente ſe*; quibus in vocibus membranae, & meliores impreſſiones ſibi invicem conveniunt. Parum Plinii verba intellexit Anonymus, qui plura ad Salmoni opus adjecit, & XIX. volumine Bergomum Cenomanis Gallis attribuit (*g*); & a Plinio Dertonam oppidum inſigne & memoratu dignum appellari teſtarur (*h*). Pro Strabone Plinium ibi recenſet, & tantis ubique ſordet erroribus, ut mirum ſit Johannem Baptiſtam Albricium in tot edendis falſitatibus oleum & operam perdidiſſe, ut ſexcentis locis oſtenditur. Conditum Bergomum a Gallis Cenomanis plures quidem affirmant; iiſque adhaeret Paullus Merula (*i*). Non diffitetur tamen contraria Plinium tradidiſſe: cui unicè ſubſcribendum contendimus. Arguendus iterum eſt Merula, quòd Bergomum *loco ſitum amoeniſſimo* affirmaverit; & Facii ab Vbertis verba ab ipſo minimè intellecta corrumpat. Velim ex genuinâ Plinii lectione reſipiſceret Caccia, cum non Catone ſcribente, ſed poſtea Barram interiiſſe credendum ſit: quando non omnino ejus urbis ruinae deliteſcunt haud longe à templo, quod Michaeli Angelo dicavit Deſiderius Langobardorum Rex.

(3) *Caturiges*. In membranis, & primigeniis editionibus vox plerumque vitiatur (*k*), inveniri etiam *Caturigi* monet ex MSS. Dalecampius, unde irrepſit in Ambroſiano II. *Caturi*. Rectiùs leges cum Harduino *Caturiges*, quos ab Inſubriâ pulſos in Alpibus conſtitiſſe alibi monuimus. Adde quòd in ipſo Alpium trophaeo a Plinio recenſentur CATVRIGES, BRIGIANI &c. Apud Caeſarem *Centrones*, *& Garoceli*, *& Caturiges* (*l*). Perſuaſum Canturii vici habitatoribus eorum patriam (V. ab Vrbe Como lapide) fuiſſe a Caturigibus conditam. Hinc Franciſcus Civellus in eleganti carmine ad Canturium natale ſolum, inter alia cecinit

Salve o puſillum nunc, at olim maximum
Venuſte collis, oppidum:
Venuſte collis civitas veterrima
Gallos per acres condita.

Gaudentius Merula (qui Canthurium, itemque Canthium ſcribit) utrumque ἀπὸ τῶν κανθώνων, hoc eſt a copiâ, & praeſtantiâ aſinorum dictum opinatur; quod neſcio an lepidum magis, an ridiculum videri debeat.

(4) *Melpum*. Creditur is vicus, qui Neotericis *Melzo* ad Molgoram torrentem Leandro Alberto haud ſatis rectè *Melzi* (*m*). Cum inter Adduam, & Lambrum ſitus ſit, Inſubribus praeſertim incommodus evadebat. Dicendum igitur oppidum a Barbaris deletum, ſenſim poſt Plinii aetatem fuiſſe reaedificatum; & quamvis in hanc diem mul-

(a) *Pag.* 71. (b) *Vid. Paul. Jovium in Lario fol. XXI. Porcacch. lib. II. pag.* 135. (c) *Fol.* 19. *B.*
(d) *Edit. ann.* 1615. *pag.* 52. (e) 1470. 1476. 1483. 1491. (f) 1496. 1499. 1519. (g) §. *IV. pag.* 395.
(h) §. *XII. pag.* 119. (i) *Par. II. lib. IV. pag.* 1118. (k) *Vid. edit. ann.* 1470. 1476. 1483. 1491.
(l) *Lib. I. de bello Gallico.* (m) *Vid. Albert. pag.* 408. *Paul. Merul. pag.* 1021.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
lentia praecipuum, quod ab Insubribus, & Boiis, & Senonibus deletum esse eo die, quo Camillus Veïos ceperit, Nepos Cornelius tradidit.	*lentiâ praecipuum, quod ab Insubribus, & Boiis, & Senonibus deletum est eo die, quo Camillus Vejos cepit* (1), *ut Nepos Cornelius* (2) *tradidit* (3).
Ex Harduin. XVIII. pag. 174.	
XXII. Sequitur decima regio Italiae, Adriatico mari apposita: cujus Venetia: fluvius Silis ex montibus Tarvisanis. Oppidum Altinum, flumen Liquentia ex montibus Opiterginis, & portus eodem nomine colonia Concordia: flumina & por-	*Sequitur decima regio Italiae Adriatico mari apposita, cujus Venetia* [4]. *Fluvius Silis* [5] *ex montibus Taurisanis* [6], *oppidum Altinum, flumen Liquentia* [7] *ex montibus Opiterginis, & portus eodem nomine, colonia Concordia* [8], *flumen* [9], *& por-*

ANNOTATIONES.

multùm a priscâ absit dignitate: vicus tamen commercio & agri fertilitate nobilibus venit annumerandus. Molgora a pluribus, & praesertim a Paullo Merulâ latinè dicitur *Melgola*; quâ idonei scriptoris auctoritate, ignoro.

(1) *Cepit*. Ita ex membranis omnibus, & vetustis editionibus.

(2) *Nepos Cornelius*. Adnotavimus alibi aliquâ scribendi libertate, atque inversione cognomen ante gentiliciam appellationem recenseri. Rigidè enim dicendum *Cornelius Nepos*.

(3) *Tradidit*. Harduino conveniunt codices Ambrosiani, & Landianus. In antiquis editionibus legitur *tradit* (a). Gelenius ab hâc discedens lectione secum traxit Manutium, & Dalecampium. Fortassis antiqui impressores Cornelii Nepotis dicta praesenti tempore reddentes minimè errarunt.

(4) *Cujus Venetia*. Nempe cujus regionis pars est Venetia; neque enim integram decimam regionem occupabat, ut ex jam allatis, & sequentibus constat.

[5] *Silis*. Leandro Alberto patriâ linguâ dicitur *Silo* [b]; illumque Facius ab Vbertis appellat *Silio* [c]. Rectius cum Doglioni [d], Cluverio, Bunone, & Cantellio [e] italico idiomate scribetur *Sile*; quo nomine vocatur ab indigenis masculino genere, non feminino, ut apud Baudrantium; neque vulgo *Sil*, ut Paullus Merula affirmat (f).

(6) *Taurisanis*. Ita nostrae habent membranae, veteres editiones, Hermolaus, Annius Viterbiensis in Pseudo-Catona, Andreas Morguaesius (g). Neque hanc scripturam ignoravit Paullus Merula. Caeterum communior, atque ab Harduino adoptata quoque sustinetur, cum illam recipiat Ambrosianus I. In II. *Trevisanis*, in Landiano *Tarvisinis*. A Tarvisio (*Trevisa*) subinde oppidani Tarvisini, & Tarvisiani fuerunt appellati. Fabulosa igitur de Tarvisii origine aliis relinquentes, utpote priscis scriptoribus ignota, hos montes Taurisanos dicemus. Primam Tarvisii memoriam habent Gothorum historiae (h), unde nomen vel a Taurisanis corruptum, vel Plinii aetate recentius suspicarer. Cum apud Tarvisium alios copiosissimos fontes recipiat Silis; pro *montibus Taurisanis* legendum monet Cluverius *fontibus Tarvisanis*, addens Silim ex planis locis oriri. A Cluverio allata jam attigerat Hermolaus, qui hanc indaginem oppidanis ejus loci, atque indigenis reliquit. Exemplarium in *montium* appellatione concordia, & Taurisanorum montium nomen a Tarvisio diversum, nihil in Plinio immutandum suadent. Adde quòd plurimis limpidissimis scatebris oritur Silis ad Casae Corbae vicum haud procul a Castro Franco; ideoque in collibus, sive montium radicibus, unde sensim Carnicae Alpes attolluntur: Quâ de caussâ minùs rectè Hermolai verba interpretatur, & Plinium arguit Albertus (i).

(7) *Liquentia*. Nomen adhuc servat, modicâque contractione ab Italis vocatus *Livenza*. Aliis minùs rectè *Livensa*, ut Paullo Merulae (k). Dictus videtur a placidâ aquarum naturâ, cum vicini admodum fontes mitissimum amnem efforment ex Opiterginis montibus circa Pulcinicum. In Plinium assurgit hoc loco Coccius Sabellicus, miraturque scripsisse Liquentiam ex Opiterginis montibus cadere, cum Opitergii fines quàm longissimè absint (l). Attamen non Plinius, sed recens fallitur Aristarchus, cum minimè animadverìat tantam olim fuisse Opitergii ditionem, ut Langobardis etiam regnantibus immensam Imperatoriae ditionis in citeriore Italiâ constitueret provinciam (m). Hinc illius territorium ad altissimos etiam porrectum montes intelligimus. Adde inversum subinde Liquentiae cursum (ut certissimis argumentationibus ostendit Silvestrius (n)) nihil illius origini offecisse, unde a montibus Opiterginis nasci tradatur ab eodem Silvestrio, Doglioni (o), aliisque. Et sanè Pulcinicum in montibus collocatur. Quantùm soli facies sit immutata, quantumque mare terris reliquerit, nosse sufficiet ex Opitergii situ. Vrbs Plinii aetate littoreo in margine collocata, & navalibus disciplinis illustris; ubi Leandro Alberto fidem habeamus, eo scribente XXX. M. P. inde aberat. Huic mensurae aliquid etiam addit Doglionus (p). In praesentiarum distat a mari XV. M. P. (q).

(8) *Concordia*. Rectè a Plinio in Venetis, malè a Ptolemaeo in Carnis collocari animadvertit Philippus a Turre Adriae Episcopus (r): additque ad ultimam Romatini fluminis ripam urbis vestigia superesse. Hujus rudera paucissimis sugutiis in aede Sancti Stephani monstrari jamdiu tradiderat Paullus Merula (s). Verùm manet adhuc locus priscam appellationem servans, cujus nobilitatem literati innuunt lapides, vel inibi, vel in proximum Romatinum portum delati. Inter plura monumentum subjiciam dicatum.

T.

(a) 1470. 1476. 1483. 1491. 1496. 1499. 1507. (b) *Descript. Ital. in Venetis pag.* 475. B. (c) Dittamondo *lib. III.* 12.
(d) *Pag.* 929. (e) *Tabul. Geogr.* (f) *Par. II. lib. IV.* 21. *pag.* 753. (g) *Vide Calepin. Lugduni editum ann.* 1565. *pag.* 1080.
(h) *Vide citat. Paul. Merul. lib. IV. pag.* 1053. (i) *Pag.* 472. B. (k) *Lib. IV. pag.* 573. (l) *De vetust. Aquil. Pat. lib.* I.
(m) *Vide Sigon. & Thesaur. Regn. Ital. pag.* 130. (n) *Pag.* 147. (o) *Pag.* 937. (p) *Citat. loc.*
(q) *Vide tabul. Geograph.* (r) *De Colon. Forojul. pag.* 340. (s) *Part. II. lib. IV.* 36. *pag.* 1055.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
portus, Romatinum: Tilaventum majus, minusque, Anassum, in quod Varamus defluit: Alsa, Natiso cum Turro, praefluentes Aquilejam coloniam, XV. M. pass. a mari sitam. Carno-	*portus Romatinum* [1], *Tiliaventum Majus* [2], *Minusque* [3], *Anaxum* [4], *quo Marianus* [5] *defluit. Alsa* [6], *Natiso* [7] *cum Turro praeterfluente Aquilejam* [8] *coloniam XV. M. P.* [9] *a mari sitam. Carno-*

ANNOTATIONES.

T. DESTICIO
T. F. CL.
IVBAE C. V
PRAETORIO
ORDO. CONCORD
PATRONO

Si plura optas consule Albertum, Doglionum, Silvestrium (a) &c.

(9) *Flumen*. Codices sequor, & vetustas editiones. Neoterici vocem in *flumina* nullâ urgente causâ invertere maluerunt, cum dictio singularis *flumen & oppidum: flumen & portus* passim in Naturali occurrat historiâ. *Flumina* potiùs essent recipienda, ubi indicatam a Cluverio lectionem amplecteremur, quam a Bunone in arctum collectam mutuabimur (b). „ Concordiam praeterfluit „ vulgo *Leme* & *Lemene*: cujus ostium portum efficit „ apud Caprulas insulare oppidum, qui vulgo vocatur „ *Porto Lematino*, & quo vocabulo liquet *Romatinum* „ hunc esse amnem & portum Plinii, loco proximè scri„ pto. Vbi tamen pro *Romatinum Tilavemptum majus* „ *minusque*, *Anassum quo Varranus defluit*; legendum „ esse docti censent: *Romatinum majus minusque*; *Tilavemptum quo Varranus defluit*. *Anassum* &c. *Varranus* „ enim in *Tilavemptum* defluit, & *Romatinus majoris*, „ est, qui altius supra opidum Valvassonem exortus, „ vulgo vocatur *Lemene*. *Romatinus* autem *minor* is di„ cendus est, qui ab opido S. Viti delabens apud opidum „ Portum Gruarum illi jungitur vulgari vocabulo *Le„ metto*, quod diminutivum est italicâ linguâ ab *Leme*.

(1) *Romatinum*. Nempe ille, qui indigenis *Porto Gruaro* (c). Videtur inde nomen deductum *Civitatis Romatinae*, cujus Episcopus Niceas ab Vsuardo, & Honorio Augustodonensi memoratur [d].

(2) *Tiliaventum majus*. Cluverius, & Buno Tiliaventi nomen a nugatoribus grammaticis inductum videntur affirmare (e): ubi etiam *Tiliamentum* scribi animadverto; quâ ratione a Latinis vocari tradit Doglionus (f). Ego *Tiliaventum* non unicè in vetustis editionibus (g), apud Albertum [h], & Paullum Merulam [i]; sed in membranis nostris, Ambrosianis, & Landianis invenio. Proximius huic appellationi effluit italicum *Tigliamento*, *Tagliamento*, & indigenarum *Tajamento*. Lexicographi, quibus *Tilaventum*, *Tilavemptum* [k], vel *Tilavemptus* [l] dicitur; ad nostrae scripturae controversiam minimè animadvertunt. Neque itidem satis integra videtur apud Ptolemaeum dictio ineffabilis Τιλιαμεπτ⸗ [m], cui substituerem Τιλιαβεντ⸗, quae vox a Gastaldo recipitur [n]. Notandum Paullum Merulam sui oblitum alibi *Tiliaventum* legisse [o].

(3) *Minusque*. Hic creditur, qui neotericis *Stella*; sed Cluverio haud dubiè Anaxum, sive ut ipse legit *Anassus*.

(4) *Anaxum*. Hâc ratione fluvii nomen reddunt MSS. codices, & praesertim uterque Ambrosianus. Inde *Anasum* effluxit a vetustis impressoribus adoptatum, cui successit *Anassum*. Creditur is, qui Plavis a Venantio Fortunato (p), atque ab Anonymo Ravennate dicitur (q).

(5) *Marianus*. Cum nemo antiquorum excepto Plinio hujus amnis meminerit: diligenter inquirendum quaenam lectio potiùs veniat adoptanda. Blondo, Volaterrano, ac Johanni Candido disertè subscribit Ambrosianus I. ubi *Marianus*. In II. corruptè *Varianus*. Reliqua habent *Varamus*. Marani Castellum a Mariano deductum potiùs quàm a Varamo suspicarer.

(6) *Alsa*. Qui nunc *Ausa* indigenis, celebris ob mortem Constantini, qui a Constantis fratris ducibus prope hunc fluvium occisus fuit. Vide Sex. Aurelium Victorem, Divum Hieronymum, Paullum Diaconum, aliosque apud Cluverium, P. Merulam, Muratorium.

(7) *Natiso*. Ad haec Bertolus (r): „ L'Isonzo, detto in „ latino *Sontius*, correndo verso mezzodì va gonfiandosi „ colle acque, le quali in lui si scaricano da altri fiumi, „ le confonde col suo nome stesso, insieme con quelle „ del Natisone, dalle quali molto accresciuto si rende „ finalmente navigabile tre miglia longe da Aquileja, „ e sbocca nel nostro mare Adriatico non con una sola „ bocca, come dice il Palladio, ma con due, le quali „ formano l'Isola chiamata Morosina. La Natissa, in„ ferius *Amphora* appellatur, come si legge in un diplo„ ma di Vgone Re d' Italia a un nostro Patriarca Orso „ dell'anno 925. --- Ammiano Marcellino scrive, che „ il Natisone *praeterfluit*, e Mela che *attingit* Aquile„ jam, il qual fiume però da Giornande si chiama *Na„ tissa*, e non Natisone. Il Boccaccio già 400. anni di„ stinse ancor egli il *Natisone* dalla *Natissa* dicendo, che „ quello era *Aquilejae vicinus*, e questa *fluvius Aquile„ jae*, benchè chiami corrottamente l'uno, e l'altra, „ questa *Atisa*, e quello *Natisus*. „ Optandum fuisset, ut vir doctus iis Plinii auctoritatem adjungeret.

(8) *Aquilejam*. Vrbis olim praeclarissimae, nunc penè dirutae laudes in arctum collectas habes apud allatum Johannem Dominicum Bertolum (s), qui illius antiquitates erudito calamo vulgavit anno 1739. Quo tempore deducta fuerit colonia, eruditè illustrat ex monumento CCCXCIX., ubi (t):

L. MANLIVS. L. F.
ACIDINVS. TRIV. VIR
AQVILEIAE. COLONIAE
DEDVCENDAE

(9) *XV. M. P.* Harduino convenit Landianus codex. In Ambrosiano I. *XV. passuum mari sitam*: videtur deesse lineola, ut millenus numerus emergat. In II. rectè *XV. p. a mari*. Antiquae editiones praeseferunt *XII. M. pas.* quae mensura neotericae magis convenit, cum in praesens Aquileja IX. M. P. distet a mari. Neque tamen in hoc obstringo fidem meam; sed provoco ad testes, cum tot seculorum spatio immutari litorum situs potuerit.

(a) *Pag. 198. & seq.* (b) *Lib. I. 18. pag. 120.* (c) *Cit. Philip. a Turre.* (d) *Vide Paul. Merul. pag. 2056.*
(e) *Lib. I. 20. pag. 124.* (f) *Pag. 942.* (g) *1470. 1476.* (h) *Pag. 478. B.* (i) *Pag. 1057.*
(k) *Vide Facciolat. in voce* Tilaventum. (l) *Baudrant. in voce* Tilavemptus. (m) *Lib. III. 1.*
(n) *In Ital. Ptolem. version. fol. 76. A.* (o) *Par. II. lib. V. 12. pag. 574.* (p) *Lib. I. Ep. 2.*
[q] *Geograph.* [r] *Ant. Aquil. pag. 12. & 14.* (s) *Vide pag. 362. & alibi.* [t] *Pag. 283.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
norum haec regio, junctaque Japydum:	*norum haec regio, junctaque Japudum* [1]*:*
amnis Timavus, castellum nobile vino	*amnis Timavus, castellum nobile vino*
Pucinum: Tergestinus sinus, colonia	*Pucinum* [2], *Tergestinus sinus: colonia*
Tergeste XXIII. M. pass. ab Aquileia.	*Tergeste XXXIII. M. P.* [3] *ab Aquilejâ,*
Vltra quam VI. M. pass. Formio amnis,	*ultra quam VI. M. P. Formio amnis*
ab Ravenna CLXXXIX. M. pass. anti-	*ab Ravennâ* $\overline{CXC}$. *P.* [4], *antiquus*
quus auctae Italiae terminus; nunc vero	*auctae Italiae terminus, nunc verò I-*
Istriae; quam cognominatam a flumine	*striae: quam cognominatam tradunt a flu-*
Istro, in Adriam effluente e Danubio	*mine Istro in Adriacum* [5] *effluente e*
amne, eodemque Istro, adversum Padi	*Danubio amne, eodemque Istro ex adverso* [6]
fauces, contrario eorum percussu mari	*Padi fauces* [7] *contrario eorum percussu,*
interjecto dulcescente, plerique dixere	*mari interjecto dulcescente plerique dixere*
Tom. II. fal-	H fal-

ANNOTATIONES.

(1) *Japudum*. Cum primo Ambrosiano, & Landiano, aliisque. Hâc ratione populi 'Ιαπόδες a Ptolemaeo appellantur; quare *Iapudes* Plinio pari methodo, ut supra *Oxubii*: Straboni 'Ιάποδες dicti. In vetustis editionibus lego *Japidum*, quae scriptura videtur Poetae convenire, dum eleganter, atque ad rem (*a*):

Tum sciat aërias Alpes, & Norica si quis
Castella in tumulis, & Japidis arva Timavi.

Nomen habuisse creditur a Japide, de quo idem Virgilius (*b*) --- *Phoebo ante alios dilectus Iapis.*
Alias in provinciae, & gentis orthographiâ invenies discrepantias, quas longum esset referre. Cave tamen ne Japudum, sive Japidum urbem a Plinio memoratam cum Baudrantio affirmes (*c*): cum Noster non de Japudiâ ubi loco agat; sed in secundâ Italiae regione memoretur *Japyx* --- *a quo Japygia* (*d*).

(2) *Pucinum*. Quae de *Castro Duino* scripsit Cluverius, ut inibi Pucinum statuat, consule apud illum. Doglionus locum adhuc Pucini nomine describit (*e*). Nos Carlio, & locorum peritioribus adhaeremus, qui Pucinum in neoterico *Prosecco* agnoscunt (*f*). Corruptae hoc loco membranae legunt *vino punico*, aut *vino punicum* (*g*).

(3) *XXXIII. M. P.* Numerum ex Landiano, utroque Ambrosiano, Landini (*h*), aliisque membranis restituo, ubi nitidè XXXIII. M. P. legitur. Hermolaus Barbarus, cum animadvertisset in antiquis editionibus irrepsisse XXX. M. III. M. (*i*): scribendum duxit XXIII. M. P., eo quia Strabo Tergeste ab Aquilejâ CLXXX. stadia distare affirmaverit; atque in Antonini Itinerario ab Aquilejâ ad Timavi fontes XII. M. P., ac inde Tergeste totidam numerentur. Fateor 180. stadia miliaribus 22 $\frac{1}{2}$ respondere. Verùm non hîc agitur de Plinianis mensuris Straboni, atque Itinerario conciliandis, cum prima ratio a rei veritate pendeat. Patet Aquilejam a Tergestinâ urbe distare Italicis miliaribus XXX., a quibus non multùm absunt antiquorum XXXIII. Genuinae igitur mensurae, & Plinii codicibus (ubi XXXIII. legi quoque adnotavit Surita) potiùs standum, quàm Straboneem Plinio amicare, ut contra Suritam facit Wesselingius (*k*). Haud miror Patriarcham Aquilejensem germanam Tergestini oppidi, propriaeque sedis distantiam ignorasse; cum insignis Ecclesiae possessionem nusquam fuerit indeptus. Opitulor tamen Irenaeum a Cruce immanem Tergestis patriae suae historiam condidisse; ut nihil ad rem subjiceret, dum omnia fabulis, erroribus, tenebris offundit (*l*). Recedendum igitur a communi scripturâ *XXIII. M. pass.*, cum nimiùm a veritate abhorreat; tum magis quòd a Strabonis amanuensibus mensuras quandoque corruptas: has in Antonini Itinerario passim vitiatas indoleant antiquarii. Vbi suspicioni locus sit, dubitandum potiùs, quòd extans in Plinii autographo numerus XXXVI. ab amanuensibus notâ V disruptâ, in duas abierit unitates, quae subsequenti junctae summam confecerint XXXIII. Tunc enim XXXVI. Plinii mille passus, nostrorum XXX. M. optimè responderent.

(4) $\overline{CXC}$. *P.* Lectionem sequor codicum Landiani, & Ambrosiani primi. In iis tamen desideratur lineola numericis notis super imposita, quae *mille*, compendiis utenti notario, sonat; idque passim in utrisque membranis occurrit. In Ambrosiano II. invenio ClXXX. Leander Albertus legit apud Plinium *centum nonaginta novem* (*m*). Romana examplaria, Parmensia, Venetum Novimagii, & Blavensis exhibent ClXXXIX. *passibus*, ubi vel nota M. subaudienda, vel lineola impressoribus excidit.

(5) *Adriacum*. Ita ex orationis texturâ restituendum censeo, quamvis edita exemplaria (*n*) Ambrosianum I., & alia habeant *in Hadriam*. Inveni in quibusdam impressionibus *ĩ hadriãad effluente* (*o*). In hoc mendo alicubi possunt verae lectionis indicia, ut nempe alementa *ãad* genuinis *acum* successerint. Neque enim ullam habeo rationem, ut pro Adriaco, sive Adriatico mari Adriam nominet; quando ut Adriacum scribit, in causâ sunt Graeci; & Adriacum mare ab Hadriâ oppido vocitasse paullò ante monuimus. Hic Plinii locus (ut alia passim) depravatur in Tergestinae urbis historiâ (*p*): in optimam verò lucem educitur a Johanne Rinaldo Comite Carlio in eruditissimo opere, quod de Romanorum apud Istros antiquitatibus nuperrimè scripsit (*q*).

(6) *Ex adverso*. Corruptae hoc loco membranae parum afferunt subsidii. Ambrosian. I. habent *ad summum Padi fauces*. In II. deleti sunt duo versus, quos cum restituere vellet amanuensis, postea omisit. Sequor vetustas editiones (r), Dalecampium (*s*), aliosque, ubi *ex adverso* legimus.

(7) *Padi fauces*. Adnotavit Dalecampius ex M. legi etiam *faucibus*.

(a) *Georg. III. vers. 474.* (b) *Aeneid. XII. vers. 391.* (c) *Tom. I. pag. 499. edit. ann. 1682. Paris. in verbo* Japodes. (d) *Lib. III. 11.* (e) *Pag. 995.* (f) *Vid. Carl. antiquit.* [*de quibus infra*] *pag. 9.* (g) *Vide utrumq. Ambros. codic.* [h] *Vide Cod. autograph. in Bib. Escoral. & versiones Landini impressas.* (i) *In edition. Venet. 1483. 1491.* (k) *Ad Antonini Itiner. pag. 271.* (l) *Lib. I. pag. 12. & seq.* (m) *Pag. 490. B.* (n) *1470. 1476.* (o) *1483. 1491.* (p) *Lib. I. a. pag. 18.* (q) *Vide lib. I.* Dell' Antichità Romane dell' Istria *pag. 7.* (r) *1470. 1476. 1479. 1483. 1491. 1496. 1499. 1507. &c.* [s] *Edit. 1587. pag. 64. num. 7.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
falſo, & Nepos etiam Padi accola.	*falsò*[1], *& Nepos Cornelius*[2] *etiam Padi accola.*

ANNOTATIONES.

(1) *Dixere falsò*. Intolerandâ igitur oſcitantiâ reprobatam a Plinio ſententiam graviſſimo hiſtorico aſſuit Anonymus, qui tot ineptias Salmoni opus adaugens congeſſit: haec enim ſcribere non erubuit (a): *Se crediamo a Plinio, e a Pomponio Mela, l'Iſtria ebbe tal nome da un ramo del fiume Iſtro, che paſſando per la Provincia sbocca nell' Adriatico.*

(2) *Nepos Cornelius*. In Chiffletiano codice gentilitiam Cornelii appellationem deſiderari adnotavit Dalecampius; quae tamen prudenter a Cadomenſi Medico in operis texturâ recipitur. Hanc reſpuit Harduinus; monetque in emendationum indice eam ex MSS. reſtituendam curaſſe (b). Fatendum in Landiano codice, in geminis Ambroſianis *Cornelii* nomen deſiderari. Nihilotamenminus Plinianae lectionis amatores ſciunt, Noſtrum ab eâ methodo longè abeſſe, ut ſolo cognomine ad Latinos provocet; ideoque ubique *Cornelius Nepos*, ſive inverſionis gratiâ *Nepos Cornelius* invenitur; quare accedo Landini, Barbari, & Palmarii membranis, in quibus omnibus *Nepos Cornelius* hoc loco apparet. Quod in Plinio notandum eſt Cornelium Nepotem, Padi accolam recenſeri; unde illius patriam haud longè a fluviorum Rege quaerendam intelligo. Quo in oppido natus ſit hic vir doctiſſimus, nemo antiquorum indicavit: quamvis ex Plinii ſententiâ Auſonii carminibus collatâ Ciſalpinus Gallus intelligatur. Cum enim nobilis Poëta Catullum imitaturus quaedam Drepanio Pacato vellet inſcribere; ſic eum alloquitur (c):

Cui dono lepidum novum libellum
Veronenſis ait Poëta quondam?
Inventoque dedit ſtatim Nepoti.
At nos illepidum rudem libellum
Burras, quiſquilias, ineptiaſque
Credemus gremio cui fovendum?
Inveni (trepidae ſilete nugae)
Nec doctum minus, & magis benignum
Quàm quem Gallia praebuit Catullo.

Si Padi accola, ſi Ciſalpinus Gallus fuit Cornelius Nepos; illius patria ad oppidum aliquod in hâc provinciâ ſpectavit, quod non multùm abſit a Pado. Quânam igitur ratione Veronenſis cenſebitur, cum Verona XXX. M. P. Italicos rectâ lineâ diſtet a Pado; unde fortaſſis aliquot milliaria addenda Antonini Itinerario, ubi a Veronâ ad Hoſtiliam XXX. M. Romanorum paſſus numerantur (d). Ut hujuſmodi infringant Veronenſes, aſſerunt Cornelium Nepotem in Hoſtiliae vico natum, cum Hoſtilia olim ad Veronenſe territorium ſpectaverit; & nunc ad Eccleſiaſticam Dioeceſim pertineat. Onuphrius Panvinius dubium legentibus linquit, an Cornelii Nepotis patriam ex Taciti graviſſimâ auctoritate indicaret; *ortus ſiquidem*, ait (e), *in vico Veronenſium Hoſtilia ad Padi ripas ſito, ut Tacitus auctor eſt*. Sed Tacitus Hoſtiliam *Veronenſium vicum* quidem affirmavit (f); ibi verò Nepotem mortalem lucem vidiſſe neutiquam dixit. Ego de illius patriâ contrarium omnino e Plinii Junioris epiſtolâ ad Severum erui poſſe confido. En verba (g): *Herennius Severus, vir doctiſſimus, magni aeſtimat in bibliothecâ ſuâ ponere imagines municipum tuorum Cornelii Nepotis, ac Titi Caſſii: petitque ſi ſunt iſtic, ut eſſe credibile eſt, exſcribendas, pingendaſque delegem; quam curam tibi potiſſimum injungo; primùm quia deſideriis meis amiciſſimè obſequeris; deinde quia tibi ſtudiorum ſumma reverentia: poſtremò quòd patriam tuam, omneſque qui nomen ejus auxerunt, ut patriam ipſam veneraris, ac diligis. Peto autem ut pictorem quàm diligentiſſimum aſſumas, &c.* Ex allatis Plinii Caecilii verbis fatendum duxit Catanaeus Cornelium Nepotem Parmenſem fuiſſe; cum inde conſtet Caſſium originem deduxiſſe, additque (h): *Neque obſtat, quòd Veronenſes viri ſanè illuſtres aſſerant ideo Nepotem Veronenſem, quod illi tanquam amico ſcripſerit Catullus. Levis haec, & minimi conjectura, aut quod alii ſcribunt, Padi accolam: tunc enim jure conſurgent Cremonenſes, ſive Placentini, ac alii innumeri, & melius ſibi hac ratione vendicabunt, proinde longe magis proxima Pado Parma quam Verona.* Quamvis optima hoc loco tangat interpres Caecilianus, quaedam de Hoſtiliâ omittit, fortaſſe quia Veronenſium ſententiam de Nepotis natali ſolo ignoravit. Verùm ſi Nepos, Caſſius, Julius Severus, ad quem Plinius Caecilius ſcribit, eidem oppido accenſebantur: quâ ratione hujuſmodi ad Hoſtiliam ſpectabunt, cum vicus, nuſquam municipium dici poſſit; neque credibile ſit viros adeò illuſtres (quive patriae ſuae nomen adauxerunt) omnes uno in viculo natos, ubi eorum imagines, ubi pictores ad exſcribendas eas invenirentur? Adde Caſſium certè ad Parmenſem urbem ſpectaſſe. Neque enim dubitandum, quòd de alio loquatur Plinius Caecilius, quamvis in aliquibus antiquiſſimis exemplaribus legatur *Titi Catii* adnotante Catanaeo; atque in veterrimo *Titi Cati*, ut Cortius, ac Longolius animadvertunt (i). Quis enim fuit vir adeò illuſtris, ac Cornelio Nepoti jungendus *Titus Catius?* Contra Titus Caſſius Severus Parmenſis ejuſdem antiquitatis ſtudio celebratus unà cum Nepote a multis recenſetur; quos inter ſubeunt Tertullianus (k), Minutius Felix (l), Lactantius Firmianus (m). Omnibus igitur vitiatis exemplaribus praeponendus Aldinus codex prodigioſae vetuſtatis, ubi diſertè *Titi Caſſii* nomen apparet. Hic vir ſcriptis, ac rebus geſtis notiſſimus, quique Cornelii Nepotis temporibus vixit, & juſſu Octaviani Caeſaris necatus, Cornelii Nepotis municeps, Parmae ipſum Nepotem vindicabit; optimèque congruent Senioris Plinii verba Cornelium Nepotem Padi accolam deſignantia; cum Parma IX. M. P. in praeſentiarum a Pado diſtans, longè propior amnium Regi eſſet vetuſtis temporibus. Adnotavimus ſupra Padi vicum, II. ab urbe lapide, nomen in hanc diem ſervare; & ipſe Padus exundans ſeculo XII. haud longè a Parmae moenibus proceſſerat, cum illum Bernardus ex Ubertorum gente Parmenſis Epiſcopus prodigio divinitus facto ad priſcum alveum deduxit anno 1121. (n).

Altero itidem argumento adverſus Marchionem Maffejum probari poteſt, Cornelium Nepotem Veronenſibus minimè ſpectaſſe, ex eo ipſo quòd Gallus ab Auſonio dicatur. Totis enim viribus contendit Maffejus, ut diverſam a Ciſalpinis Gallis patriae ſuae tribuat originem (o), quod ei utique Plinii etiam teſtimonio concedam. Ideo ſi Gallus fuit Cornelius, ad Euganeos, & Veronenſes nuſquam pertinuit. Adde, quòd ubi eidem municipio recenſi fuiſſent Veronenſis Poëta, atque Hiſtoricus Padi accola: Auſonius utique cecinißet:

Quam quem patria praebuit Catullo,

Cum igitur ad Galliam provocaverit: Ciſalpinam eamque Togatam innuit; quod video apud Auſonium in elegantiſſimâ Floridi, ac Suchaei [*Souchay*] verſione animadverſum (p). Haud ignoro Cornelium Nepotem ſta-

[a] *Tom. XX. Par. I. pag. 309.* [b] *Tom. I. pag. 776.* (c) *Vid. Auſon. opera edit. Parif. an. 1730. num. 471. pag. 596.*
(d) *Pag. 284.* (e) *Antiq. Veron. lib. VI.* (f) *Hiſtor. lib. III.* (g) *Lib. IV. 28.* [h] *Ad allatam epiſtol. pag. 170. editionis ann. 1601.* (i) *In edition. Epiſtol. Plin. Caecil. pag. 315.* (k) *Apollogetic. cap. X.* [l] *In Octav.* [m] *Lib. I. 13.*
[n] *Vide Bonav. Angel. Hiſtor. Parm. lib. I. pag. 75.* (o) *Veron. illuſtrat. lib. I. pag. 1. & ſequent.* (p) *Citat. pag. 596.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
cola. Nullus enim ex Danubio amnis in mare Adriaticum effunditur. Deceptos credo, quoniam Argo navis flumine in mare Adriaticum descendit, non procul Tergeste, nec jam constat quo flumine. Humeris travectam Alpes, diligentiores tradunt. Subiisse autem Istro, dein Savo, dein Nauporto, cui nomen ex ea	*cola. Nullus enim e Danubio amnis in mare Adriaticum effunditur. Deceptos credo, quoniam Argo navis flumine in mare Adriaticum descendit, non procul Tergeste, nec jam constat quo flumine* [1]. *Humeris travectam* [2] *Alpes diligentiores tradunt. Subiisse autem Istro, dein Sao* [3], *deinde* [4] *Nauporto* [5], *cui nomen ex eâ*

ANNOTATIONES.

statuâ, & elogio a Veronensibus ornatum multis ab hinc annis (*a*): legique apud illustrem Poëtam Johannem Nicolaum Comitem Montanarium in defuncti Maffej laudem (*b*).

Ei tra Plinio, Catullo, el' Fracastoro,
E gli altri Eroi che più Verona estima &c.

quo secundo versiculo Nepotem, reliquosque Veronensibus tributos innuit: nihilotamenminus elogia XV. seculo ad finem vergente exarata, neque Plinii, neque Cornelii Nepotis, neque Vitruvii patriam ostendent. Frustra igitur Pii II. auctoritate Panvinius: frustra Leandri Alberti, Becelii, & Comitis Nogarolae Johan. Gerardus Vossius (*c*), ac post illum innumeri Veronensem faciunt Cornelium Nepotem. Rectiùs nihil se compertum habere de urbe patriâ olim monnit Vinetus (*d*), argutèque Veronensibus occurrit Lazarinus (*e*), cujus epistolam ubi legisset Nicolleus a Cruce, ex Cornelii Nepotis, Plinii Majoris, ac Vitruvii statuis hos omnes Veronae natos illi affirmandum non erat (*f*).
Haec omnia unico veritatis amore dicta; eodem spiritu velim acciperent Veronenses politissimi: qui ubi argumentorum fallaciam ostendere non dedignentur; ipsis non unicè Cornelium Nepotem, sed Magnum Plinium relaxabo, nec subturpicula mihi videbitur παλινωδία.
Vltimò animadvertendum Titum Cassium Severum Parmensem, alterum fuisse a T. Cassio Severo Longulano. Vtriusque meminit Plinius: Cassii Parmensis in elencho libri XXXI. (*g*), & signanter illius epistolam ad M. Antonium adducit laudato volumine (*h*). Cassii Severi Longulani auctoritate nititur lib. XXXV. (*i*). Harduinus haec optimè illustrans Longulanum a natali solo appellatum a Cassio Severo Parmensi separavit: quae ubi diligentius animadvertisset Gerardus Vossius, Cassium Severum Parmensem ab historicorum albo non dimovisset (*k*). Scipio Maffejus, dum Veronensibus Cornelium Nepotem adscribit, haud omnino spernendâ conjecturâ sibi quoque Cassium Severum vindicabat, cum ejusdem utrumque patriae fuisse ex Plinii Caecilii allatâ epistolâ appareat (*l*). Verùm, dum omnia in Severi cognomine ponit argumenta; illudque a Parmense Cassio minimè gestatum credit, longè abest a veritatis confinio. Cassium quandoque suo cognomine *Severum*; quandoque a patriâ *Parmensem*, quandoque unicâ gentiliciâ appellatione dictum invenio. A Patriâ illum Latini scriptores (cum alii fuerint Cassii Severi) persaepe indigitarunt. Sed Titum Cassium, suum, ideoque *Severi* habuisse cognomen non ignorandum erat Maffejo viro antiquario. Homines enim tunc temporis plerumque cognominibus ornatos invenimus; quamvis & pauci nullo cognomine gaudentes non defuerint, ut in ipsius Plinii vitâ adnotavimus (*m*). Quare de eôdem T. Cassio Severo Parmense loquuntur, qui ad illum duplici, vel unicâ appellatione provocarunt. Tertullianus *Saturnum*, inquit, *quantùm literae docent, neque Diodorus Graecus, aut Thallus, neque Cassius Severus, aut Cornelius Nepos, neque ullus commentator hujusmodi antiquitatum, aliud, quàm hominem promulgarunt*. Minutius Felix: *Scit hoc Nepos, & Cassius in historiâ*. Lactantius Firmianus: *Quive res ejus in Italiâ gestas memoriae tradiderunt, Graeci Diodorus, & Thallus: Latini Nepos, & Cassius, & Varro*. Quare hic Cassius Padi accola, Cornelii Nepotis municeps ejusdem studio antiquitatis delectatus, non alius quàm Parmensis esse poterit, tum magis quòd hujus appellationis notior fuerit, & permulta vulgaverit, unde Horatius ad Tibullum (*n*):

Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat.

Brevia itidem hujusmodi antiquitatis volumina, a Lyrico opuscula appellari colligerem, cum & Catullus Cornelium Nepotem *omne aevum* tribus explicasse *chartis* testatus sit. Quamvis & ingentia volumina quandoque opuscula appellari ex Lucretii, & Divi Augustini auctoritate ostendat in elaboratâ dissertatione de Cassio Severo Parmense juvenis quidam eruditissimus Parmae degens, cujus nomini ipso jubente parcimus.

(1) *Quo flumine*. Rem Plinii aetate ignoratam aperire recentiores non erubescunt. Cucullatus Irenaeus inter multorum sententias Sozomeni affert opinionem, qui navim Aquilio amni commissam scriptitavit. Puto Aquilium dixisse, quia circa Aquilejam decurreret, quamvis fluvium tali appellatione neque in hâc viciniâ, neque alibi inveniam. Aliorum sententias habes apud Harduinum, & Carlium in elaborato opere, quod de Argonautis vulgavit.

(2) *Travectam*. Ambrosianus II. codex legit *trajectam*, quod minus placet. Caetera omnia exemplaria *travectam*. Miranda Plinii narratio Venetas historias legentibus minimè evadet, cum anno 1439. Sorbulus Cretensis integram classem a Venetiarum urbe in Benacum immiserit. Athesim ingressus, subinde terrestri itinere Lacum Sancti Andreae intravit; iterumque montanâ viâ, immensoque labore navigia ad Benacum deduxit; erantque Triremes II. Biremes III. Schaphae XXV.

(3) *Sao*. In celebrati nominis fluvio dissident membranae: *Sabo* in utrisque Ambrosianis invenio: contra Romani codices, Aleriensis, Barbarus, Palmarius legunt *Sao* (*o*). Eandem orthographiam sequitur Strabo non uno loco, quamvis inibi Graeci geographi verba corrupta sint (*p*). Multa tamen attingit, quae Plinianae conveniunt narrationi. Σάον habet codex Guarini Veronensis, Xylander, & Casaubonus; unde Σάον quoque reciperem septimo volumine, ubi *Saum* scribit Casaubonus (*q*). Σαοῦον legimus apud Dionem; quare incerta saltem evadit hujus fluminis orthographia, de cujus cursu invicem pugnantia Strabo IV. & VII. volumine vulgavit.

(4) *Deinde*. Ex Ambros. membranis.

(5) *Nauporto*. Optimè Harduinus fluviatile Argus iter ostendit, cum Nauportus in Saum, hic in Danubium sese exo-

(a) *Vide Polyc. Palerm., Maffejum Par. II. lib. I. col. 11.* (b) *Pag. 11.* (c) *De Histor. Latin. lib. I. 18.* (d) *Ad Auson. allat. carmen.* (e) *Epist. III. in opere ab Antonio Sambucâ collecto* Memorie Istorico-Critiche. (f) *Tom. I. Geograph. articul. VI. pag. 459.* (g) *Vide Harduin. Tom. I. pag. 44.* (h) *Lib. XXXI. 2.* (i) *Vide Elench. lib. XXXV. pag. 48. apud Harduin.* (k) *De Histor. Latin. lib. I. 21.* [l] *Par. II. lib. I. col. 15 & seq.* [m] *Lib. V. pag. 130.* [n] *Epistol. lib. I. 5. vers. 3.* [o] *Vide edition. 1470. 1476. 1479. 1483. 1499. &c.* [p] *Lib. IV. pag. 318. edit. an. 1707.* [q] *Pag. 481. num. 8.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
ea cauſa eſt, inter Aemonam Alpeſque exorienti.	*eâ cauſsâ eſt inter Hemonam* [1], *Alpeſque exorienti.*
Ex Harduin. XIX. pag. 176.	
In hac regione & XI. lacus inclyti ſunt, amneſque eorum partus aut alumni: ſi modo acceptos reddunt, ut Adduam Larius, Ticinum Verbanus, Mincium	*In hâc regione, & undecimâ* [2] *lacus inclyti ſunt, amneſque eorum partus ut alumnos* [3] *ſimili modo acceptos reddunt, ut Adduam Larius* [4], *Ticinum Verbanus* [5], *Mincium*

ANNOTATIONES.

exoneret. Nauportus mihi erit, qui nunc *Laubach* vocitatur, ut manifeſtè evincunt Plinii verba, qui etiam addit Nauportum inter Hemonam, & Alpes exoriri. Mihi inde minùs placet eorum ſententia, Nauportum eum eſſe amnem conjicientium, qui indigenis *Quieto* appellatur, & prope Vrbem Novam intrat Adriaticum. Leandri Alberti igitur ſententiae occurrere debebant Baudrantius, & cucullatus Irenaeus.

(1) *Hemonam*. In hujus oppidi nomine ſibi admodum diſſident Plinii codices, atque aliorum exemplaria: *Aemonam* cum Harduino habent: Ambroſ. I. & II. *Amonam* in Plinio legit Pirkeymherus (*a*). *Eumoniam* in veteribus Naturalis hiſtoriae libris inveniri monet Dalecampius. Ex Chriſtophori Landini codicibus, aliiſque antiquis *Hemonam* (*b*) reciperem. Invenio inde *Hemoniam*, & *Hamoniam* effluxiſſe (*c*). Pariter etiam diſputatur, utrum Hemona ſit *Laubach*, Italis *Lubiana*, an Vrbs Nova, quae indigenis *Città nova*. Pro hâc ſtat Dalecampius, cujus ſententiae multa addidit Proſper Petronius editis Jacobi Thomaſini ejus oppidi Epiſcopi lucubrationibus; nec inde abeſſe videtur Bertolus (*d*). Contra pro neotericâ *Lubianâ* ſentiendum contendunt Cluverius, Cellarius, & Ludovicus Schonlebenius, quibus cum pleriſque accederem, cum iis manifeſtè faveant Plinii, & Ptolemaei verba. Vbi duplices quaſi affini nomine urbes diſtinguamus; haud impervium erit diſſidentes componere. *Hemona*, de quâ nunc Plinius, eſt *Lubiana*. Subſcribit Ptolemaeus, qui in Pannoniae Superioris ſitu (*e*): Μεταξὺ δὲ Ἰταλίας ὑπὸ τὸ Νωρικὸν Παννονίας πόλιν Ἤμωνα.
Inter Italiam verò ſub Norico Pannoniae iterum Hemona. Altera *Aemona*, ſive *Hemonia*, de quâ Harduinus (*f*), nunc *Città Nova*, ut ante nos Baudrantius animadvertit. Videtur etiam hujuſmodi probari ex antiquorum memoriis; ad Vrbem Novam ſpectabit elogium dicatum (*g*):

M. TITIO. M. F. CL. TI. BARBIO. TITIANO. DECVRIONI
AEMONAE 7. LEG. II. ADIVTRIC &c.

Ad alteram Hemonam fortaſſe pertinet — (*h*):

L. TETTIENVS. VITALIS. NATVS AQVILEIAE
EDOCATVS. IVLIA. EMONA.

Haeremus de hoc, cum lapidarius parum de orthographiâ ſolicitus appareat. Si noſtra, ac Baudrantii conjectura ſuſtinetur, tantas hoc loco Weſſelingii diſputationes neceſſe eſt aequus lector praecidat (*i*), ubi AEMONA primùm, ſubinde (*k*) EMONA recenſetur.

(2) *Et undecimâ*. Monuimus alibi Plinium numeralibus notis plerumque uti, cum locorum affert diſtantias. Hîc tamen ad regionem Tranſpadanam provocans, quae ab Auguſto *regio undecima* dicta fuit: characteribus ordinem expreſſit, ut ubique antea. *Quinta regio Piceni eſt* — *Jungitur his ſexta regio* — *Octava regio terminatur* &c. Exſcriptores, cum brevitati ſtuderent, undecimam regionem notis XI. reddiderunt, unde numeralis ſigla in editis invaluit (*l*). Alii perperam IX. ſubſtituendum certabant, pro quibus inepiè pugnavit Becichemus (*m*), ſive Johannes Calpurnius Bergomas, cujus ſcrinia Becichemum compilaſſe monuimus (*n*). In eodem errore fuit doctus anonymus, qui emendationes addidit Plinii voluminibus Tarviſii editis anno 1479., quae in Ambroſianâ Bibliothecâ aſſervantur. Pejora etiam invaluerunt, ut Plinium non de regione, ſed de lacubus in decimâ Italiae parte quaerendis loqui ſomniarent. In Vaticano codice 3533. omnino extra chorum: *In hac regione & duodecim lacus incluſi ſunt*. Scripturam reſtituimus ex I. Ambroſiano, ubi nitidè *in hac regione, & undecimâ*: ex Barberino, ubi contractum *& undecim*. Emendandus Ambroſianus II. in quo deeſt particula *&*, jejunoque ſenſu legitur *In hac regione undecima*: memorati ſiquidem lacus partim ad decimam, partim ad undecimam regionem ſpectant.

(3) *Vt alumnos*. Impeditus undique ſenſus in editis hucuſque apparuit; Laudatos amnes dixerat ſecundo volumine hoſpitales tantùm aquas in lacus inferre, nec largiores illatis evehere: quomodo igitur eorum *partus aut alumni?* Noſtra reſtitutio celeberrimae etiam conveniet ſententiae, ubi de Italiâ (*o*): *Nec ignoro ingrati ac ſegnis animi exiſtimari poſſe meritò, ſi breviter atque in tranſcurſu ad hunc modum dicatur Terra, omnium Terrarum alumna eadem ac parens*. Amnes igitur a lacubus eâdem ratione, quâ acceptos, reddi ſtatuit; quod de Rhodano per Lemannum tranſeunte jamdiu vulgaverat Polybius [*p*]. Vt paucorum elementorum mutatione Plinii ſententia vitiaretur: in cauſſâ fuerant ſequentia *ſi modo* a typographis vulgata, quando abſque dubio auctor ſcripſit *ſimili modo*. Haec jam multis abhinc annis ſtatueram, quamvis tunc nullas ad manus haberem membranas; laetorque ſubinde conjecturam firmaſſe ex utroque Ambroſiano codice, cum in primo contractis elementis legamus *ſili modo*; in ſecundo apertè occurrat *ſimili modo*.

[4] *Larius*. Hoc loco Plinius a dignioribus incipiens, Larium, Verbanumque undecimae regionis ante Benacum decimae tributum recenſuit: uterque enim tum acceptorum, emiſſorumque fluviorum magnitudine, tum aquarum ambitu Benacum longè exſuperat. Maximo igitur in errore verſabatur Strabo, dum quartum Geographiae volumen abſolvens Benaco longitudinem IↃ. ſtadiorum, latitudinem CL.: Verbano CCCC. ſtadiorum longitudinem, latitudinem aliquanto prius dictae anguſtiorem: Lario ferè CCC., latitudinem verò XXX. ex Polybii ſen-

[a] *Ad Ptolem. lib. II. 15. pag. 43.* [b] *Vide edition. Landini 1476. 1481. &c.* [c] *Vid. edition. 1470. 1476. 1479.*
[d] *Antiq. Aquil. pag. 164.* [e] *Lib. II. 15.* [f] *Lib. VIII. 1.* (g) *Vide allat. Bertolum pag. 164.* (h) *Bertol. pag. 252.*
(i) *Ad Antonin. Itinerar. pag. 119. & 360.* (k) *Pag. 129.* (l) *1470. 1476. 1479. 1483. 1491. 149 . 1496.*
(m) *Vide Becichem. praelect. in Plin.* (n) *Lib. I. pag. 13.* (o) *Lib. III. 5.* (p) *Lib. II.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
cium Benacus, Ollium Sebinus, Lambrum Eu-	*cium Benacus* [1], *Ollium Sebinus* [2], *Lambrum Eu-*

ANNOTATIONES.

sententiâ adjudicavit. Hujusmodi Polybium accuratum scriptorem, atque Alpes, ut videtur, permensum vulgasse mirum omnibus evadet. Decrescet tamen stupor, ubi illum Ticinum pro Adduâ nominasse scias; cujus verba uti a Polybio desumpta in hanc speciem apud Strabonem vertit Guarinus Veronensis (a): *Lacus cum alios permultos in montibus esse: Tum vero tris ingentes exponit. Ex quibus Benacus stad. quingentum longitudinem habet, latitud.nem vero CL. de qua Mincius amnis effluit. Subinde alter Verbanus longitudinis quidem stad.* CCCC. *latitudo vero angustior quam prioris: amissique fluvium Aduam. Tertius est Larius longitudinis ferè stad.* CCC. *latitudinis XXX. amnem ejicit Ticinum sanè grandem.* Ptolemaeus nullam Larii mensuram tradens, omnia confundit; Padique fontes juxta Latiam *paludem* dum statuit [*b*]: Padi originem, & tanti lacus ambitum ignorasse legentibus comprobat. Sepositis igitur Graecis ad Latinos accedamus. Omnium primus occurrit Cato, cujus sententiam Servius Virgilium illustraturus in hanc speciem retulit [*c*]. *Larius est lacus vicinus Alpibus, qui juxta Catonem in originibus per sexaginta extenditur millia.* Pari mensurâ Antoninus Larii (quem Lacum Comacenum ab urbe Como appellat) navigationem circumscribit [*d*]. Hoc oppidum a *fronte sexaginta millibus dulcissimi aequoris perfrui* asserit Cassiodorus (*e*), cujus verba quoque affert Bentius Alexandrinus Scaligerorum Veronae Principum scriba (*f*). Ineptissimum inter Virgilii interpretes sese ostendit Junius Philargyrius adnota secundi Georgicorum carmina:

An mare, quod supra memorem, quodque alluit infra?
Anne Lacus tantos? te Lari maxime, teque
Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino?

cum hujusmodi reposuerit (*g*) *Lacus Larius in Galliâ est Cisalpinâ non amplius centum viginti Stadiorum. Benacus in eâdem regione mille & ducentorum.* Larius, ut omnibus constat, duplo, magisque etiam, Benaci ambitum exsuperat; unde hâc praesertim de causâ Maximus a Poëtâ dicitur; & Jonio mari ab Ennodio Ticinensi comparatur (*h*). Neque enim aliquis (ut puto) selsis Annii interpretationibus accedet, qui similia a Patribus Volturrenis, atque a nobilitate; non ab aquarum copiâ diduxit (*i*). Lacus igitur a Virgilio iis in regionibus versato ritè Maximus appelletur, cum Italiae amplissimus appareat, ut Carolus Stephanus (*k*), Lloydius (*l*), Hufmannus (*m*), aliique Lexicographi (*n*), Philippus Sylvius (o); atque ante eos Paullus Jovius (*p*) adnotarunt.

Qui Lacum primâ XVI. seculi statione metitus est Angelus Mediolanensis, ac post illum Julius a Juliis Verbani accola, antiquorum mensuram longè excedunt, cum neotericis milliaribus sexaginta Larii longitudinem definiet [*q*]. Hunc sequitur Theodorus a Mayerniâ Turchettus [*r*], Vghellus [*s*]; quodque majoris auctoritatis videri potest, Sigismundus Boldonus Bellanensis; cum in patrii lacus descriptione [*t*] haec habeat: *longitudo igitur Larii, quae ab ultimo Merâ per Bilacium Comum usque extenditur, est passuum circiter sexaginta milium, ab eodem vero Merâ per Bellanum & Varenam ad Leuci pontem, atque inde ad Olginatum, ac Lavellariae Mariae templum, ubi Addua emittitur, est plus minus quinquaginta.* Illius longitudinem magis protrahit Boterus, & sexaginta sex millibus pronunciet [*v*], quinquaginta sex Merinus Zeilerus [*x*]: Calchus [*y*] & Ballarinus quinquaginta [*z*]. Benedictus Jovius eruditè (*aa*) *Lacus Larius -- secundum antiquos per sexaginta porrigitur passuum milia: hac autem tempestate intra dimensionem quinquaginta milium finitur mensuris antiquis & nostris non ita forte congruentibus.* Hinc in patriâ Historiâ per quadraginta octo milliarie porrectum affirmavit [*bb*], cui mensurae Tattus subscribit [*cc*].

Strabonem Angelo Mediolanensi conciliare studuit Leander Albertus, quasi Graecus geographus tractum a Bilecio Comum usque minimè dimensus sit [*dd*]. Quâ in re nemo ei accedet, nisi Doglionum excipias. Prodigiosa adeò est sententia, & tantis deformata mendis, ut illius italica verba ponere miraculi gratiâ decreverim [*ee*] *E lungo esso lago secondo Strabone trentotto miglia, & largo sessanta secondo Angelo Milanese. Va misurato da Como a Belasio, & compreso il canal che si trova, che da Strabone non si considera.* Satis intelligu collecta a nobis in arctum Leandri verba, Doglionum recedere. Verùm malè adeò a Sarzinâ typographo habetur, ut res portento accedat. Hieronymus Borsierius, cujus saepe cum laude meminimus, in Comensis territorii descriptione, quam Insigni Geographo Johanni Antonio Magino dicavit (*ff*) nauticam Larii mensuram ex interruptâ lineâ passibus LVI. M., ex communiori opinione XLVIII. M (nempe XL. a Como ad Suricam, VIII. a Surico ad Merae fauces) definivit. Claricii insuper sententiam affert, qui rectâ a Como ad Hollonii turrim (ubi Larium intrat Addua) XXXVI. dinumerat. Cum ad orientalem plagem tendat Claricius, & superiorem lacum ultra Adduae ostia minimè comprehendat, parum a nautis distat, qui occidentale latus ab urbe Como ad Claveonae ripam metiuntur. Inde materiam fortassis desumpsit Maginus, ut rectè Larium CCC. stadiis a Strabone includi statuat [*gg*]. Magino accedunt agrimensores, qui Larium a Como oppido ad Fontanem arcem diverso mensu percurrant. An haec omnia resciverit Carolus Joseph Reina, prorsus ignoro; quamvis Larii longitudinem duode quadraginta mille passibus circumscribat; aliorumque occurrat opinioni, qui LX. M. passus Lacui assignarunt [*hh*]. Lario Franciscus Scotus M. P. XXXVI. (*ii*), Schraderus XXXII. M. (*kk*). Non amplius XXX. M. Baudrantius (*ll*), Carolus Ruvaeus (*mm*), & Anonymus, qui tot malè compacta Salmono adjecit (*nn*). Deseineus [typographico errore, ut conjicio] IV. M. tantùm attribuit [*oo*].

Rejectis horum opinionibus statuamus Larii mensuram, rectâ passibus neotericis XLVIII. M. includi, quae mensura LX. M. antiquorum optimè respondet. Nauticum verò iter habentibus LII. milliarie sunt peragende, cum tortuosis littoribus, ac ventis inservire cogantur.

[5] *Verbanus.* Hunc inter Langobardiae lacus maximum perperam appellet Lazarus Augustinus Cotta, sub Statii Turgi Catalannici appellatione latens, cum a Dominico Machaneo peractam Verbani descriptionem illustraret [*pp*]. Videtur Bonaventurae Castillionaei sententiae

(a) *Lib. IV. fol. XLIII. 3. edition. an.* (b) *Lib. III. 1.* (c) *Ad Georg. lib. II. vers. 150.* (d) *Itiner. Antonini pag. 279.*
(e) *In epist. ad Gaudios.* (f) *Chron. MSS. Vide & histor. Patr. Bened. Jovj.* (g) *Ad II. Georgicorum libr. pag. 150.*
(h) *In vitâ B. Antonii Monac. Lirinens.* (i) *Vide Antiquit. varia volumina edit. ann. 1512. fol. 696.*
(k) *Diction. Histor. in voce* Larius. (l) *In voce* Larius. (m) *Diction. universſ. Tom. I. pag. 893.* (n) *Vide Calepin. Lugdun. 1586. fol. 383. Ferrarium ad Calepin. &c.* (o) *Ad Catulli carmen. XXXV. pag. 44.* (p) *De piscib. cap. XXXVIII.*
(q) *Vide Leandr. Albert. pag. 412.* (r) De Mayerne Turquet *Descript. pag. 70.* (s) *Ital. Sacr. Tom. V.* (t) *Lar. pag. 17.*
(v) *Europ. lib. I. pag. 84.* (x) *Itiner. pag. 485.* (y) *Histor. Nupt. August. MSS. fol. 9.* (z) *Chron. Com. Par. III. pag. 317.*
(aa) *Epist. MS. LXXIV. pag. 114.* (bb) *Lib. I. pag. 11.* (cc) *Decad. II. lib. IV. pag. 317.* (dd) *Pag. 41.* (ee) *Amphit. Europ.*
(ff) *MSSt. apud me.* (gg) *Geograph. pag. 98.* (hh) *Descript. Langob. pag. 86.* (ii) *Itiner. Part. I. pag. 123.*
(kk) *Monument. ital. pag. 269.* (ll) *In voce* Larius. (mm) *Virgilii Tom. I. Georg. lib. II. vers. 159.* (nn) *Tom. XIX. pag. 87.*
(oo) *Descript. Ital. pag. 412.* (pp) *In epistol. ad Muratorium.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
Eupilis, omnes incolas Padi.	*Eupilis* [3], *omnes incolas Padi.*
VI-	*VI-*

ANNOTATIONES.

tiae accessisse, qui non verisimile judicavit Poëtarum Principem [Mediolani literis olim operam dantem] Verbanum tantae celebritatis lacum silentii tenebris involvisse; ideoque cum Gaudentio Merulâ legebat.

Anne lacus tantos? te Lari? Maxime? teque
Fluctibus assurgens fremitu Benace marino;

[*a*] An similia docuerit Gaudentius Merula, ipse rogetur Castillionaeus. Ego in Merulae opere, quod de Gallorum Cisalpinorum antiquitatibus vulgavit, haec lego [*b*]*: Ticinum Verbanus emittit: cui ob latitudinem majoris cognomen est inditum ---- habet longitudinis stad.* CCCLXIIII. *latitudinis vero* XXXII., *quibusdam in locis ita arctatur, ut vix milie passus excedat: aliis trina, aut bina passûm millium.* Quamvis igitur Merula, ac post illum Ballarinus [*c*], *Majoris* cognomen ob latitudinem Verbano inditum asserat: non id circo Lario judicavit longiorem, quod etiam ex sequenti capite eruitur. Valianus, qui a Lario superiorem lacum iisdem aquis junctum separare vellet [*d*], ut primam Italicorum dignitatem Verbano assignet: ex quorundam sententiâ conjicit *Majoris lacus* appellationem non ex aquarum copiâ Verbano contigisse; sed quia inde merces omnes ad cunctas Orbis partes importantur [*e*]; quasi non haec ipsissima Lario convenirent, antequam Adduae cursum posterioribus seculis obsererent cautes confragoso sepimento, quae non longè a Tricio in alveum deciderunt. Breve hoc impedimentum haud immani labore transversis cuniculis tolli posse sciunt machinales architecti. Omnia tamen cum a Valiano gratis asserantur, missa faciemus, dum novitium *Majoris lacus* nomen non aliâ ex caussâ Verbano concessit, nisi quia pluribus aliis minoribus circumscribitur, ut supra attigimus [*f*]. Fatetur enim ipsemet Valianus ex Dominici Machanei, & Julii a Juliis accolarum sententiâ longitudinem XLV. M. passuum non excedere; quâ in mensurâ sibi omnes conveniunt (*g*) locorum periti; notandumque hanc non rectam, sed nautarum esse supputationem.

Castillionaeum, dum geminam Maronis texturam invertit, quis ex Virgilianis interpretibus sequetur, ubi carminum elegantiam noscens, Larium, Verbanumque permensus sit? Cerdius ab horum numero excipiendus, qui cum aliis nostrae regionis ignaris suspicatur fortasse Virgilium scripsisse *te Lari*, *maxime*; ideoque de duobus lacubus, ut qui nunc vulgò Verbanus, appelletur *maximus* [*h*]. Att non vulgi; sed unicis Plinii inter Latinos, Polybii apud Strabonem testimoniis lacus ab antiquis *Verbanus* appellabatur; ideoque a Virgilio *maximus* nequaquam dici potuit. Adde quòd ineptus Poëtae sensus redderetur, qui duos tantùm lacus ex plurimis Italiae, Larium nempe aquarum multitudine, & urbis dignitate Benaco fluctibus ob latitudinem tumescenti comparavit. Falsò igitur Verbanum Lario praeposuit Salvator Vitalis, eumque Principem, ideoque majorem appellatum somniavit [*i*]. Integrum Larii ambitum consideremus, & Como solventes Bilacium, Leucum, Varenam, Fontanam arcem, Clavennae ripam, Suricum, iterumque Comum unicâ navigatione lustremus: tunc Larius cum Verbani mensuram longè excedat, omni jure a Virgilio *maximi* epitheto decoratus apparebit. Elucescet item Junii Philargyrii error [*k*], & Annii Viterbiensis hallucinatio, ubi Sempronium commentatus [& in hâc saltem parte commentus est [*l*]]. Reliqua, quae de Virgilio subdit Castillionaeus, extra chorum frigescunt, cum Larius Italorum lacuum maximus [*m*], Mediolano propior sit quàm Verbanus; & Comum Verbano longè quàm Mediolano vicinior; & ipse Verbanus per VIII. M. P. ad Comensem dioecesim spectans, omnes illius infringat conjecturas. Adde quòd tot tantique jam allati scriptores, Catullus [*n*], Claudianus [*o*], Vibius Sequester [*p*], Ennodius [*q*], Cassiodorus [*r*] Isidorus Hispalensis [*s*] aliique Larium celebrantes, Verbanum silentii tenebris involvant.

(1) *Benacus.* Adnotavit Cellarius vitiatum in Strabone lacuum ordinem ac mensuram, cum Larius inter Verbanum, ac Benacum extet, & horum minimus sit Benacus [*t*]. Augustinus Turiura *Benacus*, ait [*v*], *celebris est tota Italia lacus, cujus longitudo ab occasu brumali ad Aquilonem triginta passuum millia excurrit, latitudo admodum minor.* Negligentiae igitur arguendus est illustris Maffejus, cum non veram Benaci mensuram, sed Polybii apud Strabonem dicta exscribat, quibus veritas obsistit. Hujusmodi enim apud illum patrio idiomate occurrunt (*x*). *Ma celebre fu il nostro lago, che si chiamò Benaco, e cui l' istessò Principe de' Poeti annoverò tra le cose singolari d' Italia, e gli attribuì la forza e il fremito del mare nelle tempeste ------ Plinio considerò anche per Mincio il fiume influente, e disse che l' acqua sua galeggia sopra quella del Lago, la qual opinione correva allora anche dell' Adda nel Lario, e del Tesino nel Verbano. Polibio riferito da Strabone diede al nostro il primo luogo fra tutti i laghi d' Italia, e disse esser lungo* 500. *stadii, largo* 150. *assegnando il secondo al Lago Maggiore cui disse lungo* 400., *e piu stretto.* Obliviscitur Maffejus Virgilium Polybio refragari, cum *maximi* epitheton Lario tribuens illum Benaco ampliorem designat. Mincium in Benacum influere, rectè Plinium scripsisse, & aliquâ ratione lacum supermeare ex supra annotatis fas erit colligere. Id in Ticino multi; in Rhodano Isaacus Casaubonus, frustra vulgo obsistente, adnotarunt. Fluvios hos lacubus innatare aliis etiam rem diligenter scrutantibus constitit. Rufius Magnus Faustus Avienus Junior [qui Consul in Occidente processit anno Christianae Aerae 502] Ennodio Ticinensi Episcopo Adduae in Lario discurrentis miraculum descripserat: cui Ennodius respondens *Maria*, inquit [*y*] *fluviumque Adduam laudastis, quod per confusos ductus discrimen lacum tumoris ostendit: qui agnosci in eo nunquam, nisi per turbida fluenta potuerunt.* Allata, & reliqua joculariter Fausto Sanctum Episcopum objecisse jamdiu tenent eruditi; unde Sirmondus in annotationibus ad hanc epistolam *Comus Ennodio* ait [*z*], *quod aliis Comum nota planae Liguriae civitas ad Larium lacum, per quem delapsus & Alpibus Addua fluvius ita decurrit, ut aquarum discrimen appareat. Hujus laudes scripserat Faustus. Ennodius contra imparem illam suis laudibus affirmat; sed revera jocatur. Nam Comensis agri, urbisque tanta erat pulchritudo, ut ad delicias instituta videretur. Quod de Como inter caetera praedicat Cassiodorus lib. XI. epist. XIV., ubi pluribus eam describit, & nonnulla habet, que faciunt ad Ennodium.* Mihi certè ex Cassiodori verbis supra allatis [*aa*] aliqua illum ab Ennodio [fortasse plura a Fausto] desumpsisse constat. Quâ verò ratione haec omnia sint accipienda inibi satis explicavimus.

Vt

(a) *De Gallor. Insub. antiq. sedib.* (b) *Lib. II.* 15. (c) *Chron. Com. part. III. pag.* 317. (d) *Pag.* 24.
(e) *Pag.* 12. (f) *Pag.* 9 *num.* 3 (g) *Vide citat. Ballar.* (h) *Vide Virgilii ---- Georg. lib. II. vers.* 159.
(i) *Theatr. Vrbis Mediol. pag.* 4. (k) *In II. Georgic. pag.* 240. (l) *Vide Annii antiquit. variar. volumina supra allata.*
(m) *Vide Paull. Jovium de Piscibus XXXVIII. Petr. Franc. Minotium* Delizie del Lario *pag.* 98. *Philip. Sylvium ad Catulli Carmen XXXV. pag.* 40. (n) *Citat. Carm. XXXV.* (o) *De Bello Gothic. vers.* 320., *& in epithalamio Palladii, & Serenae.* (p) *Ad Virgilianum filium* (q) *In Epistol. ad Faustum, & in vitâ B. Antonii Monachi Lirinens.*
(r) *In Epistolâ ad Gaudentium.* (s) *Lib. XIII.* 19. (t) *Tom. I. par. II.* (v) *Vita Hieron. Aemiliani lib. II.* 14. *pag.* 195.
(x) *Veron. illustrat. part. I. lib. VI. col.* 130. (y) *Lib. I.* 6. (z) *In annotat. ad allat. epist. vide Tattum tom. I. pag.* 930.
[aa] *Vide hujus lib. pag.* 12. *num.* 2.

AD IV. LIBRVM.

Ex Harduin. II. pag. 191.	Ex nostrâ recensione.
Vltra Cirrhaei Phocidis campi, oppidum Cirrha. --- Praeterea oppidum Crissa, & cum Bulensibus Anticyra. Or-	*Vltra Cirrhaei* [1] *Phocidis campi, oppidum Cirrha* [2] *---: Praeterea oppidum Crissa* [3], *& cum Bulensibus* [4] *Anticyra* [5]. *Or-*

ANNOTATIONES.

Vt ad Benacum revertamur, fatemur quidem illum latitudine Lario & Verbano majorem, cum ab aliquibus ad XV. usque M. passus extendatur. Verùm quid haec cum ambitu, & longitudine quando nauticâ etiam adoptatâ mensurâ ad XXXV. M. P. unicè protrahatur [*a*]? Benacus nunc a vico cognomine appellatur *Lago di Garda*, malè ab Harduino *di Guarda*; sed longè pejus Jesuita alter Antonius Ambrogius ad celebratum Virgilii carmen nuperrimè scripsit [*b*] *lago di Garda, o lago maggiore, da cui nasce il Mincio*. Vt Mincium Benaci filium ostenderet nugis indulget Scipio Aguellus, quamvis probè agnosceret Sarcam appellari fluvium qui Benacum intrat (*c*).

[2] *Sebinus*. Alibi Harduinus legit *Sevinus* [*d*]: nunc *lago d' Iseo* a vico Principe, quòd a Sebino corruptum conjiciunt eruditi. Jacet inter Larium & Benacum, estque horum longè minor.

(3) *Eupilis*. Lexicograhi, ac post illos Harduinus Eupilim nunc *Lago di Pusiano* appellari pro certo affirmant. Rectiùs Benedictus Jovius *Eupilis* ---- ait (*e*), *auctore Plinio Lambrum emittit, qui a lacubus Plebis Incini manat, quorum unus Pusiani, fortasse quasi* Eupilisiani *corrupto vocabulo nuncupatur*. Ethymologia a Jovio intentata illius aevi eruditorum exacuit ingenia. Alciatus Eupilim, sive Pulisianum a portâ, & accessu, quà in montes tendimus dictum affirmat (*f*). Neque differt Gaudentius Merula (*g*). In illustrationibus ad patriam Benedicti Jovii historiam, falsas Blondi, Bonaventurae Castillionaei, aliorumque de Eupili, sive Eupilio lacu opiniones confodimus. Monendum hoc loco non unicè ex memoratis lacubus Lambrum manare; cum in Vallis Ascinae montibus etiam in hanc diem oriatur, ut ego meis metoculis sum contemplatus: Cantium subinde alluat, antequam ad Pusiani, & Serii lacus perveniat. Laudatus amnis unicum Plinii aetate Eupilim permeabat, quod secus posterioribus evenit seculis, cum subito tremore quassatâ tellure, caecoque hiatu repentè haustus in plures abiit lacusculos, ut non uno loco testatur Paullus Jovius (*h*). Joseph Maria Stampa in erudito Actorum Beati Miri opere: *Il Lambro*, ait (*i*), *che discendendo dai monti superiori di Vall' Assina ---- costeggia poscia i due laghi di Alcerio, e Pusiano, de' quali il primo vien appellato dai Latini* Conservii Lacus, *e l' altro* Eupilis lacus, *e raccogliendone quinci, e quindi per due diversi canali le acque trascorre a bagnare gran parte del Milanese*.

Quòd Serius ab idoneo auctore *Conservii Lacus* dicatur, minimè recipiam: cum antiquis novitium nomen ignotum undique evaserit. Imò ex eo quòd Serius Eupilii olim pars fuit, secundariam appellationem nequaquam priscis temporibus gestavit. Ex indagatâ loci naturâ mihi constitit, olim Lambrum (Ticini exemplo) medium Eupilim permeasse, cujus indicia nostro quoque aevo habemus; saepiusque accidit, ut pluviosis vere, atque autumno uterque Serii, & Pusiani lacus jungatur; indeque unico alveo Lamber decurrat. Adnotandum ipsa Pusiani, & Serii recentia nomina a multis latino, & vernaculo idiomate diversâ reddi orthographiâ. A Camillo Ghilino in Tellinae Vallis descriptione *Pencianus* dicitur. Apud Leandrum Albertum patriâ linguâ *Pussiano* (*k*), a Scipione Aguello *Pusciano* (*l*). Nos Pusianum cum Aquilino Coppino (*m*) & plerisque appellabimus, itemque Serium, potiùs quàm Alcerium, & Conservium, aut Cervianum, quod ultimum Leandro placuit.

(1) *Cirrhaei*. Variant in hoc, uti in sequentibus membranae. Ambros. I. *Cyrrei*. II. *Cyrei*. Cum Harduino legendum *Cirrhaei*, deductum a Cirrhâ oppido, de quo statim.

(2) *Cirrha*. Ex omnibus Politiani membranis &c. Plinio subscribunt Strabo, & Pausanias. In Ptolemaei codicibus invenio Κύῤῥα (*n*); & Stephanus Dulcinus (qui non ubique spernendas annotationes addidit Naturali historiae) restituendum censet *Cyrrha* (*o*). In Ambrosiano I. invenio *Cyrra*, in II. *Cyra*. Dulcini orthographia minimè sustinetur, quamvis a Morguaesio videatur adoptata, ut paullò infra. Vide Pausaniam in Phocicis, & praesertim Ἐς δὲ Κίῤῥαν, & reliqua (*p*). Tradit eôdem libro Pausanias urbi nomen a Cirrhâ Nymphâ datum credi: Homerum tamen in Iliade, & item in hymno Apollinis Crissam prisco nomine appellasse.

(3) *Crissa*. Vrbem Crissaeo sinui nomen imposuisse ritè affirmat Harduinus. Quae attulit Pausanias de Phalanthe, ejusque nave ad Crissaeum sinum fractâ: jubent, ut Crissam a Cirrhâ distinguamus. Κρῖσα apud Nonnum legisse videtur Harduinus, & in Politiani, & Ambrosianis membranis apparet *Crisa*: in vetustis editionibus *Chrysa*. Scribendum procul dubio cum reliquis *Crissa*: concinit Ptolemaeus, ubi Κρίσσα (*q*).

(4) *Bulensibus*. Hî a Pausaniâ allato rerum Phocicarum libro Bulidii vocantur. Oppidum Bulidis nomen accepit a Bulone. Corruptae membranae habent *tubulensibus* (*r*), & *cubulensibus* (*s*), unde impressum efflaxit: *& cum Vlensibus* (*t*). Nostrae scripturae, atque Harduino conveniunt excerpta a Plinio ad Graeciae descriptionem spectantia, quae Pausaniae addiderunt Wechelii (*v*).

(5) *Anticyra*. Alexander Politus *& cum Bulensibus Anticirrha* legendum censet, tanquam Cirrhae opposita, & hâc ratione *Anticyrrha* distinguitur ab aliâ ejusdem appellationis ad sinum Maliacum (*x*) insulâ ob helleborum celebratâ. Quae attingit Politus multi olim tradiderunt; invenioque in Calepini lexico per Morguaesium emendato (*y*): *est et Anticyra civitas juxta Cyrrham in Phocide regione --- ab Anticyreo quodam Herculis aetate --- hanc alii Anticyrrham appellant duplicato r. Videtur enim inde nomen accepisse, quod sita sit in promontorio in mare excurrente e regione Cyrrhae*. Notandum quòd hoc loco Cyrrham, Anticyrrham, sive Anticyram legat, & postea diversâ orthographiâ *Cirrha* Κίῤῥα (*z*) inveniatur. Quae ante Harduinum Morguaesius collegerat, novissimus Plinii enarrator in meliorem lucem exposuit (*aa*), cum Strabone ostendens, quòd ab illo, utpote Cirrhae opposita, Ἀντίκιῤῥα appellatur (*bb*): a Ptolemaeo Ἀντικύῤῥα (*cc*): non neglectâ etymologiae ratione Ἀντίκυρα --- uti & altera Anticyra ad Maliacum sinum. Mihi Plinio adhaerere placet, qui & hoc Bulensium oppidum indiscriminatim Anticyram appellat; ideoque potiùs ab Anticyreo nomen invenisse, quàm quòd Cirrhae opposita credendum. Quae apud Strabonem, & Ptolemaeum invenimus, satis ostendunt, neque Graecos scriptores de orthographiâ sibi invicem convenisse; quaeque addit Politus de Anticyrâ insulâ, huic etiam oppido conveniunt, ubi helleborum magno erat in precio, ut Harduinus adnotavit; & sanè ad

[a] *Vide Valian. pag. 15.* [b] *Vide P. Virgilii ---- Bucol. Georg. ---- italico versu reddita pag. 106.* [c] *Annal. Mant. lib. I. 2. pag. 44.* [d] *Pag. 119.* [e] *Histor. Patriae lib. I. pag. 20.* [f] *Patr. Inscr. monum. CLXX. MSS.* [g] *Lib. I. 6. & lib. II. 17.* [h] *De piscibus XXIV. & in Larii Lacus descrip.* [i] *Cap. I. pag. 29.* [k] *Fol. 409.* [l] *Annal. Mant. lib. I. 2. pag. 44.* [m] *Epist. lib. I. pag. 10.* [n] *Lib. III. 15.* [o] *Vide edition. Rom. ann. 1470. in Buxetan. Francisc. Biblioth.* [p] *Lib. X. pag. 355.* [q] *Lib. III. 15.* [r] *Ambros. I.* [s] *Ambros. II. & Politiani Codices.* [t] 1470. 1476. 1479. 1483. [v] *Vid. impress. Francofurd. ann. 1583. pag. 396.* [x] *Animadvers. in Meurs. pag. 161.* [y] *Pag. 78.* [z] *Pag. 205.* [aa] *Harduin. pag. 191. num. 10.* [bb] *Lib. IX.* [cc] *Lib. III. 15.*

Ex Harduin. XII. pag. 215.

Ortus hic in Germaniae jugis montis Abnobae, ex adverso Raurici Galliae oppidi, multis ultra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes Danubii nomine, immenso aquarum auctu, & unde primum Illyricum alluit Ister appellatus,

Ex Harduin. XVII. pag. 224.

Sequani, Raurici, Helvetii. Colo-

Ex nostrâ recensione.

Ortus hic in Germaniâ [1] *e jugo molli Abnovae* [2] *ex adverso Raurici* [3] *Galliae oppidi multis ultra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus Gentes Danubii nomine, immenso aquarum auctu, & unde primùm Illyricum alluit, Ister appellatu* [4]:

Sequani [5], *Raurici* [6], *Helvetii* [7], *colo-*

ANNOTATIONES.

ad rem Horatius utramque urbem Anticyram appellat; imò tres helleboro feraces agnoscit (a).

Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam;

Id tamen Dacerius amplificationis gratiâ dictum affirmat, cum duo tantùm a Strabone commemorentur Anticyrae. Vtcumque se res habeat, in montibus Plinianae hujus Anticyrae helleborum nigrum, albumque nasci apertè testatur Pausanias [b], ubi a templo Dictynneae Dianae Anticyram usque acclivem viam describit: addens *priscis olim temporibus Cyparissum urbi nomen fuisse dicunt, & Homerum quidem in recensendis Phocensium recentius nomen memoriae prodere voluisse: fuisse enim tunc Anticyram coeptam appellari, nam Anticyreum, a quo ubi nomen fuisse Herculi aequalem &c.* Haec omnia igitur satis ostendunt, non immutandam in Anticyrâ orthographiam; quam Politiani membranae uniter praeseferunt; longèque aliâ de causâ oppido nomen cessisse, quàm quòd Cirrhae oppositum fuerit. Habes Fridericum Sylburgium in annotationibus ad Pausaniam [c].

(1) *In Germaniâ*. Hoc potiùs quàm vulgatum *in Germaniae* recipiam; unde ultimum elementum *e* sejungo, illudque *jugo Abnovae*, non *jugis* adapto.

[2] *E jugo molli Abnovae*. Legimus plerumque in editis: *jugis montis Arnobae* [d], sive *Abnobae* (e). Nullâ tamen ratione sustineri potest Danubium ex allati collis jugis oriri, cum unico emergat fonte, idque innuat Plinius, dum circa illius originem se fuisse testatur [f]. Videntur nostrae restitutioni convenire Taciti verba, apud quem legimus (g): *Danubius molli & clementer edito montis Abnobae jugo effusus*. Argumentum ea facto robur desumet, cum oriatur circa Sveviae vicum, qui Germanis *Don-Eschingen*, sive *Donau-Eschingen*, unde prima loci appellatio. Amnis enim indigenis *Donau* in hanc diem vocatur. Vltra vicum assurgit castrum clementi Abnovae jugo impositum; in cujus areâ Firstembergia Gens inclyta fontem ipsum Danubii muris inclusit (h). Ex novo opere satis apparet, quòd castrum aedificantes amnis fontem depresserint. Vbi nimiùm conjecturae dedisse potes, ut *molli* loco *montis* ingesserim, secundum poteris cum Harduino, & reliquis adhuc legere. Velim interim perpenderes hunc montem inter Germaniae celebres a Plinio minimè recenseri, & nostram lectionem a non uno in Naturali historiâ loco juvari. Legimus libro II. [i]: *jugi modici occursu*. Libro III. (k): *Inde glandifera Pannoniae, quà mitescentia Alpium juga — molli in dextera ac leva devexitate considunt;* alibi (l) *molli clivo super capita columnarum exaggerato*. Hanc ultimam restitutionem a Palmario, Alexandro Benedicto, & Dalecampio indicatam, ex membranis Harduinus omni jure in operis corpore induxit. *Abnovam* demum montis nomen statuimus Guariniani codicis auctoritate, ubi disertè legimus *Abnove*, Neque distat multùm Ambrosianus I. in quo *montis nove*. Plinio subscribit Ptolemaeus, apud quem legitur Ἀβνοβα. Neque difficultatem facit literulae υ pro β substitutio facili ubique migratione. *Abnova* itidem Plinii eâdem ratione congruet Taciti, & Festi Avieni *Abnobae*; quamvis neque hoc decernere careat dissidio, cum Anonymus, ad quem in Danubii origine provocavimus, afferat in Taciti, ac Plinii membranis legi *Arnobae*; a quâ scripturâ primigenias impressiones non differre adnotavimus.

(3) *Raurici*. Cum editis, & paucis codicibus recipio. In utroque Ambrosiano perperam *Saurici*. Videtur in annotationibus de nominis orthographiâ Harduinum dubitasse, cum *Raurici*, ait, *vel Rauraci: quo etiam modo Massiliam, & Massaliam dicimus* [n]. Verùm Plinius sibi ubique convenit; unde etiam infra *colonia Raurica* potiùs quàm *Rauriaca* vocabitur. Augustae postea cognomentum noscitur accepisse: occurrit in Antonini Itinerario AVGVSTA RAVRACVM [o]; atque alibi RAVRACIS [p]. Apud Caesarem *Rauraci* hi populi bis [q]; & *Rauracum* oppidum apud Marcellinum [r]. Nos Plinii codicibus adhaeremus, quibus convenit Ptolemaeus, ubi oppidum Ῥαυρακῶν Αὐγοῦστα apparet [s].

(4) *Appellatur*. Ita membranae, atque laudatae primigeniae editiones.

(5) *Sequani*. Asserit Harduinus eos, qui Caesari, Plinio, & vetusti aevi scriptoribus Helvetii, a posteriori aetate Sequanos vocitari (t). Haec omnino falsa ostenduntur ex allatis Plinii verbis, pluribusque locis Julii Caesaris; & praesertim, ubi Dumnorigem impetrasse tradit a Sequanis, *ut per fines suos Helvetios ire* paterentur (v). Erant Sequani Helvetiis finitimi utramque gentem dividente Rhodano. Si plura optas consule Rajmundum Marlianum in veterum Galliae locorum descriptione.

(6) *Raurici*. Ita habent nostri codices, & Chiffletianus, quibus addes Gelenium, Paulum Manutium, & Dalecampium. In primigeniis editionibus *Rauraci* (x); quod licèt ab aliis receptum, non tamen Plinio assuetur; apud quem iidem Alciensis in Romanâ, & Beroaldus in Parmensi editionibus supernè legunt: *ex adverso Raurici Galliae oppidi:* In primo Ambrosiano *Naurici*, in secundo *Nauritii*; editio ann. 1483. *thaurici* minus rectè.

(7) *Helvetii*. Membranae, & principes editiones *Helvecii* (y), quod idem: codex I. Ambrosianus *Elveti*, secundus *Elvetii*: non tamen *Helvettii*, ut Harduinum vitians illius typographus (z). Quae verò non typographus, sed ille ex Eutropio infimi subsellii scriptore affert, ut Helvetios ultra Galliae Belgicae fines ponat, nonne pugnant vix paucis versibus antea relatis, ubi Raurica Colonia in Galliâ a L. Munatio Planco deducta ingeritur (aa)? Helvetiorum fines egregiè describit Rajmundus Mar-

(a) *De Arte Poëtic. vers.* 300. (b) *Consule latinam version. Amasei, & Xylandri pag.* 299. (c) *Vide pag.* 469. & 482. (d) 1470. 1476. 1479. 1483 1491. 1496. (e) 1507. 1548. 1559. 1562. (f) *Lib. XXXI.* 2. (g) *Vide Tacitum de morib. German. & libellum, cui titulus* Origine del Danubio *pag.* 21. & *seq.* (h) *Cit. opusculo.* (i) *Vide Hard tom. I. pag.* 97. (k) *Lib. III.* 25. (l) *Vide Plin. Hard. lib. XXXVI.* 14. *pag.* 741. (m) *Lib. II* 21. (n) *Pag.* 215. *num.* 27. (o) *Pag.* 353. (p) *Pag.* 251. (q) *De bello Gallico lib. I. & VII.* (r) *Lib. XIV.* 10. (s) *Lib. II* 9. (t) *Pag.* 114. *num.* 26. (v) *Lib. I. de bello Gallico.* (x) 1470. 1476. 1491. 1496. 1499. 1507. 1519. (y) 1470. (z) *Citat. pag.* 224. *num.* 26. (aa) *Num.* 25.

Ex Harduin.

loniae: Equeſtris, & Rauriaca. Rhenum autem accolentes, Germaniae gentium in eadem provincia, Nemetes, Tribochi, Vangiones

Ex noſtrâ recenſione.

loniae [1] *Equeſtris* [2], *&* *Raurica* [3]. *Rhenum autem accolentes Germani* [4], *gentium in eâdem provinciâ Nemetes*, *Triboci* [5], *Vangiones*

Ex Harduin. XX. pag. 228.

Durius amnis ex maximis Hiſpaniae, ortus in Pelendonibus, & juxta Numantiam lapſus, dein per Arevacos Vaccaeoſque diſterminatis ab Aſturia Vettonibus, a Luſitania Gallaecis, ibi Tur-

Durius amnis, *&* *maximus Hiſpaniae* [6] *ortus in Pellendonibus* [7], *&* *juxta Numantiam* [8]*: lapſus deinde per Arevacos Vaccaeoſque*, *diſterminatis ab Aſturiâ Vettonibus* [9], *a Luſitaniâ Gallecis* [10], *ibi quo-*

ANNOTATIONES.

Marlianus, additque, *quibus limitibus adhuc XII. Helvetiorum pagi*, *ut tempore Caeſaris conſiſtunt*, *Berna nunc caput gentis* (*a*). Hinc veteres Helvetii omni jure a Brietio neoterici *Les Suiſſes* appellantur.

(1) *Coloniae*. Ita noſtri codices cum Harduino. Ambroſiani cum vetuſtis editionibus habent *Colonia* (*b*). Hanc lectionem ubi ſequi velis, ſubaudiendum *Colonia Equeſtris*, *&* *Colonia Raurica*.

(2) *Equeſtris*. De hâc egimus libro III. monentes Equeſtrem Coloniam eſſe urbem, quae neotericis *Nion* (*c*). *Equeſtribus* pro oppido Equeſtrium invenimus in Antonini Itinerario. Inibi plura ſunt reperta Romana monumenta; illiuſque territorium IX. ſeculo *Equeſtrium* regio adhuc appellabatur. Pro omnibus ſufficiet elogium Genevae deductum, notum Guillimanno, Plantino, Bochato, ubi (*d*)

CIVITAS
EQVESTRIVM.

(3) *Raurica*. Ita ex noſtris codicibus vulgavimus Diſquiſitionum libro III., itemque ex Suritae membranis; quamvis non ignoremus in editis apparere *Raurica*; quod inſuper in utroque Ambroſiano occurrit. Ad ſcripturae noſtrae tutelam praeſto ſunt alibi convenientia Plinii verba, & dicata L. Munatio Planco memoria, ubi colonias LVGDVNVM ET RAVRICAM deduxiſſe legimus. Nobiliſſimum elogium corrumpitur in Lugdunenſis oppidi hiſtoriâ, quam patrio eloquio Carolus Rubiitius (*de Rubiis*) vulgavit (*e*). Conſule Suritam in Antonini Itinerario, ubi permulta de Rauricae appellatione eruditè congeſſit (*f*).
Rauricorum caput erat Auguſta Raurica, quae urbs in vicum abiit VI. M. P. a Baſileâ, nominis indicium praebens, cum ab indigenis vocetur *Augſt*. Conſule (praeter Harduinum) doctum Bleterium in Juliani Caeſaris vitâ (*g*). A Bochato arguitur hoc loco Plinius, quòd duas ſolùm in Helvetiis colonias recenſuerit; unde illum nobiliſſimae regionis ignarum pronunciat (*h*). Sed quaſnam alias Romanorum verè colonias nobis oſtendet Helvetiorum civis; & quam in Plinio inſcitiam inveniet, qui optimè lacus, fluvia, & montes laudatae provinciae indigitavit? Lugdunum unicè ad Rhodani, & Araris confluentes; atque ad Rhenum in Rauricis Rauricam a Planco deductas Senatus decreto, Hirtio, & Panſâ Conſulibus teſtatur Dio (*i*).

(4) *Germani*. Membranae id nominis recipiunt, quod utique ſuſtinetur, & Plinii ſtilum ſapit.

(5) *Triboci*. Ex codicum omnium indiciis, & Ambroſiano I., ubi apertè *Triboci*. Subſcribunt veteres editiones (*k*), & Landinus. In Venetâ 1519. irrepſit *Tribochi*; quod poſtea a Gelenio, & Paullo Manutio avidè adoptatum, Harduinus retinuit: legimus tamen in annotationibus Τριβοχοι Straboni --- Ptolemaeo Τριβοκκοι --- Tacito *Triboci*. Huic accedendum orthographiae ſuadent elogia CIV. TRIBOCORVM (*l*), & alterum a Benedicto Paſſionaeo allatum, quod corruptum apud Gruterum, & Fabrettum ex ipsâ characterum figurâ lectionem noſtram confirmat (*m*):

T. NIGRIO SIMILI . TRI .	BOCO. EX GER. MANIA SVPER.	ORE LVCO . AV. GVSTI

(6) *Et maximus Hiſpaniae*. Ita Ambroſ. I. & II.; unde recentiores ineptè fecerunt *ex maximis*. Dubio enim eſt procul hunc fluvium aquarum copiâ maximum, non ex maximis Hiſpaniae eſſe, ut mihi Hiſpaniam incolenti innotuit.

(7) *Pellendonibus*. Chiffletianus codex, & veteres editiones habent *Pelendonibus* (*n*). In aliis corruptè *Peledeonibus* (*o*). Ambroſianus I. *polõdeibus*. II. *polondenibus*. Genuinum vocabulum erit Pellendones, cui concinit Gruteriana inſcriptio per Harduinum allata:
PELLENDONES AREVACI
Cauſaubonus apud Strabonem vitioſae adhaerens ſcripturae legit *in Peleudonibus*, & ferè eadem Strabouem, & Plinium vulgaſſe aſſerit (*p*); quando Strabo primam ex urbibus, quas alluit Durius, Numantiam recenſet hoc loco, & paulò infra (*q*). Plerique Numantiae neotericum *Puente a Garay* ignobilẽ vicum ſubſtituunt, qui *Garay pons* Brietio (*r*), *Garay* Baudrantio. Aldreteus vir doctiſſimus poſt longam diſputationem circa Soriam collocavit. Conſule Weſſelingium (*s*).

(8) *Juxta Numantiam*. Hic ſenſus complendus, ut in membranis, ac vetuſtis editionibus (*t*). Has ſecutus eſt etiam Gelenius, Paullus Manutius, & Johannes Nicolaus Victorius (*v*). Neſcio igitur, cur Dalecampius inciſionem mutaverit refragante etiam loci poſitione, ut laudatus Aldreteus adnotavit ad Salmanticenſem, & Toletanum codicem provocans. Hiis addit Pintiani, Johannis Reſendii, Marinaei Siculi, Johannis a Sepulvedâ, & Vaſaei teſtimonia (*x*).

(9) *Vettonibus*. Membranae habent *Vectonibus*, quae lectio ex Lucani codicibus juvabitur (*y*):
Vectoneſque leves, *profugique a gente vetuſtâ*
Gallorum.

(10) *Gallecis*. Membranas, & Politiani praeſertim ſequor, quibus concinunt vetuſtae editiones: attulimus in Plinii vitâ Modeſti cujuſdam elogium, ubi legitur:
ASTVRIAE ET CALLECIARVM (*z*).

(a) *Fol.* 302. *poſt Caeſar. Commentar.* (b) 1470. 1476. 1483. 1491. (c) *Pag.* 76. (d) *Bochat. Tom. I. pag.* 516.
(e) *Pag.* 8. (f) *Pag.* 353. (g) La Bleterie *lib. III. pag.* 176. (h) *Tom. I. pag.* 425. (i) *Lib. XXXIX.*
(k) 1470. 1479. 1483. 1491. 1496. 1499. 1507. (l) *Vide Murator. pag. MLXXXIX.* (m) *Pag.* 84.
(n) 1470. 1476. 1483. 1496. 1499. 1507. *&c.* (o) 1491. (p) *Lib. III. pag.* 229. (q) *Lib. III. pag.* 245.
(r) *Lib. IV. pag.* 268. (s) *Ad Antonini Itinerar. pag.* 442. (t) 1470. 1476. 1483. 1491. 1496. 1499. 1507. 1519.
(v) *Vide edition. Lugdun. anni* 1561. *pag.* 64. (x) Varias Antiguedades *lib. I. pag.* 35. (y) *Lib. IV. verſ.* 9. (z) *Pag.* 160.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
Turdulos a Braccaris arcens. Omniſque dicta regio a Pyrenaeo metallis referta, auri, argenti &c.	*quoque Turdulos a Bracaris* [1] *arcens. Omnis, quae dicta* [2] *regio a Pyrenaeo metallis referta, auri, argenti &c.*

AD V. LIBRVM.

Ex Harduin. I. pag. 240.	Ex noſtrâ recenſione.
Principio terrarum Mauritaniae appellantur, uſque ad C. Caeſarem Germanici filium regna, ſaevitia ejus in duas diviſae provincias.	*Principia* [3] *terrarum Mauritania* [4] *appellantur, uſque ad C. Caeſarem Germanici filium, regna* [5] *: ſaevitiâ ejus in duas diviſa eſt* [6] *provincias.*
pag. 242.	
Romana arma primum, Claudio principe in Mauritania bellavere, Ptolemaeum regem a C. Caeſare interemptum ulciſcente liberto Aedemone --- Suetonius Paulinus (quem Conſulem vidimus) primus Romanorum ducum tranſgreſſus quoque Atlantem aliquot millium ſpatio, prodidit de excelſitate quidem ejus, quae ceteri: imas radices denſis	*Romana arma primùm Claudio Principe in Mauritaniâ bellavere* [7] *Ptolemaeum Regem a Cajo Caeſare interemptum ulciſcente liberto Aedone* [8] *--- --- --- Suetonius Paullinus, quem Conſulem vidimus* [9], *primus Romanorum ducum tranſgreſſus* [10] *quoque Atlantem aliquot millium ſpatio prodidit de excelſitate quidem ejus, quae caeteri. Imas radices denſis*

ANNOTATIONES.

(1) *Bracaris*. Cum II. Ambroſiano; primus habet *Bracharis*.

(2) *Omnis, quae dicta*. Tali pacto Plinii verba reddenda; ſuperioremque periodum noſtrâ punctuatione finiendum reapſe ſenſus poſcit. Ex emanuenſium notis, cum pro *omnis quae*, per compendium redderent *omniſq.*, tranſcribentium error effluxit.

(3) *Principia*. Membranas ſequor, & ſignanter utrumque Ambroſianum codicem, ut ſenſus ſit, immenſam illam regionem a terrarum principiis occupatam appellari Mauritaniam. Eâdem ratione ſcribi poterit exempli cauſsâ: *Terrae a Gaditanis faucibus ad Pyrenaeum plura continent regna, quae Hiſpania appellantur.*

(4) *Mauritania*. Ita legendum reor, quamvis in libris appareat *Mauritaniae appellantur*: jungenda enim ſunt ſequentibus: *in duas diviſa eſt provincias*, quae verba unicè Mauritaniam poſſunt reſpicere. Haud ignoro duplices fuiſſe Mauritanias (*a*), cum ipſomet Plinio paullo infra Siga oppidum commemoretur Siphacis regia *alterius jam Mauritaniae*. Hoc ipſiſſimâ ratione intelligendum, quâ in citeriorem, atque ulteriorem dividitur univerſa Hiſpania. Et ſanè tali methodo incedit Plinius in Hiſpaniae, Galliaeque oris deſcribendis, quamvis utraque ſuas reciperet partitiones. *In eo prima Hiſpania terrarum eſt* (*b*). *Gallia omnis comata uno nomine appellata in tria populorum genera dividitur* (*c*). Vltimò haec ipſa Romanorum bella paullò infra attingens: *Romana*, inquit, *arma primùm Claudio Caeſare in Mauritaniâ bellavere.*

(5) Hoc verbum deeſt in Ambroſianis, quod caeteroquin minimè expungendum videtur.

(6) *Diviſa eſt*. Alteri codices, Romanae, Parmenſes, Venetae XV. ſeculi impreſſiones uniter proferunt *diviſa eſt*. Breviſſimi, & conciſi ſtyli vim minimè aſſequitur Ludovicus Dominicus, qui Landinum emendaturus vertit: *Dal principio del Mondo furono chiamati queſti paeſi Mauritanie fino all' imperio di Gajo Ceſare figliuol di Germanico, e per la crudeltà diviſa in due provincie*. Plinii ſententiam ita patriâ linguâ adornarem: *Quei tratti di paeſi, ove cominciano le Terre, ſi appellano Mauritania; ella ebbe i proprj Re fino ai tempi dell' Imperador Cajo figliuol di Germanico; ed ora per la di lui crudeltà è diviſa in due Provincie.*

(7) *Bellavere*. Secundus Ambroſianus codex *debellavere*.

(8) *Aedone*. Noſtri codices, ac plures vetuſti libri (*d*) ita legunt. Id nominis aequè graecum & notum, uti *Aedemon*. Fatemur Harduinu alias favere membranas, atque editiones (*e*). In ſecundo Ambroſiano exemplari occurrit *Eudemone*, quae ſcripture fortaſſe rectior.

(9) *Vidimus*. Anno Vrbis Condit. 818. Plinii 43. (*f*).

(10) *Tranſgreſſus*. Sibi plerumque hoc loco conveniunt membranae, atque editi libri. Suſpicor tamen, quòd ſcriptum fuerit: *primus Romanorum ducum emenſus, tranſgreſſus quoque Atlantem*, cum in Ambroſiano II. corruptè legatur *emenſes tranſgreſſus*. Videtur igitur reſtituendum *emenſus*; cum egregiè conjunctionem copulativam *quoque* antecedat: adde reliqua: *prodidit de excelſitate quidem ejus, quae caeteri*. Librarii forteſſis cum depravatum *emenſes* ſanare deſperarent, vocabulum e medio ſuſtulerunt. Haec judicandi (ut alia multa) non decernendi cauſsâ accipiantur.

[a] *Vide Jordanandem de Regnorum ſucceſſione.* [b] *Lib. III.* 1. [c] *Lib. IV.* 17.
[d] 1483. 1491. 1496. 1499. 1507. 1519. [e] 1470. 1476. 1561. [f] *Diſquiſit. Tom. I. lib. IV. pag.* 102. *&* 103.

Ex Harduin.

ſis altiſque repletas ſilvis incognito genere arborum, proceritatem ſpectabilem eſſe enodi nitore, frondes cupreſſis ſimiles, praeterque gravitatem odoris, tenui eas obduci lanugine: quibus addita arte, poſſe, quales e bombyce veſtes confici. Verticem altis etiam aeſtáte operiri nivibus. Decumis ſe eo perveniſſe caſtris, & ultra ad fluvium, qui Ger vocaretur, per ſolitudines nigri pulveris eminentibus interdum velut exuſtis cautibus, loca inhabitabilia fervere, quamquam hiberno tempore, expertum.

Ex Harduin. II. pag. 243.

Tingitaniae provinciae longitudo CLXX. mill. paſſuum eſt. Gentes in ea, quondam praecipua Maurorum ---- ---- Ipſa provincia ab oriente montuoſa, fert

Tom. II. Ele-

Ex noſtrâ recenſione.

ſis altiſque repletas [1] *ſylvis incognito genere arborum, proceritatem ſpectabilem* [2], *enodi nitore, frondes cupreſſis ſimiles praeter gravitatem* [3] *odoris, tenui eas obduci lanugine: quibus additâ arte poſſe quales bombyce* [4] *veſtes confici: Verticem altis etiam aeſtate operiri nivibus* [5]*: decumis ſe eo perveniſſe caſtris* [6], *& ultra ad fluvium Ger* [7] *per ſolitudines nigri pulveris eminentibus interdum velut exuſtis cautibus* [8] *loca inhabitabilia fervore, quamquam hyberno tempore, expertos* [9].

Tingitanae [10] *provinciae longitudo* CLXX *eſt* [11], *& gentes in eâ quondam praecipuae Maurorum* [12] ----- ----- ------ *Ipſa provincia ab Oriente montoſa* [13] *fert*

I 2 *Ele-*

ANNOTATIONES.

(1) *Repletas*. Omnium exemplarium conſenſu, quod cum typographus noſter vitiaſſet, in *refertas* calamo emendandum curavit (*a*).

(2) *Proceritatem ſpectabilem*. Jubentibus Ambroſianis codicibus, & Plinii ſtylo. In nonnullis invenitur *proceritate ſpectabili*.

(3) *Praeter gravitatem*. Ex iiſdem auctoritatibus.

(4) *Quales bombyce*. Ita rejectâ, neque neceſſariâ, particulâ *e* lego in membranis, & veteribus libris (*b*). Recentiores *e bombyce* vulgarunt. Martianus Capella, qui geographica omnia Plinii perſtringit, haec habet (*c*): *Arbores praeterea gignit Cupreſſo ſimiles odore graves, quae lanam obducunt inſtar ſerici precioſam*. Infra legimus apud Plinium (*d*): *Atlas mons peculiari proditur ſylvâ, de quâ diximus*. Citrum arborem deſignat, cujus nos folia, & fructus poſſidemus. Conſule hoc loco Dalecampium, atque Harduinum.

(5) *Nivibus*. Omnia, quae contra Paullini narrationem Harduinus congerit, falſa eſſe oſtendimus, cum nulli in toto terrarum orbe ſint montium vertices, qui nivibus minimè operiantur (*e*). Vnde quaecumque a Geographis auditioni in ſcholis occupata de altiſſimo Armeniae monte (*Ararat* indigenis) in contrarium afferruntur, commenticia eſſe noverunt eruditi, cum ſemper illius juga nubibus recta appareant, ut ex Turneforiio Calmetus, atque ex Monierio Feychoous adnotarunt (*f*).

(6) *Caſtris*. Collegit Harduinus hiſce verbis innui, quòd Paullinus decimâ caſtrorum metatione ad ſummum Atlantis verticem pervenerit. Sed non haec Plinius, qui decem dierum militari itinere ad Atlantem a Romanis deventum tradit; ad cujus altitudinem colligendam idoneo metatore; non integro exercitu opus erat; niſi ſtultum adeò ducem credamus, ut a copiis omnibus ſummos montis vertices ſubeundos juberet.

(7) *Ger*. Ambroſianus primus codex Regiis ab Harduino collatis ſubſcribit; quam lectionem clariſſimus Plinii interpres ex Ptolemaei auctoritate firmavit. Graecus enim modicâ diphthongi differentiâ habet Γεὶρ. In reliquis exemplaribus plerumque occurrit *Niger*; atque ita in Naturali hiſtoriâ a Solino inventum non diſſimulavit Harduinus (*g*). Ex verbis *& ultra ad fluvium*, iterum colligo Paullinum ad Atlantis radices; atque ex iis rectâ ad Ger cum exercitu acceſſiſſe.

(8) *Exuſtis cautibus*. Haec, & ſequentia omnia ex utroque Ambroſiano exemplari deducta, longè ſibi meliùs cohaereant, quàm per Harduinum exhibita.

(9) *Expertos*. Nempe ducem ipſum Paullinum, & milites omnes, qui ad Atlantem decumis caſtris, atque ad fluvium ſubinde pervenerant.

(10) *Tingitanae*. Ex Ambroſianis, & chartaceis noſtris codicibus; atque ita pariter Regius I. (aliique, ut videtur) apud Harduinum. Rectiùs igitur Tingitanam hanc Provinciam cum Facciolato noſtro, quàm Tingitaniam appellabis. Id etiam a Ptolemaeo deduci poteſt; atque Harduinus allatâ annotatione: *De Tingitanae longitudine concinit Plinio Martianus*.

(11) *CLXX. eſt* Breviori hâc ratione codices laudati ſummam paſſuum CLXX. millium exhibent. Parvi momenti differentiam indicamus, ut locus pro omnibus ſufficiat.

(12) *Praecipuae Maurorum*. Ex membranis Mediolanenſibus, aliiſque.

(13) *Montoſa*. Id vocabuli diſplicuit Harduino, cujus reſtitutionem etiam in emendationum indice exhibuit (*h*), nullâ tamen facti adjectâ auctoritate. Nos ſolito candore fatemur, illius acta ab utroque Ambroſiano codice juvari; & nihilominus cum Romanis, Alerienſis Antiſtitis, Barbari, Palmarii membranis (ſalrem aequo jure) communiorem ſuſtineri lectionem affirmabimus. Vocis locupletes teſtes Virgilius (*i*), & Cicero, apud quem (*k*): *Tota denique noſtra illa aſpera, & montoſa regio*. Ipſemet Plinius ulmum in montoſam, & campeſtrem diſtingui tradit (*l*); ubi Dalecampius cum in Chifletii codice adnotaſſet legi *montuoſam*: Lexicographi ita Plinium ſcripſiſſe (neſcio an ſatis tutò) vulgarunt (*m*).

[a] *Citat. Tom. lib. VII. pag. 231.* [b] *1470. 1476.* [c] *Libro VI. de Africâ.* [d] *Lib. XIII. 15.*
[e] *Diſquiſit. Tom. I. lib. VII. pag. 231. & 232.* [f] *Tom. IX.* [g] *Emendat. IV. ad hunc librum pag. 293.*
[h] *Tom. I. pag. 769.* [i] *Aeneid. VII. verſ. 744.* [k] *Pro Planco* [l] *Lib. XVI. 27.* [m] *In verbo montuoſus.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
elephantos. In Abila quoque monte, & quos Septem fratres a ſimilitudine appellant: ii freto imminent juncti Abilae. --- --- Quiza Xenitana peregrinorum oppidum, Arſennaria Latinorum, tribus millibus paſſuum a mari. Tria	*Elephantos. Inde Abyla* [1], *quique montes Septem fratres* [2] *a ſimilitudine appellantur freto imminenti* [3] *juncti Abylae* [4]. ---- ---- *Quizacenitana* [5] *Peregrinorum oppidum, Arſenaria* [6] *Latinorum III. P. a mari.* *Tria*

ANNOTATIONES.

(1) *Abyla*. De hujus vocis orthographiâ paullò infra: ad majora properemus. Vulgatae ſcripturae diſſonantiam in caſtigationibus Plinianis ad Solinum attigerat Salmaſius. Huic Harduinus occurrens, ait, illum fruſtra Plinii verba ſollicitaſſe, eo quia Solinus Noſtri paraphraſin concinnans de Tingitanâ haec habeat (a): *Exurgit montibus ſeptem, qui a ſimilitudine fratres appellati, freto imminent: hi montes Elephantis frequentiſſimi*. Quare cum eadem etiam apud Martianum Capellam inveniantur: conſtat Plinium affirmaſſe in Abylâ quoque monte Tingitanae occiduo, & in iis, quos Septem fratres appellant, frequentes fuiſſe Elaphantos. Fateor Solini, & Capellae teſtimonia ſatis receptam lectionem firmare. Verùm, ut aliqua etiam in contrarium reponam: conſtat utrumque Plinii ſententiis multa addere, itemque ſubducere, ut hoc loco, & ſexcentis aliis apparet. Capellae, & Solini aetate jam corruptam fuiſſe Naturalem hiſtoriam ex Symmachi allatâ epiſtolâ (b) facilè lector dignoſcet. Vtrumque pariter multa incondita eorum foeturis addidiſſe norunt omnes. Nunc ſpeciatim ad Plinii verba, prout vulgò feruntur, accedendum. *Ipſa Provincia --- ab oriente fert Elephantos. In Abila quoque monte, & quos Septem fratres --- --- appellant*. Numquid vir, cujus ore Muſae loquebantur, periodum malè tornatam potuit connectere, ut orientalem, & occiduam Tingitanae partem Elephantis refertam depingeret? *Ipſa provincia* in homine verborum parciſſimo eam unicè regionis partem innuit, quae ad orientem vergebat, ubi obiter Elephantos inveniri tradit: neque enim eorum deſcriptionem, ſed Mundi geographiam prioribus attingit voluminibus. Vbi de Elephantis egit, hos in Mauritaniâ (cujus Tingitana pars eſt) naſci utique affirmavit (c). Hic cum provinciae mediterrea luſtraſſet, ab Antolelis ad litur revertitur. In Abylâ, & Septem fratribus frequentiſſimos reperiri Elephantos ſibi tantùm perſuadeat Solinus: nobis contrarium Hiſpani ad Septam degentes retulerunt. Ab iis Abyla *Sierra de las Monas* appellatur, cum a Simiis, non ab Elephantis habitetur; atque ut joca ſeriis jungamus, haec potiùs referre decebat Solinum, cum ut ſaepius attigimus, a doctis Plinii ſimia vocitetur.

Vltimò in Salmaſii laudem illud non omittam, quòd memoratae reſtitutionis indicia extant in Venetâ editione anni 1499., ubi Anonymus, qui XVI. ſeculi initio vixit, reſtituendum curavit. *Inde Abila mons*. Nos cudendum putamus: *Inde Abyla, quique montes* ex literarum ductu; unde praebita videatur errandi occaſio, & Amanuenſes vulgaverint: *In Abila quoque monte*. Legimus in Antonini Itinerario, quòd a Tingi litoribus navigabatur uſque ad Portus Divinos, ſtatimque

AD SEPTEM FRATRES --- M. P. LX.
AD ABILEM ------------ M. P. XIIII.

Conſule inibi Suritae, Schotti, & Weſſelingii annotationes (d).

(2) *Septem fratres*. Latinam reddit eorum appellationem Melae exemplo, cujus verba opportunè affert Harduinus. Hâc ratione ſunt Claud. Ptolemaeo Ἑπτὰ ἀδελφοὶ graecè; unde ſuſpicor propriam punico idiomate habuiſſe appellationem, quae per ſynonymiam cuique linguae conveniret, & fortaſſis ea eſt, quae adhuc indigenis *Benianos* (e). Noti ſunt in Genuenſis urbis ultimâ oppugnatione, qui eâdem ex cauſâ Gemini fratres (*Due fratelli*) vocitantur. Non praetereundum tamen in Placentino Septem ſorores inveniri, qui pari ex cauſâ indigenis adhuc ultimâ latinâ dictione *Sette ſorori*.

(3) *Freto imminenti juncti*. Ex Chiffletii, & Ambroſianis codicibus fluit reſtitutio, quae ubi priſcis editionibus comparetur (in ultimis ſaltem verbis) erit Harduinianae praeferenda.

(4) *Abylae*. Hujus montis nomen ita redditur in chartaceis noſtris codicibus; in reliquis per *i* latinum. Video Harduinum, ſive illius typographum non ſibi admodum conſtare, cum eodem loco *Abyla*, & *Abila* cudatur (f). Tu, cui velis orthographiae, poteris accedere. Praeter annotata ex Itinerario, *Abila* vocatur a Feſto Avieno, qui punicam vocis originem declarat (g): iis enim *mons* ſonat (h). Videtur aſſentire Ptolemaeus, cui Ἀβίλη στήλη. Noſtra Strabonis teſtimonio firmabitur, apud quem (i): Εἰσὶ δὲ οἳ στήλας ὑπέλαβον τὴν Κάλπην, καὶ τὴν Ἀβιλύκην, Quae Guarinus Veronenſis tranſtulit ad verbum. *Aliqui columnas Calpen, & Abylicen opinati ſunt* (k). Xylander, neſcio quâ de cauſâ *Abilam* voluit reddere (l), quamvis in annotationibus graecam vocem probè agnoſcat (m); cui ſaltem in elemento *y* erat accedendum. Sed facilis eſt lapſus, ut quaedam obliviſcantur; Ita agunt lexicographi in hâc voce.

(5) *Guizacenitana*. Membranae: & priſcae editiones allata unicâque texturâ oppidi nomen exhibent. Hermolaus in veteribus libris extare ait *Zenitana*, unde legendum conjecit *Xenitana*, quod propius a Graeco deducitur: ξένη ſiquidem *peregrinum* ſonat. Literas C, Z. toties pro X uſurpari a Latinis minimè ignoramus: ab antiquâ igitur lectione non recedendum, atque hanc ſecundam appellationem primigeniae antiquae Punicae additam cum Harduino colligerem. Inde ex utrâque Romani *Quizacenitanam* fecere. Haec urbs coloniis a Ptolemaeo recenſetur, municipiis in Antonini Itinerario: a Graeco auctore Κοῦζα, a Latino *Guiza* nullo adjecto cognomine recenſetur (n). Conjicit Harduinus oppidum in neoterico *Areſgol*, aut in vicino tractu quaerendum: Simlerus ex Moletio Oranum indigitat (o), pro quo etiam ſtat Jacobus Gaſtaldus (p). Iis ex Villanovani, & Olivarii ſententiâ adde Baudrandum (q), quem fugit optima reſtitutio in graecis Ptolemaei codicibus facta a Pintiano: unde virum doctum Graecos auctores in fonte conſuluiſſe apparet; ideoque doctum Hiſpanum ex hoc etiam loco ab injuſtâ Harduini cenſurâ liberabimus.

(6) *Arſenaria*. Editi libri cum Harduino habent *Arſennaria*. Noſtrum tamen exemplar; utrumque Ambroſianum &c. alterum *n* omittit. In producendo Calpurnii Fabati elogio inter reliqua legimus:

-- NATION. GETVLIC. ARSEN.
QVAE SVNT IN NVMIDIA.

Nitidiùs apud Ptolemaeum Ἀρσεναρία κολωνία; itemque in Antonini Itinerario, ubi Arſenariam Guizae vicinam repe-

(a) *XXV.* (b) *Lib. IV. pag.* 152. (c) *Lib. VII.* 15. (d) *Pag.* 9. (e) *Vide Gaſtald. apud Ptolemaeum lib. IV. fol.* 106.
(f) *Tom I. pag.* 234 *num.* 17. (g) *In Ord Maritim.* (h) *Vide Aiareteum pag.* 180. (i) *Lib. III.*
(k) *Vide latinam illius verſionem fol. XXXV. B. edition. Venet. ann.* 1510. (l) *Lib. III. pag.* 119. *edition. Baſileenſ. ann.* 1571.
(m) *Pag.* 182. *num* 31. (n) *Vide Itinerar. pag.* 14. (o) *Vide citat. Itinerar. Antonini.* (p) *Ad Ptolem. lib. IV. fol.* 108.
(q) *Tom. II. pag.* 175.

Ex Harduin. IV. pag. 245.	Ex nostrâ recensione.
Tria promontoria -- in altum procurrentia, duos efficiunt sinus: Hipponensem, proximum, ab oppido, quod Hipponem dirutum vocant, Diarrhytum a Graecis dictum, propter aquarum irrigua.	*Tria promontoria --- in altum procurrentia duos efficiunt sinus Hipponensem, & proximum* [1] *ab oppido, quod Hipponem Dilutum*[2] *vocant: Diarrhytum a Graecis*[3] *dictum propter aquarum irrigua.*
IV. pag. 248.	
Oppida libera triginta --- --- Salaphitanum, Tusdritanum, &c.	*Oppida libera XXX. --- --- --- Salaphitanum, Thysdritanum*[4], *&c.*
V. pag. 250.	
Garama caput Garamantum: omnia armis Rom. superata, & a Cornelio Balbo triumphata: uni huic omnium externo curru & Quiritium jure donato. Ar-	*Garama caput Garamantum omnia armis Romanis superata, & a Cornelio Balbo triumphata: uni omnium* [5] *externorum* [6], *curru & Quiritium jure donato. Ar-*

ANNOTATIONES.

reperies (*a*). *Arzen* hodie, ut videtur ex loci positione, & literarum ductu: nobis subscribunt Simlerus, & Gerardus Mercator: a Marmolio minùs rectè vocatur *Arzeo* [*b*].

(1) *Et proximum*. Ex nostris codicibus, atque Ambrosianis.

(2) *Dilutum*. Harduinus, cum antiquam scripturam tueri vellet, colligit ab incolis graecè loqui nescientibus *dirutum* pro *diarrhytum* fuisse appellatum, quam primam vocem asserit codices miro consensu referre. Salmasius, cum vacuam *diruti* vocem respueret, legere mavult *Hipponem Diarrutum vocant: diarrytum --- a Graecis dictum*; quâ conjecturâ ineptam *tautologiam* Plinio affinxisse statuit Harduinus: demum non feliciorem pronunciat Suritam, qui *dilutum* reponit. Fatemur in Ambrosiano I. legi *dirutum*, quam lectionem proferunt vetustae editiones (*c*). Salmasio favet Ambrosian. II., quamvis nonnulla inibi in proximis vocibus deformentur. Ego minùs dissonam Salmasii, quàm communem scripturam judicarem, cum aliquid peregrini in *diarruti* vocabulo: nihil Punicis conveniens in latinâ *diruti* voce inveniam; & tunc Mauris unicè τὸ *vocant* affigerem. Surita modestè loci restitutionem non sibi, sed aliis adscribit. *Admonendum*, ait (*d*), *praeterea, cum hujus oppidi fiat ab Antonino mentio, videri apud Plinium in ea parte, qua hunc Hipponem* dirutum *vocatum docet*, Dilutum *legi debere, ut ab aliis emendatum apparet, tametsi in vetustis omnibus, quae viderim exemplaribus* dirutum *legitur; neque rejiciendam eam dictionem puto contra Pintianum*.

Hermolaus Barbarus omnium primus tentamenti loco castigationem proposuerat: *Quid si legas*, inquit, *dilutum, nam & Graeci diarrhyton appellant, hoc est aquis circumdatum, & madentem palustri loco: ut Ptolemaeus demonstrat, atque Plinius libro* VIII., *item Pomponius*. Post Barbarum Alexander Benedictus, qui Plinianas membranas evolvebat (nec Hermolai Manibus addictus apparet) *Hipponensem dilutum* vulgavit (*e*). Hanc vocem ante Benedictum in suis codicibus invenerat Jo. Baptista Palmarius (*f*). Ipsissimam legit Catanaeus (*g*). Validiùs tamen huc usque allatis emergit argumentum ex Politiani annotationibus, ubi *dilutum* invenies. Quare cum V. Cl. Plinium vetustissimis contulerit membranis, antequam Barbarus Naturali historiae manus admovisset: constat *diluti* vocabulum ab amanuensibus septingentis ab hinc annis receptum. Iis igitur adhaereo, neque aliquid peregrini in adjectâ *diluti* voce inquiram; sed oppidum Hipponense propter aquarum irrigua *Diarrhytum* a Graecis; eâdemque interpretatione *Dilutum* a Romanis appellari, unde ab Hippone Regio distinguebatur. Pari ratione *Septem fratres* vocantur montes, qui Ptolemaeo ἑπτὰ ἀδελφοί, ut supra adnotavimus. Neque enim ad ineffabilia Africae nomina hoc loco provocat Plinius, sed graeca patrio aemulatur eloquio. Cum primigenia oppidi appellatio *Hippo*, graja undique appareat: hanc urbem antiquissimam Graecorum coloniam fuisse suspicor. Qui *Diruti* cognomen addunt, Plinii locum a nativo splendore detorquent, quasi deleta esset civitas, ut vertunt Landinus, & Dominicus, aliique omnino perperam. Neque ex eo, quòd oppido *Diarrhyti* cognomentum Pomponius Mela, & ipsemet Plinius alibi tribuit (*h*), inde oritur graeci etymi significationem hoc loco reddere noluisse. Certum pariter est, Hipponem Diarrhytum Vespasiano, & Trajano regnantibus memoratu dignum extitisse, cum a Plinio Caecilio Delphini, puerique historiam iridem persequente *Hipponensis colonia* appelletur (*i*). Huc usque dicta satis superque esse possunt adversus doctissimi Pintiani opinionem, qui *dilutum*, & *diarrhytum* expungit; itidemque non sinunt, ut Wesselingio accedam, qui Suritae judicium meritò ab Harduino improbatum decernit. Haud ignoro Bochartum contendisse Diarrhytum a Plinii calamo unicè proficisci; sed quaenam ratio docto viro succurrit, ut neget Hipponensis oppidi cognomen fuisse *dilutum* Latinis, quod Graecis *diarrhytum*? Cur *Hippone Zarito* dixerit Antoninus, vide apud laudatum Suritam, & Wesselingium.

(3) *A Graecis*: Politiani codices *Diarrhytum Graecis dictum*.

(4) *Thysdritanum*. Orthographiâ a nostris codicibus petitâ rectiùs oppidi nomen scribitur; convenitque Ptolemaeo, apud quem legimus Θύσδρος (*k*). Antonino *Tusdrum*, ut notavit quoque Harduinus. De hoc oppido Byzacenae provinciae jam supra; & ad VII. itidem Plinii librum loquemur.

(5) *Uni omnium*. Asserit Harduinus in libris hactenus editis irrepsisse *unius omnium*. Ita quidem habent multi (*l*); non tamen omnes, cum in aliquibus occurrat *uni omnium* [*m*], quae vera lectio, & connectenda reliquis, ut nempe intelligatur Cornelius Balbus Gaditanus unus om-

(a) *Pag.* 24. (b) *Consule Baudrant. Tom. I. pag.* 99. *in voce* Arsenaria. (c) 1470. 1476. 1483. 1496. 1499.
(d) *Ad Antonini Itinerar. pag.* 21. (e) *Plin. V.* 4 *fol.* 28. (f) *Vide edit.* 1409. 1519. (g) *Ad Plin. Caecil. lib. IX.* 33.
(h) *Lib. IX.* 18. (i) *Epistol. lib. IX.* 33. (k) *Lib. IV.* 3. (l) 1470. 1476. 1483. 1491. 1496 *&c.* (m) 1507. 1519.

AD VI. LIBRVM.

Ex Harduin. IX. pag. 307.	Ex noſtrâ recenſione.
Armenia autem major incipiens a Paryadris montibus, Euphrate amne (ut dictum eſt) auſertur Cappadociae ------ Oppida celebrantur in minore, Caeſarea, Aza, Nicopolis ---- Vniverſae magnitudinem Aufidius quiquagies centena mill. prodidit.	*Armenia autem Major incipiens a Pariedris* [1] *montibus Euphrate amne, ut dictum eſt, auſertur Cappadociae* [2] ------ *Oppida celebrantur in Minore Caſara* [3], *Aza* [4], *Nicopolis* [5] --- *Vniverſae magnitudinem Aufidius quinquagies centena M. prodidit.*

AD VII. LIBRVM.

Ex Harduin. IV. pag. 376.	Ex noſtrâ recenſione.
Ipſe in Africa vidi mutatum in marem nuptiarum die, L. Coſſicium civem Thyſdritanum. Ce-	*Ipſe in Africâ vidi mutatum in marem nuptiarum die L. Coſſicium* [6] *civem Thyſdritanum, vivebatque cum proderem baec* [7]. *Cae-*

ANNOTATIONES.

omnium exteruorum, qui curru, & Quiritium jure fuerit donatus.

(6) *Externorum*. Hâc ratione legendum Plinii locum ritè colligit Nicolaus Antonius (*a*), cum hiſtoriam ita expoſuerit Solinus Plinii ſimia (*b*). Verùm & optimè adſunt conjecturae: prima erit ipſa ratio Plinii ſtyli, qui de Cornelio Balbo hujus patruo loquens: *primus*, inquit (*c*), *externorum, atque etiam in Oceano genitorum uſus illo honore*. Secundum argumentum in membranis *omnium externorum* inveniri non diſſimulavit Dalecampius; atque ita adnotare voluiſſe colligo Politianum ex lineolis *curru externo* ſuperimpoſitis. Tertium, quinam *currus externus* hoc loco?

(1) *Pariedris*. Non abſque ratione legit *Paryadris* Harduinus, cum parili ſcripturâ apud Strabonem Παρυάδρης occurrat. Verùm ubi hanc vocem in Plinio ingerit primo loco Harduinus (*d*) ſatis dubitet, an ſit genuina. Quare ſuffragantibus ſibi invicem codicibus, atque impreſſis libris Pariedri montes hoc loco ſuſtinentur.

(2) *Cappadociae*. Nomen ab Hebraeo *Capadach* [*diviſio*] deducit eruditus Joh. Baptiſta Paſſerius (*e*), cum provincia altiſſimis montibus vallata a caeteris ſeparetur.

(3) *Caſara*. Qui cum Gelenio, Paullo Manutio, Suritâ, Dalecampio, Harduino Caſarae Caeſaream ſubſtituunt, velim mihi oppidum tali appellatione in Minore Armeniâ oſtenderent; cujus nulla apud idoneum auctorem, atque in veteribus Romanorum Itinerariis recordatio. *Caſara, Aza, Nicopolis* imperitis evaſit *Caeſarea: Zanicopolis*; quod in priſcis editionibus (*f*), atque in Laudini membranis irrepſit. Reſtitutio Hermolao Barbaro debetur, apud quem *Ptolomaeus* (ita enim ut alii multi pro Ptolemaeo legit) *Caſara Aza Nicopolis. Eſt enim Aza urbs ad Scordiſcum montem: cujus mentionem Antoninus quoque facit hoc ipſo tractu. De Caſara vetuſti quoque codices.*

Ad ſcripturae ſuae tuitionem conjicit Harduinus hanc eſſe Neocaeſaream, quam in Euphratis ripâ conditam memorat Nicephorus Calliſtes (*g*). Verùm unde probatur urbem duplici hâc appellatione Plinii aevo extitiſſe. Baudrantius Caeſaream penes Zarbum collocavit (*h*).

(4) *Aza*. Hujus oppidi, & Nicopolis duplici loco meminit Antoninus in Itinerario (*i*), ubi ita ex optimis libris legendum monuit Weſſelingius, cum in aliis deterioris conditionis occurrat *Haza*. Diverſas etiam diſcrepantias habes apud laudatum Weſſelingium, Suritam, Simlerum.

(5) *Nicopolis*. Devicto Mithridate in victoriae argumentum graecam appellationem huic oppido Pompejum Magnum indidiſſe creditur, teſte Strabone, Dione, Appiano Alexandrino, Stephano Geographo. Monuit Weſſelingius, quòd notitia Hieroclis cum novellâ XXXI. Nicopolim in Armeniâ Primâ poſuit. Verùm cum Plinio in Secundâ ſeu Minore oppidum quaeres. Stephanus ab Harduino allatus: Νικόπολις τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας.

(6) *L. Coſſicium*. De hocce miraculo ſatis ſuperque eſſe poſſunt, quae in primâ Diſquiſitionum parte, non uno loco adnotavimus (*k*).

(7) *Vivebatque cum proderem haec*. Allata non abſque ratione in Plinii texturâ minimè recepit Harduinus, eo quia abſint ab omnibus codicibus manu exaratis, quibus editi libri ſubſcribunt. Fateor in Ambroſianis, aliiſque permultis deſiderari. In veteri tamen Longolii codice, ſive editione extare innuit Dalecampius (*l*); itemque ab Anonymo recipiuntur, qui ducentis ab hinc annis illuſtrationes addit Veneto Plinii exemplari, quod poſſideo (*m*). Quare cum in omnibus Gellii libris inveniantur; nec veriſimile ſit clauſulam adeò expreſſam Plinii temporibus unicè convenientem a Noctium Atticarum ſcriptore fuiſſe ſuperadditam: Naturali hiſtoriae reddendam arbitrarer, cum Plinii ſtylum, & morem omnino redoleat. Alibi retulimus: *Cum haec proderem habebant Caeſares juvenes* (*n*): a libro pariter X. (*o*): *Nunc quoque erat in urbe Româ haec prodente me Equitis Romani cornix.*

(a) *Bib. Vet. Hiſpan. lib. I. 2. pag. 6.* (b) *Cap. XXXII.* (c) *Lib. VII. 43.* (d) *Ad V. Plinii lib. pag. 272. num. 15. Vide & emendat. LXVII. pag. 297.* (e) *De Hebraiſmo Aegyptior. Cap. IV. pag. 91.* (f) 1483. 1491. *&c.*
(g) *Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. Lib. VIII.* (h) *In Tabulâ Roman. Imperii. Vide Mercur. Geograph.* (i) *Pag. 183. & 207.*
(k) *Lib. V. pag. 442. & libro VII. pag. 234. & 235.*
(l) *Edit. an 1615. pag. 213.* (m) *Anno 1519. edito fol. 61. B.*
(n) *Lib. X. 42. Vide & Diſquiſit. lib. V. pag. 144.* (o) *Citat. Plin. lib. X. 43.*

Ex Harduin. IV. pag. 376.

IV. Ceteris animantibus ſtatum, & pariendi,& partus gerendi tempus eſt: homo toto anno,& incerto gignitur ſpatio. Alius ſeptimo menſe, alius octavo --- Tralatitium in Aegypto eſt & octavo gigni. Jamquidem & in Italia tales partus eſſe vitales, contra priſcorum opiniones --- Veſtilia C. Hercidii, ac poſtea Pompo-

Ex noſtrâ recenſione.

Caeteris animantibus ſtatutum [1] *& pariendi* [2], *& partus egerendi* [3] *tempus eſt. Homo toto anno, & incerto gignitur ſpatio. Alius ſeptimo menſe, alius octavo --- Translatitium* [4] *in Aegypto eſt & octavo gigni; jamquidem & in Italiâ tales partus eſſe vitales contra priſcorum opiniones* [5] *--- Veſtilia C. Suillii* [6], *Domitii Poſthumi* [7], *Pompo-*

ANNOTATIONES.

[1] *Statutum*. Concinunt membranae, & vetuſtae editiones: cohaeret Plinius [a]. *Quaedam tamen ſtatutum tempus anni habent ubique, uti Ceraſi, & Amygdalae circa brumam*. Ab antiquis impreſſoribus video diſceſſiſſe Thomam Blavenſem, qui anno 1491. *Statum* edidit, ignotum primi Venetae ann. 1483. & ſubſequentibus vocabulum [b]. illud nullâ facti additâ ratione Neoterici adoptarunt Gelenius, Paullus Manutius, Dalecampius, Harduinus &c.

[2] *Pariendi*. Innuit animalia vere in amorem acta certis ſemper temporibus parere.

[3] *Egerendi*. Eleganti dictione explicat impoſitam Brutis a Naturâ legem, ut ſemper ipſiſſimo, ſive annorum, ſive menſium, ſive dierum curriculo foetus edant, paullò infra [c]. *Extat in monumentis --- uno abortu duodecim puerperia egeſta*. Recentiores, cum illud *pariendi* partuſque *egerendi* ab antiquis omnibus receptum, haud aequis lancibus impoſuiſſent: colligerunt Plinium ſcripſiſſe *pariendi, & partus gerendi*. Horum princeps Gelenius, qui caeteros in foveam duxit. Verùm certum pariendi, & partus egerendi tempus in reliquis animantibus opponitur homini, qui toto anno, & incerto gignitur ſpatio.

[4] *Translatitium*. Monuerat Dalecampius in Chiffletiano codice inveniri *tralatitium*: Harduinus ita in operis corpore ingeſſit ex veteribus membranis, ut innuit. Quae tamen ſint minimè aperuit. Ego in omnibus miro aſſenſu *translatitium invenio*. Vt quamplura antiquorum teſtimonia omittamus noſtram probantes ſcripturam, ad Plinium Caecilium provocamus Avunculi exemplis verbiſque inſiſtentem [d]: *nec tuae naturae eſt translatitia haec, & quaſi publica officia a familiaribus amicis contra ipſorum commoda exigere*. Conſulatur hoc loco Catanaeus, qui verba Magni Plinii a nobis vulgata ſubjecit [e]; & qui plura deſideraverit, adeat Voſſium, Boehnerum, Pighium, Barthium, Nicolaum Fabrum in Plinii Caecilii epiſtolarum editione per Cortium, & Paullum Danielem Longolium curatâ [f].

[5] *Opiniones*. Non igitur affirmandum erat Feychoo, quòd ab Hippocrate ad Galenum ex ſucceſſoribus medicis accepimus octavo menſe genitos non vivere [g], cum Plinius ab iis veniat excipiendus.

[6] *C. Suillii*. Juvabit meminiſſe Nos libro IV. diſſidiorum immanem labyrinthum in hiſce verbis inveniſſe, ut nihil difficilius occurrat, & caſtigatori pertinacius obſiſtat [h]. Fatetur Harduinus in MSS. Reg. I. Pariſ. Col. 1. 2. legi non *C. Herdicii* (ut in Romanâ 1470. Parmenſi 1476, aliiſque) ſed *C. Diti*; additque *forte C. vel Cn. Didius Geta is fuit, de quo Dio in Claudio --- qui poſt Suetonium Paulinum Mauros ſubegit. Belle certe tempora congruunt*. Huc uſque interpres, cui objicio malè omnino tempora convenire, cum Veſtilia, quae Caeſoniam genuerat, atque antea Corbulonem, & Suillium, nullâ ratione hujus Didii uxor Claudio imperante eſſe potuerit. Corruptum itidem locum apud Dionem multa ſuadent, legendumque potiùs Cn. Hoſidium Getam, quem unà cum L. Vagellio conſulem Claudianis temporibus memorari invenio in celeberrimâ aeneâ Tabulâ, ubi de poſtulatione Alliatoriae Celliae [i].

Ad membranas igitur quamvis depravatas & nos accedamus; haſque Romanorum appellandi legibus, atque hiſtoriae comparantes, enitendum ut aliqua affectiſſimo loco exoriatur medicina. In Vaticano codice 3533. *Veſtilia Caii Lucii, ac poſtea Pomponii atque Orfiti clariſſimorum civium conjux ex his quatuor partus enixa ſeptimo ſemper menſe genuit Suillium Rufum undecimo &c.*

Codex 3861. qui creditur olim ad Fulvium Vrſinum ſpectaſſe.

Veſtilia Gliti ac poſtea Pomponii atque Orfiti &c.

Codex I. Ambroſianus. *Veſtigia Gaii Herdicii, ac poſtea Pomponii atque Orfici clariſſimorum civium conjux ex his quatuor partus enixa ſeptimo menſe. genuit Suillum Rufum XI. Corbulonem VII. &c.*

Cod. II. Ambroſ. *Veſtilia Gaii Lucii, poſtea Pomponii atque Orfiti clariſſimorum civium conjux ex his quatuor partus enixa ſeptimo ſemper menſe genuit: Suillum Rufum &c.*

Primae Politiani membranae. *Veſtilia C. Glici ac poſtea Pomponii atque Orfiti clariſſimorum civium conjux ex iis quatuor partus enixa ſeptimo ſe ſemper menſe: genuit Suillum Ruffum undecimo: Corbulonem ſeptimo &c.*

Secundae. *Veſtilia C. glus &c.*

Dalecampius monuit legi & *Veſtilia C. Lili*. Reſtitue C. *Suillii*, unde corruptum videtur *C. lili*, qui characteres ultimam nominis partem complent. Scribitur enim eâdem ratione *Suillius*, & *Suilius*. Neque enim Suillius Rufus conſul alio quàm Suillio patre naſci potuit ex traditis II. libro gentiliciarum appellationum regulis. Vt membranis, quantùm fieri poteſt, adhaererem: cogitavi quandoque ad adoptionem confugere; ut qui nati Herdicio, ſive Glitio, ſive Lilio, ſeu quocumque alio genitore eſſent: alter a C. Suillio, alter a Cn. Domitio in familiam adſciti: vocati fuerint C. Suillius Rufus, & Cn. Domitius Corbulo. Sed nulla de hiſce adoptionibus in Romanâ hiſtoriâ mentio; neque ipſae Suillii, & Corbulonis integrae appellationes ullum adoptionis praebent indicium. Invenio quidem apud Dionem, ubi miſerandas civium clariſſimorum neces a Nerone perpetratas attingit, ſe unicè acturum de Corbulone, Sulpiciis, Scriboniis, Rufo, ac Proclo: nam cum hi fratres eſſent, & ferè aequales genere, vitae inſtitutione, & facultatibus conjuncti, diuque ſimul utramque Germaniam adminiſtraſſent: ita ſimul accerſiti in Graeciam venerunt [k]. Sed haec narratio tenebris tenebras addit. Corbulo igitur Sulpiciorum, ac Scribonorium quoque frater dicitur, neque aliâ ratione quàm uterinus eſſe potuit; nam cum ipſe ad Domitios certò certius ſpectet; ſi eodem genitore cum recenſitis a Dione natus eſſet: ii non Sulpicii, & Scribonii, ſed Domitii quoque appellari debebant. Quare vel omnino corrupta Dionis narratio, vel Grae-

cus

[a] *Lib. XVII. 18.* [b] 1496 1499. 1507. 1519. [c] *Lib. VII. 11.* [d] *Lib. IX. 37.* [e] *Edit. 1601. pag 558.*
[f] *Pag. 702.* [g] *Vide Feychoo. tom. IX. ad. V. num. 49.* [h] *Pag. 93.* [i] *Vide Capacc. & Hoſpital. & harum Diſquiſit. tom. I. lib. IV. pag. 98.* [k] *Lib. LXIII. pag. 722.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
ponii, atque Orfiti clarissimorum civium conjux, ex his quatuor partus enixa, septimo semper mense, genuit Suilium Rufum undecimo Corbulonem septimo, utrumque Consulem: postea Caesoniam Caii principis conjugem octavo. In-	*poniique Orfiti* [1] *clarissimorum cïvium conjux, ex iis quatuor partus enixa* [2], *septimo Suilliam Semproniam* [3] *mense genuit, Suillium Rufum* [4] *undecimo, Corbulonem* [5] *septimo, utrumque Consulem* [6], *Pomponiam Caesoniam* [7] *Caj Principis conjugem octavo. In-*

ANNOTATIONES.

cus auctor fallitur; & Plinii dictis unicè convenit Rufi cognomen, quod Suillium gestasse constat, & Corbulonis fratrem intelligimus. Quonam igitur pacto excidit Harduino, ut Suillium consulem ex Pomponio natum suspicaretur, adderetque: *fuit enim in Pomponia gente Ruforum familia & cognomen* [a]? Pomponius Pomponium, nusquam Suillium genuit; neque Ruforum cognomen omnibus commune, familiam in Pomponiâ gente poterat constituere; nisi ad Pomponios omnino perperam velit referre L. Caecilium Rufum, & P. Cornelium Rufum hoc ipsissimo libro memoratos [b], ac Julium Rufum consularem [c]; quando vel Tyrones norunt primum ad Caeciliam, secundum ad Corneliam, tertium ad Juliam gentem spectare. Nihil igitur Rufi cognomine fidendum, cum in penè infinitis Romanorum familiis occurrat, ut videre est apud Appianum, Gruterum, Muratorium, Glandorpium [d] &c. Ex iis omnibus facilè dignoscetur, ut quae ineptè in Vaticano exemplari 3533. uxor dicitur *Caii Lucii*; in Ambrosiano II. *Caii Lucii*; in Politiani membranis *C. Glici*; apud Dalecampium *C. Lili*, ad C. Suillium, vel Suilium spectaverit; cum affines gentilicio nomini evadant corruptae dictiones; & certò certius sit non alio genitore quàm Suillio Suillium Rufum Consulem nasci potuisse.

(7) *Domitii Posthumi*. Quisnam fuerit hic Domitius Posthumus, fateor ignorare; verùm cum ex nuperrimè allatis indubiè constet Domitium Corbulonem Domitio parente ortum: conjiciendum vocabula *Herditii*, *ac postea* in pennâ exaratis, impressisque voluminibus ingesta, amanuenses ex *Domitii Posthumi* appellationibus vitiosissimè deduxisse. Adde quòd nihil in contrarium de cognomine ad Corbulonis parentem spectante inveniatur; & deperditae Neroniani temporis historiae non sinant, ut ipsius etiam Vestiliae genitorem designemus.

(1) *Pomponiique Orfiti*. Nullâ ratione Plinium scribere potuisse *Pomponii*, *atque Orfiti* rescire tenebatur Harduinus, cum plures admodum illustres gentiliciâ appellatione Pomponii, vel praenomine, vel cognomine sint distinguendi; itemque Orfiti cognomen a diversis omnino familiis gestatum nomini subdendum illud sanè exposcat. Argumento erit ille Orfitus, ad quem provocat Harduinus, quique Consul juxta nostram supputationem unà cum Claudio processit anno V. Cond. 803. qui Servius praenomine Cornelius nomine, Orfitus cognomine appellabatur. Hic alter omnino a Vestiliae marito fuit, cum tempora minimè conveniant.

(2) *Quatuor partus enixa*. Fidem praestat, quatuorque filios enumerat, nempe Semproniam, & Rufum ex Suillio, Corbulonem ex Domitio, Caesoniam Orfiti filiam. Harduinus *septimo semper mense genuit* restituisse testatur Regiorum Codicum I. & II. Colbertinorum I. & II. Parisiensis, Chiffletiani, Toletani, aliorumque auxilio; additque „ (e) Eruditi ex ea voce semper, Sempronium „ temere confixerunt. Varietatem partus in una eadem„ que femina auctor proponit: quae primum quatuor „ partus continuos, septimo semper mense: mox & a„ lium undecimo, septimo deinde & alterum, postremum „ denique octavo ediderit „ Bonâ tamen emendatoris pace, ubi nullus, vel saltem Plinio indignus emergit sensus: infirmi discrepantium membranarum redduntur favores. *Ex iis enixa* significat Vestiliam tribus viris consequenter nuptam, ex iis quatuor partus edidisse: primum, & ultimum septimo mense, secundum undecimo, tertium octavo. Vbi enim priores quatuor continuos septimo mense peperisset: libenter scirem cui *ex iis* essent adscribendi. Neque enim ex pluribus viris quatuor filios non interruptâ consuetudine septimo mense in lucem edidit, quae subinde alterum ex Suillio undecimo, secundum ex Domitio septimo, tertium ex Orfito octavo mense, juxta Harduinum, peperit. Vero insuper consentaneum minimè judicarem, Vestiliam quatuor filiorum parentem fuisse, antequam secundo nuberet marito; sciremque libenter utrum ii partus septimo semper mense egesti, vitales fuerint, an non; alterutrum certè Plinius non omisisset.

(3) *Semproniam*. Semproniae gentilicium Suilliae nomen praepono ex codicum Politiani corruptis dictionibus *se semper*, fortassis per compendium in primigenis membranis scriptum erat *Suill. Sempron.* Caeterum ubi proprium gentis nomen recipere non placeat, non abnuerim Semproniae secundariam appellationem hoc loco sufficere, utpote quae filiam C. Suillii satis designet, cum soror Suillii Rufi appareat: hâc ratione Considia M. Servilii Consularis filia dicitur (*f*), cujus certè primigenia appellatio erat Servilia, ut suo loco ostendemus.

(4) *Suillium Rufum*. Egimus de Suillio libro IV. (*g*) ubi Plinianae hujus narrationis emendatio proponitur. Consulantur Taciti enarratores, & Glandorpius, qui ad eum opinatur scribere Ovidium (*h*), ubi ostendit illum privignam suam duxisse (*i*)

Nam tibi quae conjux, eadem mihi filia pene est.

(5) *Corbulonem*. Fuit apprimè illustris, & doctus, cujus saepe cum laude meminit Plinius, & praesertim libro VI. ubi multa se proditurum diversâ ratione, quàm veteres fecerint, lectorem monet (*k*) *anxiâ perquisitâ curâ, rebus nuper in eo situ gestis a Domitio Corbulone, Regibusque inde missis supplicibus, aut Regum liberis obsidibus*. Praeter Dionem, & Tacitum multa de Corbulone attingentes habes Statium libro V. Sylvarum

---- rigidi summam Mavortis agebat
Corbulo

Consule Jacobum Wildium (*de Wilde*) (*l*).

(6) *Vtrumque consulem*. Non ordinarios; sed suffectos. Corbulo anno V. Cond. 791. Suillius Rufus (ut conjeci) anno V. Cond. 798. (*m*).

(7) *Pomponiam Caesoniam*. Pomponiae gentilicium nomen a librariis in adverbium *postea* per summum nefas conversum, utique colligendum. Hâc ratione sanabitur Dionis locus, quem Disquisitionum libro IV. attigimus (*n*), ubi Caj Caesaris conjugem Amanuensis Μιλωνίαν Καισωνίαν appellavit. Si fidendum esset elogio huic Augustae sacrato; quodve Aeneas Vicus publici juris fecit, lis de medio tolleretur: legimus enim in fracti Obelisci imâ parte sub Caesoniae imagine (*o*)

SO-

(a) *Pag. 376. num. 20.* (b) *Lib. VII. 50.* (c) *Lib. XXVI. initio.* (d) *Onomastic. in indice cognomin. pag. 934.*
(e) *Emendat. XXXI. ad VII. librum pag. 422.* (f) *Vide Plin. lib. XXIV. 7.* (g) *Pag. 95.* (h) *Onomast. col. 817.*
(i) *De Ponto lib. IV.* (k) *Lib. VI. 8.* (l) *Numismat. pag. 198.* (m) *Vid. Disquisit. tom. I. lib. IV. pag. 92. & seq.*
(n) *Pag. 91. ad ann. Plin. 16.* (o) Le Imagini delle Donne Auguste *pag. 231.*

Ex Harduin. XVI. pag. 384.

Invenimus in monumentis, Salamine Euthymenis filium, in tria cubita triennio adolevisse, incessu tardum, sensu hebetem, & jam puberem factum voce robusta, absumptum contractione membrorum subita, triennio circumacto. Ipsi non pridem vidimus eadem ferme omnia, praeter pubertatem, in filio Cornelii Taciti Equitis Romani, Belgicae Galliae rationes procurantis. Ἐκτραπέλοι Greci vocant eos: in Latio non habent nomen.

Ex Harduin. XX. pag. 386.

Nunc quidem in Circo quosdam CLX. M. passuum tolerare non ignoramus. Nuperque Fonteïo & Vispanio Coss. annos VIII.

Ex nostrâ recensione.

Invenimus in monumentis Salaminae [1] *Eutimenis* [2] *filium in tria cubita triennio adolevisse, incessu tardum, sensu hebetem; & jam puberem factum voce robustâ, absumptum contractione membrorum subitâ, triennio circumacto. Ipsi verò pridem vidimus* [3] *eadem ferè omnia (praeter pubertatem) in filio Cornelii Taciti* [4] *Equitis Romani Belgicae Galliae rationes procurantis. Ectrapelos* [5] *Graeci vocant eos; in Latino* [6] *non habent nomen.*

Nunc quidem in Circo quosdam CLX. M. pass. tolerare non ignoramus; nuperque Fontejo, ac Vipstano [7] *Coss. annos IX.*

ANNOTATIONES.

SOLI AETERNO
CAESONIAE POMPONII
ORPHITI FIL. C. CAESA
RIS AVG. CONIVGI AMAN
TISSIMAE

Verùm hujusmodi arbitrariò conflata; nec de ipsius epigrammatis veritate eruditum Parmensem fidem suam obstringere putaverim. Voluit Aeneas ad Caj obeliscum in molitione fractum, & Plinii librum XXXVI. provocare, ubi immanes trabes Solis nomini ab Aegyptiis dicatas testatur. Vicumque se res habeat, ex Vici labore constat, illum Caesoniam Pomponii Orfiti filiam a Plinio didicisse: quamvis ex corruptis Dionis verbis irretitus, & parum Romanarum appellationum leges considerans haec patrio eloquio vulgaverit: MILLONIA *Cesonia, il di cui nome e detto dal ventre tagliato della madre, secondo Plinio nel settimo libro, & capitolo nono, nacque di Pomponio Orfito & di Vestilia.*

(1) *Salaminae.* Rectiùs ita scribes, quàm cum Harduino, aliisque diphthongum respuentibus: *legimus in monumentis, Salamine* &c. Si de Romanorum actis, memoriis, historiis ageret Plinius, id utique recipi poterit: verùm cum de externâ gente sermo habeatur: absque dubio ad Salaminorum historias provocavit. In aliquibus libris contractâ dictione fortasse scriptum: *Invenimus in Salamin. monumentis*, unde pro oppido Populus recenseretur, eodem pacto, quo alibi (a): *Mulum LXXX. annis vixisse Athenienfium monumentis apparet.* Hujus loci veterem lectionem primus immutavit Gelenius, eo quia in aliquibus libris invenisset *Salamiam*: *scribo* inquit, *Salamine, Quid enim attinebat nominare puerum?* Fateor *Salamiam* etiam Alexandrum Benedictum vulgasse (b). Error tamen omnibus patet, cum oppidi nomen sit corruptum, & ante Gelenium & Benedictum; imò ante Hermol. Barbari, & Palmarii castigationes Veneti typographi edidissent *Salaminae* (c): Palmarius insuper adnotavit etiam *Salamiae* inveniri, quod occurrit in Venetâ impressione anni 1491. inde depravatum *Salamiam* effluxit.

(2) *Eutimenis.* Ita codices, & vetustae editiones.

(3) *Ipsi verò pridem vidimus.* Ad suam firmandam lectionem Harduinus hujusmodi profert (d) „ Falso scriptum „ in libris ad hunc diem editis, *nos pridem vidimus*, & „ vero *non pridem* habent Reg. 1. 2. Paris. Chiffl. &c., Oculis certè, vel memoriâ labitur Gallus interpres, cum vetustiores editiones: *ipsi non pridem* (e) exhibeant. Subinde castigatores (nec omnino improbandi) ediderunt: *ipsi nos pridem vidimus* (f). Restituo ex Ambrosianis codicibus: *ipsi verò pridem vidimus.* Adde quòd ab Harduino ingestis obstat ratio, cum NON PRIDEM Italis sonet *non avanti*: PRIDEM *poco tempo fa, poco avanti*: iis igitur, quae ex Salaminorum actis in Graeciâ praesertim innotuerant, jungit quae ipse PRIDEM, nempe paucis evolutis annis in filio Cornelii Taciti animadverterat, atque hoc pacto veteribus novissima copulavit. Fateor elegantissimè, & saepiusculè Plinium uti dictionibus *non pridem*. Sic de vite Viennensem agrum nobilitante *non pridem illustrata* (g); atque alibi *nec pridem id factum* (h) testatur. Verùm hoc loco agit de re suo aevo, sibique notissimâ: unde particulam *non*, sensui officientem rejicio.

(4) *Cornelii Taciti.* Cave, ne hunc suspiceris esse celebrem historicum, qui cum Plinii adoptivo filio conjunctissimus vixit. Vide, quae in primâ Disquisitionum parte adnotavimus (i).

(5) *Ectrapelos.* Graecas voces etiam quandoque latinis characteribus redditas conjicio. Romana enim elementa hoc loco praeseferunt nostri codices; itemque iis Lexicographi communiter assentiuntur. Ipsemet Hârduinus libro Plinii tricesimo vulgavit (k): *Esse animal Locustae simile sine pennis, quod troxalis Graece vocetur, latinum nomen non habeat, aliqui arbitrantur: nec pauci auctores esse quod gryllus vocetur.* Poteris igitur hâc in re vel Harduino, vel antiquis librariis adhaerere; dummodo nostrae restitutioni accedas, ut spero, ad ea quae de troxali suo loco adnotabimus.

(6) *In Latino.* Subaudi *sermone.* Libro XXIX. legimus (l): *nullius ante haec latino sermone condita.* Harduinus vulgare maluit *in Latio.* Reg. 1. 2. & Chiffletiani codd. auctoritate id fecisse affirmat; additque „ tamen Reg. 2. Pa„ ris. *in Latino* ut hactenus editi. „ Puto calami vitio irrepsisse ex *Reg.* 1. 2., cum statim Regium 2. & Parisiensem habere *in Latino* subjecerit.

(7) *Vipstano.* Consule, quae adnotavimus de Vipstani gentilicio nomine hujus libri pag. 5. num. 2. In Ambrosiano I. occurrit corruptè *Vpistano*, quod a rectâ Vipstani appellatione effluxit.

(a) *Lib. VIII. 44.* (b) *Edit. 1507. fol. 47.* (c) 1483. (d) *Emendat. LXV. pag. 424.* (e) 1470. 1476. (f) 1483. 1491. &c.
(g) *Lib. XIV. 1.* (h) *Lib. XXXIII. 1.* (i) *Lib. V. pag. 159. num. 3.* (k) *Tom. II. pag. 529.* (l) *Lib. XXIX. 1.*

Ex Harduin. XX. pag. 386.

VIII. genitum puerum a meridie ad Vesperam LXXV. millia passuum cucurrisse.

Ex Harduin. XXVI. pag. 388.

XXVII. Verum ad decus Imperii Rom. non solum ad viri unius pertinet victoriam, Pompeïi Magni titulos omnes, triumphosque hoc in loco nuncupari; aequato non modo Alexandri Magni rerum fulgore, sed etiam Herculis prope ac Liberi Patris. Igitur Sicilia recuperata, unde primum, Syllanus in Reip. causa exoriens, auspicatus est. Africa vero tota subacta, & in ditionem redacta, Magnique nomine in spolium inde capto, eques Rom. (id quod antea nemo) curru triumphali revectus est, & statim ad Solis occasum transgressus, excitatis in Pyrenaeo trophaeis, oppida DCCCLXXVI. ab Alpibus ad fines Hispaniae ulterioris in ditionem redacta victoriae suae adscripsit, & majore animo Ser-

Ex nostrâ recensione.

IX, genitum puerum [1] *a meridie ad vesperum* [2] *LXXV. M. pass. cucurrisse.*

Verùm ad decus Imperii Ro. non solùm ad viri unius pertinet victoriam, Pompej Magni titulos omnes, triumphosque [3] *hoc in loco nuncupare* [4], *aequato non modò Alexandri Magni rerum fulgore; sed etiam Herculis prope, ac Liberi Patris. Igitur Siciliâ recuperatâ, unde primùm Syllanus in Reipublicae caussâ exoriens, auspicatus est: Africâ verò totâ subactâ, & in ditionem redactâ, Magnique nomine spolio inde capto* [5] *Eques Romanus (id quod antea nemo) curru triumphali revectus est: & statim ad Solis occasum transgressus excitatis in Pyrenaeo trophaeis oppida IↃCCCLXXVI,* [6] *ab Alpibus ad fines Hispaniae Ulterioris in ditionem redacta victoriae suae adscripsit, & majore animo Sertorium domuit* [7]*:*

bel-

ANNOTATIONES.

(1) *Annos IX. genitum puerum*. Minùs difficile videtur puerum novennem tot mille passus tam brevi spatio cucurrisse, quàm ubi annum illi cum Harduino subducas: fortasse error fuit exscribentis Solini, cui notae VIII. pro VIIII. exciderunt. Membranae, & vetustae editiones IX. praeseferunt. Neque lectionem immutavit Hermolaus Barbarus, qui hanc inter Plinium & Solinum differentiam adnotavit.

(2) *Ad vesperum*. Ex allatis auctoritatibus: quamvis non ignorem eâdem ratione dici *vesperum*, & *vesperam*.

(3) *Triumphosque*. Tolle impressoris mendum in hâc voce Harduinianae editioni affixum.

(4) *Nuncupare*. Ex membranis; & primigeniis editionibus. Conveniunt infra allata (a). *In Divo quoque Augusto, quem universa mortalitas in hâc censurâ nuncupat, si diligenter aestimentur cuncta, magna sortis humanae reperientur volumina*. Ibi quoque emendandus Harduinus, cum vulgaverit *reperiantur* (b).

(5) *Spolio inde capto*. Harduinus legens *in spolium inde capto*, restitutionem ex Regiis codicibus I. II. Toletano, aliisque curasse asserit; additque „ non, ut editi hactenus, „ *spolio*. Ex Africa devicta spolium ullud (*sic typographicâ incuriâ*) retulit nullum, praeter Magni cognomen, quo a Sylla donatus est, jussique omnes eo cognomine Pompeium salutare. Plutarch. in Pompeio, „ pag. 625. Tranquillus tamen ex Ponto, non ex Africa id cognominis retulisse Pompeïum prodidit. „ Non in omnibus impressis voluminibus legitur *spolio*, quando vetustiora exemplaria habent: *Magnique nomine spolio inde capto* (c). Affecto loco medicinam fecit Hermolaus Barbarus hisce verbis: „ Scribendum *spolio*. Tranquillus non tam ex Aphrica, quam ex Ponto retulisse id cognominis Pompeium indicat. Plutarchus a „ Sulla Dictatore datum ei e Sicilia reverso: alios ex „ Aphrica reportasse id Pompeium putare. „ Miror igitur Harduinum materiam ex Hermolai castigationibus desumentem, antiquae lectionis indicia, & castigatoris diligentiam reticere. Barbaro adhaerent Palmarius, Benedictus, Gelenius, Manutius pater, & filius, Dalecamplus &c. Possent similia exempla ex Naturali historiâ proferri; sufficiat unicum (d): *Non aere captus, nec arte, unam solummodo Zenonis statuam Cypriâ in expeditione non vendidit Cato, sed quia Philosophi erat.*

(6) *IↃCCCLXXVI.* Ita Landinus, Barbarus, Palmarius, Benedictus, Gelenius, Manutius, Dominicus, Harduinus: iis concinunt vetustiora exemplaria a nobis visa.

(7) *Sertorium domuit*. In manuscriptis omnibus inveniri *Sertorium tacuit*, intrepidè pronunciat Harduinus; miraturque Parmensis editionis confidentiam, quasi ex hâc primùm apparuerit, *Sertorium domuit*. Quae in Parmensi occurrunt, habes in Venetis Landini versionibus, quorum princeps eodem anno 1476. innotuit: *& con maggiore animo vinse Sertorio*. Imò leguntur in ipsius auctographis, & codicibus membranaceis, & nullâ discrepantiâ in Barbari, Palmarii, & Alexandri Benedicti libris reperiuntur. Alienam statuit Harduinus hanc ab auctoris mente sententiam, cum majus argumentum fuerit Pompejum in trophaei illius titulis tacuisse victoriam de Sertorio, quàm adnotasse; quandoquidem longè praeclarius sit aversari civilis belli gloriam, quàm appetere: *id quod*, ait (e), *Caesarem imitatum esse dictum est superiori sectione bellorum civilium strage celata*.

Vt iis, amore veritatis impellente, adverser: adnotandum non adhuc de trophaeo, allatis verbis Plinium agere; sed victorias a Pompejo reportatas enumerare. Optimâ igitur argumentatione Magni laudes succrescunt, utpote qui majore animo Sertorium domuerit, cum difficilius Romanum ducem impigrum, quàm Barbarum vincere omnibus appareat. Adde quòd cecitatis, atque infra dicendis victoriis maxima evasit Sertoriana: cum extincto civili bello, reliquis, & Mithridatico praesertim finem imposuerit: siquidem externa haec omnia ex distractis inter cives Romanorum viribus alebantur. Demum Plinii indolem magis in Sertorio domito, quàm oblito intueor.

(a) *Lib. VII.* 45. (b) *Pag.* 400 (c) *1470. 1476. 1479. 1483. 1495. &c.* (d) *Lib. XXXIV.* 8. (e) *Pag.* 425. *num. LXXXI.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
Sertorium tacuit: belloque civili (quod omnia externa conciebat) extinćto, iterum triumphales currus eques Romam induxit &c. ---- Hos ergo honores Vrbi tribuit in delubro Minervae, quod ex manubiis dicabat. CN. POMPEIVS MAGNVS IMP. BELLO XXX. ANNORVM CONFECTO &c.	*belloque civili, quod omnia concutiebat* [1] *externa, extinćto iterum triumphales currus Eques Ro.* [2] *induxit &c.* ---- ----- *Hos ergo bonores Vrbi tribuit in delubro Minervae, quod ex manubiis, dicabat. CN. POMPEIVS. M. IMP. BELLO. XXX. ANNORVM. CONFECTO &c.*

Tom. II. XXXV. K 2 *Pu-*

ANNOTATIONES.

tueor. Indomitum dixit Noſter mularum animum, quae ex equâ & onagris manſuefaćtis naſcerentur (*a*); & de Populo Romano (*b*). *En hic eſt ille terrarum victor & totius domitor Orbis* &c. Ad ea, quae de Caeſaris ſilentio aſſerit, aliam ſanè invenio cauſſam, cum Romana Reſpublica contra illum ſteterit; unde pari cum Sertorio crimine notato Julio Caeſari civilem ſtragem tacere: Pompejo ob domitum rebellem gloriari utique decebat. Nonne Siciliam recuperaſſe laudi vertit Plinius, & tamen Syllanae partis fautor extitit; ſed Reipublicae cauſsâ: quâ etiam ex re Sertorium domuit?

(1) *Concutiebat*. In antiquis omnibus receptum, pro commovere optimè uſurpatur, unde ignoro cur Gelenio, Paullo Manutio, atque Harduino magis placuerit *conciebat*, in idem caeteroquin collineans.

(2) *Eques Ro.* Notas has in veteribus omnibus extantes pro Equite Romano accipio, unde legendum *Eques Romanus*, non *Eques Romam*. Ita etiam viſum Gabrieli Symeonio (qui *Symoni*, & *Simeoni* italicè, & *Symeonis* rećto caſu ab Harduino appellatur) cum ſimilia in marmoreâ antiquâ tabulâ parum ante in Romano agro inventâ legi teſtaretur.

POMPEIVS SICILIA
RECVPERATA, AFRICA
TOTA SVBACTA, MAGNI
NOMINE INDE CAPTO
AD SOLIS OCCASVS
TRANSGRESSVS EXACTIS
INPYRENEO TROPHEIS
OPPID. DCCCLXXXVI.
ABALPIBVS ADFINES
HISPANIAE REDACTIS
SERTORIVM DOMVIT
BELLO CIVILI EXTIN
CTO ITERVM TRIVM
PHALES CVRRVS EQVES
ROMANVS INDIXIT
DEINDE AD TOTA MARIA
ET SOLIS ORTVS MISSVS
NON SE IPSVM TANTVM
SED PATRIAM CO
RONAVIT

Elogium ex depravato Plinii contextu concinnaſſe, & conſcripſiſſe Gabrielem, atque pro vero germanoque venditaſſe aſſerit Harduinus. A Plinio ſuffuratum non diffiteor; a Symeonio confićtum non auſerim affirmare, cum pauper admodum fuerit; neque ei nummi ſcalptoribus erogandi ſuppeterent. Fucum igitur illi ab aliquo falſario venditum ſuſpicarer: Quod ad nos attinet, illud eſt, lećtionem ab Harduino improbatam Symeonium, alioſque pro genuinâ habuiſſe. Quid porrò dicendum de elogio, quod ſub coloſſicâ Magni Pompej ſtatuâ in nobiliſſimâ Caſtellatii villâ conſpicitur? Statuam procul dubio antiqui operis, probi illius oris & eximiae frontis lineamenta egregiè exhibentem a Plinio viſam colligerem; ab ejus baſi inſcriptionem in Naturali hiſtoriâ ingeſtam multi conjiciunt, quod ipſe non credam. In legentium tamen gratiam verba ponam, quae ſunt hujuſmodi.

CN. POMPEIVS. M. IMP
BELLO. XXX. ANNORVM. CONFECTO
FVSIS. FVGATIS. OCCISIS
IN. DEDITIONEM. ACCEPTIS. HOMINVM
VICIES. SEMEL. CENTENIS. LXXXIIIM.
DEPRESSIS. AVT. CAPTIS NAVIB. DCCCXLVI.
OPPIDIS. CASTELLIS. MDXXXVIII
IN. FIDEM. RECEPTIS. TERRIS
A. MAEOTIS. LACV. AD. RVBRV. MARE. SVBACTIS
CVM. ORAM. MARIT. A. PRAEDONIB. LIBERASSET
ET. IMPERIVM. MARIS. POP. ROM. RESTITVISSET
EX. ASIA. PONTO. ARMENIA
PAPHLAGONIA. CAPPADOCIA. CILICIA
SYRIA. SCYTHIS. IVDAEIS. ALBANIS
IBBRIA. INSVLA CRETA. BASTERNIS
ET SVPER. HAEC. DE. REGIBVS
MITHRYDATE. ATQVE. TIGRANE
TRIVMPHAVIT

Multiplici ratione elogium ſtatuae recentius probari poſſet; argumenta, nimius ne ſim, praetermitto: unicè adnotando quòd IBBRIA pro IBERIA apparet: tale mendum ſub Magni pulcherrimâ ſtatuâ, Reipublicae, & Veſpaſiani temporibus extitiſſe minimè credam. Legimus in poſticâ ſtylobatae parte.

GALEATIVS
ARCHONATVS
ROMAE. EMIT
VT. HVMANAE. FORTVNAE
EXEMPLVM
POSTERIS HOSPITIBVSQVE SVIS
IN. HAC. VILLA
ATTOLLERET
MDCXXVII.

Huic

(a) *Lib. VIII. 44.* (b) *Lib. XXXVI. 15.*

Ex Harduin. XXXV. pag. 394.

XXXV. Pudicissima femina semel, matronarum sententia, judicata est Sulpicia Paterculi filia, uxor Fulvii Flacci: electa ex centum praeceptis, quae simulacrum Veneris ex Sybillinis libris dedicaret.

Ex nostrâ recensione.

Pudicissima femina semel matronarum sententiâ judicata est Sulpicia [1] *Paterculi* [2] *filia, uxor Fulvii Flacci, electa ex centum praecipuis* [3], *quae simulacrum Veneris ex Sybillinis libris dedicaret.*

Ex Harduin. XXXIX. pag. 396.

Excessere hoc in nostro aevo nec modicè histriones, sed libertatem suam mercati --- --- nisi quis in hoc loco desiderat Armeniaci belli, paulo ante propter Tiridatem gesti, dispensatorem, quem Nero IIs $\overline{\text{CXXX}}$ manumisit. Sed hoc pretium belli, non hominis fuit: tam hercule, quam libidinis, non formae, Pezontem e Spadonibus

Excessere hoc in nostro aevo, nec modicè, histriones; sed libertatem suam mercati --- --- nisi quis [4] *in hoc loco desiderat Armeniaci belli paullò ante propter Tiridatem gesti dispensatorem, quem Nero H-S* $\overline{\text{CXXX}}$ [5] *manumisit. Sed hoc precium belli non hominis fuit: tam hercule quàm libidinis, non formae, Parenetemi* [6] *Spadonis*

ANNOTATIONES.

Huic addemus alterum a Viro Clariss. Joseph Comite Arconato positum, cum preciosissimum signum sub dio jacens in aedes suas transtulit, atque alterum inde deductum substituit:

ARCHETYPÆ
MAGNI POMPEII
STATVÆ
ROMANO OPERE PRÆCLARÆ
IAMDIV HOC LOCI ERECTÆ
ET NVPER IN PINACOTHECAM TRANSLATÆ
IOSEPH COMES ARCONATVS
HANC FORMA PAREM
SVBSTITVENDAM CVRAVIT
ANNO MDCCXXXX.

Haec in defuncti laudem, Vxoris, & Filii Comitis Galeacii obsequium dicta sint; cum plura iis omnibus debere fateamur.

[1] *Sulpicia.* Ambrosiani codices *Sulpitia*, quod in idem collineat.

(2) *Paterculi.* Subaudi *Sulpicii*: cujus praenomen *Servius*, nomen *Sulpicius*, cognomen *Paterculus*.

(3) *Praecipuis.* Ut novissimam firmaret scripturam Harduinus, & *praeceptis* induceret: *electis ante*, ait, *& uti dictum ex Valerio est. sorte ductis, & ante captis. Sic Virgilius Aeneid.* XI. vers. 491.

Et spe jam praecipit hostem.

Addit in emendationibus *praeceptis* legi in Regio 1. 2. Colb. 1. 2. Paris. &c. cujus vocabuli potestatem cum parum intelligerent Plinii editores in *praecipuis* immutasse (a).

Antequam de cudendâ Naturali historiâ potuerit cogitari, invenio in Mediolanensibus membranis, nostroque chartaceo exemplari *praecipuis*, quae dictio mihi omnino opportuna, ac Pliniana apparet. Nec ullam faciunt difficultatem Valerii Maximi verba, quae a Fortunio Liceto ante Harduinum Plinii sententiae comparantur, ubi Sulpiciam ex centum praecipuis electam laudavit (b). *Neque enim*, ait, *sorte eductae sunt centum Matronae, sed ex iis decem; nam centenarium numerum compleverunt Decemvirûm judicio, & Senatus, quae pudicissimae habebantur. Ex iis ne quid invidiae tribueretur, decem sorte eductae, atque horum judicio Sulpicia Sulpicii Paterculi filia.* Frustra itidem sollicitat Harduinus Virgilium, cum inibi de Turno loquatur, qui mente hostis adventum praeoccupabat.

Cingitur ipse furens certatim in praelia Turnus:
Jamque adeò Rutulum thoraca indutus ahenis
Horrebat squamis, surasque incluserat auro
Tempora nudus adhuc, laterique accinxerat ensem.
Fulgebatque altâ decurrens aureus arce,
Exultatque animis, & spe jam praecipit hostem.

Consule hoc loco Servium, Minellium, aliosque Maronis enarratores.

(4) *Nisi quis.* Communis lectio ita; in Ambrosiano codice I. *Nisi si quis.*

(5) H-S $\overline{\text{CXXX}}$. De sestertiûm notis, & differentiâ eleganter hoc loco Harduinus. Verùm malè habetur a typographo cudente in annotationibus II*s* $\overline{\text{DXXX}}$. (c), cum auctor pingendum jubet IIs $\overline{\text{CXXX}}$: quâ ratione numerus exhibetur in Mediolanensibus membranis. Caeterum & in aliis codicibus antiquissimis scriptum invenio H-S $\overline{\text{CXXX}}$., quae figura eadem est ac IIs $\overline{\text{CXXX}}$.

(6) *Parenetemi.* Retractanda paullò liberiùs, quae in Plinii vitâ ad hunc Plinii locum afferruntur (d). Nullâ ratione neque Manutii, neque Harduini auctoritate antiquum nomen expungam, ut Pezon inducatur; quamvis ultimi appellationem manuscriptis omnibus extare affirmet Harduinus. Illi refragantur Vaticani codices, Aleriensis Episcopi, Barbari Palmarii, & Ambrosianus I. In quo modicâ differentiâ scribitur *Paronetemi Spadonis*. Affini dictione ex Gallicis membranis Paronetemi excepit Budaeus, quoniam qui genitalibus exectis infibulatur περονήτωμος appellari possit. Pezontis nomen ab antiquario aliquo inductum suspicor, ut malam a librariis habitam vocem emendaret. Invenio in Guarini Veronensis Ambrosiano codice *Pezontemes*: id ex Parenetemi vocabulo corruptum affirmarem, quod integrum in primigeniis editionibus apparet (e).

(a) *Vid. emendat. CI. pag. 416.* (b) *Gemmar. Anular. cap. LXI. pag. 137.*
(c) *Vide pag. 396. num. 8.* (d) *Lib. V. pag. 137. num. 2.* (c) 1470. 1476. 1483. 1491. 1496.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
donibus Sejani HS ſ mercante C. Lutorio Prisco.	*nis* [1], *Sejano* [2] *H-S CIↃIↃ mercante a Lutorio Prisco* [3].
Ex Harduin. XLI. pag. 397.	
XLII. Vna feminarum in omni aevo Lampido Lacedaemonia reperitur, quae regis filia, regis uxor, regis mater fuerit ---- ---- Vna familia Curionum, in quâ tres continuâ serie oratores extiterunt.	*Vna feminarum in omni aevo Lampido Lacedaemonia refertur* [4], *quae Regis filia, Regis uxor, Regis mater fuit* [5] *---- ---- Vna familia Curionum* [6], *in quâ tres continuâ serie Oratores extiterunt.*
Ex Harduin. XLVIII. pag. 404.	
Minus miror Stephanionem (qui primus togatas saltare instituit) utrisque saecularibus ludis saltasse, & Divi Augusti, & quos Claudius Caesar Consulatu suo quarto fecit, quando LXIII. non amplius anni interfuere, quanquam & postea diu vixit.	*Minùs miror Stephanionem (qui primus Togatus* [7] *saltare instituit) utrisque secularibus ludis saltasse, & Divi Augusti, & quos Claudius Caesar consulatu suo quarto fecit, quando LXIII. non amplius anni interfuere, quamquam & postea diu vixit.*
Ex Harduin. XLIX. pag. 405.	
Accedunt experimenta & exempla recen-	*Accedunt experimenta* [8] *recentissimi Cen-*

ANNOTATIONES.

(1) *Spadonis*. In hâc voce sibi admodum codices omnes, & vetustae editiones conveniunt (*a*).

(2) *Sejano*. Antiqua lectio pariter in membranis, & principibus impressionibus concors, longè melior; imò verissima, quàm ab Harduino amplexata, cum Paraenetemen indignae mercis genus a Lutorio emerit Sejanus: contra ubi Harduino assentiamur, Lutorius mercatus Pezontem, *e Spadonibus Sejani*, nobis eâ ratione depingitur, quasi illum ab eviratorum grege delegerit. Constat etiam Spadonis emptorem fuisse Sejanum ex proximis Plinii verbis: *quam quidem injuriam lucrifecit ille, mercatus in luctu civitatis, quam arguere nulli vacabat*. Alludit enim ad Sejani potentiam tristissimis Imperantis Tiberii temporibus.

(3) *Lutorio Prisco*. Veteres librarii ediderunt *Sutonio Prisco*: iis conveniunt Ambrosiani codices. Egregiè tamen ex Dionis auctoritate ostendit Harduinus agi de C. Lutorio Prisco.

(4) *Refertur*. Nostri codices, & vetustae editiones (*b*).

(5) *Fuit*. Adnotavit ad haec eruditè Harduinus in Galliae Reginarum serie Claudiam Ludovici XII. filiam, Francisci I. uxorem, Henrici II. matrem. Doctus Anonymus, qui nonnullis animadversionibus Romanam impressionem anni 1470. calamo exaratis ditavit; asservatque in Franciscanorum Buxetanâ Bibliothecâ, haec ad Lampidus historiam adjecit.

Blanca Vicecomes Ducis Philippi filia, Ducis Francisci Vxor, Ducis Galeacii viventis mater.

Hujusmodi cum longè minora nobis viderentur conjugio inter Josepham Bavariae Principem, & Josephum Romanorum Regem nuperis hisce diebus pacto; materiam suppeditarunt, ut sequens epigramma adornaremus, quod Joseph Cardinalis Puteobonellus Mediolan. Archiepiscopus, insignis Poëta, atque omnibus disciplinis excultus tantis nuptiis indignum minimè judicavit.

Dum nobis JOSEPHA, siletur Lampido Grais,
Quae Regum conjux, filia, mater erat.
AVGVSTI Tu sola nurus, tu filia, conjux
CAESARIS, AVGVSTI sola futura parens.

(6) *Curionum*. Solinus haec a Plinio excipiens, & calamistris inurens. *Plurimi*, ait *inter Romanos eloquentiâ floruerunt, sed hoc bonum hereditarium nunquam fuit, nisi in familiâ Curionum, in quâ tres serie continuâ Oratores fuere*. Elegantissimè Plinii sententiam adducit Caesari Trivultio Comensium Episcopo Benedictus Jovius, eo quia tres incorruptâ successione Antistites, Antonium, Scaramutiam, & Caesarem, Patria nostra coluerit (*c*).

(7) *Togatus*. Longâ disputatione contendit Harduinus legendum *togatas*; Omnes a nobis visi codices, & impressiones habent *togatus*; cui lectioni mirum in modum favent Suetonii verba de Augusto: (*d*) *nam histrionum licentiam adeò compescuit, ut Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circumtonsam matronam ministrasse compererat, per trina theatra virgis caesum relegaverit*. Frustra igitur Plinium, & Suetonium sollicitat Harduinus, ut apud primum *togatas*, apud secundum *togatarum* substitueret. Quaecumque ex Horatio, Senecâ filio, Sammonico Sereno, & Diomeda affert (poterat & Hieronymum in Eusebii chronico recensere (*e*)) potiùs evincunt Togatis fabulis nomen cessisse, eo quia togati saltarent comoedi, uti Palliatis evenit, cum Graeci pallio amicti illas Populo exhiberent.

(8) *Experimenta*. Ita ad unguam Toletanus, Carbonarianus, & vetustior ex Laurentianis codicibus; quamvis ultimo parum idoneus castigator addiderit *& exempla*, ut facilè dignoscitur ex recentiori elementorum figurâ, & dictio-

(*a*) *1470. 1476. & reliquae allatae*. (*b*) 1483. 1492. 1496. 1499. 1507. 1519. &c. (*c*) *Vide cod. MSS. epist. 1.*
(*d*) *In Augusto XLV.* (*e*) *Ad Olympiad. CLXXV.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
centissimi census, quem intra quadriennium Imperatores Caesares Vespasiani, pater filiusque Censores egerunt. Nec sunt omnia vasaria excutienda: mediae tantum partis, inter Apenninum Padumque, ponemus exempla. Centum viginti	*Census, quem intra quadriennium* [1] *Imperatores Caesares Vespasiani pater, filiusque Censores egerunt. Nec sunt omnia vasaria* [2] *excutienda* [3]*: mediae* [4] *tantùm partis inter Apenninum* [5], *Padumque* [6] *ponemus exempla. CXX. annos* [7] *Par-*

ANNOTATIONES.

dictiona caeteris superimpositâ. Quòd voces *&* *exempla* ad Plinium non pertineant: praeter allatas membranas ex aliis etiam argumentis probari potest; idque rationi congruum apparet. Adjecta igitur fuere ab aliquo enarratore, ut vocem *experimenta* illustraret. Et sanè animadverto in Riccardiano scribi: *Accedunt experimenta exempla ultimi census* patenti molestae enarrationis indicio, ut *experimenta recentissimi census*, per synonymiam *exempla* vocitentur. Fieri etiam potest, ut fallentibus oculis Amanuensis ad subsequentia vocabula *ponemus exempla* fuerit transgressus. Vtcumque se res habeat, certum est in florenti, itemque presso Plinii stylo nihil redundare, ut jamdiu Helias Capreolus (*a*); atque ante illum Hermolaus Barbarus (*b*) adnotarunt. Et sanè quid additur *experimentis* subjunctâ *exemplorum* dictione, cum experimenta a censoriis libris deducta sint ipsissima exempla? Haec ultima igitur expungenda, quamvis appareant in Escorialensibus, Barberinis, Laodiano, Vaticanis, atque in omnibus editis Naturalis historiae voluminibus.

(1) *Intra quadriennium*. Subscribunt codices Riccardianus, Politiani membranae, Laurentiani, Barberini, Carbonarinus, Toletanus, Escorialenses, plerique Vaticani, Ambrosiani. Adnotandum quòd in ultimorum antiquiore, atque in Escorialensium secundo, pro *intra quadriennium* irrepsit *intra quadragesimum*; qui error pariter occurrit in Vaticano 1955. In altero ejusdem Pontificiae bibliothecae 1953. scribitur *intra triennium*, quibus vocibus superadditur, *al. intra quadriennium*,,. In iis numerus emendandus, cum dubio procul legendum sit *quadriennium*. In nonnullis libris praepositio *infra* perperam substituitur, ut in Basileensibus exemplaribus anni 1535. Lugdunensibus apud Frellonium 1563. in Dalecampii editione principe 1587., traducibus &c. Asserit Locatus jussum a Vespasiano censum, ut probè judicaret, quânam in regione aër purissimus inveniretur: ad hoc ostendendum illustrandâ Plinii utitur sententiâ (*c*), ubi nihil de aëreâ planè Locati cogitatione. Neque enim hoc libro Plinius aëris bonitatem perpendit; sed Graecorum Astrologorum vanitatem ostendere conatur. Vbi de incorrupto aëre agere voluisset, non unicè ad regionem inter Padum, atque Apenninum, sed ad cunctas Orbis plagas provocasset.

(2) *Vasaria*. Qui Naturalem historiam patrio eloquio aemulari studuerunt, ex Italis Landinus, Bruciolus, Dominicus: ex Gallis Pinetus, ex Hispanis Huerta Plinii mentem hoc loco minimè assequuntur. Idem affirmandum de Laelio Bisciolâ, quamvis allatis longè doctior. Vasarii nomine eleganti translatione utitur Plinius, ut ea denotet, quae Censorum regestis in Populorum enumeratione inserviebant. Haec pluribus attigerunt Andreas Siraneus (*d*), & Johannes Pacius a Castro (*e*), Harduinus (*f*), Facciolatus noster (*g*); aliique innumeri. De libris igitur censoriis agit Plinius. Ad ea Ciceronis verba in L. Pisonem (*h*). *Nonne sestertiûm centies & octogies, quod quasi Vasarii nomine in venditione mei capitis adscripseras, ex aerario tibi attributum, Romae in quaestu reliquisti?* Hotommanus post Budaeum vasarii nomine interpretatur solita, quae Magistratibus in Provinciam ituris ad eorum usus domesticos attribuebantur.

Notandum quòd in nonnullis codicibus, uti in Toletano, & Chiffletiano (*i*), aliisque scribitur *varia*. Id ex contractis antiquorum notis, pro *vasaria* effluxit.

(3) *Excutienda*. Codex Vaticanus 1590. *excurrenda*, quod idem. Verior tamen erit communis lectio.

(4) *Mediae*. Pinetus vocabulum pro Italiae medietate ineptissimè accepit. *Mais pour n' advancer tout jusques à la derniere piece je n' allegue icy que la moitiè de notre Italie, prenant seulment le païs, qui est des les mont Appenin jusqu' au Po.* Hujusmodi ipsius Plinii verbis opponuntur; quâ enim ratione fieri potest, ut regio inter Padum atque Apenninum, dimidium Italiae efficiat, quando neque octavam illius partem constituit? Ego italicè Plinii mentem reddi posse arbitrarer. *Addurrò unicamente quanto si è registrato in quella parte d' Italia, che giace fra l' Appennino, ed il Po.*

(5) *Apenninum*. Antiquior ex Mediceis, Riccardianus, Ambrosiani habent *Appenninum*. Quamvis plerumque a neotericis Italis vernaculo idiomate reddatur *Appennino*; Graeci, & Latini Auctores *Apenninum* scribebant. Hâc ratione apparet in Trajanâ Velejatium Tabulâ; unde emendandae editiones Gorii, Muratorii, Maffei, ubi elementum *p* geminatur (*k*). Similia pariter irrepserunt in nonnullis Plinii impressionibus, cum in plerisque ritè editum fuerit *Apenninum* (*l*), uti in mox laudandis codicibus.

(6) *Padumque*. Escorialenses membranae, Ambrosianae, Mediceae, codex Toletanus, Carbonarinus, Riccardianus, Landianus uniter habent: *inter Apenninum Padumque*. Permultis librariis cudere placuit inter *Apenninum montem Padumque* (*m*), quod pariter occurrit in codice Barberino 759. Nostrae, atque Harduinianae scripturae omnino standum, cum Plinius a quâcumque abhorruerit superfluitate. Sic in geographicis (*n*): *octava regio determinatur Arimino, Pado, Apennino*, & Cornelius Tacitus de ipsissimo tractu (*o*): *florentissimum Italiae latus, quantùm inter Padum Alpesque*. Omnibus enim constare debet Alpes, & Apenninum celebratissimos esse montes, & Padum Italorum fluviorum principem.

(7) *CXX. annos*. Conveniunt in his plerumque codices, atque interpretes. In Toletano, Carbonarino, Mediceis ubique supputatio Romanis numeris, non literis elementariis conficitur. Hâc ratione Plinium uti facilè credam, quando verbis minimè opus erat. Optandum caeteroquin esset, ut quantitates omnes a librariis per integras dictiones exciperentur; cum ex oppositâ methodo infinitae discrepantiae & tot errores Plinio per summum nefas imponantur. Hisce verbis denotat Plinius Parmae Tres detulisse, quòd ad annum CXX. aetatis pervenerant. Haec formula in sequentibus servatur, ut sitè animadver-

(a) *In epist. ad Franc. Arrigon. Vide Disquisit. Tom. I. lib. I. pag.* 15. (b) *Castigat. secund. ad lib. XXVII.* 6. (c) *Pag.* 377.
(d) *Annotat. in Plin. MSSt.* (e) *Annot. MSSt. ad oram impress. Paris. ann.* 1532. *in Bibliothecâ Escorialensi.*
(f) *Pag.* 405. *num.* 23. (g) *In voce* Vasaria. (h) *Oration. in L. Pison.* 35. (i) *Vide edit. Dalecamp. ann.* 1587. *anni* 1599. *anni* 1606. *pag.* 144. *&c.* (k) *Consule annotationes nostras MSS. ad Columellam V. versu* 21. *Tabulae Trajanae.*
(l) *Rom.* 1470. *Parm.* 1476. *& traduces. Vener.* 1483. 1491. 1496. 1499. 1507. 1519. *Colon.* 1524. *Basileen.* 1530. *Paris.* 1532. *&c.*
(m) *Citat. edition.* (n) *Lib. III.* 15. (o) *Lib. II. Histor.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
ti annos Parmae tres edidere, Brixelli unus CXXV. Parmae duo CXXX. Placentiae unus CXXXI. Faventiae una mulier CXXXV. Bononiae L. Terentius Marci	*Parmae Tres edidere. Brixilli* [1] *Vnus* [2] *CXXV.* [3] *Placentiae Vnus* [4], *Faventiae Vna mulier CXXXV. Bononiae L. Terentius M. filius* [5]: *Arimini verò M.* *Apo-*

ANNOTATIONES.

vertit Bisciola, atque Harduinus. Non crediderim tamen necesse fuisse, ut omnes, qui censum Parmae, Brixilli, Velejae profitebantur, in memoratis oppidis lucem vidissent; sed Censoribus sufficisse, ut laudatis urbibus vel uti cives, vel tanquam pagani adscriberentur, Vt ab omnibus sententiae adstricta intelligeretur narratio; non illis defecere scioli importunam addentes laciniam, quam subinde in Plinianam texturam Amanuenses farciverunt. Legimus in Barbetino 758. *centum XX. annos Parmis tres vixere*. In 759. *centum XX. natos annos Parmae tres vixere*. In Carbonarino *CXX. annos Parmae tres vixere*. Vocabulum *natos* quamvis a multis typographis adoptatum (*a*), ex additamento interpretum in operis texturâ sensim irrepsit. Minimè apparet in aliis laudatis codicibus, neque illud recipit Landianus, & suarum membranarum praesidio expungitur a Politiano. Vocabulum isidem *vixere* pro explanatione verbi *edidere* adjectum; quâ de re iudicium extat in primo ex Medicaeis, ubi *edidere* legimus, & *vixere* superimpositue.

(1) *Brixilli*. In hâc voce nostrae accedunt scripturae codd. Vaticani, Ambrosiani, Pertusatinus; manifestè conveniunt Escorialenses, Toletanus, & permultae impressiones (*b*). Bruxillum Brixilli loco in vetustis libris extare monuit Surita (*c*), quod in Landiano codice inveni. De Brixillo aliqua attingimus supra (*d*). Emendanda erunt exemplaria in quibus *Bruxilli*, *Brulixi*, *Brifcili*; & ipse Harduinus, cui excidit, libro tertio *Brixillum* vulgasse.

(2) *Vnus*. Antiquae Romanae, ac Venetae impressiones, hujusmodi, & reliqua quarto casu reddiderunt, minùs rectè. Laelius Bisciola „ Vetus lectio, *ait*, hoc loco de„ pravatior, & impolitior videtur, verbumque edidere „ alio sensu accipere: *centum viginti novem annos Parmae* „ *tres edidere. Brixelli unum*, & reliqua accusandi casu, „ quae nunc in nominativo leguntur castigatius. „ In nominativi restitutione utique Bisciolae subscribam, non tamen in annorum numero, cum ex ipsarum aetatum progressione Plinii oratio (quantum fieri potuit) sensim succrescat.

(3) *CXXV*. Monui Parmae tres aetatem fassos CXX. annorum; quâ de causâ e Bisciolae summâ (mihi etiam aliunde ignotâ) omnino recedendum. Hoc loco annorum numerus augetur; unde ab annis CXX. pergit ad CXXV. quos attigerat Brixillanus civis: hunc, uti reliquos anonymos infimae plebis homines conjicio, cum illorum appellationes Plinius reticeat. Bisciolae excidit, Tres Parmenses CXXIX. annos vixisse, Paullo Manutio Brixillanum, cui annos CXXXV. attribuit (c). In Riccardiano codice numerus annorum Brixillani imminuitur; ibique pro CXXV. legimus CXXII. Haec scriptura non undique exsibilanda, cum numerus major sit praecedentis, minor a proximis Placentino, Faventinoque. Caeterum cum allatae, & omnes nobis visae membranae habeant CXXV. iis accedam, facilisque fuit in Riccardiano lapsus ex disruptis unitatibus (quae junctim notam V conficiunt) unde in dualem numerum abierint. Neque haec tantùm differentiae inveniuntur. Pinetus vertit *A Bresse y a eu un homme aage cent trente ans*. Vnde aetatem exscribat interpres, ignoro; scio tamen illum maximè hallucinari, cum Brixiam pro Brixillo ingerit, & Plinio opponitur, qui sola exempla regionis inter Apenninum, & Padum sitae enumerat; unde nusquam ingerenda erat Brixia, quae in regione Italiae decimâ (*f*).

(4) *Placentiae unus*. Post Brixillum ad Placentiam accedit; atque admirandâ brevitate cum duo ejusdem aetatis Placentiae, ac Faventiae invenirentur, utrumque conjungit: *Placentiae unus, Faventiae una mulier CXXXV*. Hucusque in editis libris (quodque magis miror in recentissimis) inter Brixilli, & Placentiae exempla, iterum ad Parmensem urbem provocatur: *Parmae duo CXXX*. Ex styli methodo, & solitâ narrationum contractione statim conjeceram adoptata a librariis verba vel redundare, vel manifestam sapere luxationem. Haec cum Jacobo Bellogrado viro politioribus literis, & solidioribus disciplinis abundè instructo communicassem: ingenuè mihi fassus est, se ipsissima in affecto loco animadvertisse. Sed quae nobis tum Columnem incolentibus medela erat speranda, cum nullos ad manus calamo exaratos libros haberemus? Adnotaveram hâc in narratione duplicem Plinio scopum fuisse; primum in annorum progressione situm, ut fortiùs Graecorum vanitatem ostenderet: secundum in exemplorum conjunctione, ubi vel de parili aetate, vel de ejusdem oppidi hominibus ageretur. Vt igitur utrique scopo faceret satis, plura jungenda erant experimenta, quando ad eandem urbem spectabant. Exempli causâ in hanc speciem: *CXX. annos Parmae Tres edidere: Duo CXXX. Brixilli Vnus CXXV. Placentiae Vnus CXXXI.* Vrbium ordo hâc ratione, & quantùm fieri poterat etiam annorum, servabatur. Verùm, cum tractu temporis membranas consuluissem; arbitrarias emendationes seposui, & exhibitam modò lectionem adornavi, Vsus sum primo loco Toletano exemplari, in quo post Tres, qui Parmae CXX. annos professi sunt, nihil ampliùs de laudatâ urbe occurrit. Nostrae etiam restitutionis indicium habemus in Dalecampii manuscripto; in quo *Brulixi unus CXXV. CXXX. Placentiae. unus*. huic satis convenit Chiffletianus. Majori tamen observatione digni sunt Medicaei, Riccardianus, Ambrosiani, Pertusatinus, Landianus, Vaticani; atque hos inter 1950. 1953. 1955. ubi unicâ annorum supputatione Faventinus, & Placentina mulier recensentur.

Hactenus in editis libris apparuit *Placentiae unus CXXXI*. Locatus, nescio quâ auctoritate, legit CXXX. (*g*). Vtrumque numerum esse suppositicium ostenditur allatorum codicum auctoritate; in quibus ab unico numero geminum pendet exemplum. Adde quòd in aetatum retractatâ summâ neque hominem, neque mulierem invenio, qui CXXXI. annos vixerint. Contra permulti proferuntur, qui CXXXV. & CXXXVII. ediderunt. In vocibus *Faventiae una mulier CXXXV*. multae inveniuntur discrepantiae, quamvis in oppidi nomine pleraque conveniant exemplaria. Emendandae igitur membranae Carbonarinae, & Barberinae 758., ubi legimus *Florentiae una mulier*; cum nobilissima haec urbs ad Etruriam, ideoque ad septimam regionem spectans locum in octavâ habere non queat. Quò ad Faventinae aetatem numerus CXXXV. probatur ab Harduino, auctoritate codicum Regiorum, Colbertini, Chiffletiani. Membranae, & vetustae editiones (*h*), quae numerum CXXXII. praeseferunt ex malè compactis dualibus hastis quinarii notam diviserunt.

(5) *L. Terentius M. Filius*. Jungit Plinius Terentii Bononiensis, Aponii, & Tertullae Ariminensium exempla, cum omnes edidissent annos CXXXVII. Hic Lucius Terentius Marci filius melioris supra relatorum conditionis apparet. In Textoris officinâ annorum numerus vitiatur, & *Tertulcia* pro *Tertullâ* ingeritur [*i*].

Mar-

(a) *Rom.* 1470. *Parm.* 1476. *Venet.* 1489. 1491. 1496. 1507. 1519. (b) *Venet.* 1472. 1535. *Parm.* 1480. 1481. *Colon.* 1524. *Basilem.* 1530. *Paris.* 1532. *Francofurt.* 1582. (c) *Ad Antonini Itinerar. pag.* 283. (d) *Pag.* 34. *num.* 6.
(e) *Vid. edit. Venet. ann.* 1559. *columm.* 175. (f) *Vide Plin. lib. III.* 19. (g) *Pag.* 377. (h) *Barber.* 758. *Carbonarin. Edit. Plin.* 1470. 1476. (i) *De homine tit. IV. fol.* 129.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
ni filius, Arimini vero M. Aponius, C. & L. Tertulla, CXXXVII. Circa Placentiam in collibus oppidum est Veleïacium,	*Aponius Sex. L.* [1] : *Tertulla CXXXVII. Citra Placentiam* [2] *in collibus oppidum est Velejatium* [3], *in quo CX. annos*

ANNOTATIONES.

(1) *M. Aponius Sex. L.* Hisce in vocibus pessimè ab amanuensibus habetur Plinius. Conjecerunt plerique hunc Aponium centum & quinquaginta annis vixisse; nam pro compendiis *Sex L.* [unde Sexti Aponii Libertus apparet] vulgarunt antiquiores librarii (*a*): *Bononiae L. Terentium Marci filium Arimini vero M. Aponum C. & L. Tertullam CXXXVII.* Recentiores haec omnia latino casu, & pro Apomo rectiùs legendum Aponium monuerunt: perperam tamen utrique aetatem centum & quinquaginta annorum constituerunt, quod manifestè opponitur sequentibus Plinii verbis, qui censos homines in octavâ regione ab annis centum dinumerans ad annum usque centesimum & quadragesimum processit tribus hominibus recitatis; nec unum addit exemplum, quo innuat non defuisse, qui ad centesimum, & quinquagesimum pervenisset. Adde, quòd ubi Aponius annos CL. attigisset, ultimo loco, ac post Tertullam ex datâ regulâ in Naturali historiâ recenseretur. Corruptae membranae aliquid conjecturae dandum suadent: harum scripturam igitur accipiant Plinianae historiae amatores; ac postea nostram restitutionem aequis critices lancibus imponant.
Codex Barberinus 759. Variantes ad Carbonarinum, Exemplaria Antistitis Aleriensis *M. Apomum C. & L.*
Antiquius ex Medicaeis *L. Terentius M. filius Arimini vero Maponias C. tum & L.* Huic lectioni accedunt alii duo; nec multùm differunt Codices per Dalecampium inspecti. In Vaticano 1937. *Maponius C. L.* In Pertusatino *Mapponius*; in Ambrosiano II. *Mapponias C. & L.*
Angelus Politianus ad editionem Romanam anni 1473. ex suis membranis legit *M. Aponiam*, ex aliis *Maponia*. Ex antiquioribus [ut videtur] notae C superaddidit *sex* in hanc speciem $\overset{sex}{C}$. Ex primo hoc indicio collegi literas *Sex.* Ad Sextum Aponium Patronum spectare; notam porrò L. ad Libertum. Unde Aponius, qui CXXXVII. annos ediderat: a Sexti Aponii genitoribus libertate donatus fuisset. Succreverunt argumenta ab aliis Plinii apographis petita. Legimus in Riccardiano *CX & L.* Vaticani 1952. & 1955. *Mapomas Sex & L.* IIa & Ambrosianus primus. Toletanus *M. Aponius VI. & L.*, ubi nota VI. numerica pro *sex* accipitur. In primo Escorialensi *M. Aponius ser & Tertulla*. Demum in Vaticano 1590. *in Apomas sex & quinquaginta*.
Ex tam depravatis dictionibus statuerem (cum impossibile sit Plinium aetatem C. & L. annorum tribuisse) necessariò effulgere quòd omnia jungat, & Terentium, M. Aponium, Tertullam annis CXXXVII. vixisse testetur. Quare ex notarum *Sex. L.* (nempe *Sexti Libertus*) interpretatione omnia sibi congruent. Marci, & Lucii praenomen in Aponiis frequens plura ostendunt monumenta. Legimus apud Tacitum *M. Aponius Moesiam obtinens* (*b*): in Lapide Laurentinorum L. APPONIVS L. F. &c. (*c*). Habes, & Harduinum, & Carolum Comitem Malvasiam in Felsineis Marmoribus. Posset huic restitutioni antiquarius obsistere ex eo, quòd si hic Aponius Sexti Libertus extitisset, & ipse Sexti (non Marci) praenomen gerere tenebatur. Reddo, quòd CXXXVII. annos edente Liberto, jam vitâ functus erat Patronus; unde decrepitus senex filii, vel nepotis Libertus diceretur.

(2) *Citra Placentiam.* Miror recentiores typographos substituisse *Circa Placentiam*, quando in omnibus membranis, & antiquioribus libris apparet *Citra* (*d*). Deterior adhuc interpretum, quàm librariorum apparet conditio, cum iis (& maximè Circumpadanis) Velejae positionem, non *circa* Placentiam, sed *citra* quaerere spectabat. Ingeniosum Straneum Hispanum virum laudavimus, qui nihil de Velejatium ruinis sciens, ex Plinio historiam *Romae prodente* monuit legendum *citra* (*e*). Post hunc Dalecampius pariter in membranis invenerat *citra*; & quamvis non addat quae sint: nos vocem in omnibus laudatis hocce libro inveniri testamur; unde ex veteribus libris, atque ex ipsâ Placentini agri consideratione, interpretibus, multoque magis indigenis scriptoribus erat arguendum, non potuisse Velejam Ligurum oppidum in collibus situm, tantâ vicinitate Placentiam aperto in campo, & Gallis adempto conditam attingere. Adnotandum pariter erat in eâ Placentini agri parte (quae ultra Padum, & collibus undique destituta) Velejam minimè stetisse; itemque Plinii verba spectare ad regionem Pado, atque Apennino circumseptam. Haec igitur qualiscumque proximitas Cispadano Placentiae territorio unicè erat adaptanda; ideoque saltem ultra VI. lapidem quaerenda, post quem colles assurgere incipiunt. In praesentiarum ex dirutis Velejae ruinis, pluribusque insignibus monumentis indubitatè *constat* Velejae situm in Macinessi viculo $\overline{XVIII}$. P. a Placentiâ inveniendum. Haec cum ab omnibus anno 1761. noscerentur: nihilotamenminus neminem comperio, qui ad Harduinianae lectionis ineptiam respiceret; unde in editis publicis nunciis cuderunt Galli, Germani, Helvetii, Belgae ex Plinio *près de Plaisance* (*f*): obsistente loco, & Auctoris narratione. Felicior neotericis evasit Landinus vertens: *di qua da Piacenza*.

(3) *Oppidum est Velejatium*. Plinii interpretes hoc loco arguendi, tum in *oppidi*, tum in *Velejatium* reddendis vocibus, cum *oppidum-Velejatium* non aliud sonet quàm *la Città dei Velejati*. Landinus obsoleto eloquio aemulatur, quae haud satis intelligit. *Ne colli è una terra detta Valeatio*. Bruciolus, & Dominicus oppidum pariter pro vico acceperunt, cujus nomen esset *Velleiacio* (*g*). Pinetus Gallus vertit *Valleacio, qui est une Bourgade situee es montagnes de Plaisance*. Hispanus Huerta: *en los Valles de juncto a Placencia ay un lugar llamado Veletatio*. Quid Germanus Eppendorffius, & Britannus Philemon Hollandus reddiderint, ignoro; cum primi recensionem ad manus non habeam: secundi in tantis Italiae, Hispaniaeque bibliothecis, quas vidi, minimè invenerim. Huic oppido nomen fuisse Veleiatium, sive ut aliis placuit Valleacium, Veleïacium, Vellejacium &c. video apertè a multis etiam eruditissimis hominibus post Abrahamum Ortelium (*h*) affirmari. Iis accessit Harduinus, qui ex malè digestâ Phlegontis auctoritate: *fortè*, ait (*i*), *idem cum Veleïacio Pliniano, forte diversum ab eo, itemque cum Velia, de qua lib. 3. sect. 10.* Vt reliquos praeteream, ad Antonium Vallisnerium provocabo eo loco, ubi legimus in operibus filii diligentiâ impressis (*k*): *Che per sapere ove sia, e se più vi sia quel felice Vitalifero Castello chiamato dagli Antichi* Velleiacium, *scrisse subito al suo fedele venerato amico Marchese Vbertino Lando*. Quidquid

(a) *Edit.* 1470. 1476. (b) *Historiar. lib. I.* (c) *Vide Rocch. Joseph. Vulpium Vet. Lat. Tom. VI. pag.* 80.
(d) *Rom.* 1470. 1473. *Ven.* 1472. 1483. 1491. 1496. 1499. 1507. 1519. *Parm.* 1476. 1480. 1481. *Tarvis.* 1479.
(e) *Vide Epistol. nostram ad Clariss. Paciaud. Disquisit. Tom. I. pag.* 286. *num.* 3.
(f) *Consule* la Gazette d' Vtrecht num. LXXXI. 9 Octob. an. 1761. *&c.* (g) *Ad Plin. lib. VII.* 49. *pag.* 212.
(h) *Thesaur. in voce* Vellejacium. (i) *Tom. I. pag.* 405. *num.* 18. (k) *Tom. III. pag.* 217.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
cium, in quo CX. annos sex detulere: quatuor	*nos sex detulere* [1] *: quatuor verò* [2]
Tom. II.	L *cen-*

ANNOTATIONES.

quid Vallisnerius multis adaptet, quae unicè a Plinio novimus, nihilo secius communiori substitit interpretum opinioni, ut Velejatium oppidum non pro urbe Populi Velejatis, sed quod aliis vicus, ipsi castellum sonat, & gignendi casum pro recto accipit. Sed aliud quodcumque Vallisnerius in Plinio, quàm ad genuinam tanti auctoris lectionem sensus intendebat, cum Nostri impacatus hostis ubique appareat. Primo loco *oppidi* germanam significationem minimè pervadit, quod nomen a castello differre sciunt omnes latinae linguae scrutatores: nec ignorasset Vallisnerius, ubi meliorem de Plinii scientiâ opinionem habuisset. Hoc ipsissimo libro Pompeii trophaeo inscriptum nonne retulit: DEPRESSIS. AVT. CAPTIS. NAVIBVS. IↃCCCCXLVI. OPPIDIS. CASTELLIS. CIↃIↃXXXVIII?
Plinii mentem in oppidi significatione assecutus est Franciscus Hernandius reconditae sapientiae Medicus, cum Naturalem historiam in patrium transferret idioma; quamque insuper perpetuis annotationibus nobilitavit. Opus autographum Mantuae Carpetanorum asservatur, de quo suo loco agemus. En verba: *A par de Placencia en los Collados ay una Ciudad llamada Velleiacio*. In epistolâ ad doctiss. Paciaudium Volsiniorum exemplum attulimus, quod *oppidum Thuscorum opulentissimum* Noster appellat; atque eodem libro *Volsinios urbem* paullò infra scripsit; & *Metrodorus Scepsius, cui cognomen a Romani nominis odio inditum est, propter duo millia Statuarum Volsinios expugnatos* objiciebat (*a*). Hanc Vrbem Etruriae principem quoque innuit Valerius Maximus (*b*). *Oppidum* pariter appellavit Plinius Aegyptiam Theben centum portis superbam; quam urbem, unam ex Mundi praecipuis restantur Graeci scriptores (*c*). Item de Mnevidis Regiâ Plinius: *cum oppidum id*, ait (*d*), *expugnaret Cambyses Rex*. Quare per synonymiam eâdem ratione dicitur urbs, atque oppidum. Neque similibus dictionibus arbitreris usum Plinium, tanquam inclinatâ latinitate opus suum vulgaret, cum Vir summâ eruditione praeditus, summâ eloquentiâ ornatus, purissimo ubique utator eloquio. Nihilotamenminus non desunt Parmae, ac in viciniâ habitantes Grammatici, qui oppidum Velejatium, idem ac vicum significare pertinaci spiritu contendunt; qua de caussâ ne fucum lectoribus faciant, brevissima classicorum auctorum, & lecta ponemus argumenta. Terentius Varro, cum de ipsâ urbe Româ loqueretur. *Equilia* ait [*e*] *ab equorum cursu, eo enim die currunt equi in campo Martio -- liberalia dicta quod per totum oppidum sedent sacerdotes liberi*. Item de Re Rusticâ [*f*]. *Majores nostri, qui in oppido sederent, quàm qui rura colerent, desidiores putabant*. Cicero de Tarentinâ urbe a Fabio Maximo recuperatâ sermonem habens [*g*]*: Acutum etiam illud est cum ex alterius oratione aliud excipias, atque ille vult, ut Salinatori Maximus, cum Tarento amisso arcem tamen Livius retinuisset, cum aliquod post annos Maximus id oppidum recepisset, rogaretque eum Salinator, ut meminisset operâ suâ se Tarentum, recepisse: Quid ni, inquit, meminerim! Nunquam enim recepissem, nisi tu perdidisses*. Velim hoc loco adnotarent critici arcem eam esse, quae a Gallis *Citradelle*: oppidum, quod *Ville* appellatur. Julius Caesar Vesuntionem *oppidum maximum Sequanorum* describens, *oppidi* nomine urbem illius gentis principem designabat (*h*). T. Livius indiscriminatim, & per synonymiam urbis, & oppidi vocabulo utitur, ut florentissima loca denotaret, in quibus concilia coetusque hominum jure sociatorum haberentur. Sic de Sagunto, modò *urbem*, modò *civitatem*, & denique *captum oppidum* testatur (*i*), eodemque libro *Hermandica, & Albocala Vaccaeorum urbes vi captae. Albocala & virtute & multitudine oppidanorum diu defensa*. Peto a Grammaticis num oppidani sint cives, an vicorum habitatores? Num Saguntum vicus esset, cum *civitas nobilissima* ab ipsomet Livio vocitetur: cujus laudes infiniti, & praecaeteris Florus (*k*), Eutropius (*l*), & Marcellinus (*m*) atringunt. Romae itidem a Livio adaptatum oppidi vocabulum ostendunt verba, quibus e caelo tactam rostratam columnam describens, Decemvirorum reddit oraculum (*n*): *Lustrandum oppidum, supplicationem, obsecrationemque habendam*; atque infra de laudatâ urbe Orbis dominâ: *eos in oppidum intromitti non placuit*.
Horatius Flaccus *dare jura maritis*
Oppida moliri [*o*].
Non sanè vicos, sed urbes condere significat (*p*), quos omnino ab oppidis sejungendos jubent etiam Taciti verba in Corbulonis, paullò ante a nobis celebrati, laudem (*q*). *Non vicos, aut oppida Armeniorum, sed castra Romana, duasque in iis legiones pretium laboris peti*.
Recensitis clarissimis latinae linguae luminibus, reliqua omittemus, quae etiam apud Horatium Avicennam invenies (*r*), & Cremonensium caussam juvabunt adversus excogitata a viro caeteroquin docto Franc. Antonio Zaccharià (*s*). Neque enim Servii auctoritas (qui depressis verè literis floruit) tanti est, ut manifestis melioris notae exemplis obsistamus. Non negaverim quandoque oppidum minùs quàm urbem maximè si urbis nomine Roma innuatur, significare. Lego enim apud Ciceronem in Bruto. *Eodem tempore C. & L. Caepasii fratres fuerunt, qui multa opera ignoti homines, & repentini quaestores celeriter facti sunt, oppidano quodam, & incondito genere dicendi*. Hisce verbis Romanorum Oratorum Princeps intelligit pro oppidano dicendi genere, quod non Vrbem, nempe Romam; sed oppidum, civitatem scilicet, unde Caepasii, redolebat. Oppidum igitur mediocribus, itemque nobilissimis urbibus adaptatum vocabulum ostendentes, illud certò affirmandum, nusquam eo Plinium abuti, ut vicum innueret; unde oppida *Villes*: oppida ignobilia *des petites Villes*: oppida nobilissima *des grandes Villes*: omnibus denotavit. Erat prioribus adscribendum oppidum Velejatium, neque illud cum Francisco Antonio Gorio vetustis temporibus nobilissimum (*t*) affirmabimus. Si vetustorum temporum nomine Romanae Reipublicae, & XII. priorum Caesarum secula intelligit, a vero abludit. Neque enim a Gorio prolata Plinius, sive quisque alius e Graecis, & Latinis scriptoribus affirmavit. Inter Ligurum Populos, celebres quidem fuisse Velejates Noster testatur; non tamen eâ ratione, ut vicinis coloniis aequipararentur. Haec in dies splendore, & civium numero auctae: contra Ligures in Romanam Rempublicam continuis incursionibus rebelles, priscis ob id juribus destituti, sensim minuebantur. Haec verissima est ratio, cur Velejates ordine elementario unà cum aliis Octavae regionis populis in Naturali historiâ recenseantur. Si verò Gorius decantatam Velejatium celebritatem a Trajanâ Tabulâ intendit desumere, non id certè probat; cum in laudato monumento unicè de praediorum obligatione agatur, quam Trajanus permisit, & Cornelius Gallicanus adauxit; unde pueris puellisque alimenta praestarentur. Horum sanè numerus (Legitimos CCXLV. comprehendens) & tot vici in Velejate extantes ostendunt oppidi territorium latissimum fuisse; sed inter colles, atque invios Apennini montes, positam Rempublicam constituebat, Lucensibus, Parmensibus, Placentinis, Libarnensibus conterminatam; quibus ultimis Velejates unicè compararem. Velejatium igitur Populus unicum habebat oppidum: secundi, ut ajunt, ordinis; cujus nemo post Phlegontem Historicus, Poëta, Orator meminit. Cum igitur in Augustae collectionis universo corpore nihil de Velejatibus occur-

(a) *Plin. lib. XXXIV. 7.* (b) *Lib. I. 21.* (c) *Vid. Herodot. lib. I. Diodor. Sicul. lib. I.* (d) *Lib. XXXVI. 9.*
(e) *Lib. V. de linguâ latinâ.* (f) *Prooem. lib. II.* (g) *De Orat. lib. II.* (h) *Lib. I. de bell. Gall.* (i) *Lib. XXI.*
(k) *Lib. II. 6. pag. 56. ad usum Delphini.* (l) *Lib. III. 7.* (m) *Lib. XV.* (n) *Lib. XLII.* (o) *Art. Poët. vers. 398.*
(p) *Vid. Dacer. pag. 65. hoc loc.* (q) *Lib. XV. Annal.* (r) Memorie - di Cingoli *pag. 15.* (s) *De Cremonae origin.*
(t) *Symbol. tom. V. pag. 36.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
tuor centenos vicenos: unus, CXL.M. Mucius	*tenos vicenos : unus etiam CXL.* [3] *M. Mucius*

ANNOTATIONES.

rat; illius agrum sensim a Placentinis occupatum suspicarer; Quo tempore Veleja esse desierit, ignoro; neque adhuc Circumpadanis scriptoribus tractatum. Illam nunquam Christiano Episcopo nobilitatam unicè scio.

Adnotavimus supra Plinianos interpretes quâcumque ratione legissent apud Plinium *Valleacium*, *Vellejacium*, *Velejatium*, *Veleïacium*, *Valeatium:* id nominis pro recto casu accepisse, quod oppidi propriam indicaret appellationem. Non defuere tamen viri docti, qui *oppidum Velejatium* pro loco Velejatium principe (quique Veleja, sive Velia diceretur) accipiendum affirmarent. Velejates igitur a Velejâ nomen deducebant. Fateor & *Vellejam* in erutis hujus Populi elogiis inveniri, quam scripturam videtur fovere Strabo, cum in editis legatur Ἰλλῶν (*a*). Rectior tamen erit prima lectio, quae in melioribus monumentis, atque apud Phlegontem apparet. Veliam pro Velejâ scribere mavult, haud satis tutò Cluverius, qui primus conjecit Velejatium appellationem plurali gignendi casu in Naturali historiâ ingestam. Muratorius, laudatam Trajanam Tabulam illustrans, haec patrio eloquio vulgavit (*b*). „ *Reputo io ben più verisimile, che* Veleiatium *sia un genitivo plurale, cioè che* oppidum Veleiatium *non altro sia, che la stessa terra grossa de Veleiati, appellata anche Città da Flegonte*. Circa Cluverium animadverto, non Plinianos codices, sed potiùs aliorum labores consuluisse. Primo enim libro affert tanquam a Plinio desumptum. *Circa Placentiam in collibus opidum est Veleiatium* [c]; additque*: quod oppidum Velia tam prope limitem fuit*. Infra vero capite X. *circa eandem Trebiam, vel circa Tidonem amnem Velia fuit opidum in confinio, ut supra Cap. VIII. dictum, Liguriae, Galliaeque Togatae, unde Veliates Liguri denominati apud Livium, Plinium, & in tabula itineraria*. Exhibet subinde, uti in propriâ suâ sede, Plinii verba, quae illustramus; additque „ *legendum heic Veleiatium, quidpe Phlegonti Tralliano de Longaevis* ἐξ αὐτῶν τῶν ἀποτιμήσεων, *idest ex censuum commentariis, inter multa alia ejusdem Galliae Togatae exempla quater nominatur opidum* Βελλῶν *Veleja. Apud Livium libro XXXI. ita legitur*„ Insubres „ Cenomanique & Boii excitis Salliis, Ilnatibusque, & ceteris Ligusticis Populis Placentiam invaserunt „ -- *Isti Iluates, cum nunquam alibi apud auctores reperiantur, suspicati non nulli viri docti vitiatum id esse vocabulum, emendare conati sunt in Lituates, tanquam ab Litubio opido opidanos sic dictos. At haec opido quam mirifica derivatio, cujus exemplar par in omni latinitate vix reperias: quapropter ego omnino legendum censeo ubique Valiates* (tolle typographicum mendum, & restitue *Veliates*,) *& Veliatibus ---- In fragmentis marmoreis triumphorum ovationumque ducum Romanorum, quae Romae in Capitolio visuntur, haec leguntur verba* . . . M. F. M. N. NOBILIOR PRO. COS - - - - - - - BVS. ET. ELEATIBVS A. DX. *quae ita supplere conatus est Sigonius.* M. FVLVIVS. M. F. M. N. NOBILIOR. PRO COS. DE. LIGVRIBVS. ET. VELEATIBVS. *Ego vero omnino legendum censeo* ELEATIBVS, *quidpe quum in Lucanis graecum opidum Romanis dictum fuit Velia, ipsis vero Graecis Elea; & inde opidani Eleates; hoc quoque Liguriae opidum primo dictum fuisse Eliam credo Romanis, & opidanos Eleates*. „ Vel etiam in ultimis verbis malè habetur ab Elzeviriis Cluverius, vel *Eleam* potiùs dicere quàm *Eliam* debebat. Utcumque se res habeat, ex tantis docti Geographi animadversionibus multa desumpserunt recentiores, qui hocce seculo floruerunt; quos inter Cellarius, Caspar Beretta, Muratorius, Scipio Maffejus, & Poggialius. Non me tamen fugit, quòd non omnia a Cluverio prolata amplectentes, omiserunt animadvertere ex receptis nominandi casu bis in Naturali historiâ Velejatibus, etiam libro septimo legendum *Oppidum est Velejatium*. Rectior igitur erit scriptura, ubi *Velejates* apud Plinium in Geographicis recensitos statuamus; unde conveniens effluit lectio: *Citra Placentiam in collibus oppidum est Velejatium*.

Omissis igitur, quae contra Sigonium affert Cluverius. (cum iis in epistolâ ad Paciaudium, & fusiùs alio in opere de Velejatium antiquitatibus fecerim satis, quod ad Augustam Elisabetham Hispaniarum Reginam, favente viro doctissimo Marsilio Mar. Venturio, superioribus annis misi) Plinianos codices retractemus. *Veletacium* lego in II. Escorialense, quem sequitur Huerta, cum hispano idiomate referat *Veletacio*. Secundus Ambrosianus *Valeatium*, cui subscribit Landinus vertens *Valeatio*. Gallus Pinetus *Valleacio*.

In Vaticano 1951. *Veleacium*, cui videtur accedere illustris Baronius, & Campus Placentinus, nisi quia geminatâ literâ *l* proferunt *Velleacium* (*d*). In altero Vaticano 1953. *Oppidum-Veleianum*: quae lectio utique stare potest, utpote deducta a primigenio Velejae nomine. In variantibus ad laudatum exemplar additur *alias Veliacium*. Secundus Barberinus *Velleiacium*, & variantes ad Carbonarinum; quas sequitur patrio idiomate Hernandius. Allatis adhaerent plerique Naturalis historiae typographi (*e*), & Caspar Beretta (*f*): non tamen Harduinus; quamvis ita ab illo redditum ex Anonymi fide asserat publicorum nunciorum sartor Trajecti ad Rhenum. In primo Barberino *Veleiatidum*. In Carbonatino *Velleiatidum*. Videtur, quòd ex recto *Velejates* oriri possit *Velejatidum*. Communior tamen erit inflexio *Velejatium*. Haec nitidè apparet in Ambrosiano primo: neque distant Toletanus, & Medicaei, legentes *Veleiacium*; atque, ut videtur, Riccardianus, ubi hâc ratione scriptum, & eodem charactere emendatum apparet vocabulum

Veleacium
- - - leiaci

Veleacium pariter in membranis extare non omisit Dalecampius (*g*), atque ita legere placuit Scipioni Maffejo. Ipsissima erit scriptura *Velejacium*, & *Velejatium*, cum Romani litera *c* & *t* indiscriminatim utantur. Harduino, ut vidimus, *Veleïacium* arrisit. Nos *Velejatium* amplectimur, quae scriptura verior apparet; quamvis & altera suos habeat patronos, & a Strabonis auctoritate juvari possit, ubi de Derthonensi oppido sermonem habens inter Placentiam ac Genuam sito: extantes in eòdem itinere recensentur Δεκιήτια, καὶ Ἰλλίαι [*h*]. Corruptum in primo nomine Strabonis locum facilè intelligent Indigenae: secundo Velejam, sive Vellejam denotare satis ex viâ agnoscitur. Xylander ignorare professus est, quid hujusmodi significarent. Casaubonus restituendum curavit καὶ αἱ ἀκουαὶ στατιέλλαι, cui refragatur Cluverius [*i*]. Verùm ad Aquas Statyellas diversâ ortographiâ provocavit, quòd etiam modicâ differentiâ innuit Paullus Merula. Sed non hâc viâ a Placentiâ Genuam petimus, uti neque per *Stratellae* vicum [*la Stradella*] quam *Iellam* a Strabone appellari conjiciunt Ferrarius, ac Baudrantius; unde optimo judicio arguuntur a Poggialio [*k*]. Membranaceam Strabonis Geographiam nactus (quam Guarinus Veronensis in latinum transtulit idioma, servaturque in nobilissimâ Ferrariensium bibliothecâ) hisce verbis Graeci mentem reddi adnotavi [*l*]: *est autem Derthonis civitas insignis mentione digna medio Placentiam ex*

Ge-

[a] *Vide quae adnotavimus in epist. ad Cl. Paciaud. tom. I. pag.* 286. *num.* 6. [b] Sposizione. [c] *Vide Cluer. Ital. antiq. lib. I. 8. pag.* 58. [d] *Vide Campum* Storia di Piac. *tom. II.* [e] *Rom.* 1470. 1473. *Venet.* 1472. 1483. 1491. 1496. 1499. 1507. 1519. 1536. 1559. *&c. Parm.* 1476. 1480. 1481. *Tarvis.* 1479 *Basil.* 1530. *&c. Lugdun.* 1548. 1563. *Paris.* 1532. *&c. Franc.* 1582. *&c.* [f] *Vide tom. X. rer. Italic.* [g] *Vid. edit. Lugdun.* 1587. *Genev.* 1631 *pag.* 130. *&c.*
[h] *Lib. V. pag.* 332. [i] *Ital. antiq. lib. I.* 10. [k] *Tom. I. pag.* 92. [l]. *Lib. V. fol.* 66.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
cius M. filius Galeria Felix. LVII.	*cius M. F. Gal.* [4] *Felix.*

L 2 *Con-*

ANNOTATIONES.

Genuâ Itinere jacent, ab utrâque quadringentis distans stadiis. Hâc in viâ ex custodiâ ellia. Guarini scriptura ostendit Strabonem de Ligurum Velejâ loqui, quam [Greek] appellat, uti [Greek] pariter dictam ab aliis vocitatam asserit Veliam Lucaniae oppidum [a], ob cujusdam fontis argumentum. Hoc etiam juvat Elliae nomen Velejae tributum, cum plures in hanc diem fontes, & aquaeductus circa Macineffum existant. Vltimò voces *ex custodiâ* in Diacovistae vocabulum fuisse corruptas vel caecus animadvertet; quibus in graeco exemplari substitues [Greek], non multum discrepantibus elementis.

Vt Velejam adhuc latinè dicerem, praeter allatas auctoritates facit testimonium Phlegontis Tralliani, ubi in laudato opere Marcum Vilonium Severum [Greek] *Civitatis Velejae* inter longaevos homines attulit, qui aetatem suam in Censorum commentariis ediderunt. Hoc unico exemplo, non reliquis ad Veliam spectantibus, utendum erat Cluverio, atque Harduino, ut alibi monuimus [b]. Quare in geminandâ dictione non accedam Benedicto Passionaeo [c], neque amico Chelasio [qui in encausticâ picturâ Velejam duplici *l* reddebat] In Peutingerianâ Tabulâ Velejatium regio dicitur VELIATE.

[1] *Sex detulere.* Haec per se patent, nempe sex homines in Censoria tablino deposuisse se aetatis annum CX. agere.

[2] *Quatuor verò.* Ampliùs quatuor detulere se ad annum vitae CXX. pervenisse. Adverbium verò desideratur in nonnullis codicibus: apertè tamen legitur in Vaticanis *1951. 1952. 1954. 1955.* In I. Barberino, in Riccardiano, in omnibus Medicaeis, in Politiani membranis, Carbonarino, Toletano, Escorialensibus, Ambrosianis. Fortasse ex contractâ dictione, quae primo tantum elemento *u* in apographis reddebatur, orta est omissio; & sanè in Landiano codice scribitur *quatuor u. centenos vicenos.* Adverbium hoc loco vim, & gratiam narrationi addit, cum de re prodigio assimilandâ afferat: quòd praeter sex homines, qui ad annum CX. pervenere: quatuor verò CXX. attigerunt: unus *etiam* CXL.

In saepius indicatâ publicorum nunciorum compactione postquam de Velejâ [sive ut scribenti videtur *Vellejâ*] sermo habetur, haec lego [d]: *Pline liv. VII. chap. 44. edit.* ad usum Delphini *nous apprend que sous les Empereurs Vespasien & Titus on fit le denombrement d'Italie, & que a Velleiacium près de Plaisance on trouva plusieurs personnes qui avoient passè* 100. *ans, savoir 6. de* 100. *ans 4. de* 120. *4. de* 137. *&* 1. *de* 140. Vnde quatuor, qui ad CXXXVII. annum pervenerant, falsò ingerantur, nusquam intelligemus.

[3] *Vnus etiam CXL.* Numerus rectè scribitur in paucis codicibus: scilicet in vetustiore ex Medicaeis, in I. Barberino, in Carbonarino, & I. Escorialensi. In aliis omnibus vitiatur, nempe in Vaticanis, II. Barberino, in Politiani, Aleriensis Episcopi, & Landini membranis, Ambrosianis, Landiano, ubi CL. Aequo jure ab iis discesserunt neoterici typographi, Dominicus, Pinetus, Huerta, Baronius, Campus &c. cum nemo in octavâ regione, teste Plinio, ad centesimum & quinquagesimum annum pervenerit. Decennium Mucii aevo additum ex amanuensium imperitiâ originem duxit. In Toletano, & Riccardiano scribitur, *ex quinquaginta.* Apertissimo indicio, quòd nota L. elementis perperam excepta, librariis errandi occasionem praebuit, ut rejecto numero X. scriberent CL., seu *centum quinquaginta.* Vbi enim CXL. reddidissent antiquiores, omnis dubitandi occasio de medio tollebatur.

(4) *Gal.* Notae significant Mucium Marci Mucii filium censum tulisse in tribu Galeriâ, seu Galesâ, cui Velejates adscribebantur. Ita enim procul dubio interpretabimur siglas *Gal.* Ipsissimâ ratione in Plinii Caecilii monumentis legimus:

C. PLINIO. L. F.

OVF. CAECILIO &c.

ubi notae OVF. tribum Ousentinam important. In codicibus Ambrosianis, Landiano, Escorialensibus vocabulum completur, legimusque *Galeeia.* In Riccardiano *Gali.* quasi *Galirio.* In antiquiore ex Medicaeis pariter *Gali.* occurrit; quod importunus Aristarchus restituere credit adjecto vocabulo *galius*; idque in duobus aliis recentioribus unicè apparet; unde mendum insigne verae lectionis locum occupavit. Hinc *Galrius* in Romanâ impressione, & traducibus [e], *Galerius* in tot aliis irrepsit [f]. Landinus rei difficultate motus, omissis omnibus appellationibus unum recenset, qui ad annos CL. pervenerat. Dominicus, cum tot voces recto casu inveniret: ex unico tria fecit exempla scribens [g]: *e uno di cento quaranta; & Marco Mutio figliuol di Marco, & Galerio Felice.* Pinetus, qui parum Plinii mentem assequebatur, & Dominici interpretationem consulebat: inutilibus additis ornamentis ita scribit: *Vn de cent quarante. Mais que dirons nous de Marcus Mutius, & de Galerius Felix.* Huerta Landini methodum sequitur, nisi quia rectiùs aetatem annorum CXL. Anonymo assignavit. Poterat tamen Hispanus interpres ex Dalecampii annotationibus proficere; multoque magis ex Hernandii Hispaniarum civis versione, quae hujusmodi „ *Seis vivieron cadauno* „ *cienta y diez años, y Quatro cada ciento y veinte. M. Mu-* „ *tio hijo de M de la Tribu Galeria Felix ciento y quarenta.*

Dubio igitur procul evadit notas *Gal.* tribum Galeriam ostendere, uti rectè Harduinus monuit in primâ Naturalis historiae editione (*h*): subinde portentosi & impotentis ingenii effraenatione motus; cum ei nimis vulgaria ab omnibus tunc recepta, viderentur: contortis & aculeatis sophismatibus in diversa omnino abiit. *At*, inquit, (*i*) *ex nominibus gentium Romanarum, praesertim verò insigniorum qualis Galeria fuit, appellatas fuisse, aut ex singulis conflatas tribus integras, nunc plane nobis absurdum videtur & incredibile ---- Igitur matrem Mucii Galeriam hic verius designari credimus; quae nata ex majoribus affinitate junctis cum gente Sullana, ex iisdem traxit Felicis cognomen, quod sibi Sulla imposuerat.* Sed quot quantosque errores paucis hisce verbis concludit? Vbi Mucii mater paternum genus a Dictatore L. Syllâ (vel Sullâ ut aliis placet) deduxisset: haec non *Galeria*, sed *Cornelia* appellaretur. Felicis cognomen a Syllâ quidem civili sanguine, ac patriae oppugnatione adoptatum paullò ante testatur Plinius (*k*); sed innumeros postea tali cognomine dictos invenimus. Num Felix Claudii Libertus ille notissimus hâc ratione fuit appellatus, quia Syllae affinis? Num Felix ille Russatorum auriga, cujus paullò infra meminit Plinius (*l*), ad Syllae dictatorium genus pertinuit? Haec profectò Harduino excidisse omnes indignantur, cum de *Felicis* eadem, quae de *Secundi* cognomine sint proferenda; & passim in Romanorum familiis, & Libertorum turbâ reperiantur. Ad ea, quae de gente Galeriâ somniavit: reponam, Corneliam tribum rusticam, ideoque ex laudatissimis (*m*), a Corneliâ nobilissimâ gente nomen sortiri: ita pariter Galeria tri-

[a] *Lib. VI.* 387. [b] *Cic. epist. ad Cl. Paciaud. pag.* 287. *num.* 2. [c] Inscrizioni antiche: *vide Praefat. pag. VIII. num.* 4.
[d] *Num. LXXXI. ad 9. Octob. diem anno* 1761. [e] 1470. [f] *Parm.* 1476 1480. 1481. *Venet.* 1483. 1491. 1496. 1499. 1507. 1519. 1535. 1559. *Basileae* 1530. *&c. Paris.* 1532. *&c. Lugduni* 1548. *Lugduni Batavor.* 1582. *&c* [g] *Lib. VII.* 49. *pag.* 212. *edit. an.* 1561. [h] *Anno* 1685. *vide tom. II. pag* 80. *&* 131. [i] *Edit. anni* 1723. *tom. I. pag.* 429. *emendat. CXXXIX.* [k] *Lib. VII.* 43. [l] *Lib. VII.* 53. [m] *Vide Plin. lib. XVIII.* 3.

Ex Harduin. LVI. pag. 411. & seq.

LVII. Consentaneum videtur, priusquam digrediamur a natura hominum, indicare quae cujusque inventa sint. Emere ac vendere instituit Liber Pater ----

Ex Harduin. pag. 415.

Arcum & sagittam Scythen Jovis filium, alii sagittas Persen Persei filium invenisse dicunt: lanceas Aetolos, jaculum cum amento Aetolum Martis filium. Hastas velitares Tyrrhenum: Pilum Penthesileam Amazonem: securim, Piseum; venabula, & in tormentis scorpionem Cretas: catapultam Syros: Phoeni-

Ex nostrâ recensione.

Consentaneum videtur, priusquam digrediamur a naturâ hominum, indicare quae [1], *cujusque scientiâ* [2] *inventa sunt. Emere ac vendere instituit Liber Pater* ----

Arcum & Sagittas [3] *Scythen Jovis filium: alii Sagittas Persen Persei filium: Lanceas Aetolas* [4], *Iaculum cum amento ferunt invenisse* [5] *Aetolum Martis filium: Hastas velitares Tyrrhenum: Pilum Penthesileam* [6] *Amazonem: Securim Piseum: Venabula, & in tormentis Scorpionem Cretas: Catapultam Syrophoeni-*

ANNOTATIONES.

tribubus rusticis annumerata ex potentioribus fuit, ut secundi belli Punici temporibus, teste, Livio (a), *Galeria Juniorum, quae forte praerogativa erat, Q. Fulvium & Q. Fabium consules* dixerit. Plura Galeriae tribus in Romanorum monumentorum thesauris extant elogia. Pro nunc sufficiant gemina a L. Licinio Glauco dicata: alterum Poppeae, alterum Neroni Caesari, quae Cecinnae, ideoque parum a Velejatium oppido dissita, visuntur: haec a Nobis (b), superioribus annis illustrata, habes etiam apud Muratorium (c); unde prioris initium exscribere in praesens sufficiet.

DIVAE . POPPEAE . AVGVSTAE . IMP. NERONIS . CAESARIS . AVGVST.

L. LICINIVS . L. F. GAL.GLAVCVS . LVCRETIANVS . FLAM. ROMAE

In Plinii laudem, ac Velejatium gloriam adnotandum ex adjectis GAL*eriae* tribus notis Mucium Felicem Civis Romani privilegio fuisse nobilitatum. Hinc est, quòd a Plinio supra allati, cum in nullâ tribu ferrent suffragia; non ab illius tribus genitoribus erant prognati; neque enim omnes ejusdem oppidi habitatores, tanto fruebantur privilegio. De quodam C. Graccho scribit L. Florus, quòd eum C. Marius Tribunum Plebis creavit, eo quia Annium sibi infensum occidisset. Vt verò electionem Florus improbaret; Gracchum *hominem sine tribu, sine nomine* depingit (d). Ex allatis igitur succrescit M. Mucii conditio, cum in Galeriâ rusticâ tribu censeretur; in quâ Libertinis locus minimè dabatur, ut ex Livio Anna Fabria (*le Feure*) ad allatum Flori locum opportunè collegit (e).

(1) *Indicare quae* . Hujusmodi septimi libri sectio sapientiae, atque eruditionis ocellus mihi semper erit, ut nullo pacto possim intelligere, cur a Delandio (*Des Landes*) Plinius accuseтur, tanquam absque methodo, ac judicio fabricationum, usuum, & inventionum farraginem attulerit; & potiùs incertae, ac populari famae, quàm securis institerit probationibus (f). Oscitanter omnino Plinium legit, quisquis in illo rerum dispositionem, & acumen culpare aggreditur; cum nemo inter mortales magis ordinatè incesserit. In praesenti verò sectione (quae Critico Harduinum sequenti LVII.) nonne Graecum Gellium, Aristidem, Berosum, Epigenem, Critodemum, Aristotelem, Theophrastum, aliosque doctissimos in narrationum testimonio adducit? Longè diversa de Plinio sentit J. Marietta eruditus Gallorum scriptor, & Delandii nostris temporibus coaevus (g). Mirandam adeò in praesenti articulo reconditarum rerum notitiam judicavit M. Antonius Sabellicus, ut materiam inde desumpserit, cum elegantissimum de Artium Inventoribus poëma exaravit.

(2) *Cujusque scientiâ*. In Romanis, Parmensibus, Venetis, aliisque editionibus vulgatum fuerat: *quae cujusque scientia a quocumque inventa sunt*. Hermolaus Barbarus „ scribendum, *ait*, a quoque, non a quocumque, vel „ quemadmodum vetus lectio praesefert, quae, cujusque „ scientia inventa sunt „. Prima tantùm emendatio a subsecutis typographis (h), Palmario, (i) Alexandro Benedicto (k), aliisque fuit adoptata. Gelenius, & Manutius rejectis inutilibus vulgarunt: *quae, cujusque scientia inventa sunt*. Vetustior igitur lectio ab iis, & recentioribus secuta, nobis optima videtur, & Pliniana: occurrit paullò ante (l): *Variarum artium scientiâ innumerabiles enituere*. Cur Harduinus, omissâ voce *scientiâ*, pro *sunt* ingerat *sint*: profectò ignoro.

(3) *Sagittas*. Ita potiùs lego quàm *Sagittam* ex proximis: *alii Sagittas Persen Persei filium*. Adde verba lib. XI. *Scythae sagittas tingunt viperinâ sanie, & humano sanguine: irremediabile id scelus*.

(4) *Lanceas Aetolas*. Ex veteribus libris (m), & ratione; nam probabilius videtur Lanceas Aetolas ab Aetolo Martis filio, quàm a Populis (qui ab Aetolo) nomen deduxisse.

(5) *Ferunt invenisse*. Codices Ambrosiani, & primigenia exemplaria.

(6) *Penthesileam*. Aspirandum hujus Reginae nomen videtur ex graecâ orthographiâ (n), cui subscribunt edita Virgilii (o), Ovidii (p), Q. Curtii, (q) Justini, aliorumque exemplaria. Caeterum & Pentesileam invenio in quibusdam membranis, & in Ambrosiano I. *Pentisileam*. Adnotavit Harduinus ex Adolphi Occonis testimonio ad Trajani nummum, in ambitu ACHILLIS nomen, infra PENTISELEA legi (r). Cum & hanc scripturam posset tanto firmare testimonio, in senilia abiit

(a) *Lib. XXVII.* (b) *Vid. Corollar. ad Musar. Epin. pag. 46. & 51.* (c) *Nov. Thesaur. inscript. pag. CCVII.* (d) *Cap. XVI.* (e) *Citat. Cap. XVI. pag. 124.* (f) Essai sur la Marine des Anciens *pag. 45.* (g) Traitè des pierres gravès *tom. I. pag. 247.* (h) 1496. *&c.* (i) *Vid. edit. Venet. 1499. 1519.* (k) *Edit. 1507, &c.* (l) *Lib. VII. 37.* (m) *Vid. edit. XV. seculi.* (n) *Vid. Herod. lib. IV.* (o) *Aeneid. lib. I. vers. 495.* (p) *Metamorph. lib. XII.* (q) *Lib. VI.* (r) *Pag. 415. num. 76.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
nicas ballistam & fundam. Aeneam tubam Pisaeum Tyrrhenum. Testudines Artemonem Clazomenium. Equum (qui nunc aries appellatur) in muralibus machinis Epeum ad Trojam.	*nicas* (1), *Ballistam & Fundam* (2): *Aeneam tubam Piseum Tyrrhenum: Testudines Artemonem Clazomeneum: Equum* [*qui nunc Aries appellatur*] *in muralibus machinis Epeum ad Trojam* (3).
Ex Harduin. LX. pag. 420.	
Tunc Scipio Nasica collega Laenatis, pri-	*Tunc Scipio Nasica, collega Laenatis,* (4) *pri-*

ANNOTATIONES.

abiit deliramenta, ut aëream sententiam ingeniosè sub illis literis comprehensam, pueris venditaret: ACHILLI *Similis Princeps Equitum Nerva Trajanus, Equestri Signifero Interfecto, Liberavit Eduam Augustam*. Haec omnia adeò sunt deridicula, ut tempus in frigidissimis nugis insumere virum ad majora properantem non deceat.

(1) *Syrophoenicas*. Habent nostri codices, Ambrosiani, aliique; quod etiam Harduinus post multos adnotavit. In primigeniis editionibus modò *Syros Phoenicas*, modò *Syros, Phoenicas* scriptum animadverto. Diligenti tamen Plinianae lectionis scrutatori manifestè constabit, auctorem accuratissimum minimè scripsisse *Catapultam Syros; Phoenicas Ballistam, et Fundam*. In totà enim hàc narratione primùm res inventas, subinde inventoris nomen retulit, quae formula a primis verbis, usque ad ea *pugnare ex equo Thessalos* servatur. Alia etiam addi possunt argumenta, quibus catapultae, ballistae, & fundae inventiones Phoeniciis tribuuntur. Haec tamen, nimii ne simus, praetereunda.

[2] *Ballistam & Fundam*. Catapultae, Ballistae, & Fundae inventionem Syrophoeniciis uniter attribuo. Johannes Harduinus in emendationibus lectionem suam a Manuscriptis omnibus juvari tradit. *At si quidam conjunctum* Syrophoenicas *legant, sed perperam* (a).

(3) *Epeum ad Trojam*. Matthaeus Aloysius Canonicus, S. J. amicus noster, totius antiquitatis studiosissimus, & cujus cimelio, & bibliothecâ toties profeci: patietur hoc loco, ut illius dicta convellam, quod integrâ amicitià me facturum non unâ vice juravi. Receptâ enim adhuc Trojanâ obsidione (quam tamen multis fabulosam & Folardo irrisam innuit) in haec patrio eloquio, sed importunâ prorumpit vi (b). *Essendo l'opinion nostra conforme al sentimento di tutti gli antichi scoliasti Greci, tanto più arditamente intraprendiamo a confutar Plinio, il quale asserisce* [*senza però addurne prova*], *che il Cavallo di smisurata mole a Troja introdotto per frode dell'empio Sinone, altro non fosse, che una specie di Ariete, di cui fatto avevano uso i Greci contro le Mura della Città nemica*.

Non his Vatum ambagibus incedit gravissimus scriptor Plinius; sed postquam plures rerum inventores enumeravit: Equum ab Epeo inventum (qui postea Aries) ad Trojam expugnandam testatur. Quid haec cum Sinonis fabulà, quam Graeci vates, ac Virgilius historiae assuerunt? Specularem significationem Sinon quidèm invenit, & Epeum Equi inventorem gravissimi testantur auctores. Huic tale nomen fuisse, cum equini capitis speciem referret machina, satis constat. Sed ut Plinio ante adhaeream: nemo ignorat scriptorum syllabum, unde res in Naturali historià ingeruntur, suo cuique libro adaptari; ideoque VII. volumine allatos consulat Canonicus; quorum melior pars magnâ literarum jacturâ evanuit. Ex Latinis XXV. ex Graecis XLIX. recensentur. In iis igitur procul dubio testimonia extabant, & praesertim in Drillo, Agatharchide, Nymphodoro, Megasthene, Alexandro Polyhistore, Metrodoro Scepsio, magnis historicis; Anticlide, qui res Graecorum post Trojanam expeditionem attigit, Phylarcho, qui περὶ εὑρημάτων, nempe de rebus inventis scripsit: ex Ephoro, qui ipsissimum tractavit argumentum, & Stratone, qui de rebus inventis contra Ephorum duo vulgavit volumina. Philostephano, qui idem. Alios addamus Plinio antiquiores, ex quibus constat Epeum fatalem hujus instrumenti auctorem fuisse. Legimus apud Servium (c). *Hyginus, & Tubero de hoc equo dicunt machinamentum bellicum fuit, quod Equus appellatur, ut Aries, & Testudo, quibus muri vel discuti, vel subrui solent. Unde est*

„ *Aut haec in nostros fabricata est machina muros:*

Cum Justinus Trogi *abbreviator* (ut ajunt) scribit Metapontinos in Minervae templo ferramenta ostentasse, quibus Epeus eorum conditor Equum Trojanum fabricavit, non certè de fabuloso equo, sed de machinâ ad muros disjiciendos locutus est (d). Hujus rei testem habemus Pausaniam scriptorem Plinio recentiorem, Graecumque, qui in Braunone: *est*, inquit, (e) *prisci operis signum, Thaurica ut perhibent, Diana. Equus etiam Durius ibi positus ex aere: & quod quidem opus hoc Epei machina fuit ad muros disjiciendos fatebitur quisquis non omnem confert in Phryges stultitiam*. Si plura hàc in re exoptat Canonicus habet Franciscum Junium, (f) Amaseum, & Xylandrum, qui Pausaniam latinâ linguâ donarunt (g); suumque Harduinum, qui neque verbum addidit docto Plinio, unde de ejus fide possit dubitari: *inde*, inquit (h). *Equi Trojani fabula. Machina ea muralis fuit, quae postea aries appellata est. De ejus formâ vide Vegetium, Lipsiumque*. Quod verò ad bellum Trojanum attinet, ubi illud rejiciamus, antiquissimis omnibus historiis valedicere necesse est. Haud ignoro apud Herodotum legi, Helenam nusquam ad Trojam appulisse; alios illam nimiùm annis gravem, ut a Paride raperetur. Sed quomodo hujusmodi convenient Dionis Prusiensis sententiae; ubi asserit Helenam Tyndari parentis assensu Trojani Regis filio collocatam? Infirma igitur erunt haec omnia contra reliquos Scriptores. Cicero Troicis temporibus tributas Ulyssi ab Homero in dicendo laudes agnoscit (i). Tacitus Neronem describit, dum caneret *Trojanum excidium, praesentia mala vetustis cladibus assimilantem* (k). Neque dubium de Trojae bello, & excidio Justinum, atque Plutarchum in Homeri libro legentibus esse potest. Joseph Scaliger, qui magnâ criticès laude floruit, nusquam de facti veritate haesit. Tempora quidèm disputantur [l]. Haec caeteroquin ex Pariis [nunc Arundelianis] marmoribus indicantur; in quibus dies 24. mensis Targilionis signatur, tanquam ob fata-

[a] *Tom. I. pag.* 431. *emendat. CLXVI.* [b] Notizie Storico-Critiche *pag.* 5. *num. XIV.* [c] *Ad II. Aeneid.* [d] *Lib. XX.* [e] *Lib. I. Attic.* [f] *Catalog. pag.* 84. [g] *Vid. lib. I. pag.* 21 *& II. pag.* 71. [h] *Pag.* 416, *num.* 82. [i] *In Bruto.* [k] *Annal. lib. XV.* [l] *Vide Scaligerum de Ilii excidio.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
primus aqua divisit horas aeque noctium ac dierum. Idque horologium sub tecto dicavit, anno Urbis DXCV. Tamdiu populo Romano indiscreta lux fuit. Nunc revertamur ad reliqua animalia, primumque terrestria.	*primus aquâ divisit horas aeque noctium ac dierum* [1], *idque* [2] *horologium sub tecto dicavit anno Urbis IↃLXXXXV. Tam diu* [3] *Po. Ro. indiscreta lux fuit. Nunc revertemur* [4] *ad reliqua animalia, primumque terrestria.*

AD VIII. LIBRUM.

Ex Harduin. I. pag. 435.	
I. Ad reliqua transeamus animalia, & primum terrestria. Maximum est elephas, proximumque humanis sensibus.	*Maximum, proximumque* [5] *humanis est Elephas sensibus.*
Ex Harduin. VI. pag. 437. & 438.	
VI. Elephantos Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, & boves Lucas appellavit, in Lucanis visos, anno Urbis quadringentesimo septuagesimo secundo: Roma autem in triumpho, septem annis ad superiorem numerum additis. Eadem plurimos anno quingentesimo secundo,	*Elephantos* [6] *Italia primùm vidit Pyrrhi Regis bello, & boves Lucas* [7] *appellavit in Lucanis visos anno Urbis CCCCLXXII. Roma autem in triumpho VII. annis ad superiorem numerum additis. Eadem plurimos anno IↃII. victoriâ*

ANNOTATIONES.

fatale Trojanum excidium memoranda. Hujusmodi addantur Corn. Bochi sententiae, qui Dianae Saguntinae templum ducentis ante Trojae ruinam annis aedificatum tradit [a]. Quare Folardi convulsionibus potiùs quàm argumentis de Trojano bello dubitatio attribuenda; nobisque interim sufficiat Plinium scriptorem diligentissimum, Herodoro veraciorem, ab injustâ accusatione tueri.

[4] *Laenatis*. Haec restitutio debetur Gelenio, qui in vulgatis libris adnotaverat irrepsisse *Lenati*. Id certè ediderat Palmarius [b], cui adhesit Alexander Benedictus [c]: vetustiores tamen impressiones habent *Lenati* [d]; iisque satis accedunt Ambrosiani codices. In Chiffletiano *Laenati* apparere testatur Dalecampius. Fuit laudatus Censor praenomine *Marcus*, gentiliciâ appellatione *Popilius*, uti etiam ex Plinio illius dignitatis tempora attingente, eruitur [e]. Multa de nobilissimi cognominis origine afferunt Lexicographi ad Ciceronem provocantes; sed quâ ratione scribendum sit, allato Oratoris loco non constat [f]. Hanc docere videtur Vellejus Paterculus [g]. *Per idem tempus, cum Antiochus Epiphanes, qui Athenis Olympicum inchoavit, dum Regem Syriae Ptolemaeum puerum Alexandriae obsideret, missus ad eum Legatus M. Popilius Laenas*. Conjiciendum igitur, quòd Laenas *Laenatis*, uti Mecoenas *Mecoenatis*, efficiat. Subtiliores grammatici aliquam adhuc in cognominis progressione difficultatem habentes rem fusiùs pertractent. Non ignoro quòd etiam *Popillius* geminatâ literâ *l* scribatur in multis Paterculi codicibus. Vetustissimum elogium a Raphaele Volaterrano allatum Plinio convenit. M. POPILIVS. M. F. M. N. LAENAS. Si plura optas consule Glandorpium [h].

[1] *Noctium ac dierum*. Elegantissimè haec omnia ad IX. Vitruvii librum explicavit Benedictus Jovius in epistolâ ad Caesarem Caesarianum Mediolanensem Architectum, cujus supra meminimus [i]. Jovius etiam omnium primus sustulit mendum; quod in Vitruvii voluminibus inoleverat: *cuncta descendunt foramina perpendiculo*; legendumque monuit: *conjuncta descendunt foramina perpendiculo* [k].

(2) *Idque*. Fortassis legendum *isque*.

[3] *Tam diu*. Ex MSS., & vetustis editionibus.

[4] *Revertemur*. Ex Chiffletii, aliisque membranis. In Ambrosiano I. *revertens*; in II. *revertamur*, uti in vulgatis. Nostram scripturam fulciunt verba libri tricesimi [l]: *nunc revertemur ad ea, quae totis corporibus metuenda sunt*.

[5] *Maximum, proximumque*. Hisce verbis Plinium octavo libro initium fecisse semper conjeceram; unde aliqua in septimi fine, vel in praesentis initio redundare suspicabar. Verùm cum ab Harduino allata in omnibus cusis exemplaribus appareant: monere tantùm lectorem volebam de dubiis, iteratisque. Neque enim Plinium verborum parcissimum decent repetita, & proxima. Conjecturam fors juvavit, cum lacinia undique desideretur in Mediolanensi, sive Ambrosiano II. codice, & exhibitam scripturam ad unguem refarat. Ita sanè hoc volumen superioribus incomparabili brevitate alligatur.

[6] *Elephantos*. Vetusti typographi habent *Elephantes*, quae lectio etiam recipi potest exemplo sexti libri: *venandi Elephantes domandique* [m].

[7] *Boves Lucas*. Harduinus haec Varronem libro sexto de

(a) *Vide Plin. lib. XVI.* 40. (b) *Vide edition. Venet.* 1499. 1519. (c) 1507. 1510. (d) 1470. 1476. 1479. 1483. 1491. 1496.
(e) *Lib. XXXIV.* 6. (f) *In Bruto.* (g) *Lib. I. pag.* 565. *tom. I. edit. Ebroduu.* (h) *Onomastic. columellâ* 710.
(i) *Disquisit. tom. I. lib. V. pag.* 206. (k) *Vid. codic. nostr. MSS. pag.* 19. (l) *Lib. XXX.* 10.
(m) *Vide Harduin. ad VI.* 19. *Plin. pag.* 319.

Ex Harduin.

do, victoria L. Metelli Pontificis in Sicilia de Poenis captos. Centum quinquaginta duo fuere tranſvecti ratibus, quas doliorum confertis ordinibus impoſuerat.

Ex Harduin. XVI. pag. 444.

XVIII. Leonum duo genera: compactile & breve, criſpioribus jubis. Hos pavidiores eſſe, quam longos ſimplicique

Ex noſtrâ recenſione.

riâ L. Metelli Pontificis in Siciliâ de Poenis captos. CXXXII. fuere [1] (*aut ut quidam CXL.* [2]) *tranſvecti ratibus* [3], *quas doliorum confertis ordinibus impoſuerant* [4].

Leonum duo genera: compactile & breve criſpioribus jubis: hos pavidiores eſſe, quàm longos (5), *ſimplicique*

ANNOTATIONES.

de linguâ Latinâ tradidiſſe affirmat, cujus verba in hanc ſpeciem retulit [a]. *Luca bos, elephas. Nam & in C. Aelii commentario erat a Libycis Lucas, & in Vergidii commentario, ab Lucanis Lucas: ab eo quod noſtri cum maximum quadrupedem, quem ipſi haberent, vocarent bovem, & in Lucanis Pyrrhi bello primum vidiſſent, apud hoſtes elephantos, ... Lucam bovem appellaſſe.* Contra Dalecampius ad ipſiſſimum Varronis volumen provocans: *nec a Lybia*, inquit, *nec a Lucania dictos putat, ſed a luce quòd longè relucebant propter inauratos regios clypeos, quibus turres ornatae fuerunt.* Conſtat ex iis Harduino diligentiorem fuiſſe Dalecampium, cum illuſtris Medicus geminam Varronis proferat ſententiam: Jeſuita alienas tantùm opiniones, quas Varro adjectis argumentationibus refutare contendit. Notandum nunc, quòd in veteribus de linguâ latinâ voluminibus, librorum ordo, & numerus diverſâ ratione apparet. In celebri Mediolaneuſi editione [ubi Nonii, ſive Nonnii Marcelli, Feſti Pompej, & Varronis memoratum opuſculum junguntur] hujuſmodi apparent libro III. folio X. [b]. Quod ad rem noſtram ſpectat, cri: Lucretium, Auſonium, aliosque in antiquae vocis origine Plinio convenire. Conſule, praeter Harduinum, Lucretii [c], & Auſonii [d] interpretes, Blancardum ad Arriani tacticam [e]. Voſſius itidem Verginii commentariis, ideoque Plinio aſſentitur. Ita enim potiùs quàm *Vergidii* legendum.

[1] *CXXXII. fuere.* Hic numerus a Guarini codice petitus rectior videtur, cum ex aliùs ſententiâ (quâ CXL. fuiſse tradebatur) Plinii oratio ſuccreſcat. Primus Ambroſianus legit *CXLII. fuere, aut ut quidam CXL.* Non multùm inde diſtant Toletanus, Salmanticenſis, Chiffletianus a Dalecampio allati [f].

[2] *Aut ut quidam CXL.* Hujuſmodi ab aliquo Romanae hiſtoriae ſcriptore accepit, qui ad Anonymum provocaverat. In verbis, *ut quidam*, Noſtri praeciſio apparet: ſubaudiendum *affirmat*. Neſcio, cur a typographis omittantur: *aut ut quidam* CXL., cum allatam ſententiam membranae recipiant. Neque enim neceſse eſt, ut Plinius Livianae Epitomae, vel Floro conveniat, apud quos paullulum diverſa, ut Harduinus adnotavit.

[3] *Ratibus.* Nimia inquiſitio nocuit hoc loco viro clariſs. Nicolao Heinſio, dum (omnibus adverſantibus libris) legendum *cratibus* ſtatuit (g). Paullus ex Feſto, ut egregiè monet Harduinus: *Rates vocant ligna colligata, quae per aquam aguntur.*

Quaecumque de Elephantis, reliquiſque animalibus Plinius, ſtupente Naturâ, tractavit: jubent, ut miremur Apulej Medaurenſis audaciam, qui ab Ariſtotele, Theophraſto, aliiſque Naturae patronis *incompoſitè congeſta*, ſe diſpoſuiſse gloriatur (h). Vltimis hiſce verbis Plinium procul dubio perſtringit, cujus in libro de Mundo nuſquam meminit, quamvis tanta ab illius Hiſtoriâ furto ſubducat (i).

[4] *Impoſuerant.* Nullam invenio cauſsam, ut *impoſuerat* potiùs legamus. Id ex manuſcriptis Harduinus ſtatuit: Noſtri tamen codices, Chiffletianus, Toletanus, & reliqui Dalecampio noti editis conveniunt. Neque enim fuiſſe Metelli inventum Plinius teſtatur, ut ab illo trabes doliis ſuperimponerentur. Rem igitur a militaribus Architectis peractam colligerem.

[5] *Longos.* Ita ex Gelenio, atque Harduino. Membranae, & vetuſtiores typographi *longo, ſimplicique villo*. Vel aliquod hoc loco deeſt vocabulum, vel ſaltem *longiores* reſtituendum ſuſpicarer. Solinus certè, qui Plinii veſtigiis, & verbis toties, inhaeret: trifariam Leones diſtinguens, in iis enumerat a Pardis generatos, quorum ſupra Noſter mentionem ingeſſerat. En Polyhiſtoris verba ex editione, quam Andreas Aſulanus curavit [k]. *Trifariam genus ſcinditur: nam breviores & jubis criſpi plerumque ignavi ſunt, & imbelles: longiores & comâ ſimplici acres magis ac potentes. Alii, quos creant Pardi, in plebe remanent.* Plinius multâ verborum convenientiâ de apibus [l]. *Vrbanarum duo genera: optimae breves variaeque, & in rotunditatem compactiles: deteriores longae, & quibus ſimilitudo veſparum: etiamnum deterrimae ex iis piloſae.* Si igitur magnis parva licet conferre: oppoſita de animalium, & inſectorum principibus ſtatuemus; cum breves & compactiles apes optimae, deteriores longae: contrarium verò in Leonibus eveniat. Hujuſmodi non ſinunt, ut eorum conjecturam recipiam, qui legere vellent: *Leonum duo genera: compactum, & breve criſpioribus jubis:* unde compactos Leones brevibus oppoſitos intelligant. Videtur vocabulum in Chiffletii codice inveniri [m]. Verùm ex L. Columellâ diſcimus compactos boves pro pinguibus & benè conſtitutis accipi [n], quae Leoni minimè conveniunt. Addendum inſuper Plinium permultas notiones ab Ariſtotele deſumere; legique apud Philoſophum [o] γένη δ' ἐστὶ λεόντων δύο· τούτων δ' ἐστὶ τὸ μὲν στρογγυλώτερον, καὶ οὐλοτριχώτερον, καὶ δειλότερον· τὸ δὲ μακρότερον, καὶ εὐθύτριχον, ἀνδρειότερον. Sententiam ita aemulatur Theodorus Gaza: *Leonum duo genera, quorum alterum brevius, criſpioreque pilo, quod ignavius eſt: alterum longius, piloque probiore, quod generoſius eſt.*

An criſpato pilo hujuſmodi Leones extiterint, dubitat Buffonius [p]. Salvâ tamen tanti viri dignitate Ariſtotelis οὐλοτριχώτερον, non pro pilo, ſive villo propriè appellato oportet accipere; ſed τρίχες erunt χαῖται, nempe jubae, ut rectiùs Plinius, atque Solinus, quàm Gaza reddiderunt: quibus obiter adnotatis patet Plinium in vertendis Ariſtotelis opinionibus, non ſexcentis locis erraſſe (ut nonnullis viſum) ſed vim magis ſententiarum, quàm verbum verbo legentibus ſubjeciſſe. Conſule Harduinum hoc

[a] *Pag. 437. num. 2.* [b] *Mediolani per Joannem Angelum Scinzenzel. anno Domini MCCCCC.* in f. [c] *Ad V. lib. ver. 1302.* [d] *Epiſt. 15.* [e] *Pag. 8.* [f] *Vide edition. ann. 1587. pag. 171.* [g] *Adverſar. lib. I. 1.* [h] *Conſule L. Apulej oper. tom. alter.* [i] *Vide Diſquiſit. tom. I. pag. 267. num. 1.* [k] *Cap. XXIX. fol. 91.* [l] *Lib. XI. 18.* [m] *Conſule Dalecamp. cit. loco.* [n] *Lib. VI. 1.* [o] *Hiſtor. Animal. lib. IX. 44.* [p] *Hiſt. nat. lib. IX. pag. 12.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
que villo: eos contemptores vulnerum. Vrinam mares crure ſublato reddere, ut canes, gravem odore, nec minus halitum: raros in potu: veſci alternis diebus: a ſaturitate interim triduo cibis carere. Quae poſſint, in mandendo ſolida devorare: nec capiente aviditatem alvo, conjectis in fauces unguibus extrahere, aut ſi fugiendum in ſatietate abeant. --- ---	*que villo: eos contemptores vulnerum: urinam mares ſublato crure reddere, ut canes: gravem odore* [1], *nec minùs halitum: raros in potu: veſci alternis diebus: a ſaturitate interim triduo cibis carere: quae poſſint in mandendo, ſolida devorare* [2]; *nec capiente alvo* [3], *conjectis in fauces unguibus extrahere; aut* [4] *ſi fugiendum, non in ſatietate* [5] *abeant.* -- --
XIX. Leoni tantum ex feris clementia in ſupplices: proſtratis parcit: & ubi ſaevit, in viros potius, quam in feminas fremit: in infantes non niſi magnâ fame ---- ---- ----. Captivam certe Getuliae reducem audivi, multorum in ſilvis impetum a ſe mitigatum alloquio, auſam dicere ſe feminam, profugam, infirmam, ſupplicem, animalis omnium generoſiſſimi,	*Leoni tantùm ex feris clementia in ſupplices: proſtratis parcit, & ubi ſaevit, in viros potiùs* [6] *quàm in feminas: perimit* [7] *infantes non niſi in magnâ fame* [8] --- --- *Captivam certè Getuliae reducem audivi* [9] *multorum in ſylvis impetum a ſe mitigatum alloquio, auſam dicere ſe feminam, profugam, infirmam, ſupplicem, animalis omnium generoſiſſimi, cae-*

ANNOTATIONES.

hoc loco [*a*] atque in emendationibus, ubi pro ἐύτριχον legit εὐθύτριχον [*b*]: rectiùs, ut opinor. Ita enim vulgavit in Ariſtotelis Naturali hiſtoriâ Paullus Manutius, quem recentiores ſequuntur. In Bebii Baſileenſi impreſſione, Eraſmi auſpiciis, ἐύθριχον [*c*]. Fortaſſe ad breviores hos Leones ſpectant Peruviani, quos illuſtris Condaminaeus jubis omnino deſtitutos, & Alpicis minores teſtatur [*d*].

(1) *Gravem odore*. Harduino accedimus, qui ita ex Ariſtotele reſcripſit, indicatâ vetuſti codicis Dalecampii auctoritate. Antea minùs rectè legebatur *gravem odorem*. Optima igitur reſtitutio, & Plinii ſtylum ſapiens. Sic ab illo anagyros *gravis odore* appellatur (*e*); *& difficili urinae, praecipuè craſſae, & graveolenti* myrrhae ſylveſtris radicem laudavit (*f*); alibique *graveolentiam halitus* deſcribit (*g*).

(2) *Solida devorare*. Senſus eſt, ut mandentes, ea omnia quae poſſunt, ſolida devorent.

(3) *Nec capiente alvo*. Reſtitutionem ſuppeditavit codex I. Ambroſianus; atque ita ex membranis caſtigandum monet Nicolaus Heinſius (*h*). Alter tamen Ambroſianus cum Harduino: *nec capiente aviditatem alvo*. Reliquas diſcrepantias vide apud Dalecampium.

(4) *Aut*. Ita nitidiſſimè legitur in II. Ambroſiano, cui teſte Dalecampio addere poteris alios codices. In I. Ambroſiano *à* per contractionem: inde typographi minùs rectè *ut* deduxerunt.

(5) *Non in ſatietate abeant*. Negationis particula antiquis impreſſionibus, ipſis etiam Gelenio, Manutio, & Dalecampio recepta, veriſſimum & Harduino oppoſitum ſenſum efficiet, ut nempe Leones cum fugae conſulunt, faciliùs violento ſubſidio emittunt, quae ſolida devoraverant. Neque enim illa poſt attritum dentibus cibum extrahere potuiſſent. Ne igitur abirent ſatiati, ſolida unguibus in fauces conjectis projiciebant. Vbi enim in ſatietate e venantium manibus aufugiſſent: tunc pigriores, & curſui minùs idonei reddebantur. Nobis concinit Solinus: *Tum quod carnes juſto ampliùs devoratas cum gravant, inſertis in ora unguibus ſponte protrahunt. Sanè & cum fugiendum eſt, in ſatietate idem faciunt*. Neſcio igitur, unde Pintianus ex allatis Solini verbis oppoſitam ſatis ſcripturam Toletani codicis: *aut ſi fugiendum in ſatietate habeant*, firmare crediderit.

(6) *Potiùs*. Ex Mediolanenſibus membranis, Chiffletiano, Toletano, Salmanticenſi &c. Solinus pariter habet *potiùs*. Vetuſtae editiones *prius*; a quibus etiam propter ſequentia recedendum.

(7) *Perimit*. Impreſſi huc uſque libri jejunis planè verbis: *& ubi ſaevit in viros prius, quàm in feminas fremit: infantes non niſi in magna fame* (*i*). Alii habent in viros potius (*k*) & *non niſi magna fame* (*l*). In reliquis ſupra allatae conveniunt ſcripturae. Saeviens igitur Leo in viros prius (ſeu potiùs) quàm in feminas fremebat? Nugae nugarum. Reſtitue longè diverſa, uti edidimus. Gratulor haec apud Anonymos inveniſſe, qui annotatiunculas adjecerunt Venetis exemplaribus annis 1491. & 1499. impreſſis; imò ſecundus caſtigator ita legit: *& ubi, in viros prius, quàm in feminas, ſaevit: perimit infantes non niſi magnâ fame*. Certè Solinus, M. Antonius Sabellicus, & ipſa ratio tollendum typographicum mendum oſtendunt. En Polyhiſtoris verba; *Proſtratis parcunt. In viros potiùs quàm in feminas ſaeviunt. Infantes nonniſi in magnâ fame perimunt*. Ex verbo igitur *p imit* contractum, & infantibus adſcribendum: ineptè *fremit* a Librariis adoptatum.

(8) *In magnâ fame*. Ex vetuſtioribus codicibus, & Solino. Idem Plinius Ricino *diutius in fame viventi* nullum ſaginae exitum eſſe tradit (*m*). Ad ſupplicis matris preces infantem a Leone matri redditum, idque Florentiae accidiſſe teſtatur Labatus; ibi alia etiam clementiae exempla invenies (*n*).

(9) *Audivi*. Hujuſmodi ad ipſum Plinium alibi retulimus (*o*); atque ita a Landino, Bruciolo, Dominico, caeteriſque interpretibus reddita animadverto. Solinus hiſtoriam Plinio antiquiorem videtur innuere. *Getulae enim*, ait, *mulieris nomen Jubae libris comprehenſum eſt quae obteſtata occurſanteis feras impunis rediit*. Haec tamen faci-

(a) *Hiſtor. natur. lib. VIII. pag. 444. num. 2.* (b) *Pag. 489. num. XXXIX.* (c) *Fol. 307. B.* (d) *Vide* Hiſtoire Generale des Voïages *tom. XIV. lib. VI. pag. 358.* (e) *Lib. XXVII. 4.* (f) *Lib. XXIII. in fine* (g) *Lib. XXVIII. 12.*
(h) *Adverſar. lib. I. 13. pag. 237.* (i) 1470. 1476. 1479. 1483. 1491. 1507. (k) *Vide edition. Gelen. & Paull. Manut.*
(l) 1496. 1499. 1519. (m) *Lib. XXX. 9.* (n) *Conſule* Hiſtoire Generale des Voïages *tom. II. lib. VII. pag. 280. &c.*
(o) *Tom. I. lib. V. pag. 243.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
ſimi, ceteriſque imperitantis, indignam ejus gloria praedam.	*caeteriſque imperantis* [1] *indignam ejus gloriâ praedam.*
Ex Harduin. XXX. pag. 455. & 456.	
XLIV. Hyaenis utramque eſſe naturam, & alternis annis mares, alternis feminas fieri, parere ſine mare, vulgus credit, Ariſtoteles negat. Collum & juba continuitate ſpinae porrigitur, flectique, ni-	*Hyaenis utramque eſſe naturam, & alternis annis eſſe marem* [2], *alternis feminam fieri, parere ſinè mare, vulgus credit, Ariſtoteles negat. Collo & jubâ, ex unitate ſpinae* [3] *porrigi reflectique, circum-*

Tom. II. M

ANNOTATIONES.

faciliè poſſunt componi, ubi ab Africanis Leonum clementia paſſim celebraretur; ideoque vel de aliâ Getulâ feminâ loquitur Juba, vel a Rege laudata ad Claudii uſque Caeſaris tempora pervenit: quibus Plinium Africam incoluiſſe monuimus. Neque enim ad haec invicem concilianda obſtat chronicus annorum ordo, cum Juba pater fuerit Ptolemaei, quem Cajus Claudii deceſſor interemit. Concors igitur ſcriptura minimè ſollicitanda, cum ex adductis argumentis Pintiani ſubdubitatio evaneſcat, qui Jubae nomen fortaſſis apud Plinium recipi poſſe animadvertit. Pleraque enim Solinus, non tamen omnia, e Naturali hiſtoriâ ſurripuit; cum illum quandoque Plinio refragari compertum habeamus. Longè diverſam feminarum artem, quâ furentes has belluas in fugam vertunt, ex Johannis Leonis hiſtoriâ affert in Plinii aemulatione Ludovicus Dominicus. Ipſi de turpi narratione, & dubiis rogentur, ut alii, qui Leones viſis mulieribus trepidare confidenter affirmant (*a*).

(1) *Imperantis*. Ita noſtri codices, atque Ambroſiani, Alerienſis Antiſtes, Hermolaus Barbarus, Palmarius, Benedictus, Gelenius, Manutius, aliique. In Daleeampii editione occurrit ex Ms. & Chiffletiano *imperitantis*, quod idem; in Venetâ impreſſione anni 1472. perperam irrepſit *impetrantis*.

(2) *Marem*. In hoc vocabulo laudatos codices, atque vetuſtas ſequor editiones; acceditque propius ad Ariſtotelis ſententiam, ubi aſſerit commenticium eſſe de Hyaenâ *genitale ſimul & maris & feminae* habere (*b*).

(3) *Ex unitate ſpinae*. Hanc, vel ſimilem lectionem amplectendam innuere videntur Ambroſiana exemplaria. In I. *collo & juba & unitate ſpine porrigitur, flectique niſi circumactu totius corporis nequit*.
In II. *collum & jubam & unitatem ſpine porrigi reflectique circumactu niſi totius corporis nequit*. Non igitur Plinium ignoto vocabulo *continuitate* uſum conjiciam, quod hâc etiam de cauſâ a Textore, & Harduino erat emendandum, licèt in multis editionibus appareat (*c*); in paucis quibuſdam, & praeſertim in Venetis anni 1483. & 1491. omnino perperam legitur: *Collum & juba continuate ſpinae porrigitur*. Hujuſmodi errores felicioris reſtitutionis indicia eſſe poſſunt. Interim Nicolaum Heinſium audiamus „ variant, *inquit* (*d*) in hoc Plinii loco „ codices antiqui. Chiffletianus *collum & jubam & unitatem*, tum pro *nequit*, *non quit*. Alius codex *collo & juba, & unitate*, unde Salmaſius (*e*) collum & jubam & unitatem ſpinae &c. „. Credit Heinſius Salmaſium inſiſtere Solini veſtigiis, apud quem (*f*): *Hyaenam quoque mittit Africa, cui cum ſpina riget collum continua unitate flecti nequit, niſi toto corpore circumacto*. Vt allatis adverſaretur Heinſius, aſſeruit neminem ex veteribus Hyaenae jubam aſſignaſſe; multoque minùs quae per omnem ſpinae dorſum decurreret: unde inhaerens Chiffletiano apographo reſtituere conjecit: *collum ei in tubum continuatae ſpinae porrigitur*; addit verba Plinii proximi voluminis (*g*): *Polypis fiſtula in dorſo*: aliam ſubinde intentatam emendationem ſubjicit: *colli ei vertebra in unitatem ſpinae porrigitur*, quam nititur probare ex Plinii itidem dictis (*h*): *ſed quibus cervix e multis vertebratiſque orbiculatim oſſibus flexilis ad circumſpectum articulorum nodis jungitur. Leoni tantum & Lupo, & Hyaenae ex ſingulis rectiſque oſſibus rigens*. Defuit Heinſio, viro caeteroquin eruditiſſimo, meminiſſe, quòd haec omnia Plinius ex Ariſtotele mutuatur, qui Hyaenam jubâ per integrum ſpinae dorſum promiſſâ ſpectandam deſcribit ϗ δι' ὅλης τῆς ῥάχεως (*i*). Haec non latuerunt Harduinum, qui tamen ex rejectis vocibus *ex unitate ſpinae* multis frigidiſque indulget conjecturis; quando ipſiſſima apud Ariſtotelem, & Plinium inveniuntur; faciliſque & recta omnino videtur reſtitutio, ubi pro *& unitate* legas *ex unitate*. Non negavit tamen Harduinus ea, quae hoc loco de Hyaenâ Noſter retulit; cum veriſſima probaverit Busbequius (*k*), qui id ferae genus in Phrygiâ frequens, & indigenis vocari *Zirtlan* affirmat (*l*). Vix in barbaro nomine diſtat Nierembergius (*m*), tradens belluam a Turcis *Zirtlam* appellari: arguendus tamen, quòd Busbequii verba exſcribere profeſſus: illa toties non integrâ fide hoc loco invertat; & *Zirtlam* pro *Zirtlan* vulgaverit. Reliqua conſule apud Buffonium maximum Noſtri aevi lumen. Inibi Hyaenae jubam a colli initio ad caudam porrigi tabulâ XXV. itemque ex ſubſequentibus rarum ſpinae rigorem poteris dignoſcere (*n*). Optaſſem hominem de Naturali hiſtoriâ optimè meritum, quòd illuſtrata a Nobis Plinii verba attuliſſet, cum Hyaenam ocularis teſtis (licèt non integram) contemplaretur. Horum loco ſequentia occurrunt (*o*): *On a dit qu'elle ſavoit imiter la voix humaine, retenir le nom des bergèrs, leur faire oublier leur troupeau, les rendre folles d'amour &c. . . Tout cèlà peut arriver ſans hyaene; & je finis pour qu'on ne me faſſe pas le reproche, que je vais faire à Pline; qui paroit avoir pris plaiſir à compiler & raconter ces fables*. Ego prodigioſa in Naturalis hiſtoriae voluminibus congeſta auctorem tantâ ſuavitate ac diligentiâ junxiſſe intueor, ut illum hoc etiam loco ſummopere laudem. *Multa praeterea mira traduntur: ſed maximè ſermonem humanum inter paſtorum ſtabula aſſimilare, nomenque alicujus addiſcere, quem evocatum foras laceret: item vomitionem hominis imitari ad ſollicitandos canes, quos invadat. Ab uno animali ſepulchra erui inquiſitione corporum: feminam rarò capi: oculis mille eſſe varietates, colorumque mutationes: praeterea umbrae ejus contactu canes obmuteſcere; & quibuſdam magicis artibus omne animal, quod ter luſtraverit, in veſtigio haerere.*
Non erant ſanè haec omnia, tum magis Plinii aetate, prae-

(a) *Vide* Hiſtoire Générale des voïages *tom. III. pag.* 280. (b) *Hiſtor. Animal. lib. VI.* 32.
(c) 1472. 1479. 1496. 1497. 1499. 1507. 1548. 1559. 1587. &c. (d) *Lib. I. 8. pag.* 8. (e) *Exercitat. Plinian.*
(f) *Cap. XXIX. edit. Andr. Aſulan. fol.* 92. [g] *Lib. IX.* 29. [h] *Lib. XI.* 37. [i] *Lib. VIII.* 5.
[k] *Epiſt. I.* [l] *Ex allato Buſbequio apud Hard. pag.* 456. *num.* 3. [m] *Hiſt. Naturae lib. IX.* 50. *pag.* 181.
[n] *Tom. IX. Hiſt. Natur. pag.* 298. [o] *Citat. tom. pag.* 279.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
niſi circumactu totius corporis, nequit. Multa praeterea mira traduntur &c.	*cumactu niſi totius corporis nequit. Multa praeterea mira traduntur &c.*
Ex Harduin. XXXI. pag. 456.	
XLVIII. Ranae quoque rubetae, quarum & in terra, & in humore vita, plurimis refertae medicaminibus, deponere ea quotidie ac reſumere a paſtu dicuntur, venena tantum ſemper ſibi reſervantes.	*Ranae quoque rubetae* [1] (*quarum in terrâ & in humore* [2] *vita*) *plurimis refertae* [3] *medicaminibus. Deponere ea aſſiduè* [4] *ac reſumere paſtu dicuntur* [5], *venena tamen* [6] *ſibi ſemper reſervantes.*
XLIX. Similis & vitulo marino victus, in mari ac terra: ſimile fibro & ingenium. ---- Theophraſtus auctor eſt, anguis modo & ſtelliones ſenectutem exuere, eamque protinus devorare.	*Simul* [7] *& Vitulo Marino victus in mari ac terrâ. Simile Fibris* [8] *eſt ingenium* [9]. --- *Theophraſtus auctor eſt anguineo modo* [10] *& Stelliones ſenectutem exuere, eamque protinus devorare.*
Ex Harduin. XXXIII. pag. 458. & 459.	
LI. Cervos Africa propemodum ſola non gignit: At chamaeleonem & ipſa, quan-	*Cervos Africâ propemodum ſola non gignit* [51]*: at Chamaeleontem* [12] *& ipſa, quam-*

ANNOTATIONES.

praetereunda, in quibus fidem ſuam (ut in omnibus fabuloſis agit) minimè obſtringens, Magorum vanitatem irridet. Quae Plinius tractavit, apud Ariſtotelem, Aelianum, Solinum, Emanuelem Phileum (a), alioſque reperies; indeque Noſtri fides, & judicium maximè probatur. Nihil ſanè de amatoriis ſcripſit Plinius, quod ad Hyaenam ſpectaret; quamvis beluae in philtris Turcae vim portentoſiſſimam attribuant (b). Busbequii verba multum nitoris Plinianae ſcripturae, & infinitae auctoris eruditioni afferent; hic enim duas, Conſtantinopolim incolens, Hyaenas inſpexit. *Beſtia eſt Hyaena lupo aliquanto humilior, ſed nihilo brevior: pellem habet lupi ſimilem, niſi quòd pilo ſit horridiore, & grandibus maculis nigris diſtinguatur. Caput ei ſpinae dorſi contiguum, ſine ullis vertebris; ut cum reſpicere velit totam ſe vertere neceſſe habeat. Pro dentibus os habere dicunt continuum. In amatoriis ei vim magnam Turcae, ut etiam veteres tribuunt. Cumque eſſent duae eo tempore Conſtantinopoli, mihi tamen vendere gravabantur, quod ſe Sultanae, hoc eſt Principis uxori eas reſervare dicerent, quippe quas philtris & magicis artibus animum mariti retinere recepta in vulgus* [*ut dixi*] *opinio eſt*. Raviſium igitur Textorem ſuum, non Plinium arguere debebat Buffonius, qui omnia Hyaenis tributa, veriſſima judicavit (c).

(1) *Rubetae*. Sic legendum poſt alios omni jure docet Harduinus; atque ita apparet in I. Ambroſiano. In altero perperam *rubentes*. Ad Venetam editionem anni 1472. [ubi *rupetae*] multa addit doctiſſimus Anonymus [quem J. Vinc. Pinellum eſſe ſuſpicor] cum dictionem genuinae ſcripturae reſtitueret.

(2) *In humore*. Nempe aquâ. Editio Veneta 1472. *in humore eſt vita*.

(3) *Refertae*. Subaudiendum *ſunt*; quod vocabulum Plinius eleganter ex ſolitâ verborum parſimoniâ omittit.

(4) *Aſſiduè*. Ita codices Ambroſiani, aliique, quos conſule apud Dalecampium.

(5) *Paſtu dicuntur*. Neque voculam addimus Ambroſianis exemplaribus; unde meliorem membranatum, & paucorum bibliopolarum lectionem (d), quàm communem judicamus.

(6) *Venena tamen*. Ex laudatis Ambroſianis codicibus, uti & ſequentia *ſibi ſemper*.

(7) *Simul*. Iiſdem auctoritatibus lego.

(8) *Fibris*. Non tantùm Ambroſianae; ſed aliae etiam, & peculiariter Chiffletii, membranae *fibris* legunt, quod *fibro* editorum reſpondet. Antiquam ſcripturam pravam judicavit Dalecampius; ego minimè immutandam cenſeo, cum paſſim hujuſmodi exempla in Naturali hiſtoriâ inveniantur; neque de animalibus tantùm, ſed de nobis ipſis modò ſingulari, modò plurali caſu diſſeramus.

(9) *Eſt ingenium*. Ex II. Ambroſiano. Edita volumina habent *& ingenium*.

(10) *Anguineo modo*. Emendandae hoc loco membranae, & veteres typographi, cum uniter legant: *angues eo modo*. Non abſque ratione Gelenius illud *eo modo* minimè intelligens: *nihil enim*, inquit, *praecedit, quo referri poſſit, & exuvias devorari, ut de Stellionibus verum eſſe ipſe Plinius lib. 30. cap. 10. teſtatur, ita de anguibus manifeſto falſum eſt, cum ea paſſim reperiantur. Legendum itaque anguis modo, non angues eo modo*.

Quod angues ſenectutem, nempe cutem minimè devorent, noſſe etiam tenebatur Gelenius ex ipſo Plinio, cum in Naturali hiſtoriâ tot remedia ex relictâ eorum cute proferantur, quae ſatis in triceſimi voluminis indicatâ ſectione apparent. *Tunicula Stellionis, quam eodem modo ut anguis, exuit, pota — — Operae precium eſt ſcire quomodo praeripiatur, cum exuitur membranâ hybernâ, alias devoranti eam, quoniam nullum animal fraudolentius invidere homini tradunt. Inde Stellionum nomen ajunt in maledictum translatum*.

Conjiciendum igitur amanuenſes ex *anguineo modo* feciſſe *angues eo modo*: quae verba Plinii ſunt additamenta ad Theophraſtum, cum de Stellionibus cutem exuentibus loquitur. Similia tamen erant Magorum commenta, ut eruditè attingit Theophraſtus in opuſculo de animalibus, quae dicuntur invidere; cujus deploranda tantùm habemus fragmenta. Neque libri titulus graeco alo-

(a) *Conſule Hard. citat. loco*. (b) *Buſbeq. epiſt. I. pag. 83. & 84. atque ex illo Nieremberg.*
(c) *Officin. Par. II. Animal. diverſ.* (d) *Ed. Ven. 1472.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
quanquam frequentiorem Indiae. Figura & magnitudo erat Lacertae, niſi crura eſſent recta & excelſiora. Latera ventri junguntur, ut piſcibus, & ſpina ſimili modo eminet. Roſtrum, ut in parvo, haud abſimile ſuillo: cauda praelonga in	*quamquam frequentiorem India* [1]. *Figura & magnitudo erat* [a] *Lacerti* [3], *niſi crura eſſent recta & excelſiora: latera ventri junguntur ut piſcibus, & ſpina ſimili modo eminet* [4]: *roſtrum* [5], *ut in parvo ſit* [6] *haud abſimile Suillo* [7]. *Cauda prae*lon-

ANNOTATIONES.

eloquio affertur in Danielis Heinſii editione (a), qui caeteroquin ex aliis impreſſionibus, licèt vetuſtioribus, Harduino innotuit (b).

(11) *Non gignit.* Dalecampius multos cervorum greges in Africâ paſci notum affirmat; ideoque a Plinii, atque Ariſtotelis narratione diſcedit. Contra nos utrique, itemque Herodoto (c) accedemus, cum poſt tantos patronos Africam Romanis notam vetuſtis noſtriſque etiam temporibus, cervis deſtitutam credere oporteat. Hanc provinciam certè Plinius incoluit; neque us oppoſita ſtatuamus evincit Virgilius, qui Aeneae fictum in Lybiâ appulſum deſcribens canebat ---- [d] *tres litore cervos*
Proſpicit errantes: hos tota armenta ſequuntur,
neque itidem nos Oppiani urget auctoritas, ubi Lybicos cervos laudavit [e]. Harduinus ad haec ſubjecit: *Poëtis credere incertum*. Rectiùs affirmaſſet a vatibus hoc loco omnino recedendum, cum totam Maronis deſcriptionem ſuppoſititiam eſſe monuerit Servius; ibique Virgilium Hiſpanienſis Carthaginis portum deſcripſiſſe [f]; imò adjecis cervos in provinciâ proconſulari, ad quam Aeneas venit, minimè extare, remque hiſce verbis concluſit [g]: *aut ergo fictum eſt ſecundùm poëticum morem, aut hoc dictum quia heroicis temporibus ubique omnia naſcebantur.* Vltimam Virgiliano interpreti relinquentes nobis ſufficiet ex illius teſtimonio noſſe cervos in Africâ Romanis ſubjectâ non gigni. Haud ignoro, quòd in generali Itinerum hiſtoriâ cervorum greges ad Gambram fluvium reperiri teſtatur Maerius [*le Maire*] [h]: Ad Leonum montes Villantius [*Villaut*] [i], & Barbotus (k): in deſertâ Bulami inſulâ Bruaeus [*Brue*] [l]; itemque in Guineâ [m], ubi Boſmannus XX. eorum ſpecies Anram inter, & Ackram enumeravit [n]: quorum nonnulli mediocrem vaccam, alii ovem, alii felem, ultimi denique (quos antilopes etiam appellat) vix corpore cuniculis pares. Hos ad Europae litora viventes traducere impoſſibile credit Smithus, cum ultra lineam tranſlati intra paucos dies ob nimiam molliriem pereant. Quae licèt undique vera non ſint, ut proximè videbimus, nullum Plinianae narrationi afferunt incommodum, cum non tantùm antilopes, ſed reliqui etiam, qui vero cervorum nomine appellari poſſunt, ad regiones ſpectent, quae magis diſtabant a Carthagine, quàm Roma ab aemulo oppido diſcerneretur. Poſſet etiam in dubium revocari, utrum alios noſtris cervis longè minores poſſimus tali nomine denotare, licèt a recentioribus *cervi perpuſilli, cervi Guineenſes, & juvenci appellentur*, uno tanto ſemipede conſpicui, cum diſſimiles ſatis beſtiolae (quibus in ferventi regione vivere unicè datum eſt) a cervorum grege ſeparentur, quamvis iis in magno Encyclopaediae opere jungi animadvertam [o]. Conſtat enim cervos in frigidiſſimis etiam plagis inveniri: contra parvulos Guineenſes quadrupedes neque in temperato caelo viſam ducere; cum horum deſiderio incenſus Magnus Eugenius Sabaudus (militari gloriâ, literarum amore, & Naturae ſtudio clariſſimus) ingenti conſtituto praecio Belgas, & Batavos mercatores impulerit, ut a calidiſſimis regionibus peritos in Europam traducerent; attamen nuſquam viventes ad Rhenum uſque pervenerint. Quare neque hos in Africâ mediterraneo mari proximâ gigni, neque itidem extare conjicio. Hanc veris cervis deſtitutam, itidemque urſis, noſtrâ quoque aetate affirmabo, cum utroſque nuſquam in Africâ viderit Carolus a Caſis Parmenſis Praetoriae turmae inſtructor, quamvis a piratis captus ad multum temporis Algerium incolens, Conſtantinam uſque LX. leucis diſtiram proceſſerit. Huic plures viventes adſtipulantur, quos inter Antonius Carcopinus Regio Principis cubiculo addictus. Arguere igitur hâc in re deſinant Plinium hominum doctiſſimum, veraciſſimum neoterici, qui cervos in Africâ Graecis, Romaniſque Scriptoribus ignotâ inveniri tradunt. Hujuſmodi vellem attigiſſet Buffonius.

(12) *Chamaeleontem.* Ita membranae & veteres libri cum Dalecampio. In aliis chamaeleonem. Vtroque modo apud Plinium, & probatos auctores invenitur.

(1) *India.* Rectiùs hoc etiam loco Noſtri codices, & primigenii Naturalis hiſtoriae impreſſores [p].

(2) *Erat.* Chamaeleonem (quem ut conjicio Plinius in Africâ contemplaverat) cum Naturâ certans deſcribit. Id videtur innuere verbum *erat*.

(3) *Lacerti.* Ex Ambroſianis codd. & veteribus impreſſionibus. Recentiores bibliopolae ediderunt *lacertae*; idque nullâ ſcripturae additâ differantiâ recipit Dalecampius. Lacerta Plinio, quae nobis *lucertola*; ſed majorem ſpeciem, Lacertum viridem, & Lacertum appellavit: ſic intra [q] *Lacertae inimiciſſimum genus cocleis, negantur ſemeſtrem vitam excedere. Lacerti Arabiae cubitales. In Indiae verò Nyſâ monte* XXIIII. *in longitudinem pedum colore fulvi, aut punicei, aut caerulei.* Cum igitur chamaeleonti hoc loco lacerti figuram & magnitudinem aſſignet, notum innuit animal, quod Italis *Ramarro*, Tranſpadanis *Ghezza*: chamaeleonti porrò recta crura, & excelſiora tribuens, illius a lacerto diſcrimen optimè oſtendit; idque ex Plinio adnotandum erat Valliſnerio, cum laudati quadrupedis hiſtoriam deſcribens haec ipſiſſima proferebat [r]. Multa porrò inter chamaeleontem, ac lacertum congruunt, ut ipſemet Valliſnerius animadvertit [s], quae omnia oſtendunt Plinium *lacerti* potiùs quàm *lacertae* ſcripſiſſe, quâ in voce & Solinum emendarem.

(4) *Eminet.* Hujus loci reſtitutio Pintiano debetur, qui Plinium Ariſtoteli conferens, verbum *eminet* cum minore elemento ſcriptum ſuperioribus alligavit. Antea perperam legebatur --- *ſpina ſimili modo. Eminet roſtrum.* Harduinus ex Pintiani ſententiâ profeciſſe dum aſſerit (t), Philoſophi ſententiam (v) καὶ ἡ ῥάχις ἐπανέστηκεν ὁμοίως τῇ τῶν ἰχθύων „ *& dorſum* [melius quam *ſpina*] *piſcium modo eminet* „ vertendam affirmat. Oportebat meminiſſe eorum, quae de Hyaenâ adnotavimus, & ῥάχιν propriè *ſpinae dorſum* innuere; unde ῥαχίζω *diſſeco ſpinam dorſi* omnibus ſonat. Nihil igitur ex antiquâ Ariſtotelis verſione immutandum, quam etiam tuentur Plinii verba.

(5) *Roſtrum.* Nonnullae editiones quas inter Romanae, ha-

(a) *Pag.* 474. *&* 475. (b) *Vid. Plin. Hard. tom. I. pag.* 456. *num.* 1. *&* 2.
(c) *Lib. IV. Melpom.* (d) *Aeneid. lib. I. verſ.* 88. *& ſeq;* (e) *Cygnetic. lib. II. verſ.* 259.
(f) *Ad Virgil. cit. lib. fol.* 564. *A.* (g) *Fol.* 165. *A.* [h] *Tom. III. lib. VII.* §. *I.*
(i) *Cit. tom. & lib.* §. *II. pag.* 227. [k] §. *III. pag.* 235. [l] *Tom. II.* §. *III. pag.* 570.
(m) *Tom. III. lib. IX.* s. *pag.* 572. (n) *Tom. IV. lib. IX.* §. *IV. pag.* 234.
(o) *In verbo* Cerf. (p) 1470. 1472. 1483. 1495. 1496. 1497. 1499. 1507. *Parm.* 1476. 1480. 1481.
(q) *Lib. VIII.* 39. (r) Iſtoria del Camaleonte §. 4.
(s) §. 94. (s) *Emend. XCVIII. pag.* 492. (v) *Lib. II. Hiſt. Animal.* 14.

Ex Harduin.

in tenuitatem deſinens, & implicans ſe viperinis orbibus: ungues adunci: motus tardior, ut teſtudini: corpus aſperum, ceu crocodilo: oculi in receſſu cavo, tenui diſcrimine praegrandes, & corpori concolores: nunquam eos operit: nec pupillae motu, ſed totius oculi verſatione circumſpicit. Ipſe celſus hianti ſemper ore

Ex noſtrâ recenſione.

longam [1] *in tenuitatem deſinens, & implicans ſe viperinis orbibus: ungues adunci: motus tardior, ut teſtudini: corpus aſperum, ceu crocodilo* [2]*: oculi in receſſu cavo, tenui diſcrimine praegrandes, & corpori concolores. Nunquam eos operit* [3], *nec pupillae motu ſed totius oculi verſatione* [4] *circumaſpicit* [5]. *Ipſe celſus bianti ſemper ore*

ANNOTATIONES.

habent *roſtro* minùs rectè, cum omnia hoc loco nominandi caſu referantur. Nobis concinunt Ambroſiani codices, caeterique vetuſtiores librarii [*a*].

(6) *In parvo ſit*. Ita legunt I. Ambroſianus codex, & vetuſta exemplaria [*b*].

(7) *Suillo*. Noviſſimam, & genuinam ni fallor, reſtitutionem Plinio vindicamus, ut nempe Suillus ſit, qui Porculi marini appellatione ſequenti volumine deſignatur [*c*]. Habeo locupletem rei teſtem S. Iſidorum Hiſpalenſem Epiſcopum, apud quem [*d*]: *Porci marini, qui vulgò Suilli, qui dum eſcam quaerunt, more ſuis terram ſub aquis fodiunt. Circa guttur enim habent oris officium, & niſi roſtrum harenis immergant, paſtum non colligunt*. Quare, ſive cum pleriſque legas *Suillo*, ſive cum paucis quibuſdam (*e*) *Suilo*: per ſynonymiam convenient Porculus marinus, Suillus, ſive Suilus: quâ ultimâ voce non adhuc intellectâ latinum idioma ditabitur. Antequam haec nitidius exponantur, cum prioribus decertandum. Pintianus legendum conjecit: *Roſtro, ut in parvo, haud abſimili Suillo*. Verùm cum in Romanâ impreſſione, aliiſque inveniret, *ut in parvo ſit*: ſententiam truncatam eſſe exiſtimavit, & poſſe in priorem, aut priori propinquum ſtatum ita reponi: *Roſtro, ut in parvo, ſimiae haud abſimile ſuillae*. Conjecturam vir doctiſſimus Ariſtotelis verbis firmavit, apud quem loco praedicto: *Roſtrum ſimiae porcariae ſimillimum*. Vbi vera Dalecampius adnotaverit, fors Pintiano favit, cum in vet. exemplari extare affirmet: *roſtro, ut in parvo, ſimiae ſuillae haud abſimili*. Verùm hujuſmodi exemplar quod, & ubi ſit, minimè oſtendit; unde ſuſpicor unicè caſtigationem ex Pintiani annotatis deductam. Harduinus tantam cum ſimiâ ſuillâ congruentiam apud Ariſtotelem legens dubitavit, utrum pro χοιροπιθήκα reponendum ſit κερκοπιθήκα, cum nihil caudatâ ſimiâ vulgatius; nihilque de porcariâ inveniſſe teſtetur: *ſed*, addit (*f*), *re ipſa chamaeleonis roſtrum, nec ſimiarum roſtro ſimile eſſe, nec ſuillo docent anatomici, qui chamaeleonem ante annos quindecim Lutetiae diſſecuere, ſed quale fere piſcium eſt*. Concedimus Harduino chamaeleontis roſtrum piſcibus ſatis convenire; ſed cur aquatici porcarii generis obliviſcitur Plinianus interpres? *Sues* enim unico etiam vocabulo appellantur piſces magni, italicâ linguâ *Porci*, gallicâ *Marſouins*, quaſi *maris ſues*, qui Graecis ὗες, uti ex Epicharmo apparet; dubitatque Athenaeus, utrum iidem ſint cum *Capro* (*g*), ſeu ut Rondeletio (*h*), ac Dalecampio (*i*), vertere placuit *Capriſco*. Horum adhuc ſpectabiliores, quos Apion maximos piſcium tradit, & Lacedemonii orthragoriſcos vocabant (*k*). In alias etiam ſpecies ſuûm aquatilium genus dividi non ignorant eruditorum pauci. Omnium minimi ſunt *ſuilli*, ut per ſynonymiam *porculi*, *porcelli*; quibus in parvo chamaeleontis roſtrum aſſimilatur. Sunt enim longè majores chamaeleontibus porculi marini, quique e pelago amnes intrant. Neque inficieris de piſce loqui Plinium, eo quia Suillum abſque marini, ſive aquatilis additamento dixerit; cum Noſter dictionum parciſſimus tantam chamaeleontis cum piſcibus oeconomiam ſuperioribus verbis adnotans ſatis habuerit illius roſtrum ſuillo, nempe porculo marino, & fluviatili haud diſſimile innuere. Sed neque hujuſmodi omnino neceſſaria: legimus in Halieutici fragmento (*l*).

Lolligo, durique ſues, ſinuoſaque ſerpens.

Item Noſter vitulum marinum primo tantùm vocabulo innuit (*m*): *quae pilo veſtiuntur animal pariunt, ut piſtris, balaena, vitulus;* itemque paullò infra: *ipſis in ſono mugitus*. Quod ultimum ad rem noſtram propius ſpectat, non ignorandum veritatis cultoribus chamaeleontis os ſuillo, ſeu porculo aquatico utique convenire, quamvis haec omnia undique inexplorata evaſerint Valliſnerio (*n*), ubi Jonſtonum arguit ineptè legentem, *ut in porco haud abſimile ſuillo* (*o*); ſed ubi noviſſent ſuillum unicè appellari porculum aquaticum, atque hîc vocem apud Plinium piſcis, non adjectivi poteſtatem habere, res acu tangebatur. Verùm, cur Ariſtotelem laudaturus, Plinium infenſè deprimit Valliſnerius? Monendum illi antea erat quodnam eſſet animal ſimia porcaria. Vbi enim integra ſint Philoſophi verba, Plinio adhuc reſpondent; eruntque ſynonymiae conjunctione pares ſimia porcaria, & ſuillus. Certè chamaeleontis os ad fluviatile ſuillum proximè accedit; unde rectiora Plinius, quàm Ariſtoteles (qui ſimillimum dixit) me judice adnotavit. Suem maris accolam non unicâ vice contemplavi apud Johannem Baptiſtam Forcaultium Naturalis hiſtoriae ſolertiſſimum inveſtigatorem, qui piſces, aves, & caetera omnia animalia, mirabili arte tanquam viventia in Divi Franciſci Paullani coenobio Parmae aſſervat. Majori dignum erit admiratione chamaeleonis roſtrum propius aſſimilari porculo fluviali, qui *Turcone* a Placentinis vocatur, atque ora anatariis habet convenientia, quâ de re pleniſſimè ſequenti volumine agemus.

(1) *Praelongam*. Hanc ſcripturam a nonnullis etiam antiquis typographis adoptatam (*p*), meliorem vulgatae, utpote facto convenientem judico; cum verè chamaeleontis cauda in promiſſam & miram tenuitatem extendatur. Plinius inter genera Ariſtolochiae tertium *longiſſimae tenuitatis* laudavit [*q*]. Communiorem adhuc lectionem minimè rejicio; eamque tutò ſequi poterunt Antiquarii, cum ab utroque Ambroſiano codice, & vetuſtioribus bibliopolis plerumque recipiatur [*r*]; atque haec magis Ariſtotelis verbis accedat. Ad noſtrae tuitionem ſufficiat adnotaſſe omnes animalium caudas in tenuitatem deſinere. Modica haec in felibus, ſed in chamaeleontibus maxima.

(2) *Ceu Crocodilo*. Ex membranis editiſque nonnullis: In permultis ex antiquioribus *ut crocodilo* (*s*).

(3) *Operit*. Noſtri codices, & nonnullae antiquae impreſſiones legunt *operiri*, quod verbum ubi genuinum eſſet, alterum poſt ſe exigeret. In aliis malè *operi* [t] apparet. Iterum Plinium arguit Valliſnerius, eique Ariſtotelem jun-

(a) *Ven.* 1472. 1497. *Par.* 1476. *&c. Tarv.* 1479. (b) 1472. 1479. 1483. 1491. 1497. (c) *Lib. IX.* 15. (d) *Lib. XII.* 6.
(e) 1483. 1491. (f) *Emendat. XCIX. pag.* 492.
(g) *Vid. Athen. Deipnoſoph. lib. VII.* 22. *pag.* 326. (h) *De piſcibus lib. V.* 26. *pag.* 159.
(i) *Apud. Athen. citat. loc.* (k) *Plin. lib. XXVII.* 2. (l) *Verſ.* 155. *pag.* 213. *edit. Lug. Bat. ann.* 1728.
(m) *Lib. IX.* 13. (n) §. 26. (o) *Hiſt. Nat. de Quadrup. cap. VII.* (p) *Edit.* 1483. 1491.
(q) *Lib. XXXV.* 8. (r) 1472. 1479. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519. 1548. 1559. 1610. *&c.*
(s) 1472. 1479. 1483. 1491. 1496. 1497. 1507. 1519. (t) 1479.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
ore, solus animalium nec cibo nec potu alitur, nec alio quam aëris alimento: circa caprificos ferus, innoxius alioqui. Et	*ore* [1] *solus animalium nec cibo nec potu semper alitur* [2], *nec alio quàm aëris alimento: circa caprificos* [3] *ferus, innoxius alio-*

ANNOTATIONES.

jungit [a]. Ipse tamen Capheronienfis medicus Aristarchi provinciam suscipiens dormiist, cum non de horis, quibus somno indulget chamaeleon; sed de tempore, quo vigilat, loquantur Plinius, atque Aristoteles. Hinc est, quòd Solinus vertit ex Nostro *nusquam eos nictatione obnubit*. Harduinus ante Vallisnerium animadverterat chamaeleonis oculos nusquam totos operiri, etsi praegrandes sint, & cute obducti; cum tenue foramen locusque in meditullio oculi situs, unde cernit, nunquam eâ cute obtegatur.

(4) *Versatione*. Ita in manuscr. ferè omnibus, in editis tamen *versione* legi affirmat Harduinus. Pennâ exaratis codicibus subscribunt celebrati XV. seculo typographi a nobis hocce folio allati. Contra Gelenius *versione* gaudet; eumque recentiores plerique sequi maluerunt: non tamen Ravisius Textor.

(5) *Circumaspicit*. Ita habent Ambrosianae, Aleriensis, Hermolai Barbari, Palmarii, aliorumque membranae, quas veteres sequuntur editiones (*b*). Gestis igitur in linguae latinae thesauris asseritur Plinium *circumspicit* hoc loco non *circumaspicit* scripsisse (*c*). Rectius in ultimâ, sive octavâ Calep. impressione opinatur Facciol. (*d*). Nobis itidem videtur subscribere laudatus Textor (*e*).

(1) *Semper ore*. Vallisnerius Plinianum hocce *hianti semper ore* improbaturus, non aliâ ratione innocens mendacium tutari posse credit, nisi auctor chamaeleonem mortuum unicè aspexisset, cum hujusmodi animalia aperto plerumque ore exsiccentur. Verùm sententiam non ita accipere oportet, ut chamaeleonis Africani adapertum os toto vitae curriculo intelligamus; sed quòd hianti ubique ore appareat, cum sese celsus erigit, & solo aëris pascitur alimento. Vidimus & nos chamaeleones apertis buccis, clausisque ludibundos apud illustrem Clucliam Comitem Guillam Borromaeam literarum cognitione magis, quàm splendidissimâ origine memorandam. Caeterum non desunt etiam chamaeleontes defuncti in loculis asservati, quorum clausa ora conspiciuntur. Hacce figurâ unum intuemur, qui in lapidem conversus Castrobarcae gentis pinacothecam Mediolani exornat. Ut in viam his degustatis redeamus, non Plinius, sed Julius Solinus a neotericis arguatur, ubi aeternum chamaeleonti hiatum, & cibo potuque subducto illi solum aëris alimentum attribuit (*f*). Nescio tamen utrum impacati vetustiorum scriptorum hostes alteram chamaeleonum speciem in Peruvianis regionibus frequentem agnoverint. Hi longitudinem quinque, sexque pedum aequantes semper adaperto ore conspiciuntur, in eam partem conversi, unde ventus exurgit [*g*]. Id ignoravit Nierembergius, qui a falsis Plinii codicibus irretitus, eadem de chamaeleone Plinium, ac Solinum tradere affirmavit (*h*).

(2) *Semper alitur*. Plinium auctorem incomparabilem, & quando allata suismet oculis subjicit verissima prodentem hoc loco recentiores librarii iterum deformaverunt, ut magnae falsitatis reum apud parum cautos genuinae lectionis scrutatores accusarent. Notandum in membranis per Aleriensem Episcopum, Beroaldum, Hermolaum Barbarum inspectis; itemque in eorum editionibus (*i*), uti in curatis a Palmario (*k*), atque ab Alexandro Benedicto (*l*) apparere *nec cibo nec potu semper alitur*. Cur igitur Gelenius, & Manotius dictionem *semper* omittunt? Cur Daleeampius antiquam scripturam ad oram voluminis tantùm indicat, quando in operis corpore erat inoculanda? Cur Harduinus post hos confidenter itidem vulgat: *nec cibo nec potu alitur*, nullumque optimae vetustaeque lectionis affert indicium? Forsitan id egit clarissimus interpres, quia vocabulum *semper* in nonnullis membranaceis exemplaribus desideratur; verùm de iis lectorem monere tenebatur, & mendosis alia, & veram facti rationem comparare. Fides nostra exposcit, ut Ambrosiani utriusque codicis texturam subjiciam.

In primo. *Cauda prelonga in tenuitatem desinens & implicant in se viperinis orbibus ungues adunci motus tardior ut testudini corpus asperum ceu cocodrillo oculi in recessu cavo tenui discrimine pregrandes & corpori concolores nūq. eos operit nec pupille motu sed totius oculi versatione circumaspicit. Item celsus hyanti semper ore solus animalium nec cibo nec potu nec alio quam aeris alimento circa caprificos ferre innoxius. Alioquin & coloris* &

In secundo. *Cauda prelonga ī tenuitatē desidens, & implicant se viperinis orbibus ungues adunci, motus tardior, ut testudini corpus asperum ceu cocodrillo oculi in recessu cavo tenui discrimine pregrandes & corpori concolores, nūq. eos operit nec pupille motu sed totius oculi versatione circumaspicit. Idem celsus hianti semper ore solus animalium nec cibo nec potu alitur nec alio quam aeris alimento. Contra caprificos fere innoxius alioquin & coloris* &c.

Videtur ex iis aliqua amanuensibus excidisse, unde postmodum in Naturali historiâ receptum. *Nec cibo, nec potu alitur*. Vallisnerius ad depravata hoc in loco exemplaria provocans ipsam Daleeampii impressionem decennio praeoccupat, ut Plinium indignis modis, neque talia merentem exagitaret [*m*]. Agnoscet Plinianae elegantiae amator (a quâ longè abfuit Capheronianus medicus) acumen in repetito vocabulo, ut chamaeleon celsus hianti SEMPER ore, non SEMPER cibo, aut potu alatur. Si illum famem pluribus diebus tolerare non diffitetur Vallisnerius [*n*]: si illustris Scuderia binos decem mensibus chamaeleontes Africanos habuit, nulloque cibo pastos novit; tunc certè bestiolam tanto abundantem spiritu ex aëris alimoniâ nutriri fateatur necesse est. Adde, quòd invisibile elementum invisibilibus pariter abundat insectis, quae non hiantia tantùm chamaeleonum ora, sed hominum quoque buccas pervadunt. Ubi haec novisset Britannus Mooreus (*o*) non erat illi affirmandum antiquos omnes, qui Naturalem historiam vulgaverunt, unicum aëris alimentum chamaeleonibus perperam assignasse.

(3) *Circa caprificos*. In Guarini codice legitur non *circa*, sed *contra caprificos*, quae praepositio arbores certè, non dies Vulcano sacros, apertius ostenderet. Nihilosecius ubi aliis membranis, & impressis voluminibus adhaereamus, adhuc ad plantas Plinium respicere colligerem. Harduinus „ *De caprifico*, inquit (*p*) *arbore hoc accipiendum putarunt Claimundus nescio quis, & Anatomici Parisienses: cumque intelligerent nihil ferociae accessisse chamaeleoni ex arboris hujus vicinitate atque ascensu, Plinii placitum falsum esse pronunciarunt*. Circa Capricornum *ille reposuit: isti placidissimum eo tempore id animal esse deprehenderunt, nedum feritate praecipua, ut Plinius asseverat. Nos caprificiales dies interpretati sumus, de quibus Plinius* lib. XI. sect. 15. „ Aestivi mellis vindemiae Attici signum dederunt caprificialem diem Vulcano sacrum „.

Antequam ab Harduini interpretatione recedamus, aliqua de superiorum annotationibus veniunt attingenda. Johannes Claimundus (qui Hieronymo Tatto Clemundus,

(a) §. 7. (b) 1472. 1479. 1483. 1491. 1496. 1497. 1507. *&c.* (c) *In verbo* circumaspicit.
(d) *Fol.* 143. (e) *Officin. Par. II. Animal. divers.* (f) *Polyhistor. cap. XLII.*
(g) *Vide* Historie Générale des Voïages *tom. XIV. lib. VI. pag.* 151.
(h) *Histor. nat. lib. VII.* 45. *pag.* 121. (i) *Ann.* 1470. 1472. 1476. 1479. 1483. 1491. 1496. 1499.
(k) 1497. 1499. 1519. (l) 1507. 1510. (m) §. 31.
(n) §. 38. (o) Moore *Vid. allat.* Histoire Générale des Voïages *tom. III. pag.* 299. (p) *Pag.* 492. *emendat.* C.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
Et coloris natura mirabilior: mutat namque eum subinde, & oculis, & cauda, & toto corpore, redditque semper quemcumque proxime attingit, praeter rubrum candidumque. Defuncto pallor est.	*lioquin. Et coloris natura mirabilior: mutat namque eum subinde & oculis, & caudâ, & toto corpore* [1], *redditque semper quemcumque proximè attingit* [2] *praeter rubrum* [3], *candidumque* [4]. *Defuncto pallor est* [5].
Ex Harduin. XLVIII. pag. 475. *&* 477.	
Antiquis enim torus e stramento erat, qua-	*Antiquis enim* [6] *torus e stramento erat;* *qua-*

ANNOTATIONES.

dus, Zavingero Claymundus) ut Plinii sapientiam & dicta tueretur, perperam ad caeleste signum confugit; nullâque favente auctoritate *Capricornum* reposuit. Vi doctissimum Plinium Anatomici arguerent, experimentum non Lutetiae, neque hyberno tempore; sed in Africâ, fervente Sole circa caprificos agere tenebantur; itemque diligenter omnia perpendere in animalibus, quae non semimortua e caveis deducta, sed liberrime in patrio solo vagarentur. Nil igitur mirum peraverim, si chamaeleones circa Africae caprificos, & praesertim aestate mediâ ferocientes viderit Plinius: nos verò Parisiis, Londini, itemque in Italiâ caprificum subeuntes, & pacatissimos intueamur, cum certum sit majora etiam animalia e calidioribus ad temperatas frigidasque regiones deducta multum insitae feritatis ac vigoris amittere, tum magis si clathris inclusa alieno vivere cogantur arbitrio.

Rejectis Claymundi, & Anatomicorum sententiis ad Harduinum accedamus. *Circa caprificos* pro caprificialibus diebus Plinium scripsisse non auserim affirmare, cum nusquam tali methodo Noster usus sit, ut *dies Caprificiales, seu Caniculares, quibus sub Caprifico sacra faciebant Vulcano*, denotaret. Haec quidem statuit Harduinus (*a*); provocatque ad centesimam octavi voluminis emendationem, cujus verba proximè attulimus. Verùm sui oblitus eam ex XI. libro scripturam adoptat, quam in operis corpore, suo loco (*b*), atque in emendationibus summoperè improbavit (*c*): legit enim apud Plinium. *Huic vindemiae Attici signum dedere initium caprifici: aliis diem Vulcano sacrum*, de quâ restitutione alibi agemus. Contra Plinius penè infinita de caprificorum vi & medicinis collegit.

(1) *Corpore*. Theophrastus mutationes in chamaeleontibus a spiritu factas innuit, & rei argumentum addit, cum illius pulmo adeò magnus sit, ut per totum corpus extendatur. Videtur etiam pulmonis magnitudinem in mortuo animali considerasse [*d*]. Huic argumento alterum ex cutis formâ praeponit Vallisnerius (*e*), de quo paullò infra.

(2) *Attingit*. Excandescit ob haec in Plinium Vallisnerius, & a Nostro longè diversa Aristotelem tradidisse affirmat (*f*). Primo loco adnotabo nos meliorem Aristotelicae Naturalis historiae partem amisisse; unde non omnia quae Philosophus vulgavit, Pliniusque consuluit, Vallisnerio, mihique innotuerunt. Secundo hujusmodi ab Aristotele desumere nullâ peculiari ratione Plinius testatur, qui summum virum in plerisque sequi, & praeclare illius de animalibus volumina in arctum (CVM IIS QVAE IGNORAVERAT) collegisse profitetur (*g*). Certè Theophrastus Aristotelis discipulus, non solùm a Plinio tradita, sed majora etiam de chamaeleonte affert: nempe quòd in omnes colores immutetur, nisi quòd neque albus fiat, neque rubens, & non in eos modò colores, qui prope illum sint, mutari: verùm etiam ipsum per sese, si quis attigerit, colorem invertere (*h*).

Magna hoc loco ab immutatione colorum inter eruditos disceptatio, & non ea reddere, quae proximè attingit, statuerunt plerique. Hos evidissimè sequitur Feychoous (*i*): attamen non animadvertit mirandas hujusmodi transmigrationes non tantùm magis minusque pro diversis anni tempestatibus apparere; verùm etiam in ferventibus plagis insigniores coloris discerniculo intueri. Hinc est quòd Guido Tascherdus de chamaeleonte Caput Bonae Spei incolente omnes colores induere, & clamorem felineo similem edere affirmavit. Ejus figuram & reliqua consule in laudati scriptoris itinere Siamensi [*k*]. Eruditum opus ab insigni medico Andreâ Pastâ jure meritoque celebratum [*l*], ubi legisset Vallisnerius, colorum immutationem Oratorum, & Poëtarum descriptionibus non adeò exaggeratam intelligens, mitius fortassis cum Plinii sectatoribus egisset. Cestono tamen duce, ac perse ipsum agnoscit diversas in chamaeleontibus mutationes. Has animalis arbitrio potiùs quàm ex objectorum proximitate oriri statuit Bruynus [*m*].

(3) *Rubrum*. Divus Gregorius Nazienzenus ea aliorum sententiâ videtur & rubrum a chamaeleone adoptatum agnoscere; cujus verba in latinam linguam conversa tali pacto afferuntur [*n*]: *sicut chamaeleontem ajunt in quemvis facilè mutari, atque omnes colores candore uno excepto suscipere*. Ex vocabulo *ajunt*, satis innuit Nazienzenus experimenti veritatem aliis relinquere: ab eo non multum differt S. Ambrosius (*o*). *Chamaeleon quoque diversas species fertur varia colore mentiri*.

(4) *Candidumque*. Etiam album admisisse in lineâ telâ feruntur; idque vi frigoris in punctis illis asperis pellem superegredientibus. Qui hujusmodi adnotarunt, & colorum mutationem ex variis passionibus, atque humore bilis oriri affirmant: ex lucis naturâ scire utique possunt, difficiliores rubri albique assumptiones in chamaeleone evadere, cum ab iis animal magis distet. Caeterum omnia ab antiquis congesta, non rigidè adeò sunt accipienda, ut de admirandâ bestiolâ dicamus colores omnes sibi proximos exactè reddere. Sufficit enim ut quan-

(a) *Pag.* 459. *num.* 13. (b) *Vide Plin. lib. XI. sect. XV. pag.* 597.
(c) *Pag.* 647. *amend. XXII.* (d) *De animalibus, quae colorem mutant pag.* 471.
(e) §. 15. (f) §. 5. (g) *Lib. VIII.* 16. (h) *Cit. opere pag.* 470. *per typographi errorem* 460.
(i) *Tom. IX. ad II. num.* 26. (k) *Lib. II. pag.* 81.
(l) *Ad Biblioth. medici eruditi Petri a Castro Bajonat. pag.* 76.
(m) *Citat.* Histoire des Voiages.
(n) *Oration. III. contra Julianum. Vide Agnell. Annal. Mant. lib. XII.* 2. *pag.* 938.
(o) *Tom. I. lib. V. Hexamer. cap. XXIII. col.* 109.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
qualiter etiam nunc in castris. Gausapa patris mei memoria coepere: amphimalla, nostrâ: sicut villosa etiam ventralia ---- ---- ---- Metellus Scipio triclinaria Babylonica sestertiûm octingentis millibus venisse jam tunc, posuit in Catonis criminibus, quae Neroni principi quadragies sestertio nuper stetere.	*qualiter nunc etiam in Castris. Gausapa* [1] *patris mei* [2] *memoriâ coepere: Amphimalla nostrâ* [3], *sicut villosa etiam ventralia ---- ---- ---- Metellus Scipioni* [4] *triclinaria Babylonica sestertiûm octingentis millibus venisse jam tum posuit in capitalibus criminibus* [5], *quae Neroni principi quadringentis millibus sestertiûm* [6] *nuper stetere.*

AD IX. LIBRVM

Ex Harduin. VI. pag. 500.	
Orca & in portu Ostiensi visa est, oppugna-	*Orca &* [7] *in portu Ostiensi visa est oppugna-*

ANNOTATIONES.

quandam objectorum similitudinem referat, quàm longè majorem in torrenti Zonâ, ex abundanti spiritu & stupendâ plicarum & reticulatae cutis figurâ arbitrarer.

(5) *Pallor est*. Haec ritè ab Aristotele adnotata Vallisnerius pronunciat [*a*]; sed cur illi Plinium non jungit, neque ad ultimum Naturalis historiae Gallum interpretem accedit, ubi Nostri labor & sapientia mirum in modum elucent! Oscitanter Plinii libros a Vallisnerio lectos alibi monuimus [*b*], hoc loco probamus. Nullam insuper celebratae editionis cognitionem habuit, quamvis prima Harduini impressio tot annis illius de chamaeleonte animadversiones praecesserit. Certè si ad Harduinum accedebat, sanius judicium ei de Plinio non defuisset: si verò membranis instructus germanam scribentis mentem tentabat, multa Harduino ignota, optimèque in Naturalis historiae libris digesta ei erant commendanda. Vir enim fuit doctus, atque in reliquis diligens Vallisnerius; & longè meliora de chamaeleontis vitâ, indole, figurâ, generatione, & colorum varietate, quàm caeteri omnes referavit; unde ad illum potiùs chamaeleonta possidentem, quàm ad alios in magno Encyclopędiae opere provocare debebant omnigenae literaturae farcitores [*c*].

(6) *Enim*. Nostri codices particulam *enim* omittunt, quae fortassis minimè necessaria; atque hâc ratione Plinii locum exhibuimus in Plinii vitâ (*d*). Caeterum monendus lector, quòd ibi pro nostris codicibus Guariniani auctoritatem amanuensis induxit, cujus lectio non uno loco improbanda est hujusmodi *antiquis enim torus estramento erat qualiter nunc etiam in Castris. patris mei memoria cepere. Amphimalia nostra, sicut villosa etiam neutralia.*

In priore Ambrosiano. *Antiquis enim torus de stramento erat qualiter nunc etiam in Castris. Causa patris mei memoria cepere amphimalia nra sicut villosa etiam & ventralia.*

(1) *Gausapa*. De iis consule Dalecampii, & Harduini adnotata. Videtur nomen jamdiu corruptum in Plinii codicibus, cum Toletano exemplari conveniat Ambrosianum I., atque in altero desideretur.

(2) *Patris mei*. Ita (non Avorum cum Pintiano) legendum monuimus in Plinii vitâ.

(3) *Nostrâ*. Haec optimè illustravit Harduinus, ut *nostrâ*, nempe Plinii memoriâ in usum venerint texta Amphimalla, uti parentis sui aevo Gausapina indumenta. Vocem *nostrâ* pileolo superaddito ritè distinguit Gallus interpres ad tollendam recti casûs cum latino confusionem; sed cur non itidem *patris mei memoriâ* vulgavit?

(4) *Scipioni*. Harduinus, ut suam tueretur scripturam, legeretque *Metellus Scipio*, ita Msst. Regios 1. 2. Colbertinos 1. 2. atque Parisiensem habere affirmat; additque [*e*] *hanc stabilium quae proxime ante hoc ipso libro capite de Metelli cum Catone simultate & inimicitiis diximus. Editi perperam Capitonis, de quo proinde frustra Budaeus inquirit libro 2. de asse ---- num is Capito sit de quo Horatius in primo Sermonum.*

Vt gradatim incedamus, fatendum in nonnullis codicibus, uti in geminis Ambrosianis apparere *Metellus Scipio*: verùm suspicor vitium ex contractâ voce irrepsisse, cum in quibusdam punctum in hanc speciem subjiciatur: *Metellus Scipio. triclinaria* &c. E Contrario *Metellus Scipioni* integris elementis habent Aleriensis Antistes, Landini, Hermolai Barbari, Palmarii, Alexandri Benedicti codices, & vetusta exemplaria [*f*], quae majorem nobis faciunt auctoritatem quàm membranae, ubi Harduini lectio apparet, quamvis in Venetâ principe anni 1469. editione adoptetur; cui adversantur Bruciolì, & Dominici versiones. Metellus igitur hoc loco recensitus erit Q. Caecilius Metellus Macedonicus, qui Scipionis (proprium Corneliae gentis) cognomen nusquam gestavit. Hunc Oratorem illustrem [*g*], summisque functum honoribus celebrat Plinius, adjiciens [*h*] *equidem & Africani Aemiliani inimicum fuisse inter calamitates duxerim ipso teste Macedonico*. Harduinus legit *Africani sequentis* (*i*), quod idem.

(5) *In capitalibus criminibus*. In his vocibus nostrae conveniunt lectioni codices omnes Politiani, Ambrosiani, Landianus, editio princeps &c. Porrò quis unquam dicet Catonem Censorium hominem frugi triclinaria Babylonica IↃCCC. millibus sestertiûm emisse? Notandum insuper Catonem Censorium Scipionis Majoris, non Sequentis, hostem fuisse; minùsque cum Aemiliano tempora convenire, siquidem circa Carthaginem & Corinthum captas decrepitus obiit Cato. E contrario Minori Africano supravixit Q. Metellus Macedonicus, qui licèt inimicus, in hujus funere Liberis triumphalibus dixit. *Ite filii celebrate exequias, nunquam civis majoris funus videbitis* [*k*]. Dole miseram Plinii conditionem: e *capitalibus* fecerunt *Capitonis*, subinde *Catonis* castigatores importuni.

(a) §. 15. (b) *Tom. I. lib. VII. pag.* 215.
(c) *In verbo* Caméléon. (d) *Tom. I. lib. V. pag.* 130.
(e) *Emend. CLVII. pag.* 496. (f) 1470. 1472. 1476. 1479. 1483. 1491. 1496. 1499. 1507. *&c.*
(g) *Lib. VII.* 43. (h) *Lib. VII.* 44. (i) *Tom. I. pag.* 399.
(k) *Plin. cit. lib. VII.* 44.

Ex Harduin.

gnata a Claudio principe. Venerat tunc exaedificante eo portum, invitata naufragiis tergorum advectorum e Gallia: satiansque se per complures dies, alveum in vado sulcaverat; accumulata fluctibus in tantum, ut circumagi nullo modo posset: & dum saginam persequitur, in litus fluctibus propulsa, emineret dorso multum supra aquas carinae vice inversae. Praetendi jussit Caesar plagas multiplices inter ora portus: profectusque ipse cum Praetorianis cohortibus populo Romano spectaculum praebuit, lanceas congerente milite e navigiis

giis

Ex nostrâ recensione.

gnata a Claudio Principe. Venerat tum [1] *exaedificante eo portum* [2] *invitata naufragiis tergorum evectorum* [3] *e Galliâ, satiansque se per complures dies alveum in vado sulcaverat accumulata* [4] *fluctibus harenâ* [5] *in tantum, ut circumagi nullo modo posset; & dum sagenam* [6] *in litus insequitur* [7] *propulsa emineret* [8] *dorso multum supra aquas* [9] *carinae vice inversae. Praetendi* [10] *jussit Caesar plagas multiplices inter* [11] *ora portus, profectusque ipse cum Praetorianis cohortibus Populo Romano spectaculum praebuit lanceas congerente milite e navigiis assultanti-*

ti-

ANNOTATIONES.

(6) *Quadringentis millibus sestertiûm*. Triclinaria Neroni dimidio precio stetisse nil miror, cum a Scipionis Sequentis tempora ad illum effluxerint anni circiter ducenti. Carthaginem siquidem caepit Aemilianus anno V. C. 607. Neronis verò imperium ab anno Vrbis 806. ad 820. extenditur. Harduinus ex manuscriptis, quos laudat, lectionem suam firmasse asserit, unde summam conficit Gallicarum librarum 400000. Neque enim accedere potuit Budaeo, qui quadringentis legens, precium fidem omnem excedens induxit, librarum nempe 4000000. [a]. Notandum in codicibus antiquis summam in hunc modum conflari $\overline{CCCC}$. quae quadringenta millia significant; postmodum notae characteribus exceptae, & etiam corruptae. In Ambrosiano I. *quadrienties tertio nuper extitere*. In II. sive Guariniano *quadringentis sextersiis nuper constitere*. Subaudi *millibus*. In Textoris officinâ, quae Venetiis prodiit anno 1541. perperam legitur. *Habuit Nero triclinaria Babylonica* 400. *militibus empta* [b]. Restitue *millibus*.

(7) *Orca &*. Particulam & omittit Joseph Roccus Vulpius [c]. Hanc in Ambrosianis, caeterisque laudatis codicibus; itemque in editis acceptam testamur.

(1) *Tum*. Cum Guariniano exemplari, saltem eâdem ratione, uti vulgatum *tunc* recipio.

(2) *Portum*. De Ostiensis portus figurâ, atque aedificatione plenissimè egit allatus Vulpius, quem consule.

(3) *Evectorum*. Ita habent Nostri codices, Ambrosiani, plures vetustae editiones Principem anni 1469. secutae [d]. Sic de mitioribus Indorum populis [e]: *alii tellurem exercent, militiam alii capessunt, merces alii suas evehunt*. In multis, uti in Romanâ impressione anni 1470. *advectorum*. Hanc sequuntur Gelenius, Manutius, Dalecampius, Harduinus.

(4) *Accumulata*. Vulpius legit *adcumulata*. In editione principe *Ac tumulata*. In Ambrosianis codicibus *attumulata*, quae vox pariter in Chiffletii, aliisque membranis teste Dalecampio occurrit. Id non absque ratione aliquâ perperam irrepsisse statuit Harduinus, cum ignotum vocabulum hucusque latinae linguae auctoribus evaserit. Inspiciendum caeteroquin diligentius an in omnibus Plinii antiquioribus libris appareat; & tunc suspicari possemus *attumulatum* ex *a* & *tumulo* exoriri; nobisque tanta in Romano eloquio ignorantibus, vox (ceu postliminio) Plinii auctoritate restituetur. Ne vulgatam lectionem immutemus, faciunt Nostri verba libri IV. initio: *ventorum flatu congeriem harenae accumulantium*.

(5) *Fluctibus harenâ*. In Elzivirii editione legi inepto glossemate *accumulata fluctibus arena* pronunciat Harduinus: immemor tamen est in variantibus adnotasse Dalecampium inveniri etiam *fluctibus & arena*. Particulam & pro elemento, sive aspiratione *h* irrepsisse colligo. Antiqui enim, ut Plinius, *harenam* ubique scribunt; iisque accedendum monet Decembrius [f]. Superior sententia de ventis congeriem harenae accumulantibus, hoc loco fluctibus adaptanda. Nullum agnosco in *harenâ* interpolatoris additamentum, cum belua, quae alveum in vado sulcaverat, subinde ob harenam a fluctibus accumulatam circumagi nullo modo posset. Liberum igitur erit prudenti lectori vocabulum recipere, vel expungere, cum rationem pro tentamento, & exemplaria afferam, non omittendo quòd *harena* in Ambrosianis, editisque voluminibus desideratur.

(6) *Sagenam*. Ambrosiani codices, & editiones Principes [g] ita habent. Sagena est genus retis piscatorii. Vocabulum reddo, videturque posse recipi propter verbum *insequitur* a membranis exhibitum.

(7) *Insequitur*. Hoc loco ab editis omnino discedo, ut Mediolanensibus adhaeream membranis, cum sagenam persequens in litus orca, inde fuerit propulsa. Rete enim haec piscibus repletum insequebatur, quod ab aliis marinis monstris agi norunt piscatores. Cognatis dictionibus paullò infra usus est Plinius de Delphino Jassensis pueri amatore [h]: *dum abeuntem in litus avidè sequitur, in harenam invectus expiravit*. Redundat igitur verbum *fluctibus*, cum propulsam orcam hoc loco accipiam pro italico *discacciata*; id etiam probant sequentia, ut multùm emineret dorso supra aquas.

(8) *Emineret*. Cum Harduino, & Ambrosianis codd. Nonnullae antiquae impressiones habent *eminente dorso*, quae patronos invenient propter vulgata hoc ipsissimo volumine de Indicis testudinibus: *capiuntur multis modis, sed maximè evectae in summa pelagi —— eminente toto dorso per tranquilla fluvitantes*.

(9) *Supra aquas*. Cod. Guarini *super aquas*.

(10) *Praetendi*. Editio Veneta 1472. *portendi*, uti in Principe anni 1469. Membranae & reliqua exemplaria nobis plerumque subscribunt.

(11) *Inter*. Vulpius *intra*.

(a) *Vid. lib.* 2. *de asse*. (b) *Par. II. fol.* 46.
[c] *Tom. VI. lib. X.* 2. *pag.* 148. [d] 1472. 1476. 1479. 1480. 1481. 1483. 1491. 1496. 1499. 1507. *&c.*
[e] *Lib. VI.* 19. [f] *Lib. VII. par. XC. pag.* 657. [g] 1469. 1470. 1472.
[h] *Lib. IX.* 8.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
giis aſſultantibus: quorum unum mergi vidimus, reflatu belluae oppletum unda.	*tibus* [1], *quorum unum mergi vidimus* [2] *reflatu* [3] *beluae oppletum undâ.*
Ex Harduin. XIII. pag. 505.	
XV. Quae pilo veſtiuntur animal pariunt, ut priſtis, balaena, vitulus. Hic parit in terra: pecudum more ſecundas partus reddit. In initu canum modo cohaeret --- Ipſis in ſono mugitus: unde nomen vituli. Accipiunt tamen diſciplinam, voceque pariter & viſu populum ſalutant: incondito fremitu, nomine vocati reſpondent.	*Quae pilo veſtiuntur animal pariunt, ut Priſtis, Balaena, Vitulus. Hic parit in terrâ pecudum more* [4], *ſecundas partûs* [5] *reddit: initu* [6] *canum modo cohaeret ---- Ipſis in ſono* [7] *mugitus, unde nomen Vituli accipiunt* [8]*: tenent diſciplinam* [9] *voceque pariter & viſu Populum ſalutant: condito fremitu* [10], *nomine vocati reſpondent.*

ANNOTATIONES.

(1) *Aſſultantibus*. Vulpius *adſultantibus*.

(2) *Mergi vidimus*. Nempe unum e navigiis. Minùs igitur rectè Palermus [a] *Claudio porrò Caeſare Oſtiae portum aedificante, & Orcâ in litus fluctibus propulsâ militem lanceas congerentem ex navigiis aſſultantibus mergi* A SE VISVM *ſcribit reflatu belluae oppletum undâ*. Non enim miles, ſed navigium aquis oppletum mergitur; atque ita Orcae reflatu fuit depreſſum. Conſule Raviſium Textorem, & magnum Encyclopędiae opus [b].

(3) *Reflatu*. Cod. II. Ambroſianus *efflatu*.

(4) *Pecudum more*. Eâdem verborum convenientiâ infra (c): *cancri ----- ſenectutem anguium more exuunt*. Vitioſam Harduini interpunctionem tollendam arbitror, cum noſtra lectio Naturali hiſtoriae conveniat; nam Vitulum maris accolam in terrâ parere pecudum more ſatis intelligo: eum ſecundas partu reddere, ut pecudes, minùs mirum; cum hoc humano quoque generi contingat. Nil igitur a veteri inciſione amovendum, quam video a Dalecampio, aliiſque permultis adoptatam. Pecudum nomine generatim hoc loco intelligit animalia, quae ab Italis vocantur *beſtiame*. Nempe *Equi, Aſini, Boves, Cameli, Porci, Oves, Caprae* &c.

(5) *Secundas partûs*. Nempe *la ſecondina del parto*. Vltimam vocem meliùs circumflexo pileolo diſtinguetur, ut per hanc *partûs* gignendi caſu accipiamus. Id ſanè curandum erat Harduino eâdem ratione, quâ ex Colbertino & Regio I. de Apio edidit (d): *ſemine urinam ciet, menſtrua, & ſecundas partûs*. Tractati loci reſtitutionem ſubodoraverat Dalecampius, qui legendum monuit *ſecundas partu reddit*, & in veteri exemplari invenerat *ſecundas cum partu reddit*. Cum id minùs intelligerent amanuenſes lectionem depravarunt. In Ambroſianis lego *ſecundus partus*. In aliis, ut in veteribus editionibus (e) *ſecundo partus reddit initu Canum modo* &c. quae errorum monſtra?

(6) *Initu*. Ita libri omnes, & vetuſta impreſſa exemplaria, a quibus neoterici minimè receſſerunt. Particula *in* ab Harduino addita igitur redundat. Legimus ſuperiore volumine (f): *quae non primo initu generare coeperit* & paullò infra: *conceptio uno initu peragitur* (g).

(7) *In ſono*. Neſcio cur *in ſomno* ediderit Dalecampius, poſtquam Hermolai, & Maſſarii errorem oſtenderat Pintianus, cujus ultimi obſervationum meminiſſe decebat Harduinum. Certè Ariſtoteli ſubſcribit Plinius, ut habent Ambroſiana apographa, & pauca exemplaria ante Hermolai Barbari caſtigationes impreſſa. Reliquis minùs rectè adhaeſit Raviſius Textor in Officinae parte I. ubi de piſcibus. Ante Raviſium in eundem errorem impegit Alexander Benedictus; *in ſomno* legimus in Venetâ impreſſione 1472. in Tarviſinâ 1479. &c. Occurrit etiam *in ſomnio* in Venetâ 1499. Anonymus ad oram Venetae editionis 1472. ſomniculoſam lectionem conatur tueri Juvenalis verſiculo:

Eripient ſomnum Druſo, Vituliſque marinis:

& Virgilii carmine:

Sternunt ſe ſomno diverſo in litore Phocae.

Haec loca tamen non evincunt, ut Plinii dicta invertantur: cum utique Noſter proximè affirmaverit de Vitulo marino nullum animal graviore ſomno premi.

(8) *Vituli accipiunt*. Codicem Ambroſianum II. alioſque [h], itemque vetuſtas ſequor editiones (i), quibus ſcribendi ratio, & Plinii ſtylus cohaeret: de Leuce Mercuriali ſimili: *nomen*, ait (k), *ex cauſsâ accepit*: de Corellianâ caſtaneâ (l): *nomen ab eo accepit*: de aquis [m]: *Poſidianae vocantur nomine accepto a Claudii Caeſaris Liberto*. Neque modus eſſet exemplorum, ubi omnia afferre vellem. Contra, quae ſcribendi gratia? *Ipſis in ſono mugitus, unde nomen vituli. Accipiunt tamen diſciplinam*.

Codex primus Ambroſianus habet: *unde nomen vituli aſſumunt*, quod ultimum propiùs nomini quàm diſciplinae accedit.

(9) *Tenent diſciplinam*. Cum Alerienſis, Beroaldi, Hermolai, Palmarii, & Raviſ. Textoris codicibus, quibus etiam ſubſcribunt veteres editiones. Ex loci reſtitutione evaneſcent conjecturae doctiſſimi Pintiani, qui ex apographi Toletani indiciis legendum ſuſpicabatur: *vocique parent, & juſſi populum ſalutant*: aut, *vocati parent, & juſſi*. Facilis videtur Amanuenſium lapſus, ut ex *tenent*, fecerint *tamen*; quod ſecundum occurrit in membranis Ambroſianae Bibliothecae. Eleganter igitur Plinius Vitulos diſciplinae reminiſci innuit, uti Poëta Latinorum princeps [n]

---- numeros memini, ſi verba tenerem:

Martialis [o] *Et teneo meliùs iſta quàm meum nomen.*

In editione Alexandri Benedicti typographicâ, ut videtur, incuriâ: occurrit *tentent diſciplinam* [p].

(10) *Condito fremitu*. Nempe edito; ita *condente Homero*, *---- condentibus haec nobis* &c. Mira eſt tum codicum, tum antiquorum exemplarium convenientia, ut nullam inveniam rationem, cujus in gratiam a veteribus diſcedam.

[a] *Lib. I.* 1. *pag.* 11. (b) *Part. I. fol.* 263. (c) *Lib. IX.* 30.
[d] *Lib. XX.* 11. *pag.* 204. [e] 1472. [f] *Lib. VIII.* 44.
[g] 45. [h] *Vide Dalecamp. hoc loco.* [i] 1472. 1479. 1499.
[k] *Lib. XXVII.* 11. [l] *Lib. XIII.* 17. [m] *Lib. XXXI. ſub initio.*
[n] *Virg. Eclog. IX.* [o] *Martial. lib. IV.* 37. [p] *Edit. ann.* 1507. *fol.* 64. *B.*

Ex Harduin. XV. pag. 505. & 506.

XVII. Praecipua magnitudine thynni: invenimus talenta quindecim pependisse. Ejusdem caudae latitudinem quinque cubita & palmum. Sunt & in quibusdam amnibus haud minores: silurus in Nilo, esox

Ex nostrâ recensione.

Praecipuâ magnitudine invenimus Thynnum [1] *talenta XV. pependisse* [2], *ejusdem caudae latitudinem II. cubita & palmum* [3]. *Sunt & in quibusdam amnibus haud minores: Silurus in Nilo* [4], *Esos*

ANNOTATIONES.

(1) *Thynnum*. Restituo ex editione principe Venetâ; ita etiam uterque Ambrosianus codex, & quidem rectiùs, quàm in II. Venetâ aliisque exemplaribus. De unico siquidem pisce loquitur, cujus integrum pondus talentorum XV. caudae latitudo II. cubitorum, & palmi.

(2) *Talenta XV. pependisse*. Mss. Ambrosiani ita pondus, non characterum elementis, reddunt: convenit editio princeps Veneta anni 1469.

(3) *II. cubita & palmum*. Dubitavi quandoque Amanuenses cum numeralibus notis exceptas longitudines redderent, ex II., junctu fecisse V. Membranae tamen a nobis laudatae; itemque veteres editiones legunt non siglis, sed elementis *duo cubita & palmum*; quae innuunt in autographo extitisse II. *cubita & palmum*, uti paullò antea *talenta XV.* Harduinus nostrae lectionis vetustatem minimè dissimulavit, & librariorum culpâ in Plinianâ texturâ irrepsisse putavit (quod saepè aliis docuit exemplis) ut quinarii nota V, perperam divisa in binarium hoc loco transierit, cum in omnibus ferè libris extare affirmet *duo cubita*. Nos haec in cunctis invenire testamur, itemque pennâ exaratis codicibus subscribunt typographi (*a*). Contrarium ex Aristotele, in Plinio quoque inducendum statuit Harduinus (*b*): verùm ex ipsâ figurâ piscis, & convenientiâ ponderis numerus apud Aristotelem emendandus apparet. Quâ enim ratione intelliges, ut Thynnus XV. talenta pendens, caudam adeò immanem haberet, ut ad V. cubita & palmum porrigeretur? Audi Massarium medicum diligentissimum, & qui omnia in thynno contemplabatur: „ *Vetus lectio* ait, *non thynni sed thynnum habet hoc mo-* „ *do*: praecipua magnitudine invenimus thynnum talen- „ ta quindecim pependisse, eiusdem caudae latitudinem „ duo cubita & palmum: *ut unum tantum hujusmodi* „ *ponderis repertum fuisse intelligas, nam sequitur etiam*, „ ejusdem caudae latitudinem &c. *Quod & Aristoteles* „ *confirmare videtur octavo de historia, unde Plinius haec* „ *mutuatur, inquit enim*: jam captus est thynnus senex, „ cujus pondus erat ad talenta quindecim, & caudae „ intervallum ad cubita quinque & palmum. *quod si* „ *proportionem hujus thynni & caudae recte perpenderis, non* „ *ad quinque, sed ad duo cubita & palmum, ut in Pli-* „ *nio, in Aristotele legendum esse conjicies* (*c*). Caeterum, ut legentium conjecturis aliqua relinquam, sciant in primo Ambrosiano legi: *duo cubita & palmum. fuit & in quibusdam amnibus*. Si recta est verbi *fuit* ingestio, punctum delendum erit in hanc speciem: *duo cubita & palmum fuit*.

(4) *Silurus in Nilo*. Hujus piscis permulti auctores, tum ex Graecis, tum ex Latinis meminere, quos consule apud Hippolytum Salvianum (*d*). Inter primos eminet Athenaeus, ubi nominis etymologiam attingens miratur, quòd σίλουρον, & non σείλουρον pronunciemus, cum nomen pisci impositum sit ἀπὸ τοῦ σείειν συνεχῶς τὴν οὐράν, idest quia caudam assiduè quatiat (*e*). Hunc Paullus Jovius conjecit esse, quem neoterici *Sturionem* appellarunt (*f*), eâ praesertim ratione; quod ubi antiquorum Silurus differret a Sturione, quisnam piscis fuerit Silurus ignoraretur, quamvis tantis Plinii testimoniis celebratus. Ausonii certè versiculos, quos affert Nucerinus Episcopus satis Sturioni conveniunt, ubi cecinit

Nunc pecus aequoreum celebrabere Magne Silure,
Quem velut Actaeo perductum tergora olivo
Amnicolam delphina vocor, sic per freta magnum
Laberis, & longè vix corporis agmina solvis,
Aut brevibus a sensa vadis, aut fluminis ulvis,
Aut cum tranquillos moliris in amne meatus &c.
Talis Atlantiaco quondam Balaena profundo &c.

Hisce versiculis nihil certiùs quàm pro Sturione Silurum denotari statuit Jovius, cum magnus, & fluviatilis pariter, & marinus, & Delphino similis, ac tergore ipsissimum olei colorem referre videatur. Verùm aliqua addit Consularis vates, quae Plinio videntur refragari; cum Noster Silurum grassari affirmat, ubicumque sit, omneque animal appetere, & equos innatantes saepe demergere.

Asserit Harduinus Paullum Jovium, atque Hippolytum Salvianum haud tolerabili errore Plinianum Silurum Sturioni nostro respondentem descripsisse, cum piscis hoc loco memoratus e fluviatilium numero haud dubiè sit; Sturio verò in flumina subijens inter marinos nullâ controversiâ accenseatur. Silurum ubicunque grassari, Sturionem contra dentibus carentem (cum os sub rostro habeat, & vix pisciculos capere possit) ingentibus rapinis omnino ineptum (*h*): Silurum a Divo Ambrosio; itemque a Juvenale, aliisque inter viliores vulgi epulas haberi, quando Sturiones in delicatiore ganeâ haud postremum locum obtinent. Vltimò sententiam suam hisce verbis aperit: *Equidem Silurum piscem, si in Europa quidem, extraque Nilum reperitur, eum esse existimo, quem* Arciam, *vel* Acchia *dixi a Pannoniis nominari. Forma ejus his referentibus, ingentis cujuspiam gobionis esse videtur, cauda fere anguillae. Et quod opinionem hanc nostram summopere adjuvat, ore tam lato est, ut totum hominem perfacile capere possit, unde etiam vernacula voce iidem* voratricem hominum *belluam hanc cognominarunt. Non squamis, sed molli cute, nigraque, anguillae instar obducitur subalbidis tamen maculis distincta: quadringentas interdum libras pondere excedit: lautioribus mensis non admittitur, vile plebis pabulum. Quae siluro veterum tam apte conveniunt, ut in alium piscem cadere vix ea possint. Iconem ejus sub glanidis nomine exhibet Aldrovandus ex Gesnero, & Salviano.*

Vt gradatim, quantùm fieri potest, in difficillimâ quaestione, incedam: notandum primò Harduinum oblivisci Plinianae sententiae, quâ communes *amni — ac mari Thynni, Thynnides, Siluri, Coracini, Percae*, statuuntur [*i*]. Secundò necesse erat Gallo Naturalis historiae interpreti Hippolytum Salvianum a Paullo Jovio separare, cum Nucerinus Episcopus Plinio adhaereat: Salvianus e contrario, licèt Silurum eum esse piscem, quem in praesentiarum Sturionem appellamus, invictè teneat: Plinium tamen arguit, eo quia Silurum nominet, quando Glanidem ex Aristotele [*k*], aliisque reddere debuisset. Quae de Siluri feritate Harduinus adnotavit, ante illum colle-

[a] *Rom.* 1470. 1473. *Venet.* 1472. 1483. 1491. 1496. 1490. *&c. Parm.* 1476. 1480. 1481. *Tarvis.* 1479.
[b] *Pag.* 538. *emend. XXII.* [c] *Pag.* 16. *edition. Paris. an.* 1542.
[d] *Praefat.* (e) *Lib. VII.* 9. *pag.* 287. *ex version. Dalecamp.* (f) *De piscibus cap. IV.*
[g] *Eydill. X. cui titulus* Mosella *vers.* 135. *& seq.*
[h] *Vid. not. & emendat. XIII. lib. IX. pag.* 538.
[i] *Lib. XVXII.* 10. (k) *Vide Salvian. Aquat. Animal. hist. pag.* 243.

Ex Harduin.

esox in Rheno, attilus in Pado, Tom. II. iner-

Ex nostrâ recensione.

Esos in Rheno [1], *Attilus in Pado* [2] N 2 *iner-*

ANNOTATIONES.

collegarant Massarius, Rondeletius, Aldrovandus, Jonstonus. Facilè tamen nodus explicabitur, ubi Nostrum de Africanis, & praesertim Niloticis, differere animadvertas, quod ipsiusmet sententiae nexus docet, cum de Siluro Nili, Esoce Rheni, Attilo Padi, accolis loquatur. Africos Siluros in medicinae usu caeteris praestare idem monuit; eosque Nostratûm Sturionibus majores non ignoramus. Id vel a calidiori regione, vel a Nili aquis, vel pastûs qualitate, vel quacumque aliâ de caussâ potest contingere. Ferociores itidem esse suspicor, quòd a Crocodilis, & Hippopotamis lacessiti, aliis & ipsi animalibus bellum inferant. Tot igitur tantisque argumentis mirum non erit, si ejusdem speciei belua equis, hominibusque innocua sit apud Italos, quae ferox in principe Aegypti fluvio apparet; cum de Crocodilo etiam legamus, eos in amne, qui a Divi Dominici appellatione ab Hispanis dicitur: *Rio de Santa Domingo*, nemini molestos victitare, ut ocularis testis Bruaeus affirmat (*a*). Sed neque Bruaei testimonio indigemus, cum Aelianus asseveret in Bubasto Aegyptiâ adesse stagnum, ubi cicures permulti aluntur Siluri, eosque piscium mansuetissimos esse (*b*). Haec ubi novisset Paullus Jovius opinionem suam validius firmare poterat, cum rationi minimè contrarium duxit a Siluris in Meni (ita legit apud Plinium) amne, itemque in Danubio innatantes equos deprimi. Nil igitur mirum duxerim, si Plinianis temporibus Siluri in Rheno, Danubioque feroculi avaserint, quando Ausonii aetate in celebrato Mosellae amne placidi describuntur (*c*).

Hic tamen, hic nostrae mitis Balaena Mosellae
Exitio procul est.

Atque haec dicta sint, ubi vera Ausonius cecinerit: non ignorantes, quae Freherus ad Ausonium adnotavit: *Sturio*, inquit (*d*) *veracissimus, hic forte cum domicilio & alimento feritatem exuit. Poeticum & istud, ut rectè observavit divinus Scaliger*; Adde quòd Vespasiano Principe Rhenum, Danubiumque barbarae plerumque gentes incolebant; neque adeò navigationibus frequentabantur, ut postea ob commercia agitanda, aliisque de caussis accidit. Utcumque tamen sese res habeat, nollem adeò mitem crederes Sturionem, ut ob id antiquorum Silurum esse minimè posse mordiens affirmares; quando Kentmannus, atque ex eo Conradus Gesnerus asserunt *Sturionem* in aquâ validissimum esse piscem & in terrâ quoque cum ventri innititur, concussâ caudâ hominem utcumque validissimum prosternere; unde nescio, quâ impulsus ratione, Jonstonus, cum haec omnia ob oculos haberet, importunus conjecerit, vix eum Plinii Siluro convenire (*e*). Negare tamen ausus non est Ausonii, & Venantii Fortunati Silurum, eum esse, quem nos *Sturionem* appellamus. Sufficiat Pictaviensis hujus Episcopi carmen inspicere, ubi Aegricium fluvium Garumnae advenam, modò aestu squalentem, modò imbribus aestuantem, in hanc speciem describit (*f*).

Quae fuerant ovibus donantur pascua ramis,
Prata tenent pisces, & trahit unda pecus:
Obtinet expulsos stabulum campestre Siluros,
Plus capitur terris, quàm modò piscis aquis.

Omni igitur ratione Christophorus Browerus ad laudatum Vanantii locum subjecit: *Siluros autem hic potius Sturiones, quam quodvis aliud piscium genus intelligi, satis ibidem persuadet hujus loci, & auctoris adjumento.* Quare si Ausonius, qui tercentis a Plinio annis distavit; si Venantius Fortunatus, qui duobus itidem ab Ausonii aevo seculis vixit, Siluri nomina neotericum Sturionem depingunt: quonam pacto diversus a Pliniano videbitur permultis, & Dalecampio in primis, qui lectionem Scaligeri apud Fortunatum Pictaviensem Antistitem secutus, falsò Poëtam Ausonio coaetaneum appellavit (*g*)! Ut hucusque dictis permulti obsistant, haud spernendum eis videtur argumentum, quòd Silurus inter viliores plebis cibos annumeretur. Vidimus ab Harduino prae ceteris afferri Divum Ambrosium, & Juvenalem. Ut a Satyrico Poëtâ, utpote antiquiora (qui que Plinium videre potuit) incipiamus, duplex illius sententia perpendenda venit: priore loco Crispinum objurgaturus, in humiliori olim fortunâ constitutum, de eo cecinit (*h*).

---- ---- magnâ qui voce solebat
Vendere municipes fractâ de merce Siluros.

Similia quamplures infimo pisci arbitrantur convenire; quod tamen non eo pacto interpretandum reor, tanquam Silurus miserae tantùm ac jejunae plebeculae esset obsonium: cum recens Padanus Apicis, Lucullisque dignus: contra salsus, hodie etiam fracta merces possit appellari; quae omnibus piscibus mutiâ conditis attribues, tum magis iis, qui ob magnitudinem membratim caeduntur. Siluri partes Crispinum venditasse ritè opinatur Jovius, vertitque patrio idiomate Camillus Comes Silvestrius, cum italicis rhythmis Juvenalem aemularetur (*i*). Has putridas apud eundem Poëtam affirmat Lopesius (*k*). Capiuntur Siluri aestivis praesertim temporibus; nihilque mirum, si Crispinus calidae regionis habitator, piscesque minutè caesos gestans, illos jam rabidulos plebi venditaret. Cohaeret sibi Vates satyrâ IV. (*l*).

Atsternum solitus medio servare minutal
Septembri, nec non differre in tempora cornae
Alterius, concham aestivi cum parte Lacerti
Signatum, vel dimidio, putrique Siluro.

Dioscoridem Anazarbaeum audiamus (de cujus aetate suo loco agemus, ubi ad Neronis usque imperium pervenisse conjicimus). Hic Silurum recentem in cibo sumptum probè nutrire, & bonam facere alvum affirmat (*m*). Sale verò conditum vix alimentum ullum subministrare addit. Non negaverim, quòd in Dioscoridis codicibus, tum apud Soterom Coloniae, tum apud haeredes, Andreae Wechelii impressis pro Siluro occurrit Ἀιλῖρος. Video tamen a Marcello Vergilio utramque vocem (*n*), uti a Jano Antonio Saraceno (*o*) per synonymiam accipi: idque magis in Vergilio adnotandum, qui repugnat putantibus Siluros esse, quos sua aetas Sturiones appellabat.

Majorem fateor difficultatem inveniri, ubi Divi Ambrosii sententiam cum nostrâ, Salviani, ac Jovii opinione velimus conciliare. En verba (*p*) *Quid interest inter divitem improbae cupiditatis ingluvie absorbentem infirmorum patrimonia, & Silurum de minorum piscium visceribus alvum repletum! Captus est Silurus, & inutilis praeda detecta est. Quanti in eo reperiuntur, qui alios devoraverant? Et tu dives habes in sinu tuo alterius praedatorem ---- Vide ne idem te qui piscem illum finis inveniat: hamum cave, cave retia ---- praesumebat & Silurus, quod hamum nemo sibi jaceret, nemo retia tenderet, & si incidisset, universa dirumperet, & tamen fuscinam non evasit, aut nexus vinculi validioris incurrit, quibus se non posset exuere.*

Integra doctissimi Mediolanensium Antistitis verba attulimus, ut inde constet Divum Ambrosium Siluri exemplo ad Christianam Philosophiam provocasse, in quâ narratione morum castigatio magis quàm facti veritas a legentibus spectanda. Hoc in Phoenicis fabulâ satis apparet;

(a) *Vide* Brue Histoire Génerale des Voyages *tom. II. lib. VI. pag.* 585.
(b) *Lib. XII.* 29. *pag.* 692. (c) *Versu* 148. *allat. Eydillii.*
(d) *Vide Ausonium Amstelodami edit. an.* 1671. *pag.* 380. *num.* 106.
(e) *Hist. nat. de Piscib. lib. II.* 7. (f) *Lib. I.* 21. *pag.* 48. (g) *Vide Plin. edit. Hackior. tom. I. pag.* 594.
(h) *Satyr. IV. vers.* 33. (i) *Satyr. IV. vers.* 33. (k) *Cit. satyr. IV. pag.* 118.
(l) *Satyra XIV. vers.* 129. *&c.* (m) *Lib. II. de medic. materiâ.*
(n) *Ad allat. Dios. lib. c. XXVI. pag.* 185. *&* 186. (o) *Cit. lib. cap. XXIX. pag.* 96. (p) *Hexamer. lib. V.* 5. *col.* 84.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
inertia pinguescens, ad mille aliquando libras, catenato captus hamo, nec nisi boum jugis extractus. Atqui hunc minimus piscis appellatus clupea, venam quam-	*inertiâ pinguescens* [1] *ad mille aliquando libras catenato captus hamo* [a], *nec nisi boum jugis extractus. Atqui hunc minimus* [3] *appellatus clupea* [4] *venam quandam*

ANNOTATIONES.

paret; cujus novam e rogo vitam affert Ambrosius; utiturque ad hominum comprobendam *resurrectionem*, ut infra attingemus. Idem dicendum ed ea, quae de Vulturum generatione [*a*], atque de signis, quibus memoratae aves hominum mortem praenuncient [*b*]. In iis enim omnibus, uti in aliis Naturae rebus indagandis, vulgi opiniones sequitur Ambrosius.

Verùm ut non omnino indefensum hoc loco tantum Doctorem relinquamus, notandum de Siluro dixisse, quòd alvum ex minorum piscium visceribus repletum gester. Hoc Sturioni itidem convenire pro certo habeo, quamvis Harduinus alios secutus opinetur ex oris structurâ illum majoribus praedis ineptum. Nosse sufficiat Sturionem Porculo marino simillimum, atque ex illorum etiam genere, circa guttur habere oris officium: rostrum herens, ac limo immergere, pisces integros extrahere, quos in tam amplâ vaginâ trutinat, unde alvum de minorum tantùm piscium visceribus repletum gestat. Fallitur Salvienus cum Sturionem piscibus minimè pasci, sed muco & sordibus opinatur. Verissimum enim est adagium a majoribus piscibus minores devorari; & pisciculos in Sturionis alvo inveniri testatur Celcegninus, idque ego ipse a cocis, & piscariis mercatoribus rescivi.

Sunt, qui inutilem praedam a Divo Ambrosio ipsum Silurum dici opinantur. Verùm ego ex verbo *detecta est*: sententiam voratis piscibus adaptabo, quod optimè coheeret diviti ob sordidam cupiditatis ingluviem infirmorum patrimonia absorbenti. Vbi enim oppositum ex Divi Ambrosii texturâ deduceres: nimiùm Dioscoridi, ac Plinio adversaretur, qui Silurum cibis, & medicinae apium laudarunt. Caeterum nollem adeò sapidum Sturionem esse conjiceres, ut illum totis anni tempestatibus gineae inservientem judicares. Qui in mari capitur longè abest a fluviatili; & ipse omnigenae ingrati quandoque evadit saporis. Praeterea non in omnibus locis delicatus: qui circa Vindobonam in Danubio degit, quantùm a Padano distat?

Sed hamum cavere, inquiunt, Sturio non potest, cum hamo minimè capietur. Fateor ad solitas minimasque hamorum insidias Sturionem non accedere; sed si catenato traheretur hamo, quid ad haec reponerent adversarii?

(1) *Esox in Rheno*. Ita potiùs cum I. Ambrosiano multisque vetustis editionibus (*e*), aliisque, quàm Neotericorum *Esox* reciperem. Falsò enim asserit Harduinus, quòd *Esox* in omnibus appareat manuscriptis. Anonymus in Venetae editionis margine, quae in Ambrosianâ servatur bibliothecâ. *Esox*, inquit, *piscis est ad similitudinem thynni, capitur frequent in Rheno ac Danubio, ludit cum algis & torsionibus, fugientesque mirum in modum insequitur. Capiuntur frequenter simul, quum ob corporis magnitudinem latere non possint*. Nescio igitur quâ ratione sibi persuadere potuerit Harduinus Esocem eum esse piscem, quem Lucium Latini, *Brechet* Galli vocant; cum Lucius licèt sit voracissimus, nusquam ad Thynni figuram & amplitudinem perveniat. *Esox*, sive *Esox* erit, qui ab Alberto Magno dicitur *Husa .... piscis non squamosus in figura Sturionis .... hunc piscem Sturio confricando se ad eum agitat, ita quod saepe simul capiuntur* (*d*).

Hic locus, uti alter ab Harduino allatus utique ostendunt magnam inter Esocem, & Sturionem inesse congruentiam.

(2) *Attilus in Pado*. Franciscus Philelpus Sturionem nostrum antiquis Attilum fuisse asserit, quod a Paullo Jovio falsissimum dicitur, cum Attilus is sit, qui a Ferrariensibus *Adelus* servato antiquiore vocabulo appellatur; pisciśque sit Sturione amplior. Hunc effigie, sapore, precio. & totâ ferè naturâ adeò dissimilem & diversum affirmet, ut in proverbium Ferrariae venerit, cum duas inter se maximè dissites res volunt significare: sic differre dicant, ut Sturionem ab *Adelo*.

Hujus verum nomen Ferrariensibus esse deberet *l' Adano*, cum elidatur particula, quae apud Italos malè sonaret *il Adano*. Invaluit tamen ut *Ladano* vocitetur. Extrarii scriptores in vulgari hujus piscis nomine minimè audiendi. Caeterum quamquam Attilum inter, & neotericum, ac propriè Sturionem sua adsit differentia: non tantùm ab eo distat sapore, & figurâ, cum generico Sturionis nomine uterque piscis persaepe confundatur. Ego putarem Esoci persimilem, sicut qui Esox in Rheno, Attilus in Pado vocitatur: in hoc unicè fluvio visum gratis asserunt ante Harduinum pleriqui. Et sanè verus Sturio crassioribus squamis, osseâ duritie in corporis meditullio, & longitudine instructus, alias etiam minores in lateribus gerit, & hic verus & sapidior Sturio a Padi accolis vocetur *Sturione di Cappa*, eo quia squamis per totum dorsum distinctus apparet. Alter, qui Plinio *Attilus*, Ferrariensibus *Ladano*, a piscantibus Eridani incolis quoque dicitur a maximâ carnis albedine *Sturione bianco*: hujus latera nullis vestiuntur squamis.

(1) *Inertiâ pinguescens*. Id fortassis Plinii temporibus accidit, ubi enormis captos ponderis asseverat. Nostrâ aetate neque quingentarum librarum Attili inveniuntur. Attili inertes etiam Sturionis comparatione dici possunt, cum Sturio magnâ vi piscatoribus obsistat, Attilus facillimè capietur.

(a) *Catenato captus hamo*. Hamo nempe catenis firmato; quod nescio an satis intellexerint interpretes. Porrò hic hamus longè diversus erat ab hamulis, quibus minores pisces capiuntur; unde nil mirum si iis transfixus enormis Attilus jugis boum extraheretur.

(3) *Minimus*. Deest vox *piscis* in utroque Ambrosiano, aliisque; idque solitam Plinii magis redolet breviloquentiam.

(4) *Clupea*. Neque dubium esse potest, quòd hic piscis sit Italis *Cheppia*; in quâ Etruscâ voce reddendâ peccant Bochartus, atque Harduinus. Quòd porrò ab aliis laudatus, nonnullis etiam vilis censeatur: id pro diversis accidit anni temporibus. Cum vere e mari subeunt fluvia squamis horridi fortassis ab Attilo vorati, illum exanimant venam in faucibus scindentes. Vocantur etiam, Alosae, vel ab iis parum distant. Capiuntur maximè prope Sorbuli pontem, atque ubi Nicia sese in Padum exonerat. Consule ea, quae adnotavimus in Musaeum epinicis (*e*). Inveniuntur quandoque in Attili alvo viventes Clupeae, ut mihi testatur non unicâ epistolâ Dominicus Angelinus eruditissimus Consultus Juris, & publicae

(a) *Hexamer. lib. V.* 22. (b) *Citat. lib. V.* 23.
(c) *Venet.* 1472. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519.
(d) *Lib. XXIV.* (e) *Pag.* 33. & 34.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
quamdam ejus in faucibus mira cupidine appetens, morsu exanimat. Silurus grassatur, ubicumque est, omne animal appetens, equos natantes saepe demergens. Praecipue in Moeno Germaniae amne protelis boum, & in Danubio marris extra-	*dam ejus in faucibus mirâ cupedine* [1] *appetens morsu exanimat. Silurus grassatur ubicumque est, omne animal appetens equos innatantes saepe demergens* [2]*: praecipuè in Rheno Germaniae* [3] *amne, protelis boum* [4], *& in Danubio mari* [5] *extra-*

ANNOTATIONES.

blicae Ferrariensis bibliothecae praefectus. In hâc Plinii narratione fidem suam minimè obstringit Joseph Buccius illustris in medicinâ faciendâ, qui curiosas de Sturione, atque Attilo notiones suppeditavit amico Angelino. Hujus ultimi epistolam in arctum collectam paullò infra exhibebimus.

(1) *Cupedine*. Genuinam vocem ex geminis Ambrosianis codicibus dum Plinio restituimus, eam, ceu postliminio, in Latium revocamus. Ex Salmasio jam adnotatum in Calepini additamentis, quòd antiquis cuppedia, & cuppedo pro *cupiditas* (*a*). Hinc *cuppes fastidiosus, qui exquisitos tantùm cibos querit, nec communem habet gulam* legitur in glossâ Isidori. Rectiùs *cupes* cum Plauto (*b*) appellabitur: atque item *cupedo*. Plinii locus restitutus dubietatem poterit auferre, ut in Cicerone pariter legendum statuamus [*c*]: *Avaritia, ambitio ---- temulentia, cupedo*. Aliàs a multis dubitabatur, utrum cupedo, an cupedia adoptanda veniret. Suspicor in prosâ oratione cupedinem a Latinis receptam; in carminibus metri gratiâ geminasse etiam *p*. Hinc Lucretius (*d*).

Quantae conscindunt hominem cuppedinis acres
Curae.

Quod ad rem nostram optimè inservit, illud sanè est per cupedinis dictionem egregiè innui Clupeae gulam, dum Attili fauces invadit; contra cupidinem omnibus desideriis, nec unicè ad cibos spectantibus, inservire.

(2) *Demergens*. Consule, quae supra adnotavimus. Versus Lippi Collensis affert Ravisius Textor, iisque Plinii dicta aemulatur:

Appetit omne animal grassator dente Silurus,
Et summa nantes per freta mergit equos.

(3) *Rheno Germaniae*. Ita cum Guarini codice, editione Principe, Alexandro Benedicto, Hippolyto Salviano omnino statuendum, quamvis in I. Ambrosiano, aliisque subsecutis typographis *Meni*, seu *Moeni* nomen occurrat [*e*]. Adnotaverat ex Rondeletio Dalecampius Plinii tempore nullum fuisse in Germaniâ Moenum fluvium, eumque sic a posteritate vocatum, quem tali nomine secula nostra agnoscunt; unde nescio quâ ratione haec omnia praetermittat Harduinus, novaeque statuat in iis verbis, *praecipuè in Moeno*, orationis initium, ut non amplius de Siluro, sed de novo pisce differat Plinius [*f*]. Cum bis de Rheno hoc loco Auctor loqueretur, unâ vice addidit Germaniae, ut maximum amnem a Rheno Bononiensi fluviolo secerneret. Rejicienda Harduino saltem erant Dalecampii dicta, cum Pomponius Mela Plinio paullò antiquior hunc fluvium *Moenim* (*g*) & disertè Tacitus Nostri recentior *Moenum* describat (*h*): reliqua, quae parum aptè ex Gelenio (cujus obliviscitur) Harduinus compilat, ad rem non faciunt, cum nimiùm officeret legentibus, si *innominatos* (ut barbaro vocabulo dicit) pisces attingeret Plinius, quando de eodem Siluro apertissimè loquitur.

(4) *Protelis boum*. Ambrosiani codices, editio Princeps adamussim Harduino conveniunt. Ex ignoratâ a subsecutis typographis voce processerunt, *prope Lisboum*, *Elisbomim*, *Vibium*, &c. quae crucem Plinii interpretibus fixerunt. Pellicerius, & Turnebus primi in viam optimorum codicum auxilio redijere, germanam lectionem Dalecampius subodoravit, Salmasius restituendam curavit, Harduinus peregit. Plinii auctoritate, & restitutione augenda essent *lexica* latina in voce *protelum*.

(5) *Danubio mari*. Codices Ambrosiani, Chiffletianus, Hermolai Barbari, Palmarii, vetustiores omnes typographi ita, & genuinâ habent scripturâ: haec non dissimulavit Harduinus, qui portentoso commento *marris* substituit, reclamantibus omnibus exemplaribus, & sensu. Quaecumque ex Columellâ Juvenale. & Papiâ, imò ex ipso Plinio collegit contra ipsum interpretem faciunt. Marra enim instrumentum est, nec satis amplum, quo rustici ad radendum utuntur. Sic de herbâ medicâ Plinius, *marris ad solum radi* jubet (*i*). Marrâ adhuc utuntur Villici; estque itala vox omnibus nota. *Marra strumento rusticano, che serve per radere il terreno, e lavorar poco adentro* (*k*). Langobardis dicitur *marazzo* cultrum, quo Lanii, & Coci carnes caedunt & *marazzolo* imminutâ voce instrumentum ad scarificanda arbusta perutile. Quo igitur pacto similia ad extrahendos ingentes pisces poterant inservire. De Siluro, qui in Danubio mari capiebatur, proculdubio differit Plinius, Danubiumque mare vocat, maximi fluvii ostia, eâdem, imò majori, ratione, quâ de Pado scripsit: *quia tamen largius vomit, septem maria dictus facere*; & paullò infra: *egesto amnis impetu per transversum in Adrianorum paludes, quae septem maria appellantur*. De ipso Danubio iteratur Noster (*l*): *singula autem ora tanta sunt, ut prodatur in quadraginta millia passuum longitudinis vinci mare, dulcemque intelligi haustum*. Fortasse emendandus numerus, & compendio reddendus, uti in antiquioribus libris. Caeterum allata ex Harduino lectio cum Solino etiam respondeat, atque integra sit in re ad Danubium spectante: satis erit intelligere Danubium mare hoc loco Plinium appellare ingentia illa ostia fluvii, quae in ipsomet Ponto dulces ad tantum spatii aquas retinent. Corruent ex restitutâ lectione, quaecumque de Mario pisce post Gelenium somniarunt recentiores. Juvat Plinio Aeliani dicta comparare, cujus graeca verba tali pacto in elaboratâ Londinensi editione ad Latinum idioma tornantur (*m*). *Istrianus natione piscator ad Istri ripam boum par impellit, ---- Quod si equorum par adsit, iisdem utitur; & jugum ipse humeris gerens, istic accedit, ubi commodam sibi & sedem & piscationem fore arbitratur; atque ad ripam jumentis pabulum apponit, unde interea haec complentur, dum ipse funis bene firmi, & ad trahendum idonei, alterum caput ad medium jugum alligat; ex altero capite hamum appendit validissimum illum acutissimumque, quem asso tauri pulmone instructum ad alliciendum Istrianum Silurum suavissimam ei escam dejicit; postquam ex linea, ad quam hamus alligatus est, quantum satis sit plumbi, ad moderandum tractum appendit: ubi Silurus bubulae escae sensum percepit statim escam appetens, atque, quae desiderabat, abunde nactus hamum incaute totis faucibus*

(a) *Vid. Facciol. in voce* cupedia. (b) *Trin. I.* 13.
(c) *Tuscul. IV.* 11. (d) *Lib. V.* 45.
(e) *Venet.* 1483. 1491. 1496. 1494. 1519. (f) *Lib. IX. not. XXV. pag.* 538.
(g) *Lib. III.* 3. (h) *De Moribus Germanor. XXVIII.* (i) *Lib. XVIII.* 15.
(k) Vocabolario della Crusca *tom. III. pag.* 117. (l) *Lib. IV.* 12.
(m) *Lib. XIV.* 25. *pag.* 800.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
trahitur porculo marino simillimus: & in	*trahitur Porculo marino simillimus* [1], *& in*

ANNOTATIONES.

cibos devorat, & nimia gulae aviditate transfixus imprudens, dum ex eo evadere cupit, omnibus viribus funem exagitat. Quod quidem ipsum animadvertens piscator, cum summo gaudio quam mox a sessione exsurgit, & boves equosque admotis stimulis incitat, tanquam arator jam ex piscatore factus (ut qui in fabulis subito personam mutant) ac jumentis cum cetaceo pisce bene robusto luctatio est. Nam hic Istri alumnus omni virium contentione in altitudinem se deprimit, illa contra funem retrahunt, piscis igitur vincitur ex amborum tractu, atque in ripam jugo extrahitur.

Hisce verbis putaverim nihil magis ad rem inveniri, ut Silurus boum jugis extractus ab Istriano piscatore apud Aelianum; optimè protelis boum extrahi dicatur a Plinio. Constat enim ex ipso, aliisque antiquis Danubium Istri nomenclaturâ quoque appellari; atque ubi secundo nomine vocari incipiat, suo loco invenies (*a*).

(1) *Porculo marino simillimus*. Hoc nomine Sturionem designari adstruit Harduinus, quod minimè improbo, cum Silurus me judice, & Sturio ex eodem genere sint. Porculus marinus, quem *Copese* dicunt Ferrarienses, *Turcone* Placentini. Hic in spinae figurâ caudâque verum Sturionem refert, os tamen anatario accedit; ideoque Chamaeleonti assimilatur; Suillus etiam a Plinio dicitur, eo quia caro terrestris suinae referat speciem: sed quod maximè notandum, horum omnium piscium proles vocatur *porcella*, & *porcelletta*.

In externorum preasertim gratiam exscribam italicae epistolae partem, quam doctus Dominicus Angelinus rogatus mihi nuperrimè misit.

Lo Sturione, il Ladano, e il Copese, quando sono piccoli si chiamano Porcella fino al peso di sedici libre circa, cioè Porcella di Sturione, Porcella di Ladano, e Porcella di Copese. Fatto grande lo Sturione di libre venti, allora ha il latte che prima non aveva, e si chiama Spiardo, e mantiene questo nome fino che arriva a tre pesi, e allora nudrisce, e fa le ova, e si chiama Sturione ---- e li più grossi di questi paesi arrivano a dieci pesi, ed ancor più alle volte. Quando lo Sturione si piglia pieno d' ova grosso e tondo, si chiama Bobba, *quando poi ha seminate le ova dopo San Pietro si chiama* Sbilfera, *ed allora è più feroce di prima, e la carne non è così buona come prima per esser magro. Questo pesce monta nel Po a mezzo Febrajo, e vi sta fino al mese d' Agosto. E vestito di tre ordini di cappe dure, una sul dorso, le altre una per fianco: la sua pelle è ruvida come quella delle Raze. Il suo colore nella parte superiore quasi turchino oscuro, o piombino, ma di sotto è bianchissimo, perchè nuota toccando la terra, e d' ordinario si pigliano nei fondi e in terra. E un pesce bello di fatezze, ha un muso longo e ben proporzionato, bocca alquanto longa ma tonda, non ha denti; ma bensì un circolo quasi tondo duro come è l' osso, ha una sola spina, ma non ha forma di spina commune alla maggior parte de' pesci, ma fatta a guisa dei nervi della Raza, ma dura. Dal capo fino alla coda tiene unito alla spina un nervo durissimo, che non si puo mangiare ----- Nudrisce un buon fegato, e una sola budella per fare le trippe, che riescono buonissime. Nuota con quattro pennoni quasi sempre per terra, benche moltissime volte si vedano a saltare nel maggior corso dell' acqua. Il suo capo è coperto di una cappa forte e dura, e le due sguanzie sono fortissime.*

Il Ladano, Attilus, Adelus, *ha la stessa figura dello Sturione, ma è molto più bianco, il muso assai più longo & acuto, pesce di poca stima, perchè ha la carne quasi stopposa. Questo cresce fino al peso di quaranta pesi, con Raine di libre 20. e 25. nel ventre, e con Cheppie ancor vive --- e quando è ben pasciuto se s' incontra, facilmente si piglia, ma con grande ajuto per la grandezza sua: poco si sbatte nell' acqua a differenza dello Sturione, che fa grandi sforzi, la di lui carne cede facilmente ai colpi del ferro per tirarlo in barca, perchè è frolla, e muore quasi subito che è preso; è di poco gusto, e quasi filoso, correndo un antico proverbio in Ferrara, quando si vuol disegnare qualche gran differenza come tra lo Sturione, e il Ladano. Dicono alcuni che stia in Po ancora l' inverno, ma altri prattici lo negano. Le Porcelle sì, sempre vi stanno. Si è osservato che di mezzani mai se ne prendono, ma o grossissimi, o porcelle. Ha grandissima bocca in proporzione, carne bianca, floscia e filosa.*

Il Copese è della stessa struttura e fatezze, ma questo è di color giallo scurotto di sopra, di sotto giallo chiaro. Questo monta nel Po a mezzo Aprile, e vi sta tutto Ottobre: la sua grandezza arriva a due pesi e mezzo, e tre, ma sono rari di tal mole, che si piglino ---- la sua carne quando è grasso riesce dolce, nella coda è similissimo allo Sturione.

Ex allatis breviter nonnulla retractanda. Nomen *Porcella*, & *Porcelletta* communis *Sturioni*, *Ladano*, *Copesio* ostendit novitiis appellationibus magnam inter hos omnes pisces adesse affinitatem; ideoque in Porculorum marinorum genere comprehendi: de iis etiam in Pliniano breviario libri XXXII. legit Harduinus: *Porcelli*, sive *Porci*. Sturio igitur, Ladanus, Copesius dicitur *Porcella*, & *Porcelletta* [non *Porcelleto*, ut apud Harduinum aliosque] cum minor est librarum XX. Vox *Sbilfera*, quae Sturioni unicè adaptatur, Langobardis jactationem & ferociam sonat; ideoque optimè convenit audaci Siluro. Cum post generationem Sturio evadat insipidior: fortasse ad hanc tempestatem allusit D. Ambrosius, ubi Siluri carnem nauci videtur fecisse. Cum per id temporis Sturio ferocnlus, & supra aquarum superficiem appareat, non abnuverim, quòd in Rheno & Danubio innatantes equos demergere potuerit. Convenit etiam Plinianae narrationi Sturionem os habere in rotunditatem desinens, quamvis sit rostro oblongus, unde aliquâ ratione Chamaeleonti assimilatur. Haec omnia iis innotescunt, qui Sturiones & Copesios contemplarunt; curiosisque sufficiet Sturiones in Pinacothecâ nostrâ intueri, quos eleganti Felicis Boselli pictoris manu redditos possideo. Color caeruleus in aquilum tendens, sive plumbeus optimè respondet Ausonii Siluro, quem describit

-- -- *Actaeo perductum tergora olivo*.

Unica Sturionis spina, a caeteris piscium omnino dissimilis cohaeret sequentibus Plinii verbis, cum ad Borysthenis, & Danubii ostia ingentes capiantur Sturiones *nullis ossibus, spinisve intersitis, carne praedulci*. Cui enim similia praeterquàm Sturioni adaptabuntur? Omni igitur ratione Georgius Merula (qui occulatissimus Grammaticus a Paullo Jovio appellatur) Juvenalem illustrans, parum Silurum a Sturione abesse opinatur. Siluri adipem commendat Plinius: scimus & Sturionem adipe abundare. Multa Siluri salsamenta in Naturali historiâ enumerantur: nos *Caviaria* appellamus, quae ex Sturionis salitis ovis conficiuntur. In Tanai amne apud Tanam Emporium tantam esse Sturionum copiam adnotavit Jovius, ut praeter *Caviaria*, etiam (quae novitio vocabulo dicimus) *schinalia* conficiantur: ex summo nempe Sturionis spinali dorso, sale fumoque inveterata. Fortasse requiret lector, unde Siluri nomen in Sturionem abierit. A Michaele Silvio Lusitani Regis ad Clementem VII. Legato felicissimè inventum opinatur Jovius, ut Asturiones dicti sint, cum longè optimi omnium confessione in Asturiâ inveniantur. Verùm hujusmodi gratis asseruntur, cum Asturiae Provinciae nomen antiquissimum sit, unde Equis Asturconum appellatio deducta,

ideo-

(a) *Vide hujus voluminis pag. 54.*

Ex Harduin.

in Borysthene memoratur praecipua magnitudo, nullis ossibus spinisve interfitis, carne praedulci. In Gange Indiae platanistas vocant, rostro delphini & cauda, magnitudine autem XV. cubitorum. In eodem esse Statius Sebosus haud modico miraculo affert, vermes branchiis binis, sex cubitorum, caeruleos, qui nomen a facie traxerunt. His tantas esse vires, ut elephantos ad potum venientes, mordicus comprehensa manu eorum abstrahant.

Ex nostrâ recensione.

in Borysthene memoratur praecipua magnitudo [1] *nullis ossibus spinisve interfitis carne praedulci. In Gange Indiae Platanistas vocant rostro Delphini & caudâ: magnitudine autem XV. cubitorum. In eodem esse Statius Sebosus haud modica miraculo affert Vermes branchiis binis LX. cubitorum* [2] *caeruleos, qui nomen a facie traxerunt. His tantas esse vires, ut Elephantos ad potum venientes mordicus comprehensâ manu eorum abstrahant.*

Ex Harduin. XVI. pag. 508.

XXII. Sunt & in hac parte naturae auguria, sunt & piscibus praescita. Siculo bello ambulante in litore Augusto, piscis e mari ad pedes ejus exsiliit: quo argumento vates respondere, Neptunum patrem adoptante tum sibi Sex. Pompeio, (tanta erat navalis rei gloria) sub pedi-

Sunt & piscibus praescita in hac parte auguria [3]. *Siculo bello, ambulante in litore Augusto, piscis a mari ad pedes ejus exiliit. Quo argumento* [4] *Vates, respondere Neptunum patrem adoptantem eum sibi* [5] *Sexto Pompejo repudiato* [6] *(tanta erat navalis Rei gloria* [7] *) sub pedi-*

ANNOTATIONES.

Ideoque si & piscibus, hi Asturiones potiùs, quàm *Sturiones* fuissent vocitati. Italicum verò Sturionis nomen ferreis seculis per Barbarorum incursiones delatum apertè constat, cum a Germanis dicatur *Stör*, unde rectum Etruscum processit *Storione*, Langobardicum *Sturione*. Gallis *Estourgeon*, Hispanis *Esturion*. Gothicam profectò Sturionis appellationem agnovit Julius Caesar Scaliger, cui assensum cum Aldrovando, aliisque praebeo. Convenit & Jonstonus ubi scripsit (a): *Piscis, quem nos gothico vocabulo Sturionem, quasi* [illegible] *quod prorae rostratae speciem gerat, dicimus.*

Vltimam etymologiam tueatur Jonstonus, ostendatque rationem, quâ Gothi nomen a Graecis acceperint, quando tanta adest discrepantia, ut noscamus si novitiorum Graecorum appellatio a veteri Oxyrincho deducta sit, quae dictiones toto caelo a Sturione distant. Hoc certè minimè praetereundum, quòd Hispanis Sturio, non unicè *Esturion*, sed etiam per synonymiam dicitur *Solla* (b) & *Sullo* (c), quae vocabula certissimè a Latinorum Suillo deducta, Plinio, atque Isidoro respondent, unde *Sullo* Hispanorum, *Porcelletta* nostratium, Porculo marino, itemque Siluro optimè conveniat.

(1) *Praecipua magnitudo*. Suspicor legendum *praecipuâ magnitudine*: Codices tamen, & bibliopolae omnes habent *praecipua magnitudo*.

(2) *LX. cubitorum*. Miro consensu hanc scripturam membranae & librarii retinent. Harduinus reposuit *sex* [d]. Verùm oporteret ad manus habere deperditos Sebosi labores. Harduino utique concedo Solinum Plinii mentem hoc loco minimè assecutum, qui bina vermium branchia *longitudinis cubitorum non minùs senum* affirmavit, cum Noster de vermium, non de branchiarum longitudine, sermonem habeat. Vbi verò sustineretur, quòd branchia senis constarent cubitis, incredibile minùs evaderet haec monstra ad LX. cubita fuisse porrecta. Mihi constat Plinium a minori ad majus progredi; hinc Platanistas XV., subinde Vermes LX. cubitorum describit, quem numerum (ex Sebosi tamen non Plinii fide) suadent verba *haud modico miraculo*, & vires, quibus poterant Elephantes proboscide correptâ in fluvium abstrahere.

(3) *Auguria*. Hanc lectionem exhibet uterque Ambrosianus codex: cui suffragantur Venetae editiones [e], aliaeque passim (f). In Romanâ: *sunt & piscibus praescita in hac parte Naturae auguria* (g). Non additamento *naturae* contentus Gelenius vulgavit: *sunt & in hac parte naturae auguria, sunt & piscibus praescita*. Ignoro, cur illi adhaeserint recentiores, cum Pintianus adoptatam a nobis scripturam ex Salmanticensi subjiciens, unicè addiderit in apographo Toletano legi: *sunt & piscibus praescita*; reliqua verò redundare. Breviorem Toletani, utpote veritati magis accedentem vir acutissimus laudavit. Vbi a Mediolanensibus, caeterisque membranis esset discedendum, Pintiano adhaererem. *Naturae* enim vocabulum superfluit, quod etiam ostendit rerum tractatarum elenchus primo volumine. *De auguriis & diversitate piscium*. Haec omnia non ignoravit Harduinus, qui verba *sunt & in hac parte Naturae auguria* desiderari in codd. Regiis 1. 2. & Chiffletiano non dissimulat. Iis conveniunt Laudini membranae, cui subscribit Braciolus (h). Contra Ludovicus Dominicus, & Paullus Manutius Gelenio accessere.

(a) *Lib. II. 7.* (b) *Vide emendat. XXVIII. ad IX. lib. pag.* 538.
(c) Franciosini Vocabolario Español *pag. 694.* (d) *Vide Jamnetas. Halicuticor. lib. II. pag. 264. num.* 14.
(e) 1469. 1472. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519. (f) *Tarvis.* 1479. *Parm.* 1476. 1480. 1481. *Paris.* 1526.
(g) 1470. (h) *Edit. Venet. ann. 1543. pag. CCXIIII.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
pedibus Caesaris futuros, qui maria tempore illo tenerent.	*pedibus Caesaris futuros, qui maria tempore illo tenerent* (1).

Ex Harduin. pag. 510.	Ex nostrâ recensione.
XXVII. Apud antiquos piscium nobilissimus habitus acipenser, unus omnium squamis ad os versis, contra quam in nando meant, nullo in honore est, quod qui-	*Apud antiquos piscium nobilissimus habitus Accipenser* (2), *unus omnium squamis ad os versis contra aquam nando meat* (3); *nullo nunc in honore est* (4), *quod*

ANNOTATIONES.

(4) *Quo argumento*. Subaudi *reddiderunt respondere Neptunum*. Hâc intercisione apud Plinium brevitatis, sed non confusionis amatorem omnia ritè incedunt. Harduinus interpolatum ab editoribus locum eo modo: *Vates spondere, Neptunum Patrem adoptato tum sibi*, restituisse asserit, fide codicum Reg. 1. 2. Colbert. 1. 2. Paris. Chifflet. vet. Dalecampii, aliorumque, itemque Dalecampium secutus. Pro editionibus Frobenios a Gelenio deceptos rectiùs nominasset, cum veteres typographi *respondere* ubique vulgaverint (*a*). Gelenius Manutium, Dalecampium, caeterosque a verâ lectione nostrâ (quam Mediolanenses membranae ad unguem retinent) malo fato abduxit. Recentiores tamen comam ab antiquis omissam genuinâ ponentes sede, nempe: *quo argumento vates, spondere Neptunum*, in periodi divisione, atque elegantiâ nobis utique conveniunt.

(5) *Eum sibi*. Non Siculo bello, sed postea ratum fuisse omen ex Augusti nummis ad rem ostendit Harduinus, in quibus Neptuni effigies, in aliis navale trophaeum.

(6) *Repudiato*. Primus, qui novam induxit scripturam fuit Pintianus. Ediderant ante illum typographi. *Quo argumento vates respondere Neptunum* (in quibusdam malè *Neptunnum* (*b*)) *patrem adoptantem eum sibi Sexto Pompejo repudiato. Tanta erat navalis rei gloria sub pedibus caesaris futuros, qui maria tempore illo tenerent*. Cum igitur impeditus sensus videretur, ad Toletanum apographum iterum accessit, ubi *tum* non *eum*, & illud *repudiato* non habetur; ideoque in universum legendum conjecit. *Quo argumento Vates respondere, Neptunum patrem adoptante tum sibi Sexto Pompejo, tanta erat navalis rei gloria, sub pedibus Caesaris futuros, qui maria tempore illo tenerent*. Verùm nostri codices, itemque Ambrosiani vocabulum *repudiato* agnoscunt. In I. legimus *repudiato Sexto Pompejo*: in II. *Sexto Pompejo repudiato*. Adde membranis ipsam orationis texturam, quae id exposcere videtur.

(7) *Navalis rei gloria*. Neptuni sese filium appellasse Sext. Pomp. illius restantur nummi, & Appianus Alexandrinus [*c*]: si plura optas praeter Harduinum, consule Dionem, & Xiphilinum a Pedrusio in Pompej tabulâ allatos [*d*].

(1) *Tenerent*. Ciceronis sententiam & verba imitatur Plinius, cum Oratorum Princeps de Cnejo Pompejo Sexti parente scribens: *Pompej*, inquit (*e*) *omne consilium Themistocleum est; existimat enim qui mare teneat, eum necesse rerum potiri*.

(2) *Accipenser*. Dubitant Grammatici, utrum *accipenser*, vel *acipenser* scribendum sit. Harduinus, qui secundam tueret lectionem, celebri Martialis versiculo innititur (*f*); illumque ita reddit (*g*).

Ad Pallatinas acipensem mittito mensas:

Sed ut multa arbitrariò, vel saltem dubia, pro certissimis posuit, eâdem ex causâ ab antiquâ apud Plinium orthographiâ minimè discedam. Quamvis in multis Martialis codicibus occurrat *accipensera*: notant Lexicographi potiùs *acipensem*, sive *accipensem* legendum esse in Epigramatarii versiculo; cum Latini voces, quas a Graecis non sunt mutuati, graecâ terminatione in accusativis singularibus minimè usurpent, & sanè Romanum unicè accipenseris vocabulum esse proximè ostendemus. Potuit igitur secundâ licenter correptâ cecinisse Martialis.

> Ād pălātīnās ăccĭpēnsēm mīttĭtĕ mēnsās,
> Ambrosias ornent munera rara dapes.

In omnibus enim, quos vidi, Poëtae codicibus, illud *pallatinas* minimè inveni; quamvis non ignorem a recentioribus Martialis typographis (quos inter Hackios recenseo) fuisse receptam Harduini lectionem [*h*]. Certè Aldrovandus exemplarium inconstantiam adnotavit [*i*]. Nobis subscribit Hippolytus Salvianus (*k*), itemque Franciscus Massarius, qui IX. Plinii librum, & hunc locum signanter illustravit [*l*]. Neque differt Ludovicus Dominicus, & Victurus [*m*]; quamvis cum Peroto reddat.

Ad palatinas accipensera mittite mensas.

Inibi Sipontinus Antistes Plinii verba, & a Macrobio vulgata ob oculos habens, addidit (*n*): *nec desunt, qui Accipenserem piscem ab accipiendo derivatum existiment, quod frequens mensis accipiatur*. Etymologia alios, & Perotum, habeat patronos, nobisque sufficiat ad tollendam disputationem Athenaei testimonium, qui piscem hunc a Romanis ἀκκιπήσιον appellari testatur (*o*); unde *accipenser*, non *acipenser* a Dalecampio reddendus erat [*p*]. Videtur tamen in viam rediisse, cum post latinam Athenaei aemulationem anno 1583. vulgaram, Plinio manus admovens nostram undique sequatur orthographiam. Arguendus igitur nobis erit Rondeletius, qui apud Athenaeum legens ἀκιπένσερα, ex iis deduxit Grammaticorum errorem, qui auctore Sipontino Acipenserem ab accipiendo dictum putant, quòd frequenter accipiatur: *nam* inquit (*q*), *& rarus est piscis, & nomen duplici c scribendum foret*. Prima utique rectè incedunt, ultima satis malè, cum sibi invicem Plinii, Plauti, & Macrobii dicta cohaereant; Quodque magis est Gesnerus, in graecis Athenaei exemplaribus testatur bis occurrere ἀκκιπένσερα; idque Aldrovandus minimè ignoravit, ut etiam in impressione, cui Casaubonus animadversiones suas adjecit, legi ἀκκιπήσιον (*r*).

A Plinio igitur Accipensis hic piscis appellatur; illorumque sententiam adhuc non improbabimus, qui *Acipensem* in

(a) *Venet.* 1472. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519. *Parm.* 1476. 1480. 1481. *Tarvis.* 1479.
(b) *Venet.* 1472. 1483. *Parm.* 1480. 1481. *Tarvis.* 1479.
(c) *Lib. V. Bellor. Civil.* (d) Cesari in Oro *tom. I. tabul. I. pag.* 5.
(e) *Ad Attic. lib. X.* (f) *Lib. XIII.* 91. [g] *Emend. XLV. pag.* 359.
(h) *Cit. lib. XIII.* 94. *pag.* 732. [i] *De Piscib. lib. IV.* 9.
(k) *In Praefat. ad hist. Aquatilium.* [l] *Pag.* 89. *edit. ann.* 1537. [m] Voiture *tom. I. epist. CXXXVI. pag.* 268.
(n) *Cornucop. fol. CXXXIX. 6. edit. an.* 1500. (o) *Deipnosoph. lib. VII. fol.* 294. *edit. an.* 1612.
(p) *Cit. loc.* (q) *De piscib. lib. XIII. pag.* 412. (r) *Vide Aldrovand. de piscib. lib. IV. 9. pag.* 525.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
quidem miror, cum ſit rarus inventu. Quidam eum elopem vocant.	*quod quidem miror, cum ſit rarus inventu* (1). *Quidam eum belopem* (2) *vocant.*

Tom. II. O

Om- *Om-*

ANNOTATIONES.

in Martiale legunt, & primam & ſecundam vocabuli ſyllabam corripiunt; cum non ignoremus multa Vatibus licere; tum magis iis in vocibus, quae ob longitudinem metro obluctantur. Imò in hujus piſcis nomine videntur ſibi convenire Lucilius, atque Ovidius. Primi verſiculos ex Ciceronis libris (*a*) attulit in hanc ſpeciem a multis diverſam Iſaac. Verburgius (*b*).

O Publi, o gurges, Galloni: es homo miſer, inquit:
Cenaſti in vitâ nunquam bene, cum omnia in iſto
Conſumis, ſquillâ, atque acipenſere cum decumano.

Apud Ovidium legimus in Halieuticorum fragmento (*c*).

Tuque peregrinis Acipenſer nobilis undis.

Lucilii carmina Harduinus omittit, Naſonis verſiculum, ut puto, minimè attulit, quia ſibi ademerat patrocinium, cum Poëmatium non Ovidio, ſed alteri longè recentiori attribuat (*d*): oblitus caeteroquin in annotationibus ad hunc ipſiſſimum Plinii librum pro germano Naſonis opere accepiſſe (*e*). Janus Vlitius, qui nullo judicio in Plinium invectus eſt, & Halieuticon Gratio Faliſco adſcribit: ad allatum verſiculum adnotavit in MS. legi *Accipienſer* (*f*). Convenit ſcriptura ſecundo Pliniano Ambroſianae codici. In primo legitur *accipenſer*, quâ orthographiâ putarem hujus piſcis nomen etiam apud Ciceronem reſtituendum.

(3) *Contra aquam nando meat*. Ignotam antea in Plinio ſcripturam primus indicavit ex Chiffletii volumine Dalecampius. Hanc in Regio I. Colbertino I. & Pariſienſi invenit Harduinus. Ego mendoſam in omnibus ſuſpicor. Neque enim ſtatim membranis fidendum; inſpicere enim & alias oportet, eaſque & inter ſe, & orationi comparare. In primo Ambroſiano *ad os verſus ---- contraq. natando meant*. Inde fortaſſis depravata emerſit ſcriptura. Contra Guarini codex nobis omnino favet. Lectio igitur ab Harduino adoptata captu difficilis videtur (quamvis rem evincere Plutarchi nitatur teſtimonio) cum non ſemper piſces adverſus undas natent. Exemplo ſit *Trocta*, quae ſpeciatim gaudet contraria ire per fluenta; & tamen in fluviis genita lacus quoque intrat; itemque in lacubus orta ſecundos amnes ingreditur; & ſtatis item temporibus ab Adduâ in Larium, autumni initio a Lario iterum in Adduam commigrat. Accipenſer igitur ſquamis ad os verſis (ſecus ac alii piſces faciunt) contra aquas meat, quod adnotandum erat Rondeletio. Mirandum enim in eo praecipuè ſiſtit, quòd ſquamis ad os verſis natet: quamvis Medico aſſentiar piſces modò ſecundâ, modò adverſâ, modò obliquâ, modò tranſverſâ natare aquâ, prout impetu, vel praedae aviditate impelluntur. Haec attigit ex Nigidio Figulo eleganter Macrobius eo loco, ubi Plinium ad Trajani aetatem deduxit. Operae pretium erit verba omnia ſubjicere, cum illius ſententia non uno loco veniat retractanda. Vbi enim oſtendere intendit ſecundo Punico bello celebratum fuiſſe Accipenſerem: *accipite*, inquit (*g*), *ut memineris ejus Plautus in fabulâ, quae inſcribitur Baccharia ex perſonâ paraſiti*.

„ Qualis eſt mortalis tantâ fortunâ affectus unquam
„ Quàm ego nunc ſum? Cujus haec ventri portatur pompa
„ Vel nunc qui mihi in mari accipenſer latuit ante hac
„ Cujus ego latus in latebras reddam meis dentibus & manibus.

Et ne vilior ſit teſtis Poëta, accipite aſſertore Cicerone, in quo honore fuerit hic piſcis apud P. Scipionem Africanum illum, & Munatium. Haec ſunt in dialogo de Fato verba Ciceronis „ Nam cum eſſet apud Liternium Scipio, unàque Pontius: allatus eſt fortè Scipioni Accipenſer, qui admodum raro capitur, ſed eſt piſcis, ut ferunt, in primis nobilis. Cum autem Scipio unum, & alterum ex ſuis, qui eum ſalutatum venerant, invitaſſet, pluresque etiam invitaturus videretur: in aurem Pontius: Scipio, inquit, vide quid agas, Accipenſer iſte paucorum hominum eſt „ *Nec inficias eo temporibus Trajani hunc piſcem magno in precio non fuiſſe teſte Plinio Secundo, qui in Naturali hiſtoriâ, cum de hoc piſce loqueretur, ſic ait:* „ nunc nullo in honore eſt quod quidem miror, cum ſit rarus inventu „ *ſed nec diu ſtetit haec parſimonia; nam temporibus Severi Principis, qui oſtendebat duritiem morum, Sammonicus Serenus vir ſeculo ſuo doctus, cum ad Principem ſuum ſcriberet, faceretque de hoc piſce ſermonem, verba Plinii Secundi, quae ſuperius poſui, praemiſit, & ita ſubjecit*: Plinius (ut ſcitis) ad Trajani uſque Imperatoris venit aetatem. *Nec dubium eſt, quod ait nullo honore hunc piſcem temporibus ſuis fuiſſe: verùm ab eo dici apud antiquos autem in precio fuiſſe, ego teſtimoniis palam facio, vel eo magis quòd gratiam ejus video ad epulas quaſi poſtliminio rediſſe ---- ſed quod ait Plinius de accipenſeris ſquamis, id verum eſſe maximus rerum naturalium indagator Nigidius Figulus oſtendit in ejus libro de animalibus IIII. ita poſitum eſt* „ cur piſces alii ſquamâ ſecundâ, accipenſer adverſâ ſit „ *Haec Sammonicus* &c.

Qui porrò piſcis fuerit Accipenſer, & quale ex Neotericis ei nomen ſit tribuendum, fateor me ignorare, quamvis probè ſciam illos omnes decipi, qui Sturionem noſtrum eſſe vel affirmant (*h*), vel ſuſpicantur (*i*). Sturio enim craſſioribus adeò ſquamis, oſſeâ duritie, & toto dorſo inſtructus apparet, ut illas ad os vergere nullo modo poſſit. Praeterea arguuntur Lexicographi apertiſſimo Plinii teſtimonio qui (uti innuimus) hippopotamos, & crocodrilos communes mari, terrae, amni: thynnos, thynnides, ſiluros, coracinos, percas amni tantùm ac mari attribuens: ſtatim addidit: *Peculiaris autem maris accipenſer, aureta*. Quare cum omnes norint Sturiones ſive in marinis, ſive in dulcibus aquis genitos a magnis poſtea fluminibus nobilitari, nullâ ratione Romanorum Accipenſer eſſe poteſt, qui fluvios non intrat, quique admodum raro capitur. Accipenſerem Pamphilii maris indigenam [*k*], alii Rhodio pelago attribunt. Ex iis conſtat Sturionem minimè eſſe poſſe: ſufficiatque Hippolyti Salviani nomenclaturam in praefatione conſulere, ubi M. Varronis, Columellae, Aeliani, caeterorumque veterum teſtimonia congeruntur.

(4) *Nullo nunc in honore eſt*. Recentiores particulam *nunc* omiſerunt, ab antiquis omnibus receptam: illam ſenſui opportunam adjicere tenebatur Harduinus, qui a Macrobio allatam novit. In Plinii exemplaribus legitur *nullo nunc*; inverſo ordine apud Macrobium, cujus tamen voces a librariis quandoque vitiantur. In Venetâ Macrobii impreſſione apud Philippum Pincium ineptè occurrit [*l*] *nullo modo in honore eſt, cum ſit parvus inventu*.

(1) *Rarus inventu*. Iterum ex his verbis probatur Accipenſerem Plinianum nullâ ratione Neotericorum Sturioni convenire. Quis enim Sturionem nauci habitum Veſpaſiano, ac Tito regnantibus, & caeteroquin inventu rarum affirmabit; cum tanti in hanc diem in Nilo, Iſtro,

Sao,

[a] *Lib. 2. de finib.* (b) *Tom. II. pag. 607, edit. Amſtel.* 1724.
(c) *Verſ.* 122. [d] *Ad Plin. lib. XXXII. 10. pag.* 595. *num.* 1.
(e) *Pag.* 520. *num.* 2. *& pag.* 521. *num.* 3. (f) *Pag.* 213 [g] *Lib. II.* 12.
(h) *Rondelet. lib. XIV. 9. pag.* 413. *Jonſton. lib. II. 7. vide & tabulam XXIII. Nicol. Jannetaſ. Halieuticor. lib. II. pag.* 264. Vocabolario della Cruſca *tom. IV. pag.* 502. Encyclopedie *tom. V. in voce* Eſturgeon.
(i) *Vide Facciolat.* Vocabolario Italiano, e Latino *in voce* Storione.
(k) *Vide Salvian. Aquatil. Animal. hiſtor.* (l) *Ann.* 1500. *lib. III. fol. XXXVI.*

Ex Harduin. XXXI. pag. 518. & 519.

Omnia ejus generis hieme laeduntur, autumno & vere pinguescunt, & plenilunio magis, quia nocte sidus tepido fulgore mitificat. ——— ——— ———

Cancri in pavore etiam retrorsum pari velocitate redeunt. Dimicant inter se, ut arietes, adversis cornibus incursantes. Contra serpentium ictus medentur. Sole Cancri signum transeunte, & ipsorum, cum exanimati sint, corpus transfigurari in scorpiones narratur, in sicco.

Ex nostrâ recensione.

Omnia ejus generis hyeme (1) *laeduntur, autumno & vere pinguescunt, & plenilunio magis, quia nocte* (2) *sydus tepido fulgore mitificatur* (3). ——— ——— ———

Cancri in pavore etiam retrorsum (4) *pari velocitate redeunt. Dimicant inter se, ut Arietes, adversis cornibus incursantes. Contra Serpentium ictus medentur. Sole Cancri signum transeunte, &* (5) *ipsorum, cum exanimati sint, corpus transfigurari in Scorpiones narrantur* (6) *in sicco.*

AD X. LIBRVM

Ex Harduin. I. pag. 546.

SEQVITVR natura avium, quarum gran-

Sequitur natura avium (7), *quarum gran-*

ANNOTATIONES.

Sao, Dravâ, Tybisco, Borysthene, Tanai, Scaldi, Fortunatis Insulis, in Africâ, Asiâ, & Americâ passim inveniantur. Johannes Baptista Regisius (*Regis*) magnam illorum copiam in ultimis Schythis adassa quoque adnotavit, atque a Barbaris Sturionem piscium principem appellari (*a*).

(2) *Helopem*. Cum aspiratione scribo, quamvis edita exemplaria Harduino conveniant. Obliviscuntur caeteroquin librarii uniter in XXXII. libri calce vulgasse (ubi Plinius Ovidii refert sententiam) *Helopem quoque dicit esse nostris incognitum undis —— Helopi palmam saporis inter pisces multi dedere*. Apud Grammaticos scribitur *helops* & *elops*. posset etiam reddi *ellops*, aum apud Graecos inveniatur ὄλοψ, & ἔλλοψ. Refert Athenaeus Archestratum, cum de Galeo Rhodio verba faceret, asseruisse hunc ipsissimum esse piscem, qui Romanis Accipensar. In eandem sentantiam quoqua fuissa asserit Apionam Grammaticum in libro de Apicii luau. Verùm Athenaeus ab iis discedit, aum Accipenser minor sit, & rostro longiore, & corporis figurâ magis triangulari, quàm Galaus; & praeterea minimus Galeus, atque vilissimus, non minoris vendatur quàm mille drachmis Atticis (*b*). Alia Latinorum tastimonia habes ab Harduino collecta, & ipsius Plinii auctorisatem, qui allato libro XXXII. ea Ovidii sentensiâ falli eos monuit, existimantes eundem asse helopem, atque accipensarem. Nescio igitur, cur adeò in Plinium exarserit Janus Vitius, cum Halieuticorum fragmenta Gratio potiùs, quàm Ovidio cupiens adscribere, Naturalis historiaa conditorem falsissimis obstringit cavillis, de quibus suò loco agemus.

(1) *Hyeme*. Dalecampius, atque Harduinus cum recentioribus laxicographia scribera malunt *hieme*. Innisuntur grammatici Aldi Manutii junioris tastimonio (*c*), & Vossii auctoritare (*d*), qui adoptata ab ais methodo hocce verbum inveniri in vetaribus libris, ac monumentis affirmant. Hoc loco (pro omnibus) monemus, nos ab hujusmodi contentionibus undecumque abhorrere: Neque oppositam Aldo, & Vossio rationem sequarer, nisi illam in membranis, & veteribus impressionibus aasara intalligerem. Gratis igitur junior Aldus ad vetusta provocat examplaria, cum in Plinianis *hyeme* ubique invenerim: unde illorum sententia minimè exsibilanda, qui *hyemem* ab ὕω *pluo* deducunt; ideoque vocabulum per *y* reddunt. Certè Paullus Manutius Aldi filius, atque Aldi, qui da orthographiâ scripsit genitor, in Plinii teaturâ vulgavit *hyeme* (*e*): non tantùm Gelenium, sed Aleriensis, Barbari, Palmarii, Benedicti, aliorumque codices secutus. Vtrâqua igitur rationa scribes *hiemem*, atque *hyemem*, uti *sydus*, & *sidus*. Ego Plinii verba reddens illa invertere nolui, cum optimis argumentis contra Manutii placita sustineantur.

(2) *Nocte*. Harduinus *noctem*, ait (*f*), *ego quidem libentius legerim. Magis enim congruere rei videtur, tepido fulgore plenilunii noctem, quam locustas, mitificari*. Attigimus in primâ Disquisitionum parta Bellogradum (licèt nihil addiderit da Harduini conjecturâ) recepissa *noctem* (*g*). Harduinus omnibus refragantibus libris vocem diverso casu reddere non est ausus; & si qua adest amanuensis incuria, illam in verbo *mitificat* inquiro.

(3) *Mitificatur*. Ita cum I. Ambrosiano, & primigeniis typographis lego (*h*). Hanc scripturam non ignoravit Dalecampius, quamvis in operis corpore aliam receperit, quam induserunt Parmenses (*i*), & Veneti typographi (*k*). Apparet etiam in II. Ambrosiano *mitificat*. Verùm id ea contractâ dictione processissa suspicor. Plinii igitur erit sautantia, quòd sydus planilunii tempore magis apparens aa tepido fulgore mitificetur.

(4) *Retrorsum*. In Chiffletii codice *retrorsi*.

(5) *Et*. Nempe, invenio scriptum exanimari cancri corpus in scorpionam transfigurati, dum Sol Cancri signum pertransit; particula *et* hoc loco *etiam* significat. Paullus Frisius insignis mathematicus, sed Plinio ubique plus aequo infensus, nobis objecit, narrationem dictu tu-

in

(a) *Vid.* Histoir. naturel. *tom. VI.* Tartars Mancheous *lib. III. pag.* 557.
(b) *Lib. VII.* 52. [c] *Orthograph.*
[d] *Etymolog.* [e] *Vide edition. Venet. anni* 1559. *col.* 230.
[f] *Emendat. LXXVII. pag.* 541. [g] *Lib. VI. pag.* 197.
[h] *Edit. Rom.* 1470. [i] *Vid. edition.* 1476.
[k] *Venet.* 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
grandiſſimi & paene beſtiarum generis, ſtruthiocameli Africi vel Aetiopici, altitudinem equitis inſidentis equo excedunt, celeritatem vincunt: ad hoc demum datis pennis, ut currentem adjuvent: ceterc non ſunt volucres, nec a terra tolluntur. Vngulae iis cervinis ſimiles, quibus dimicant, biſulcae, & comprehendendis lapidibus utiles, quos in fuga contra ſequentes ingerunt pedibus. Concoquendi ſine delectu devorata mira natura: ſed non minus ſtoliditas, in tanta reliqui corporis altitudine, cum colla frutice occultaverunt, latere ſeſe exiſtimantium.	*grandiſſimi*, *&* *penè* [1] *beſtiarum generis Struthiocameli. Africi*, *vel Aetiopici* [2] *altitudinem equitis inſidentis equo excedunt*, *celeritate vincunt: ad hoc demum* [3] *datis pennis ut currentem adjuvent: caetero* [4] *non ſunt volucres*, *nec a terrâ tolluntur. Vngulae iis cervinis ſimiles*, *quibus dimicant*, *biſulcae*, *comprehendendis* [5] *lapidibus utiles*, *quos in fugâ contra ſequentes ingerunt pedibus. Concoquendi ſine delectu* [6] *devorata mira natura*, *ſed non minùs ſtoliditas in tantâ reliqui corporis altitudine* [7], *cum colla frutice occultaverint* [8], *latere ſeſe exiſtimantium.*
Ex Harduin. II. pag. 546. & 547.	
Cornelius Valerianus phoenicem devo-	*Cornelius Valerianus* [9] *Phoenicem devo-*

ANNOTATIONES.

dignam in Naturali hiſtoriâ auctorem ingeſſiſſe. Non tamen animadvertit hujuſmodi nullâ ratione ſcriptorem diligentiſſimum potuiſſe tunc temporis praetermittere, neque fidem ſuam recitatis obſtrinxiſſe. *Cautio tamen*, ait Harduinus, (*a*) *adhibita a Plinio eſt; ut ad communem vulgi opinionem referret, nec ſe publicae famae vadem praeſtaret. Huic ſententiae ſubſcribit Ovidius lib. 15. Metam. & ante eum Nicander in Theriac. v. 926.* Hinc mitiùs Friſio, illiuſque amico Petro Comiti Verrio cum Plinio erat agendum; ne qui a Scipione Maffejo antiquorum doctior, itemque curioſior, atque ſolertior mirandarum omnium rerum inveſtigator ritè appellaretur (*b*): ingenii mediocritate apud paucos quoſdam neotericos accuſaretur.

(6) *Narrantur*. Ex codice I. Ambroſiano, & vetuſtis editionibus (*c*). In II. *narratur* cum Harduino, & recentioribus typographis.

(7) *Avium*. Egit pleniſſimè de avibus nuperis hiſce annis Briſſonius *ornithologiâ* latino patrioque idiomate vulgatâ. Mirandum tamen, quòd in praefatione aureum Plinii librum minimè recenſeat; ſectionemque a Paullo Bellonio incipiat. Apud Briſſonium praecipuos, qui de avibus ſcripſerunt a ſeculo XVI. ad noſtram uſque aetatem invenies.

(1) *Penè*. Membranarum ſcripturam ſequor; itemque vetuſtarum editionum (*d*) non ignorans ab aliis reddi *paene*, quibus adhaeret Aldus Manutius Paulli F. Aldi N. (*e*). In Venetâ anni 1491. typographico mendo irrepſit *perne*.

(2) *Africi*, *vel Aethiopici*. Antiquae lectionis inciſura longè melior; cum poſtquam Struthiocamelos penè beſtiarum generis eſſe dixit: inter illos ob miram altitudinem celebravit Africos, vel Aethiopicos ex eo, quòd caeteris eſſent majores. Notandum Africorum nomine eos intelligere, qui in Proconſulari provinciâ invenirentur.

(3) *Demum*. Codex II. Ambroſianus *tantum*.

(4) *Caetero*. Idem codex *e cetero*. In primo minùs rectè *cetere*. In editione Venetâ principe *e cetero*.

(5) *Biſulcae*, *comprehendendis* ---- Particulam *&* ex manuſcriptis addidiſſe teſtatur Harduinus: fatendum in II. codice Ambroſiano inveniri, uti in editione Venetâ principe. Indoles tamen Plinii mihi preſſior eluceт, ubi antiquiori ex Ambroſianis adhaereas, qui particulam minimè neceſſariam omittit. Huic ſubſcribunt plures aliae vetuſtae editiones (*f*), & Johannes Matthias Geſnerus (*g*).

(6) *Sine delectu*. Hinc ferrum concoquere a multis traditur; quod a Neotericis negatum: poſſibile oſtendit Feychoous (*h*).

(7) *Altitudine*. Cod. I. Ambroſ. *in reliqui tantâ corporis altitudine*.

(8) *Occultaverint*. Ex MS *occultaverunt* induxiſſe ſtatuit Harduinus: nos in Ambroſianis, aliiſque invenimus *occultaverint*; idque etiam primigeniis editionibus reſpondet: ſubſcribit laudatus Geſnerus.

(9) *Cornelius Valerianus*. De hoc nihil Harduinus. In Auctorum ſyllabo memoratur a Plinio quadruplici loco (*i*); illiuſque memoria in operis corpore iterum ingeritur, ubi de vitibus villas & domos ambientibus (*k*). Cornelium Valerianum Plinio adhuc juvene claruiſſe hic locus, & tempora oſtendunt. Quaecumque de Phoenice ingenioſè ac prudentiſſimè collecta dum miror: obſtupeo Hermanno ab Hardtio (*fon der Hardt*) diſplicuiſſe, ut incondita hujuſmodi, atque inaudita vulgaret (*l*). *Plinius aenigmatum Poëticorum fere nullum pro latente ſcopo intellexit, ex qua imperitia veteris rei poëticae centena monſtra in hiſtoriam ejus naturalem irrepſerunt.* Sed quiſnam Poëtices allegoriam in praeſentiarum in hiſtoricis narrationibus, a Tacito quoque allatis, inquiret? Blandiatur ſibi Hermannus in Muſaei de Hero, & Lean-

(a) *Pag.* 518. *num.* 20.
(b) Arte Magica dileguata *pag.* 8. *num. IV.*
(c) *Venet.* 1472. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. *Parm.* 1476. 1480. 1481. *Tarviſ.* 1479.
(d) *Venet.* 1469. 1472. 1479. 1483. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519. *Parm.* 1476. 1480. 1481.
(e) *Orthograph.*
(f) *Venet.* 1472. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519. *Parm.* 1476. 1480. 1481. *Tarviſ.* 1479.
(g) *Chreſtomat. Plin. pag.* 441.
(h) *Tom. IX. ad II. num.* 27.
(i) *Ad lib. VIII. X. XIV. XV.*
(k) *Lib. XIV.* 1.
(l) *In Jobum tom. I. pag.* 576.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
volavisse in Aegyptum tradidit, Q. Plautio, Sex. Papinio Coss. Allatus est & in Vrbem, Claudii Principis Censura, anno Vrbis DCCC. & in Comitio propositus, quod actis testatum est; sed quem falsum esse nemo dubitaret.	*volavisse in Aegyptum tradit* (1), *quod Q. Plautio* (2), *Sex. Papinio COSS. allatus esset* (3) *in Vrbem* (4) *; Claudii Principis censurâ, anno Vrbis IↃCCC. & in Comitio propositus, quod Actis testatum est, sed quae falsa* (5) *esse nemo dubitarit* (6).
Ex Harduin. XXIV. pag. 558.	
XXXIV. Abeunt & hirundines hibernis mensibus, sola carne vescens avis ex iis quae aduncos ungues non habent: sed in vicina abeunt, apricos secutae montium	*Abeunt & hirundines hybernis* (7) *mensibus, sola carne vescens avis ex iis quae aduncos ungues non habent: sed in vicina abeunt Africos* (8) *secutae montium*

ANNOTATIONES.

andro; ibique Romam intueatur *jam Bysantii, & futurae ibi imperialis sedis praestantiam*. Subinde dictiones consulat, qui *imperialem* pro imperatoriâ sede usurpat; quique meras effutit nugas, antequam tantum virum coarguat! Qui somniis, non interpretationibus, indulget, & in ranis Ovidii libro VI. Metamorphos. detectis, ac demonstratis vetustissimam Graecorum historiam in fabulis Sulmonensis vatis latere contendebat [a]: ineptus omnino ad Plinianam eruditionem accedit.

(1) *Tradit*. Suspicabar ad III. Plinii librum legendum esse *Nepos Cornelius tradit* [b]. Neque tamen Plinii texturam dissolvi, cum membranae Harduino convenirent. Hoc loco Guarini eodea, & vetusta exemplaria habent *tradit* [c]. Atque ita plerumque incedit Plinius: *tradit M. Varro ---- tradit Verrius ---- tradit Xenophon*; & hoc ipso libro *Cremutius tradit* (d). In I. Ambrosiano cum Harduino *tradidit*.

(2) *Quod Q. Plautio*. Ita legit I. Ambrosianus, in secundo *qui Plautio*; in reliquis sibi conveniunt. Nomina, & praenomen corrumpitur in Venetâ editione principe. Hi consules processerunt anno V. C. 788. Vide, quae adnotavimus Disquisitionum lib. IV. pag. 92. & 93.

(4) *Esset*. Hujusmodi lectionis sensus erit: Phoenicem (qui in Aegyptum devolaverat) Romam delatum anno V. C. 788., subinde anno 800. Claudio Imperatore censum agente, in Comitio propositum. Vbi a Mediolanensibus, aliisque membranis esset recedendum, potiùs cum antiquis impressoribus substituerem: *in Aegyptum tradit Q. Plautio Sex. Papinio Coss., allatumque esse in Vrbem Claudii Principis censurâ anno Vrbis IↃCCC. & in Comitio propositum.*

(4) *Vrbem*. Obiter unâ vice pro omnibus monemus, Harduini typographum, sive ipsum Harduinum literam U vocalem, a consonante V majoribus characteribus exceptam ubique distinguere. Nos id mendi sustulimus, cum vel typorum incuriâ, vel fallentibus auctoris oculis irrepserit. Certè ab hâc differentiâ Romani abhorrebant, ut in elogiis omnibus videre est; unde non parum peccant, qui veterum inscriptiones contrariâ reddunt methodo; itemque funerearum conditores, ut Guidoni Ferrario, ac itidem Francisco Porro ostendere conor. Minùs rectè etiam in Gallicis monetis; (aliisque) nostrae aetatis cuditur LUDOVICUS; cum scribendum sit LVDOVICVS; quam rationem in operis hujus nuncupatione secuti sumus [e], frustra obsistente typographo, qui nobis invitis aliam adoptaverat, cum Ludovico Galliarum Regi Musarum epinicia dedicassem.

(5) *Falsa*. Laudatae membranae, & primigeniae impressiones, ut nempe falsa declaret, quae Actis fuerunt inscripta: Phoenicis in Aegyptum volatus; quodve avis Romam delatus, atque in Comitio propositus, Phoenix esset. Phoenicis fabulam plerique ex antiquis crediderunt; atque etiam ex Catholicis permulti. Divus Ambrosius latè Phoenicis obitum, & novam e rogo vitam describens: *doceat igitur*, ait [f], *nos haec avis vel exempla sui resurrectionem credere, quae & sine exemplo, & sine rationis perceptione ipsa sibi insignia resurrectionis instaurat*. Venantius Fortunatus [g].

Post cineres consumpta suos, tenuesque favillas
Sic solet, ut Phoenix se renovare senex.

Phoenicis figuram ex Plinii narratione coloribus reddiderat Anonymus ad oram Postilianae editionis anni 1481. quae in Regiâ Bibliothecâ Parmensi asservatur; illam tamen nescio quis improbâ forfice subduxit.

(6) *Dubitarit*. Codex II. Ambrosianus, & vetusti typographi. In primo *dubitaret*.

7) *Hybernis*. Membranae & primigenia exemplaria. Harduino recentiora conveniunt; utrâque ratione scribitur *hibernus*, & *hybernus*.

(8) *Africos*. Antiquam lectionem fovent manuscripti codices, quamvis in orthographiâ peccantes. In Chiffletiano adnotavit Dalecampius *Africe*: Primus Ambrosianus habet *Affricos*: Secundus Chiffletiano accedit. Harduinus scripturam suam omnium librorum auctoritate stabilitam affirmat, adversus quosdam manuscriptos in quibus *Africos* legitur. Restitutionis argumentum desumit ex proximè antecedentibus *in vicina abeunt* (h). Vltimò sententiam tuetur Aristotelis verbis, qui visas hirundines multas in cavernis, easque plumis penitus nudatas tradit (i). Veteres omnes libri Harduino adversantur; ibique legimus *Africae* (k) sive *Africos* (l). Neque different Landini codices, atque Italicae aemulationes. Neotericis *apricos* placuit ingerere. Plinii verba *in vicina abeunt*, non sanè conveniunt *apricis montium recessibus*, cum antea *abire* asserat; tunc enim conderentur in ipsissimis regionibus, non abirent. Loquitur Noster de avibus, quae maria transmigrantes Italiam petunt, & proximè de coturnicibus. Hae sunt minores aves per

(a) *Vid. Fabric. Biblioth. Latin. lib. I. 15.* (b) *Disquisit. tom. II. lib. IX. pag. 55.*
(c) 1469. 1472. 1479. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. *&c. Parm.* 1476. 1480. 1481.
(d) *Lib. X. 26.* (e) *Tom. I. fol. III.*
(f) *Exameron. lib. V. 23. col.* 110. (g) *Lib. I. 15.*
(h) *Vide Harduin. emend. XXX. pag.* 586. (i) *Hist. Animal. VIII.* 21.
(k) *Edit. Princ. anni* 1469. (l) *Edit. Venet.* 1472. 1483. 1491. 1496. 1499. 1507. 1519. *Parm.* 1476. 1480. 1481. *Tarvis.* 1479.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
tium receſſus: inventaeque jam ſunt ibi nudae atque deplumes.	*tium receſſus, inventaeque jam ſunt ibi nudae atque deplumes* [1].
Ex Harduin. XXIX. pag. 560.	
Tranſpadana Italia juxta Alpes Larium Lacum appellat, amoenum arbuſto agro, ad quem ciconiae non permeant: ſicut nec octavum circa lapidem ab eo. Immenſa alioqui finitimo Inſubrium tractu examina gracculorum, monedularumque, cui ſoli avi furacitas auri argentique praecipue mira eſt.	*Tranſpadana Italia juxta Alpes, Lacum Larium* [2] *appellat, amoenum arbuſto agro* [3], *ad quem Ciconiae non traſmeant* [4], *ſicuti nec octavum citra lapidem* [5], *ab eo, immenſo* [6] *alioquin finitimo Inſubrum tractu, examina Gracculorum monedularum* [7], *cui ſoli avi furacitas* [*argenti aurique* [8] *praecipua*] *mira eſt.*
XLIII.	*Lu-*

ANNOTATIONES.

per maria terraſque peregrinantes. Adde extrema *inventaeque jam ſunt ibi*, meliùs convenire Africis montium ſpeluncis, quàm incertis receſſibus. Africam porrò Italiae vicinam omnes norunt; & Cato praecocem ficum Carthagine tertium ante diem decerptam Patribus Conſcriptis oſtendens, tam prope a muris habere hoſtem clamitabat (*a*). Ariſtotelis verba optimè Plinio convenient, ſi de aliis, praeterquam de Italiae, regionibus loquatur Philoſophus. Haud ignoro in frigidioribus plagis hirundines flumina & lacus ſubire; idque inſtinctu quodam Naturae agunt itineris longiſſimi aſperitate deterritae. Caeterum graecas hirundines Aegyptum petere non diſſimulat Anacreon (*b*). Quod certum eſt, ab extremâ Italiâ per Gaulon, Melitam, Lopaduſam, & Aeolias inſulas Africam petunt; idque etiam in Hiſpaniâ ad Oceani fauces accidere ſcimus, ubi gregatim ad Septam, & Tingin trajiciunt.

(1) *Nudae atque deplumes*. Intellige partim omnibus pennis, partim non pennis tantùm, ſed ipſis plumulis deſtitutae. Scitu digna eſt Hevelii narratio, quam ex Scheffero affert Harduinus, ubi tamen Schefferi nomen, & patriam emendabis. Aſſerit Hevelius hirundines ineunte autumno vidiſſe, quae ſeſe in lacus ranarum more immergerent. Conſulendi quoque verſus Johannis Moeravii (*Moireau*) in carmine, cui titulum fecit *Hirundines Polonicae*.

Namque inter ſeſe pennae per mutua nexis,
Et pedibus: tepido ſubeunt humore paludes,
Ingenteſque lacus, fundo qua ſcilicet imo
Subſedit calor, & venas tepefacta calentes
Laxat hians tellus.

In iis etiam verſiculis exſcribendis Harduiniani typographi diligentia deſideratur (*c*).

(2) *Lacum Larium*. Scripturam ſequor primi Ambroſiani codicis, quae caeteris tectior videtur, ut Tranſpadana Italia Lacum Larii nomine appellet. Caeterum ſecundus codex editis convenit, quibus ubi adhaereas, minimè rejiciam. Nicolaus Heinſius per parentheſim legit (*Larium Lacum appellat*) (*d*).

(3) *Arbuſto agro*. Idem Heinſius Pintianum arguit, quòd ſui oblitus pro *arbuſto agro* legere malit *arbuſtato*. Editio princeps habet *arbuſto agro* (*e*). Subſecutae *amoenum arbuſto agrum* (*f*), quibus plerumque adhaerent recentiores. Harduinus nulla reſtitutae lectionis vel ex primigeniâ impreſſione (quam ignoravit), vel ex membranis affert teſtimonia. Hanc tuentur Ambroſianae. Caetero optimè Plinianus interpres: *arbuſto*, inquit, *agro*, *hoc eſt conſita arboribus ad uſum maritandarum vitium*, *unde Plinius idem* „ Tranſpadana Italia, cornu, tilia, „ acere, ornu, caprino, quercu arbuſtat agros „ Aequus lector eodem pacto accipiet Larium amoenum arbuſto agro, uti circa Larium adeſſe agrum amoenum arbuſto; quod de Lario, & Comenſi territorio intelligendum, non de regiunculâ inter Larium & Alpes incluſâ, uti Leander Albertus coniecit (*g*).

(4) *Traſmeant*. Ambroſianus I., & vetuſtae ut plurimum editiones (*h*). Princeps tamen cum Ambroſiano II. habet *meant*.

(5) *Citra lapidem*. Nitidè Ambroſiana exemplariâ, quod rectiùs Plinio Naturalem hiſtoriam Romae ſcribente quàm vulgatum *circa*. Ambroſianis conveniunt Chiffletii, atque alii itidem codices. Facilis eſt impreſſorum lapſus, & *circa* etiam irrepſit pro *citra* Diſquiſit. lib. VI. pag. 207.

(6) *Immenſo*. Membranarum, & Mediolanenſium praeſertim auctoritatem ſequimur, cum veriùs immenſum appellet Inſubrum tractum Cumenſibus finitimum, quàm immenſa Gracculorum monedularum examina. Addo, quòd octavum citra lapidem ab urbe Como ad Larium ſitâ incipit Mediolanenſe territorium. Hujuſmodi oſtendunt exactam indigenae ſoli notitiam Plinio adfuiſſe, cum verè immenſus ſit tractus, unde Comenſes Orobii, ab Inſubribus cinguntur. Vitioſa apud Harduini typographum inciſio irrepſit, quae interpretis oculis aufugit; neque enim ita periodus abſolvenda; nec tali pacto in Dalecampii editione (quam plerumque ſequitur Harduinus) occurrit. Jungenda igitur quae ſecundo loco affert ſuperioribus ad ciconeas ſpectantibus.

(7) *Gracculorum monedularum*. I. Ambroſiano, & vetuſtis editionibus legitur *graculorum monedularum* (*i*). Alii cum II. Ambroſiano habent *Gracculorum & monedularum*. Concinnior erit noſtra ſcriptura ex ſequentibus: *cui ſoli avi*. Variant in hujus avis orthographiâ Grammatici: a Raviſio Textore ſcribitur *Graculus* (*k*), uti a Facciolato (*l*). Aliis *Gracculus* appellatur cum Harduino, & pluribus antiquis Plinii editionibus; in quibus tamen notandum particulam *et* deſiderari, unde Gracculus, ſive Graculus monedula ea erit ſpecies ex Gracculorum genere, cui argenti aurique mira furacitas. Monuimus in Latino Facciolati lexico ſcribi *Graculus*. In Etruſco legimus *Taccola uccello . gracculus, i, monedula, ae* (*m*). Quod certum eſt, utroque modo redditur in antiquis codici-

(a) *Vid. Plin. lib. XV.* 23. (b) *Carmine XXXIII.* Εἰς χελιδόνα.
(c) *Cit. lib. & emendat. pag.* 587. (d) *Adverſ. lib. II.* 9. *pag.* 269.
(e) *Edit. Venet. ann.* 1469. (f) *Rom.* 1470. *Venet.* 1472. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. *Parm.* 1476. 1480. 1481. *Tarv.* 1479. (g) Lombardia di là dal Pò *fol.* 411. *A.* (h) *Rom.* 1470. *Venet.* 1472. 1483. 1491. 1496. 1497. *&c.* *Parm.* 1476. 1480. 1481. (i) 1470. 1472. 1476. 1479. 1480. 1481. 1483. 1497. 1499. (k) *Par. II. in Avium nomin.*
(l) *In voce* Graculus *pag.* 331. *edit.* 1758. (m) *Apud eundem Facciolatum.*

Ex Harduin. XXIX. pag. 560.

XLIII. Lusciniis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cantus, densante se frondium germine, non in novissimum digna miratu ave. Primum tanta vox tam parvo in corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in una perfecta musicae scientia modulatus editur sonus: & nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto: promittitur revocato, infuscatur ex inopinato: interdum & secum ipse murmurat: plenus, gravis, acutus, creber, extentus: ubi visum est, vibrans, summus, medius, imus. Breviterque omnia tam parvulis in faucibus, quae exquisitis tibiarum tormentis ars ho-

Ex nostrâ recensione.

Lusciniis, diebus ac noctibus continuis XV. [1] *garrulus sinè intermissu* [2] *cantus densante se frondium germine* [3], *non in novissimum dignâ miratu ave* [4]. *Primùm tanta vox tam parvo in corpusculo, tam pertinax spiritus* [5]. *Deinde in unâ perfectè musicâ scientiâ* [6] *modulatus* [7] *editur sonus, & nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto: promitur* [8], *revocatur* [9], *infuscatur ex inopinatu* [10]*: interdum & secum ipse murmurat* [11], *plenus, gravis, acutus, creber, extentus: ubi visum est vibrans, summus, medius, imus; breviterque omnia tam parvulis in faucibus, quae tot exquisitis* [12] *tibiarum tormentis* [13] *ars*

ANNOTATIONES.

dicibus Thomas Porcacchius ad allatum Naturalis historiae locum hujusmodi patrio eloquio adnotavit [*a*]. *Parimente non puo esser, se non maraviglioso quel che scrive Plinio, che al Lago di Como non volano le Cicogne; & che a otto miglia presso la Città detta, non volano Mulacchie, essendone su 'l Milanese grandissimi branchi. Ma se ciò è vero; maggior maraviglia mi genera il veder, e' hoggi questi medesimi uccelli, come dimenticata la proprietà della natura loro: volano al Lago, & nella Città di Como: perciochè quivi si veggono assai volte le Cicogne: & qui son tanto spesse le Mulacchie, che fino a hora vi dura il nome di una torre, detta delle Taccole, che così chiamano i Comaschi le Mulacchie*. Nonnulla hîc veniunt adnotanda. Ritè Porcacchius Graculum monedulam vertit cum Italis interpretibus *Mulacchia*. Malè tamen Comensi oppido adaptat, quod de Lario Plinius asseveravit. Frequenter itidem Ciconeas in Comensi Vrbe apparere confidentius affirmat Porcacchius; quando aetate nostrâ nemo illas adspexit; Ego certè nusquam Ciconeas neque Comi neque circa Larium vidi; & unicâ tantùm vice geminas sum contemplatus in Tellinâ valle. Gracculos itidem monedulas, oppidorum habitatores quis dicet, cum nusquam aedibus, turribusque; sed arboribus tantùm insideant, & non urbanas vias plateasque, sed apertos pererrent campos? Hinc est quòd in Mediolanensi territorio frequenter inveniuntur, utpote pabulis, planitie &c. iis avibus, gratiore. Turris cognomen (in praesentiarum obsoletum) originem deduxit, a frequentibus rixis. Consule Lexicon Etruscorum Academicorum [*b*]: *Taccolare, si dice anche per Trescare; talora per Altercare, Piatire*. Ibi etiam intelliges apud Italos (non unicè apud Comenses) Gracculos monedulas appellari *Taccole*, quae vox conveniet per synonimiam *alle Mulacchie*.

(1) *Continuis XV*. Numericis notis summa conficitur in editione Principe, itemque in codicibus a Dalecampio inspectis: hos sequitur Joh. Matthias Gesnerus.

(2) *Sine intermissu*. Cum Harduino, & Dalecampio codex Ambrosianus II. itemque vetustae editiones [*c*]. Nonnulli legunt *sine intermissione*. In codice I. videtur per compendium id vocabulum recipi.

(3) *Germine*. Nempe cum arbores plenissimè foliis vestiuntur, & nemora opaca fieri incipiunt.

(4) *Ave*. Haec latino casu conveniunt *Lusciniis*; notandumque erit lectori Plinium grammaticalium quisquiliarum contemptorem optimè *ave* pro *avibus* dixisse.

(5) *Spiritus*. In tam parvo corpusculo tantam vocem tam pertinaci spiritu junctam egregiè admiratur. Vltimum difficile satis eâdem vi, italicâ linguâ, reddere. Valerius Maximus eleganter *pertinax studium* appellavit [*d*]. Horatius felicissimè opposito sensu [*e*].

Nunc & latentis proditor intimae
Gratus puellae risus ab angulo,
Pignusque decerptum lacertis,
Aut digito malè pertinaci.

(6) *Perfectè musicâ scientiâ*. Sequor primum Ambrosianum codicem, cui videtur subscribere Chiffletianus, ut sensus sit: in unâ hâc ave perfectè inveniri musicam scientiam. Codex II. habet *perfecta musice scientia*. Impressa exemplaria, additâ diphthongo, Harduino conveniunt.

(7) *Modulatus*. Nempe mensuratus, ut explanat Anonymus ad Venetum exemplar anni 1472. in Ambros. Bibliothecâ asservatum.

(8) *Promitur*. Membranae omnes a nobis inspectae; id etiam ex M. adnotavit Dalecampius. In editione Principe certè legimus *promitur*. In subsequentibus *promittitur, revocatur, infuscatur* [*f*].

(9) *Revocatur*. Membranis assentiuntur primigenii typographi, & hanc scripturam rectiorem judico, quàm *promittitur revocato, infuscatur ex inopinato*.

(10) *Ex inopinatu*. Laudatae Membranae Ambrosianae.

(11) *Murmurat*. In Chiffletiano *memorat*, quod amanuensis erratum procul dubio.

(12) *Tot exquisitis*. Prima vox calami lapsu (ut conjicio) excidit Harduino. In omnibus Mss. atq. editis recipitur.

[a] Nobiltà di Como *lib. I. pag.* 17. [b] *Tom. V. pag.* 4.
[c] *Rom.* 1470. *Venet.* 1472. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. *Parm.* 1476. 1480. 1481. *Tarvis.* 1479.
[d] *Lib. IX.* 1. [e] *Odar. lib. I.* 9.
[f] *Rom.* 1470. *Venet.* 1472. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. *Parm.* 1476. 1480. 1481. *Tarvis.* 1479.

Ex Harduin.

hominum excogitavit: ut non ſit dubium hanc ſuavitatem praemonſtratam efficaci auſpicio, cum in ore Steſichori cecinit infantis. Ac ne quis dubitet artis eſſe, plures ſingulis ſunt cantus, nec idem omnibus, ſed ſui cuique. Certant inter ſe, palamque animoſa contentio eſt. Victa morte finit ſaepe vitam, ſpiritu prius deficiente, quàm cantu. Meditantur aliae juniores, verſuſque quos imitentur accipiunt. Audit diſcipula intentione magna, & reddit: vicibuſque reticent. Intelligitur emendatae correptio, & in docente quaedam reprehenſio. Ergo ſervorum illis pretia ſunt: & quidem ampliora, quam quibus olim armigeri parabantur. Scio ſeſtertiis ſex, candidam alioquin, quod eſt prope inuſitatum, veniſſe, quae Agrippinae Claudii Prin-

Ex noſtrâ recenſione.

ars hominum excogitavit: ut non ſit dubium hanc ſuavitatem praemonſtratam efficaci auſpicio, cum in ore Steſichori cecinit infantis. At ne quis dubitet artes [1] *eſſe plures, ſinguli* [2] *ſunt cantus, & non idem omnibus* [3], *ſed ſuus cuique* [4]. *Certant inter ſe, palamque animoſa contentio eſt. Victa morte finit ſaepe vitam ſpiritu prius deficiente quàm cantu. Meditantur aliae juveniores* [5], *verſuſque, quos imitentur, accipiunt. Audit diſcipula intentione magnâ, & reddit vicibus reticens* [6]. *Intelligitur emendatae correctio* [7], *& in docente quaedam reprehenſio. Ergo ſervorum illis precia ſunt, & quidem ampliora quàm quibus olim armigeri parabantur.* [8] *HS. VI.* [9] *candidam ſcio (inconditam alioqui* [10] *quod eſt prope inuſitatum) veniſſe* [11], *quae Agrippi-*

ANNOTATIONES.

(13) *Tormentis*. Anonymus ad editionem anni 1479. in Ambroſ. Bibliothecâ extantem, legendum monet *Inſtrumentis*; idque etiam in ſuae impreſſionis margine adnotavit Dalecampius. Nihil immuto, Ambroſianis, editiſque exemplaribus fretus, atque ex ipſâ tibiae figurâ.

(1) *Artes*. Optima Mediolanenſium codicum, aliorumque (*a*) intercilio, quae in editione Principe quoque apparet, ut nemo dubitare poſſit plures Luſciniis eſſe artes, cum ſinguli ſint cantus. Neque differunt ſubſecutae antiquae editiones in voce *artes*.

(2) *Singuli*. Ex iiſdem membranis, & Principe editione. In reliquis legimus *ſingulis*. Intellige, quòd non ipſiſſimi ſint cantus, ſed ſuus cuique.

(3) *Et non idem omnibus*. Membranae ita legunt. Vetuſta exemplaria *& non iidem*; non tamen omnia, cum nobis ſubſcribant Palmarii editiones (*b*), illoque antiquiores Venetae 1483. 1491. Hermolai codices, atque impreſſio anni 1496. quibus adde Alexand. Benedict. &c.

(4) *Suus cuique*. Neſcio, cur Dalecampius ediderit *ſui cuique*, quando *ſuus* erat ex Mſs. indiciis reſtituendus, quod jam a primigeniis typographis peractum.

(5) *Juveniores*. Mſs. Ambroſiani, & Chiffletianus cum editione Principe.

(6) *Vicibus reticens*. Ex II. Ambroſiano. In I. *vicibusque reticens*.

(7) *Correctio*. Ex II. Ambroſiano, Barbari, & Palmarii membranis, Joh. Matthiâ Geſnero, editione Principe, multiſque aliis (*c*): ita & in operis corpore Dalecampius, qui tamen in Chiffletiano, itemque alio Mſs. Harduini lectionem indicavit. Hanc recipit I. Ambroſianus, Raviſius Textor. In Romanâ ann. 1470., & in Venetâ quoque editione anni 1472. *correptio*. Quod fortaſſis impreſſoris mendum oritur ex membranis, ubi irrepſerat *emendente correptio*.

Neſcio quid elegantius hâc Plinianâ narratione poſſit excogitari; in luxurioſâ tantillae avis deſcriptione ingenium miratur memoratus Textor, Ludovicus Vives, aliique innumeri; illamque ſummis attollit laudibus Philippus Hiſpaniarum Infans, cujus ore Muſae loquebantur.

(8) *Parabantur*. Armigeri, ſervi erant pueri, qui olim arma deferebant. Parabantur, ideſt emebantur. Juvenalis Sat. V. verſ. 55.

Clivoſae veheris dum per monumenta Latinae,
Flos Aſiae ante ipſum precio majore paratus,
Quàm fuerit Tulli cenſus pugnacis, & Anci.

Hoc enim praecipuè ſenſu interpretanda Poëtae carmina, quidquid illa Lopeſius unicè adaptet ſervo, qui domino ad menſam miniſtraret (*d*).

(9) *HS. VI.* Notae ſeſtertiorum precium deſignantes in multis codicibus vel deſiderantur, vel corrumpuntur. Amanuenſes ex ſigiis HS. VI (quae ſex milia reddunt Seſtertiorum) modò *ſcio inconditam* (*e*) modò *ſcio viſui candidam* (*f*) ſubſtituere. Hinc ſubſecuti typographi nummorum quantitatem omittunt (*g*), quam apud Ludovicum Dominicum, alioſque recentiores reſtitutam invenies. In Parmenſibus impreſſionibus omnino ineptè legimus. *Candidam ſcio inconditam: alioquin quod eſt prope inuſitatum veniiſſe*. Iis editiones Venetae 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. &c. adhaeſerunt: legentes tamen *veniſſe*.

(10) *Inconditam alioqui*. Membranis reſpondent nonnullae editiones, demptâ tamen Principe, Hermolaus Barbarus, Johannes Baptiſta Palmarius, Johannes Caeſarius; unde neſcio quâ de cauſâ a librariis XV. ſeculi receſſerit Harduinus. Fateor ſanandam ineptam intercinſionem: *candidam ſcio inconditam: alioquin quod eſt prope inuſitatum*: non tamen τὸ *inconditam* a texturâ ſubducemus. Inuſitatum porrò magis eſt in Luſciniarum genere mares eſſe inconditos, quàm candidos; cum in altioribus Co-

m en-

(a) *Vide Dalecamp. in variant.* (b) *Vid. edit.* 1497. 1519.
(c) 1469. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519. *Parm.* 1476. 1480. 1481. *Tarviſ.* 1479.
(d) *Ad Satyr. V. Juvenal. pag.* 143. (e) *Cod. I. Ambroſ.*
(f) *Cod. II. Ambroſ.* (g) *Edit. Venet.* 1469. 1472. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519. *Rom.* 1470. *Parm.* 1476. 1480. 1481. *Tarviſ.* 1479.

Ex Harduin.

Principis conjugi dono daretur. Visum jam saepe, jussas canere coepisse, & cum symphonia alternasse: sicut homines repertos, qui sonum earum &c.

Ex Harduin. XLII. pag. 567. & 568.

Agrippina Claudii Caesaris turdum habuit (quod nunquam ante) imitantem sermones hominum, cum haec proderem. Habebant & Caesares juvenes sturnum, item luscinias, Graeco atque Latino sermone dociles: praeterea meditantes in diem, & assiduè nova loquentes, longiore etiam contextu. Docentur secreto, & ubi nulla alia vox misceatur, assidente qui crebro dicat ea, quae condita velit, ac cibis blandiente.

Ex Harduin. XLIII. pag. 568.

LX. Reddatur & corvis sua gratia, indi-

Ex nostrâ recensione.

pinae Claudii principis conjugi dono daretur. Visum jam saepe jussas canere coepisse, & cum symphoniâ alternasse (1), *sicut homines repertos, qui sonum earum &c.*

Agrippina Claudii Caesaris (2) *Turdum habuit* [*quod nunquam ante* (3)] *imitantem sermones omnium* (4). *Cum haec proderem, habebant* (5) *& Caesares juvenes* (6) *item Sturnum* (7), *& Luscinias Graeco ac Latino sermone dociles, praeterea meditantes in diem, & assiduè nova* (8) *loquentes. Longiore etiam contextu* (9) *docentur secretò, & ubi nulla alia vox misceatur, assidente qui crebro dicat ea, quae condita* (10) *velit, aliquo blandiente* (11).

Reddatur & Corvis sua gratia, indigna-

ANNOTATIONES.

mansis territorii montibus albentes quandoque Lusciniae inveniantur.

(11) *Venisse*. Editio Veneta 1472., & Parmens. *veniisse*.

(1) *Cum symphoniâ alternasse*. Apparet Plinium symphoniae nomine unicum musices instrumentum innuere. Harduinus ad Nostri sententiam, quâ Delphinum symphoniae cantu mulceri tradit, *symphonia vero* ait [a], *ipsa tibia, classicum, lyraque est. Vide Ducangium in Glossario verbo* symphonia. Vt Plinii sensum pervadamus, non ad scripturem barbaras voces ex propositâ operâ explicantem, sed ad bonos latinitatis auctores provocandum; atque ex iis intelligemus symphoniam toto caelo a classico distare. Seneca Philosophus (b). *Quid ni malit quisquis vir est somnum suum classico, quàm symphoniâ rumpi*. Opponebatur igitur militari classico mollis symphonia, quâ impudici praesertim gaudebant. Idem Seneca [c]. *Pacuvius, qui Syriam usu suam fecit cum vino, & funereis epulis sibi parentaverat, sic in cubiculum ferebatur a coenâ, ut inter plausus, exoletorum, hoc ad symphoniam caneretur* βεβίωκε. βεβίωκε. Illius pater M. Seneca (d). *Dic mihi, si cum animadvertere debeat, nec legitimo cultu ac more solemni usus interdiu tribunal conscenderit convivali veste: si cum classicum canere debeat, symphoniam canere jusserit, non laedet majestatem*. Apparet hîc symphoniam in conviviis praesertim fuisse adhibitam, unde de Caesare Augusto scribit Macrobius Saturnalium II. *Delectatus, inter coenam erat symphoniacis Turonii Flacci Mangonis*. Cicero [e] *Symphoniam Lysonis velim vitasses, ne in quartam hebdomada incideres*. Organum hoc musicum, tibiam esse contendit Mazuchius [f], quod neque approbo, neque rejicio; nihil de symphoniâ invenies apud Franciscum Blanchinum in elaborato caeteroquin opusculo *de tribus generibus instrumentorum musicae veterum organicae*.

(2) *Claudii Caesaris*. In multis codicibus additur *conjux*, [g] sive *conjunx* [h]. Vbi ultimam vocem cum Nostris exemplaribus, atque Harduino minimè recipias, illam lector subaudiet; eâdem ratione, quâ libro XXXIII. 4. occurrit. *Nos vidimus Agrippinam Claudii Caesaris edente eo navalis praelii spetaculum assidentem ei &c.*

(3) *Nusquam ante*. Subaudi *contigit*.

(4) *Omnium*. Nostrum examplar, & nonnullae vetustae editiones [i], quibus potiùs quàm Ambrosianis codicibus, aliisque impressis accederem, cum in castigato Plinii stylo illud *hominum* necessarium minimè videatur; cujus enim alterius animalis sermones imitari poterat turdus? hunc *omnium*, qui Agrippinam circumstabant, sermones imitaturem intelligo; quod si impervium legentibus evadit: aliquâ ratione credent ex sequentibus de sturno, & lusciniis.

(5) *Cum haec proderem, habebant*. Nempe Titus, & Domitianus. Monuimus in Plinii vitâ [k] non ad alios auctoram respicare, quàm ad Imperatoris Vespasiani filios, qui juvenes illo hujusmodi prodenta florebant. Contra similia ad Neronem Agrippinae, atque ad Britannicum Claudii filios trahere, minùs rectum apparet. Agrippinam duxit Claudius anno imperii sui nono, tumque Plinius aetatis suae agebat sextum supra vicesimum. Quis igitur dicet, tum Naturalem historiam vulgasse, vel saltem condidisse? adde, quòd appositam intercisionem recipiunt Membranae Ambrosianae.

(6) *Et Caesares juvenes*. Cod. I. Ambrosianus, in altero *Et Caesaris juvenes*, quod ineptum.

(7) *Item Sturnum*. Ex memoratis membranis.

(8) *Nova*. In I. Ambrosiano occurrit *vana*: dubitari potest utrum scribatur *varia*. In secundo *nova*, ut in impressis.

(9) *Longiore etiam contextu*. Intercisionem sequor I. Ambr. a quâ non abhorret II.

[a] *Tom. I. pag.* 502. [b] *Epist. L.* [c] *Epist. XII.* [d] *Controvers. IV.* 25.
[e] *Epist. Famil. XVI.* 9. [f] *Spicileg. pag.* 300. & 311.
[g] *In cod. Delec. atq; in edit. Rom.* 1470. *Parm.* 1476. 1480. 1481.
[h] *In I. Ambros. & II. Chifflet. edit. Venet.* 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519. *in edit. Gel., & P. Manut.*
[i] 1483. 1491. [k] *Pag.* 144.

Ex Harduin.

dignatione quoque populi Romani testata, non solum conscientia. Tiberio Principe ex fetu supra Castorum aedem genito pullus, in oppositam sutrinam devolavit, etiam religione commendatus officinae domino. Is mature sermoni assuefactus, omnibus matutinis evolans in Rostra, forum versus, Tiberium, dein Germanicum & Drusum Caesares nominatim, mox transeuntem populum Rom. salutabat, postea ad tabernam remeans, plurium annorum assiduo officio mirus. Hunc sive aemulatione vicinitatis manceps proximae sutrinae, sive iracundia subita, ut voluit videri, excrementis ejus posita calceis macula, exanimavit: tanta plebei consternatione, ut primo pulsus ex ea regione, moxque & interemptus sit, funusque innumeris aliti celebratum exsequiis, constratum lectum &c.

Ex nostrâ recensione.

gnatione quoque Populi Romani [1] *testata* [2], *non solùm conscientiâ. Tiberio Principe ex foetu supra Castorum* [3] *aedem genito pullus in appositam* [4] *sutrinam devolavit, etiam religione commendatus officinae domino. Is maturè sermoni assuefactus omnibus matutinis evolans in rostra, in forum versus* [5], *Tiberium, dein Germanicum, & Drusum Caesares nominatim: mox transeuntem Populum Romanum salutabat* [6]: *postea ad tabernam remeans plurium annorum assiduo officio meritus* [7]. *Hunc sive aemulatione vicinitatis manceps proximae sutrinae, sive iracundiâ subitâ [ut voluit videri] excrementis ejus positâ calceis maculâ exanimavit: tantâ plebei* [8] *consternatione, ut primò pulsus ex eâ regione, mox & interemptus sit, funusque avi* [9] *innumeris celebratum exequiis, constratum lectum &c.*

Ex Harduin. LXXV. pag. 584.

Verum ad insecta transeamus: haec namque restant immensae subtilitatis animalia: quando aliqui ea neque spirare, & sanguine etiam carere prodiderunt.

Verùm ad insecta transeamus. Haec namque restant [10] *immensae subtilitatis animalia*

AD XI. LIBRVM

Ex Harduin. pag. 591.

Multa haec & multigenera, terrestrium

Restant immensae subtilitatis animalia, quando aliqui ea neque spirare, & sinè sanguine [11] *etiam prodiderunt. Multa haec*

ANNOTATIONES.

[10] *Condita velit.* Nempe servata, & memoriae commendata. Nescio an hujus elegantis significationis meminerint Lexicographi in verbo *conditus*.

(11) *Aliquo blandiente.* Membranae nullâ discrepantiâ.

(1) *Populi Romani.* Codex I. Ambrosianus *indignatione Populi testata*. II. cum editis.

(2) *Testata.* Laudatae membranae. In vetustis editionibus *attestata* [a]. Gelenius, Paul. Manutius nobis, atque Harduino conveniunt.

(3) *Castorum.* I. Ambrof. & vetustae, ut plurimum, editiones. In Tarvisinâ 1479. *Castrorum*, quae lectio suos inveniet patronos, cum appareat in descriptione Vrbis Romae, quam servat codex Vaticanus millenariae antiquitatis, atque ultra. Verùm cum in alterâ descriptione, auctoribus, ut creditur Sexto Rufo, & P. Victore, legamus *Castorum*; itemque in secundo Vaticano exemplari [b], nihil immuto; tum magis quòd in II. Ambrosiano *Castoris* inveniatur.

(4) *Appositam.* Nempe vicinam, quae dictio Plinio admodum familiaris. *Fluventini praefluenti Arno appositi* [c]: *donec veniatur ad fontem alveo appositum* &c. Haec est membranarum scriptura. Editi libri *oppositam*, neque caussam video, ut a calamo exaratis recedamus.

(5) *In forum versus.* Mss. & vetusti typographi egregio consensu. Neque particulam *in* Dalecampius mutavit, quamvis *in*, orâ pagellae adnotaverit desiderari in V.

(a) 1472. 1479. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519.

(b) *Vid. nov. Thesaur. Murator. tom. IV. pag. MMCXXIX.*

(c) *Lib. III.* 5.

Ex Harduin.

um volucrumque vita. Alia pennata, ut apes: alia utroque modo, ut formicae: aliqua & pennis & pedibus carentia: jure omnia insecta appellata ab incisuris, quae nunc cervicum loco, nunc pectorum atque alvi, praecincta separant membra, tenui modo fistula cohaerentia. Aliquibus vero non tota incisura, eam ambiente ruga: sed in alvo, aut superne tantum, imbricatis flexili vertebris, nusquam alibi spectatiore Naturae rerum artificio.

Ex nostrâ recensione.

haec & multigena [1] *terrestrium volucrumque* [e] *vita. Alia pennata, ut Apes, alia utroque modo, ut Formicae, aliqua & pennis & pedibus carentia, & jure* [3] *omnia insecta appellata ab incisuris, quae nunc cervicum loco, nunc pectorum atque alvi percincta* [4] *separant membra, tenui modo fistulâ coherentia* [5]. *Aliquibus verò non totâ incisurâ eâ* [6] *ambiente rugas; sed in alvo, aut supernè tantùm imbricatis* [7] *flexilium* [8] *vertebris, nusquam alibi Naturae spectatiore rerum artificio* [9].

Ex Harduin. XV. pag. 597.

Aestiva mellatione decimam partem Cassio Dionysio apibus relinqui placet, si plenae fuerint alvi: si minus, pro rata portione: aut si inanes, omnino non attingi. Huic vindemiae Attici signum dedere initium caprifici: alii diem Vulcano sacrum.

Aestivâ mellatione X.am partem [10] *Cassio Dionysio* [11] *apibus relinqui placet, si pleni fuerint alvi* [12], *si minùs pro ratâ portione, aut si inanes, omnino non attingi. Huic vindemiae Attici signum dedere caprificialem diem Vulcano sacrum* [13].

Ex Harduin. XXVI. pag. 606.

XXXI. Chamaeleonum stelliones quodam-

Chamaeleonum Stelliones quodammodo

ANNOTATIONES.

(6) *Salutabat*. Nempe dicebat exempli gratiâ *Tiberi*, subinde *Germanice*, *Druse*. Populum verò indiscretè.

(7) *Meritus*. Omnibus faventibus Mss. & antiquis libris; quod etiam faciendo calculo probavit Balthassar Fereus Mediolanensis Seminarii Praefectus: *minus* effluxit ex compendiis malè intellectis: supra *non solum conscientiâ* transiit in *non solum conscia*, ut in edit. 1476. 1479. aliisque traducibus.

(8) *Plebei*. Ita cod. I. Doctus Anonymus in illustrat. ad hunc locum extante ad edition. 1472. in Ambros. adnotavit Prisciani auctoritatem, ut *plebs plebis*, vel *plebei* dicatur.

(9) *Funusque avi*. Ex membranis.

(10) *Haec namque restant*. Iisdem auctoritatibus, itemque ita apparere ex M. testetur Delecampius. Ut autem verba aliqua iterum resumantur hoc loco, quae non admisimus libri VIII. initio, facit diverse verborum textura, membranarum, & vetustarum impressionum consensus.

(11) *Sinè sanguine*. Nostros codices, Ambrosianos, & vetustos sequor typographos. Dalecampius ex M. notavit *sanguine etiam carere*.

(1) *Multigena*. Miro consensu membranae, & editiones antiquae. Ex Turnebo, & Chiffletiano exemplari adnotaverat Dalecampius inveniri *multigenera*. Huic adhaesit Harduinus, aliosque sibi faventes adducit codices, qui Ambrosianis, caeterisque ab Aleriensi Antistite, Barbaro, Palmarioque inspectis non erunt potiores.

(e) *Volucrumque*. Dalecampius *volucriumque* in operis corpore.

(3) *Et jure*. Codices Ambrosiani, & impressiones XV. saeculi (*a*).

(4) *Percincta*. Ex Mss. in editis *praecincta*.

(5) *Coherentia*. Deest in I. Ambrosian.

(6) *Ea*. Ita uterque codex Ambrosianus. *Eas ambiente rugas* Aleriensis membranae, & impressores antiqui (*b*).

(7) *Imbricatis*. Cod. II. *implicatis*.

(8) *Flexilium*. Omnes membranae, & veteres libri. *Flexili* Turnebum legisse novit Dalecampius, qui nihil tamen voluit immutare. Contrarium placuit Harduino, quem consule (*c*).

(9) *Artificio*. Ex membranis. In editis paullulum diversus verborum ordo, in idem collineans.

(10) *X.am partem*. Notis membranae numerum conficiunt. Ligerius in eleganti Gallico opere, cui titulum fecit *la novelle Maison rustique*, medium laboris & fructus apibus relinquendum monet (*d*). Non tamen ad unguem similia accipi vult: cohaeretque in hoc Plinii praeceptis. Provinciarum Rectoribus, Principibus viris cordi esse deberet innocentem Apum vindemiam propositis praemiis augere. Neque enim absque apum morte in plerisque Italiae regionibus peragitur; quique eas servare cupiunt, apibus & melletione amissis laborem frustrantur.

(11) *Cassio Dionysio*. In operis corpore vulgavit Delecampius cum veteribus librariis *Thasio Dionysio* (*e*). Subdit tamen in orâ paginae, quòd *Cassio* habent *Vet.* & *Verro* de

(a) *Rom.* 1470. *Venet.* 1472. 1479. *&c. Parm.* 1476. *Tarvis.* 1479.
(b) 1472. 1476. 1479. (c) *Ad lib. XI. pag.* 646. *num.* 1.
(d) *Tom. I. lib. V. s.* (e) *Vide edit. Hack. tom. I. pag.* 751.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
ammodo naturam habent, rore tantum viventes, praeterque araneis.	*do* [1] *naturam habent, rore tantùm viventes, praeterque Araneis. Similis* [2] *Cicadis vita, quarum duo generá. Minores, quae primae proveniunt, & noviſſimè* [3] *pereunt.*
XXXII. Similis cicadis vita: quarum duo genera: minores, quae primae proveniunt, & noviſſimae pereunt.	
Ex Harduin. XLV. pag. 639.	
CIV. Varices in cruribus viro tantum: mulieri raro. C. Marium, qui ſepties Conſul fuit, ſtantem ſibi extrahi paſſum unum hominum, Oppius auctor eſt.	*Varices in cruribus viro tantùm, mulieri rarò* [4]. *C. Mario* [5] [*qui ſepties Conſul fuit*] *ſtante ſibi extrahi paſſum, unum hominum* [6], *Oppius auctor eſt.*

AD XII. LIBRVM

Ex Harduin. I. pag. 654.	
Arbore ſulcamus maria, terraſque ad-	*Arbore ſulcamus maria, terriſque* [7] *ad-*
Tom. II. mo-	P 2 *mo-*

ANNOTATIONES.

de re ruſticâ in principio, ſic & Chiffletianum exemplar. Adde utrumque Ambroſianum. De Caſſio Dionyſio multa congeſſit Harduinus. Fuit patrie Vticenſis, & typographi incuriâ apud laudatum Plinii interpretem dicitur *Aticenſis* (*a*). Reſtitutio loci, ex Varronis etiam teſtimonio (*b*), Pintiano debetur.

(12) *Alvi*. Pro *alvei*, ut notant Grammatici. Harduinus edidit *plenae fuerint alvi*, Chiffletii codicem, ut puto, ſecutus, cui membranae a nobis viſae, obſiſtunt. *Alvei* habent antiqui typographi, Palmarius, Benedictus, Dalecampius. Gronovius pater in ſuis codicibus inveniſſe *alvi* teſtatur, videturque pro *Thaſio Dionyſio* ſtare ex Chiffletiano; ubi tamen *Caſſio* extare aſſerit Dalecamp.

(13) *Sacrum*. Vidimus Harduinum noſtrae ſcripturae ſatis convenire (*c*), poſtea oblitum aliam ingeſſiſſe. Haec modeſtè attingit Johannes Matthias Geſnerus, ubi animadvertit Harduinum caprificialem diem non damnaſſe, cum nondum delatus eſſet ad locum, quem illuſtramus (*d*). Quaecumque Harduinus in praeſens longâ collegit argumentatione frigeſcunt, ubi diligentius membranas inſpicias, neque ab ipſo allatas ſuam ex integro ſcripturam afferre. Illud portenti ab Harduino animadverſum *dare ſignum initium diem* (*e*) de medio tollitur, ubi *vi initium* redundare concipias, & in multis deſiderari animadvertas. Et ſanè ad VIII. Plinii librum retulerat ante Harduinus: *Aeſtivi mollis vindemiae Attici ſignum dederunt Caprificialem diem Vulcano ſacrum* (*f*). Haec licèt ex integro Plinii verba non ſint, conveniunt tamen in diſputatis *Caprificialem diem Vulcano Sacrum*, neque habent illud *initium*, quod fuit Amanuenſis additamentum; ut *ſignum* explanaret. Ita perperam occurrit in II. Ambroſiano. Sed in I. legimus *Huic vindemiae Attici ſignum dedere Caprificiali diem Vulgano Sacrum*. Sanatis igitur contra orthographiam inductis meliora ſuſpicor cogitaſſe iis, quae ex Turnebo, Giraldo, & Dalecampio allata reprobavit Harduinus. Erit igitur Caprificialis dies Vulcano ſacer.

(1) *Quodammodo*. Non ex integro, nam Chamaeleontes quandoque veſci adnotavimus; idque Stelliones illorum naturam quâdam paritate habere affirmat.

(2) *Similis*. Haec ſuperioribus jungenda, neque ullo pacto in novam ſectionem cum Harduino rejicies.

(3) *Noviſſimè*. In veteribus codicibus ita ſcribitur, neque rationem video, ut diphthongum adverbio ſupponemus, quamvis in idem collineet. Haud ignoro in Plinii hiſtoriâ alternae ſcripturae exempla inveniri; longè tamen plura nobis faventia reperies: ſufficiat unum (*g*): *noviſſimè Lucani a Samnitibus orti Duce Lucio:* poterat eodem pacto reddere *noviſſimi Lucani*, cum de Populis loqueretur, qui ultimi Lucanum, Brutiumque agrum occupaverent.

(4) *Rarò*. Frequentiores ſuo ſeculo feminis quàm viris teſtatur Dalecampius (*h*): ſententiam ab illo mutuatur Harduinus oblitus medici annotationem.

(5) C. *Mario*. Corruptae hoc loco membranae aliquid poſt vocem *Mario* addendum forcaſſe innuunt. Vtcumque ſe res habeat Chiffletiano, Ambroſianis, & Noſtris accedo, ut potiùs C. *Mario*, quàm vulgatum a librariis C. *Marium* recipiam.

(6) *Vnum hominum*. Ambroſianus I. *hominem*. II. *Extrahi paſſum unum oppius auctor eſt*. Chiffletiano adhaereo, ubi *unum hominum*. Pintianus cum in editis inveniſſet *unum hominem*, id non procedere affirmavit, eo quia non uni tantùm homini ſtanti C. Mario varices extractae ſint, ſed aliis poſt eum auctore Cicerone ſecundâ Tuſculanâ: legendum itaque conjecit, aut *primum omnium*, aut *primum hominem* (*i*). Conſulendus hoc loco Harduinus, illumque videbis ex Pintiano, & Dalecampio iterum proficere, & rem nitidius exornare. Ego aliquid adhuc diverſitatis inter recitata a Plinio, & Cicerone invenio. Majus enim eſt, quòd ſtans ſibi varices extrahi paſſus ſit Marius, idque unus fecerit; quàm quòd alligeri noluerit. Poterat enim in lectulo decumbere, unde Oppio adhuc fides integra maneret, quòd *unus hominum* Marius ſtans ſibi varices extrahi permiſerit. Caeteri verò exemplum Marii ſecuti fuerint, ut non alligati: recumbentes tamen a chirurgis varices praecidi tolereverint. Neſcio, an de Mario, an de alio ſcripſerit L. Seneca (*k*) *Ille, qui dum Varices execandes praeberet, legere librum perſeveravit*. Aſſentior Harduino, quòd hic Oppius fuerit

[a] *Vid. tom. I. Plin. in indice Auctor. pag.* 58. [b] *In praefat. ad lib. de Re Ruſticâ.* [c] *Ad Plin. lib. VIII. emendat. C. pag.* 490. [d] *Nov. Theſaur. ling. & erud. latin. tom. I. pag.* 751. (e) *Tom. I. emend. XXII.* ** 647. (f) *Cit. pag.* 492. (g) *Lib. III.* 5. (h) *Vid. edit. Hack. tom. I. pag.* 825. (i) *Citat. edit. & pag. lit. e.* (k) *Epiſt. LXXVIII.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
movemus: arbore exaedificamus tecta. Ex arbore & simulacra numinum fuere, nondum pretio excogitato belluarum cadaveri: antequam, ut a Diis nato jure luxuriae, eodem ebore numinum ora spectarentur, & mensarum pedes. Produnt Alpibus coërcitas, & tum inexsuperabili munimento Gallias, hanc primum habuisse causam superfundendi se Italiae, quod Helico ex Helvetiis civis earum, fabrilem ob artem Romae commoratus, ficum siccam, & vuam, oleique ac vini praemissa remeans secum tulisset.	*movemus: arbore exaedificamus tecta, arbore & [1] simulacra Numinum facta [2] nondum precio excogitato beluarum [3] cadaveri, antequam [4], ut a Diis nato jure luxuriae, eodem ebore Numinum ora spectarentur, & mensarum pedes. Produnt Alpibus coërcitas, & tum inexuperabili mumimento Gallias, banc primam [5] babuisse caussam superfundendi se [6] Italiae, quòd Helico [7] ex Helvetiis civis eorum [8], fabrilem ob artem Romae commoratus ficum siccam & vuam, oleique ac vini praemissa [9] remeans [10] secum tulisset.*
Ex Harduin. XIX. pag. 668.	
XLII. Cinnamomum & casias fabulose	*Cinnamomum & casiam [11] fabulosè [12] nar-*

ANNOTATIONES.

vit praenomine Cajus, quique Caesaris Dictatoris amicus apparet (*a*); ideoque paullò annis major Cicerone verissima de Mario scripserit, cum illo aevo nemo varices stans sibi extrahi passus fuerit. Adnotavi in Hackiorum editione Dalecampii annotationem desiderari; unde gloriosè magis quàm verè typographi illas eum Barbari, Rhenani, Gelenii, Scaligeri, Salmasii, If. Vossii, & variorum subjecisse profitentur.

(7) *Terrisque*. Assentior Nicolao Heinsio, qui *terrisque* scribendum monet (*b*): illic etiam Plinii verba affert ex lib. IX. 17. *admovere sibi gula sapores*, & alia omittit exempla. Illius restitutionem recipit Ambrosian. II. In I. caeteroquin apparet, uti in editis *terrasque*, quae lectio utique sustineri potest, cum & ipse Heinsius non ignoraverit verba lib. XV. *tanto propius Carthaginem pomo Cato admovit*; ubi tamen ego *adiri monuit* legendam conjicio.

(1) *Arbore &*. Membranae Ambrosianae longè meliùs, quàm in editis *ex arbore*. Cohaeret sibi auctor. *Arbore sulcamus maria ...... arbore exaedificamus tecta, arbore & simulacra Numinum facta*.

(2) *Facta*. Cod. I. & II. in aliis *fuere*.

(3) *Beluarum*. Laudat. codd., Vtrâque enim ratione scribitur.

(4) *Antequam*. Codices Ambros. *atque ut a Diis*: rectior videtur Harduini, reliquorumque scriptura.

(5) *Primam*. Cod. I., cod. II. *primum*.

(6) *Se*. Membranae nostrae, & super laudatae antiquae editiones *sese* (*c*).

(7) *Helico*. Cod. I. Ambros. *helyco*. In II. *elico*, uti in vetustioribus editionibus, aliisque recentioribus (*d*). Harduinus ex Mss. nomen Heliconis aspirasse testatur. Ita certè Chiffletianus. In editione Lugdunensi an. 1548. malè *eliquo*.

(8) *Eorum*. Laudatae membranae, & vetusti librarii (*e*). Pintianus, cum apud recentiores typographos legeret *civis earum*, & in aliis exemplaribus invenerit *eorum*, dubitavit scriptum a principio *civis Rom.* pro *civis Romanus*, & postea depravatum fuisse in *civis eorum*. Hoc loco fallitur vir clarissimus: quis enim dicet Heliconem tunc temporis civem Romanum fuisse, cum paucis annis fabrilem unicè ob artem in Vrbe commoratus ficum siccam, & reliqua apud suos tulisset, antequam prima Gallorum examina in Italiam irrumperent? Retinendum igitur cum antiquis *civis eorum*, quidquid Bochatus *earum* accipiat, atque Galliis adaptet (*f*), Harduinum secutus.

(9) *Praemissa*. *Diligentem*, ait Harduinus, *exquisiti olei, ac vini delectum ea vox significare mihi videtur, etsi aliter forte Rhodigino visum*. Haec de more ex Dalecampii annotationibus subduxit, apud quem lego (*g*) „ Primitias, quas è musto *sacrima* vocari Festus tradit, ex „ messe *Praemessum*. Hermolaus promissa legit, sed ut „ censet Rhod. ..... jejuno sensu „. Rhodigini sententia non multum ab Harduini excogitatis abest, cum olei & vini praemissa sint horum liquidorum pars optima, utpote sponte defluens. Hinc primitiae, quae Ecclesiasticis Parochis solvuntur, praemissis aequiparantur. Landinus, Bruciolus, Dominicus hujus vocis potestatem minimè attingunt.

(10) *Remeans*. Claudius Martinus (*Martin*) ad venditanda lectoribus miranda natus, ex hoc verbo impulsus cogitavit Heliconem ad Gallos navim horum fructuum onustam secum duxisse (*h*). In ea tamen incidit tempora, quibus neque Romanis Italiae litora patuisse scimus; multominus, ut a Tiberi Massiliam usque navigarent. *Remeans* hoc loco ad patrios lares reversus significat. Vidimus de Corvo: *postea ad tabernam remeans* sic de Apibus: *totaeque onustae remeant* (*i*).

(11) *Casiam*. Ambrosiani codices *cassiam*, antiqui typographi *casias*, Nostri codd. *casiam*. Vtrâque ratione scribitur apud Latinos *casia* & *cassia*, uti etiam apud Graecos *κασία* & *κασσία*.

(12) *Fabulosè*. In plerisque editionibus, uti apud Gelenium, Paullum Manutium *fabulosa*. Mss. rectius *fabulosè*.

(a) *Vide Sueton. in Julio LII.* (b) *Lib. I. 14. pag. 146.* (c) 1470. 1472. 1476. 1479. 1480. 1481. 1483. *&c.*
(d) *Vid. edit. 1565.* (e) 1470. 1472. *&c.*
(f) *Comment. critic. Gallicè* Memoires critiques — de la Suisse *tom. I. pag. 27.*
(g) *Vid. edit. Hackior. tom. I. pag. 7. litera c.*
(h) *Vide illius de Gallorum religione opus, & Bochatum cit. lib. pag. 47.*
(i) *Lib. XI. 10.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
se narravit antiquitas, princepsve Herodotus, avium nidis, & privatim phoenicis, in quo situ Liber Pater educatus esset, ex inviis rupibus arboribusque decuti, carnis quam ipsae inferrent pondere, aut plumbatis sagittis.	*narravit antiquitas, princepsve Herodotus avium nidis [& privatim* [1] *Phoenicis] in quo situ Liber Pater educatus esset ex inviis rupibus arboribusque decuti, carnis, quam ipsae inferrent* [2], *pondere, aut plumbatis sagittis.*

AD XIII. LIBRVM

Ex Harduin. XII. pag. 692.	
Ita sunt longinqua monumenta Tiberii Caiique Gracchorum manus, quae apud Pomponium Secundum vatem civemque clarissimum vidi annos fere post CC.	*Ita sunt longinqua monumenta, Tiberii Cajque Gracchorum* [3] *manu* [4], *quae apud Pomponium Secundum vatem* [5] *civemque clarissimum* [6] *vidi annos ferè post CC.* [7].

Ex Harduin. XIII pag. 693.	
Inter omnes vero convenit Sybillam ad Tarquinium Superbum tres libros attulisse: ex quibus igni duo cremati ab ipsa	*Inter omnes verò convenit Sybillam ad Tarquinium Superbum tris libros* [8] *attulisse, ex quibus igni duo cremati ab ipsâ,*

ANNOTATIONES.

(1) *Privatim*. Nempe speciatim id de Phoenice scripsisse in eâ regione, in quâ Bacchus fuerat enutritus. Negavit similia Herodotum vulgasse Claudius Salmasius, & multa ad hunc Naturalis historiae locum Plinio objecit, quibus alibi fecisse satis arbitramur (*a*).

(2) *Ipsae inferrent*. Hujus sententiae verba per se patent. Innuit auctor Graecos & prae caeteris Herodotum scripsisse ex avium, & signanter ex Phoenicis, nidis cinnamomum & casiam decuti. Legendum esse *ipsae inferrent*, ostendit vocabulum *nidis*, quod non uni Phoenici potest convenire, siquidem unicus Phoenix in toto orbe celebrabatur, atque item senescens casiae thurisque surculis nidum construere, replere odoribus, supermori; ex cujus ossibus deinde ac medullis primò ceu vermiculus, inde pullus exoriretur (*b*). Si unus igitur juxta fabulam Phoenix unicum sibi fingebat nidum: apparet ex contextu, ubi de nidis loquitur Plinius, quòd proximè legendum sit *ipsae inferrent*: non ut Salmasius opinatur *ipse inferret*, quamvis ultima verba in multis invenirentur membranis. Certè occurrunt in utroque Ambrosiano codice; quibus potiores erunt, Aleriensis, Landini, Barbari, Palmarii, Benedicti, Pintiani exemplaria, quodve magis est recta argumenti ratio. Si plura contra Salmasium optas, consule quae libro VII. collegimus. Addendum unicè hoc loco ante Salmasii nativitatem conjecisse Dalecampium, quòd Herodoti sensum non videretur satis assecutus Plinius: cui, contra Salmasium dicta, opponam, non omnia Herodoti scripta ad seram pervenisse posteritatem.

(3) *Gracchorum*. Fuerunt hi ex Gente Semproniâ, egimusque de illis in primâ Disquisitionum parte (*c*), ubi de eorum parente T. Sempronio Graccho sermo incidit.

(4) *Manu*. Cod. II. Ambrosianum sequor, cujus scripturam veriorem, quàm vulgatam *manus* judico. Plinii stylo certè respondet: sic *manu Apellis*, *manu Dorothei*, *manu Zeuxidis* &c.

(5) *Vatem*. Egimus de hoc Pomponio pluribus locis in primâ Disquisitionum parte, & singillatim libro V. eique Lucii praenomen fuisse ostendimus. Videtur quòd Harduinus Publium loco Lucii primam Pomponii faciat nomenclaturam (*d*). Fortasse deceptus a Jo. Mariae Catanaei annotatione, quâ hunc Pomponium tradit modò Lucium, modò Publium praenomine dici in Taciti annalibus (*e*). Sed ego Pomponio, cujus vitam Noster scripsit, Taciti locum attribuo, qui Annalium V. volumine occurrit, cujus multa morum elegantia & illustre ingenium inibi depingitur. De eo pariter loqui crediderim Plinium Caecilium, ubi Tragoediarum scriptorem eo judicio fuisse asserit (*f*): *si quid forte familiarior amicus tollendum, ipse retinendum arbitraretur, dicere solebat*: PROVOCO AD POPVLVM

(6) *Civemque clarissimum*. Qui Pomponium Secundum Veronensem fecere, Pliniique affinem, eoquia utrumque eidem Secundorum familiae tributum somniarunt, satis superque secundo Disquisitionum volumine, atque toto hoc opere arguuntur. Neque etiam ullâ ratione ad Veronenses spectare potest, eo quia hoc loco *civis clarissimus* a Plinio appellatur, cum dubio procul ad Romanam civitatem Auctor respiciat. Num Vestiliam (quae C. Suillii, Domitii Posthumi, Pomponiique Orfiti *clarissimorum civium* conjux dicitur (*g*)) tribus Veronensibus per gradus nuptam affirmabimus? Romanus igitur omni iure agnoscitur Pomponius Secundus; & quare a Plinio Transpadano civis clarissimus appelletur, usque ad nauseam ostendimus. Illustris Marchio Maffejus, jejunâ prorsus, imò exsibilandâ sollicitatione, reponere gestiebat

(a) *Disquisit. lib. VII. pag. 217. num. 2.* (b) *Vid. Plin. lib. X. 2.* (c) *Lib. VIII. pag. 258. num. 7.*
(d) *Ad Plin. lib. VII. 19. pag. 285.*
(e) *In annotat. ad quintam epist. lib. III. Plin. Caecil.*
(f) *Lib. VII. 17.* (g) *Lib. VII. 4. vid. & harum Disquis. lib. IX. pag. 71. & 72.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
ipsa tertius, cum Capitolio Syllanis temporibus.	*ipsâ : tertius* [1] *cum Capitolio Syllanis temporibus.*

AD XIV. LIBRUM

Ex Harduin. I. pag. 707.	
Aliis gratiam, qui & vinis, fumus affert fabrilis: iisque gloriam praecipuam in fornacibus Africae Tiberii Caesaris auctoritas fecit. Ante eum Rhaeticis prior mensa erat, & uvis Veronensium agro. —— Jam inventa per se in vino picem resipiens, Viennensem agrum nobilitans, Arverno Sequanoque & Helvico generibus non pridem illustrata. Atque haec Virgilii vatis aetate incognita, a cujus obitu XC. aguntur anni.	*Aliis gratiam, qui & vinis* [2], *fumus affert; fabrilisque in eis gloriâ praecipuâ in fornacibus Africae Tiberii Caesaris auctoritas fecit* [3]. *Ante eum Raeticis prior mensa erat, & ullis* [4] *Veronensium agro —— Jam inventa vitis per se picem resipiens* [5] *Arverno, Sequanoque, & Helvico generibus non pridem illustrata; atque haec Virgilii vatis aetate incognita, a cujus obitu VC. aguntur anni* [6].

Ex Harduin. VI. pag. 716.	
Ex reliquis autem a supero mari Praetutia atque Ancone nascentia, & quae a	*Ex reliquis autem a Supero mari Praetutia, atque Anconae* [7] *nascentia, & quae a*

ANNOTATIONES.

tiebat *conciuemque clarissimum* (*a*), cui vocebulo non unicè membranae, & libri omnes obsistunt, sed vocis ipsius compositio, quae idoneis auctoribus, & Plinio in primis ignota evadit, ut libro XV. ostendimus; & VI. etiam volumine attigimus (*b*).

(7) *Ferè post CC.* Cum non ex integro effluxissent, quando Plinius haec Gracchorum fratrum monumenta volutavit. C. Gracchum Plebis Tribunum occidit L. Opimius Consul anno V. C. 632.

(8) *Tris libros.* Codices Episcopi Alerienf. & vetustae editiones (*c*): alii legunt *treis* (*d*). Nos *tris* adoptando fidem promissam in annotationibus ad III. exsolvimus. Auctor vitae Virgilii: *tris omnino libros recitavit.*

(1) *Ab ipsâ: tertius.* Vitiosa distinctio, ex typographi culpâ habetur apud Harduinum, quae sensum turbat.

(2) *Vinis.* Codd. Ambrof. *vini.*

(3) *Fecit.* Sensus est fumum omnem vinis gratiam addere, & praesertim fabrilem. Non differunt a membranis vetusti typographi, unde ab eis non erat discedendum S. Gelenio, Paullo Manutio, Dalecampio, atque Harduino. Hermolaus legere mault *fabrilis, iisque gloriam.*

(4) *Et ullis.* Miro assensu habent codices, & vetustiores librarii. Proprium igitur erit nomen uvae Veronensis. Hermolaus *legendum*, ait *aut uvis*, *nisi quis ullas per diminutionem pro uvis capiat, sicut utique villum pro vino.*

(5) *Resipiens.* Veteres typographi corruperant Plinii verba, quae restituit laudatus Hermolaus hoc loco.

(6) *VC. aguntur anni.* Colligit Harduinus errasse Donatum, qui Virgilium obiisse asseverat anno V. C. 735. cum ipse ex vulgatâ lectione Plinii verba collocet ex nonaginta annorum effluxu ad annum V. C. 830. Plinium in digerendis temporibus utique diligentissimum fatemur, sed illius exscriptores in reddendis annorum siglis negligentissimos; quare cum Noster codex optimam afferat lectionem: Donato, seu alio cuicumque Virgilianae vitae auctori, & latino Eusebii chronico satis conveniet; cum Maro obijerit C. Sentio Saturnino & Q. Lucretio Cymâ Coss. Haud ignoro in quibusdam codicibus legi Cn. Plancio (*e*), & quòd Lucretius, Vespillo non Cyme cognomine dicatur ab aliis (*f*): de horum tamen appellationibus minimè disceptandum, uti de anno V. C., cum mihi Plinium & Muratorium sequenti Sentius, & Lucretius consules processerint anno Vrbis 734. quibus ubi 95. addideris incidimus in annum V. C. 829. quo tum Plinius Naturalis historiae librum XIV. absolvebat, integrum verò opus anno 830. Neque Plinii diligentia in hoc desideretur, cum vel annos agat e die Virgiliani obitus (qui fertur X. Calen. Octob.) ideoque adhuc anni ab illius obitus nonaginta quinque trahi possunt ad annum Vrbis 830. vel incompletum (ut Firmici eloquio utar) pro absoluto anno accipiat.

(7) *Anconae.* Anconae gignendi casu ritè legit Benedictus. Contra Palmarius, aliique veterum impressorum more diphthongum omittentes errandi occasionem iis dedere, qui Plinium Latino casu oppidi nomen a graeco *Ancon* inflectere crediderunt. Noster tamen Romanâ methodo scribit *Anconae nascentia*, ut paullò supra *quod Signiae nascitur*, atque infra *Cosentiae genita*. Notandum in membranis occurrere *Ancone*, in primigeniis editionibus

(a) *Veron. illust. par. II. lib. I. col.* 13. (b) *Pag.* 208.
(c) 1470. 1472. 1476. (d) *Edit.* 1561. 1587. 1669.
(e) *Vide Virgilii vitam ante editionem Venetam Junctarum* 1552.
(f) *Vid. Murator. nov. Thes. class. V. tom. I. pag. CCXCVI. Anton. Ambrog. tom. I. version. Virgil.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
a palma una forte enata Palmensia appellavere. In mediterraneo vero Caesenatia ac Maecenatiana. In Veronensi autem Rhaetica, Falernis tantum posthabita a Virgilio.	*a palmâ unâ fortè enatâ Palmensia appellavere. In mediterraneo verò Caesenatia Mecoenatiana* [1]*. In Veronensi autem Raetica Falernis tantùm postlata a Virgilio* [2]*.*
Ex Harduin. XIII. pag. 721.	
XV. Laudatissima apud priscos vina erant, myrrhae odore condita, ut apparet in Plauti fabula, quae Persa inscribitur, quanquam in ea & calamum addi jubet. Ideo quidam aromatite delectatos	*Laudatissima apud priscos vina erant myrrhae* [3] *odore condita* [4]*, ut appareт in Plauti fabulâ, quae Persa inscribitur* [5]*, quamquam in eâ & calamum addi jubet; ideo quidam aromaticis* [6] *delectatos*

ANNOTATIONES.

nibus *a Neone* (*a*), unde fortassis alia inquirenda, de quibus agere potuisset Julianus Saracenus, cum minutissima quaeque de Anconitanâ urbe indagaret (*b*).

(1) *Caesenatica Mecoenatiana*. Cod. I. Ambrosiano additis tamen diphthongis, quae de more ab amanuense praetermittuntur. In II. *Cesenatia ac metanatiana*. Suspicatur cognomen a Mecoenate illustri Caesaris Augusti amico habuisse Harduinus; id tamquam certum affirmat Dalecampius.

Neque differunt Caesar Brixius in Vrbis Caesenae descriptione, quam latinam fecit Franciscus Faccinus (*c*) ---- *gignitque delicata ea vina quibus Maecenas Virgilii ac Musarum amicus adeo delectari solebat, & ideo, quemadmodum ait in quarto dialogo de Poetis Gyraldus Vina Maecenatica vocarentur ---- ---- intergenerosa vina ea quoque Plinius adnumeravit*.

In eadem sententiâ fuit Elchreus Dinunda, qui ad Johannem Blaevium (*Blau*) ut Caesenatia vina a Mecoenate adeò celebrata laudaret: In hujus vini laudem confert Constantii, & Constantis epistolam ad Ordinem Caesenatium (*d*).

(2) *A Virgilio*. Notat Turnebus, quòd admirantis esse Plinius existimavit, Seneca e contrario incerti laudaturusne an vituperaturus esset (*e*). Hujusmodi emergunt, ut puto, ob ea, quae refert Servius ad celebratos Virgilii versiculos (*f*).

Nec quo te carmine dicam
Raetica? nec cellis ideo contende falernis

Ait enim interpres eo loco Virgilium, quum nosset Raeticum vinum summopere laudari a Catone, contra autem a Catullo vituperari: ne se in eam dissensionem interponeret, hoc modo locutum. Apparet etiam ex iis multa alia Catullum Veronensem Poëtam condidisse, quae desiderantur. Neque enim similia in ejus carminibus inveniuntur. Fortasse Catullus indigena vinum sprevit joci gratiâ, vel quòd vero propius in illos invectus est, qui Raeticum Falerno conferebant. Caeterum Virgilii locus optimè, meo quidem judicio, a Plinio interpretatur: sic Bernardinus Danielius in Georgicae italicâ aemulatione.

---- E con quai versi
Potrò lodarti mai Retica tanto,
Che molto più di te non lodi ognora
Il vin Falerno, a cui ceder convienti (*g*).

(3) *Myrrhae*. Cod. II. & reliqui. Cod. I. *miro*. Ex Mss. notat Dalecampius *murino*; itemque Hermolaus *myrr*, nempe τῷ μύρῳ legisse.

(4) *Condita*. Ita reddo, ut Myrrhae condimentum vino datum intelligamus; neque vocabulum eum parili brevique *condita* confundamus, quod longè diversam Plinianae texturae affingeret significationem.

(5) *Inscribitur*. Cum in allatâ Persae fabulâ *myrrhae* vocabulum minimè inveniatur; Harduinus, vel alteram ab eâ, quam habemus, fabulam, aut versus a Plinio allatos excidisse conjecit. Nam Plautina sententia, etiam a Salmasio exscripta (*h*), est hujusmodi:

Commisce mulsum, struthea, colutheaque appara.
Benè ut in scutris concaleant, & calamum injice.

Verùm quis credet ad diversum opus a Plinio provocari, cum Poëta *& calamum* addendum affirmet? itemque Plautum duplices eodem titulo Persas edidisse rationi minùs congruum videatur. Neque carmina a Plinio indigitata desiderari consentio. Nullam Myrrhae apud Plautum recordationem inveniri jam Barbarus adnotaverat; post Barbaram Turnebus, post Turnebum Guibertus, qui multa ad Plinii detrimentum ingerens tandem in viam redit, *ne tantum virum indefensum ---- melioris etiam doctrinae gratia* dimitteret „ dicendum, in- „ *quit* (*i*), igitur ipsum respexisse ad illam vocem Stru- „ thea, ut legit Lambinus, vel Struthe, ut habent „ antiqua Plauti exemplaria, & credibile est Plinium „ ibi legisse Stacte, vel Stacta, vel Stactea. Sic Sta- „ cte, vel Stacta, de quo etiam mentionem facit Plau- „ tus in Mostellariâ, cum sit liquor expressus a Myr- „ rha, non male citavit Plautum Plinius, ille idem „ pro Stactea, Myrrhae illam speciem intelligere vo- „ luit, quam ipsemet Plinius lib. 12. cap. 16. Stacteam „ vocat: quod miror tot tamque celeberrimos Plinii ca- „ stigatores hactenus non animadvertisse.

Stacte non *Struthea* inibi Plinium legisse, atque ita legendum omnes fateantur necesse est, qui Stactem pro myrrhâ usurpari non ignorant. Hinc Lucretius cecinit (*k*)

Sicut amaracini blandum, Stactaeque liquorem.

Poterat hujusmodi rescire Guibertus ex Textoris officinâ, apud quem *Myrrha*, inquit, (*l*) *per se unguentum facit sine oleo. Stacte duntaxat, idest distillatione. Nam Stacto verbum graecum idest distillo. Vnde Catastagmos* mor-

(a) 1470. 1472. 1476. (b) Notizie historiche della Città d' Ancona.
(c) *Vid Thesaur. antiq. Ital. tom. IX. part. VIII. col.* 4. (d) *Vid. cit. Dinundam, & Gothof. ad l. cod. Theod.*
(e) *Lib. XXIX.* 26. *vid. edit. Hack. tom. II. pag.* 137. *litera* d.
(f) *Georg. II. vers.* 95. *&* 96. (g) *Lib. II. pag.* 38.
(h) *Act. I. scen.* 3. *vers.* 5. (i) *Assertion. de Murrhin. pag.* 29.
(k) *Lib. II.* (l) *Part. I. fol.* 99. *edit.* 1541.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
tos maxime credunt. Sed Fabius Doſſennus his verſibus decernit:	*tos maximè credunt ; ſed Fabius Doſennus* [1] *his verſibus decernit*
Mittebam vinum pulcrum, murrhinam	„ *Mittebam vinum pulcrum, murrhinam.*
Et in Achariſtione	*Et in Achariſtione*
Panem & polentam, vinum murrhinam.	„ *Panem & polentam, vinum murrhinam* [2].
Scaevolam quoque, & Laelium, & Atteïum Capitonem in eadem ſententia fuiſſe video, quoniam in Pſeudolo ſit:	*Scaevolam* [3] *quoque, & Aelium* [4], *& Atejum Capitonem* [5] *in eâdem ſententiâ fuiſſe video, quoniam in Pſeudolo ſit*
Quod opus ſiet, ut dulce promat indidem, ecquid habet? CHAR. Rogas?	„ *Quod ſi opus eſt indidem ut dulce pro-* „ *mat ecquid habet? CH. Rogas?*
Murrhinam, paſſum, defrutum, mella....	„ *Murrhinam, paſſum, defrutum, mella....*
Quibus apparet non inter vina modo murrhinam, ſed inter dulcia quoque nominatum.	*quibus apparet non inter vina modò murrhinam, ſed inter dulcia quoque nominatum.*
Ex Harduin. XXII. pag. 728.	
Ad hoc pertinent peregrinae exercitationes, & volutatio in coeno, ac pecto-	*Ad hoc pertinent peregrinae exercitationes, & volutatio in coeno, ac pecto-*

ANNOTATIONES.

morbus a Graecis dicitur, quem nos diſtillationem dicimus, & Lucretius lib. 2. Myrrham appellat Stactam.

(6) *Aromaticis.* Membranae a nobis inſpectae, veteres editiones (a). Qui *aromatite* malunt legere ſciant reſtitutionem Gelenio deberi, cui medicinae laudem (quaecumque ea ſit) ſilens Harduinus ſubducit. Addit, quòd prius *aromatice* perperam legebatur. Monuimus alibi Harduinum Dalecampii editionem & texturam plerumque ſequi. Apud hunc certè occurrit *aromatice* (b). Adnotavit tamen ex vet. legi *aromaticis*, ſubditque *vide num aromatite. Sic certe CH.* nempe Chiffletii codex.

(1) *Fabius Doſennus.* Cod. I. & Chiffletian. & vetuſti typographi (c) *Doſſemius* cod. II. *Dorſenus* in Dalecampii editione. De Fabio Doſſenno egiſſe in Auctorum indice monet Harduinus, ubi tantùm haec invenies „ DOSSENVS MVNDVS, Poëta Comicus, Atellanarum „ ſcriptor haud ignobilis, cujus meminit Horatius lib. „ 2. epiſt. 89.
„ Inſcriptum Doſſeni monumento titulum recitat Se„ neca epiſt. 89.

(2) *Vinum murrhinam.* Nonnulli codices, quos inter Ambroſianus II. legunt *viſum*, quae ſcriptura defenditur ab Anonymo in annotationibus ad editionem Venetam anni 1472. Ipſe viderit.

(3) *Scaevolam.* De Q. Mucio Scaevolâ egit Harduinus in Auctorum indice, parum tamen diligenter, cum plures fuerint ex Muciorum gente Scaevolae cognomine illuſtres juris periti, tum Quinti, tum Publii praenomine vocitati. Publium Pomponius in D. de origine juris (d) iis accenſet, qui jus civile fundaverunt. Conſul dicitur a Vicato anno V. C. 520. (e). Collega L. Calpurnii Piſonis Frugi, quo anno neque proximis tales invenies. De aliis Scaevolis juriſperitis egit Vicatus, ſed ibi etiam omnium tempora & conſulatus confunduntur. Putarem Plinium de Q. Scaevolâ Pontifice P. Scaevolae Pontificis filio loqui, utpote qui Aelium, & Capitonem praecedit. Hic *eloquentium juriſconſultiſſimus*, & *juris conſultorum eloquentiſſimus* a Cicerone appellatur (f). Si plura optas conſule ſtemma Muciorum, quod vulgavit Rupertus in commentariis ad Pomponii Enchiridium, & Gravinam de ortu & progreſſu juris civilis lib. I. pag. 41. & 42.

(4) *Aelium.* Pintianus longâ argumentatione *Aelium* ſubſtituit, cui omnino aſſentior, tum ex indice antiquorum codicum, ubi inter auctores hocce libro, & ſequenti recenſetur Plinium accepiſſe. Ex —— *Scaevolâ, Aelio, Atejo Capitone*, tum etiam ex argumentatione. Fuerunt enim Scaevola, Aaelius, & Capito juriſconſulti celebratiſſimi. Mirandum Harduinum memoriâ lapſum loco Aelii hîc *Laelium* recepiſſe, quando non Laelii, ſed Aelii in Plinianorum auctorum indice mentionem ingerit hiſce verbis (g) AELIVS ---- ---- *lib.* 14. *ſect.* 15. *tres Juriſconſulti ſimul a Plinio memorantur, Scaevola, Aelius, Atteïus Capito: quorum meminit Pomponius Dig. I. tit. de origine juris. Sextus Aelius hic vocatur —— Conſul fuit cum T. Quintio Flaminio anno* V. C. *DLVI. laudatur a Plinio lib. 9. ſect.* 59. Si ergo Aaelius a Plinio cum Scaevolâ, & Capitone memoratur: Laelium expun-

(a) 1470. 1472. 1476. 1483. (b) *Edit.* 1587. *pag.* 344.
(c) 1472. 1476. 1479.
(d) *Lib. II.* §. 32. (e) *Vocabul. juris tom. III. pag.* 182.
(f) *De Orator. lib. I.* (g) *Tom. I. pag.* 58.

Ex Harduin.

ctoroſa cervicis repandae oſtentatio. Per omnia haec praedicatur ſitis quaeri. Jam vero quae vaſa adulteriis caelata? tanquam per ſe parum doceat libidines temulentia. Ita vina ex libidine hauriuntur, atque etiam praemio invitatur ebrietas, & ſi diis placet, emitur. Alius, ut quantum biberit, tantum edat, pretium vinolentiae lege accipit. Alius quantum alea quaeſierit, tantum bibit. Tunc avidi matronam oculi licentur, graves produnt marito: tunc animi ſecreta proferuntur. Alii teſtamenta ſua nuncupant: alii mortifera loquuntur, rediturasque per jugulum voces non continent, quam multis ita interemptis. Vulgoque veritas jam attributa vino eſt. Interea ut optime cedat, Solem orientem non vident, ac minus diu vivunt ----

Ex noſtrâ recenſione.

ctoroſa cervicis repandae oſtentatio [1]. *Per omnia haec praedicatur ſitis. Jam verò quaeri* [2] *quae vaſa adulteriis caelata, tanquam per ſe parum doceat libidines temulentia. Ita vina ex libidine hauriuntur, atque etiam praemio invitatur ebrietas, & ſi diſplicet* [3], *emitur alius, ut quantùm biberit, tantùm edat, & precium vinolentiae legem accipit* [4]. *Alius quantùm aleâ quaeſierit, tantùm bibit. Tunc avidi matronarum oculi licenter graves* [5] *produntur marito, tunc animi ſecreta proferuntur. Alii teſtamenta ſua nuncupant, alii mortifera loquuntur, redituraſque per jugulum voces non continent: quàm multis ita peremptis* [6], *vulgoque veritas jam attributa vino eſt. Interea (ut optimè cedat) Solem orientem non vident*[7], *ac minùs diu bibunt* [8] -----

Ex Harduin. XXII. pag. 728. & 729.

Tiberio Claudio Principe ante hos annos XL. inſtitutum, ut jejuni biberent, po-

Tiberio Claudio Principe ante hos annos XL. inſtitutum [9], *ut jejuni biberent, po-*

ANNOTATIONES.

pungere debebat interpres. Si Conſul vocabatur *Sex. Aelius Petus Catus*, alius omnino erit a laudato lib. IX. cui Stilonis fuit cognomentum. Aelium igitur recipientes Alerienſis antiſtitis codicibus, & Romanis exemplaribus cum Pintiano accedamus: neminem tamen ex iis Aeliis dicemus, ſed Q. Aelium Tuberonem L. F., qui plures libros de jure publico & privato doctiſſimè ſcripſit (*a*).

(5) *Atejum Capitonem*. De hoc locuti ſumus in Tabulis Plinianis. Conſul proceſſit anno V. C. 758. In Ambroſianis membranis unico *t* ſcribitur, uti apud alios, quod ex Pighio attigimus ſuo loco (*b*). Atejus dicitur a Muratorio in novo Theſauro, ubi nihil haeſit, quòd ſuffectus fuerit Kal. Jul. (*c*) Ex Plinio igitur ſcribes *Atejum*, uti ex multis: quamvis etiam *Attejum* inveniri non diſſimulem, & fortaſſis communiori orthographiâ, unde utrâque ratione Conſulis gentilium nomen vulgavimus in Tabulis Plinianis.

In Plauti editione, quam curavit Joh. Fridericus Gronovius apud Hackios anno 1669. verſiculos in hanc ſpeciem legimus (*d*).

PS. *Quid, ſi opus ſit, ut dulce promat indidem, ecquid habet?* CH. *rogas?*

Murrhinam, paſſum, defrutum, melinam, mel quojusmodi. Eâdem ratione exſcribuntur carmina a Jacobo Operario in uſum Delphini (*e*).

Mirandum, quòd nemo ex doctis viris ad Plinium provocaverit.

(1) *Oſtentatio*. Haec, & ſequentia pingui ac florido illo dicendi genere conſtant, quod Macrobius Plinio attribuit (*f*).

(2) *Quaeri*. Vlcus ingens ex Ambroſianis codicibus ſanatur, quod ex malè appoſitâ in editis voce *quaeri* irrepſerat. Ineptum enim per ſe apparet: *praedicatur ſitis quaeri*.

(3) *Diſplicet*. Haec etiam ex membranis laudatis: medicina mihi optima videtur. Nempe, ſi tu in te ipſo ebrietatem faſtidis, emis alius ebrietatem, illumque invitas, ut tantùm bibat, quantùm edere valet.

(4) *Legem accipit*. Cod. I. In II. *lege accepit*. Non haec magis quàm prima arridet; ſcilicet ut lex oriatur ex conſtituto vinolentiae praecio, certiſque pactis, quibus ſtare perpotatores tenebantur; eaque integrâ fide abſolviſſe proximè refert, Novellium Torquatum hiſce verbis, *Torquato rara gloria (quando & haec ars ſuis legibus conſtat) non labaſſe ſermone, non levatum vomitione &c.*

(5) *Graves*. Tertia haec lectio eâdem auctoritate repoſita. Notandum in I. Codice apparere *gravi produntur marito*. Reſtitutio ex II. exemplari optima videtur, ut licenter graves, nempe turgidi videantur.

(6) *Peremptis*. Laud. Codd.

(7) *Non vident*. Egregiè perditos horum mores attingit ornatiſſimus Parinus in nobiliſſimo Poëmatio, cui titulum fecit *Il Mattino*: conſule verſiculos:

--- *Ah non e queſto,*

(a) *Vid. Gravinam de ortu & progreſ. jur. civil. lib. I. pag.* 45.
(b) *Diſquiſ. Plin. Tabul. Plin. pag.* 85.
(c) *Tom. I. claſſ. V. pag.* CCXCIX.
(d) *Pſeudol. act. II. ſcen. IV. verſ.* 50. *pag.* 753. *tom. II. pag.* 117.
(e) *Cit. act. & ſcen.* (f) *Satur. lib. V.* 1.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
potuſque vini antecederet cibos: externis & hoc artibus, ac medicorum placitis novitate aliqua ſeſe commendantium. Gloriam hac virtute Parthi quaerunt, famam apud Graecos Alcibiades meruit, apud nos cognomen etiam Novellius Torquatus Mediolanenſis, ad Proconſulatum uſque e Praetura honoribus geſtis, tribus congiis (unde & cognomen illi fuit) epotis uno impetu, ſpectante miraculi gratia Ti. Claudio Principe, in ſenecta jam ſevero, atque etiam ſaevo alias: ſed ipſa juventa ad merum pronior fuerat. Eaque commendatione credidere L. Piſonem Vrbis Romae curae ab eo delectum, quod biduo duabuſque noctibus perpotationem continuaſſet apud ipſum jam Principem. Ca-	*potuſque vini antecederet cibos; externis & hoc artibus, ac medicorum placitis novitate aliquâ ſeſe commenduntium. Gloriam hâc virtute Parthi quaerunt, famam apud Graecos Alcibiades meruit: apud nos* [1] *cognomen etiam Novellius Torquatus* [2] *Mediolanenſis ad Proconſulatum uſque e Praeturâ honoribus geſtis* [3], *tribus congiis, unde & cognomen* [4] *illi fuit, epotis uno impetu, ſpectante miraculi gratiâ Tiberio Principe* [5] *in ſenectâ* [6] *jam ſevero, atque etiam ſaevo alias; ſed ipſâ juventâ ad merum pronior fuerat; eâque commendatione credidere L. Piſonem Vrbis Romae curae ab eo delectum, quod biduo, duabuſque noctibus perpotationem continuaſſet apud ipſum jam Principem* [7]. *Ca-*

ANNOTATIONES.

Signore il tuo mattin ---- ----
A novi ſtudj t' attendea la menſa ----
E licor lieti &c.

(8) *Bibunt*. Nota haec ſcriptura fuit Dalecampio, qui illam *ex M.* ſubjecit: non latuit Harduinum ex Colbertino exemplari, quamvis minùs appoſitè ingeſtam judicaverit. Ego ex geminis Ambroſianis optimam affirmo; indeque natum adagium adhuc Italis familiare: *chi più beve, meno beve*. Inter multos, qui ex nimiâ ebrietate perierunt, notum eſt Andebuti Anglorum Regis exemplum, qui tantum vini in coenâ hauſit, ut eo ſuffocatus repentè exceſſerit. Nicolaus Heinſius in alia abiit, novamque tentans lectionem „ ſolem, *inquit* (*a*), orientem non videre dicuntur, quia ſtertunt in multam „ lucem, noctis parte potiſſima pergraecando conſumpta, ſed cum toties occurrat apud ſcriptores *in multam lucem bibere*, quod pergraecantibus familiare, excidiſſe opinor voculam unam alteramque, ac dediſſe „ Plinium *ſolem orientem niſi udi non vident*: τὸ *vident* „ abſorperat cognatum *udi* puto, quamvis non negem „ vulgatae ſenſum ſatis conſtare, ſi conferatur cum Senecae epiſtolâ CCXXII. & Catonis dicto, & loco „ Ciceronis a Lipſio illic adducto „. Videtur mihi, quòd fruſtra ſollicitet Plinium Heinſius: cum Noſter ebrioſos nocturnis commeſſationibus deditos orientem ſolem non videre aſſerat, quippe qui vel clauſis feneſtris adhuc perpotant, vel dormire incipiunt *ortu*.

Luciferi, quo ſigna duces & caſtra movebant (*b*).

(9) *XL. Inſtitutum*. Anno igitur V. C. 790. (ubi Plinium anno Vrbis 830. Naturalem hiſtoriam vulgaſſe firmemus (*c*)) huic ſummae reſponderet; atqui hoc anno nondum Principatu potitus erat Claudius, uti videre eſt in Tabulis Noſtris Plinianis: dicendum vel illius tempora Plinium deſignaſſe, quibus *ex contubernio ſordidiſſimorum hominum ſuper veterem ſegnitiae notam, ebrietatis & aleae quoque infamiam ſubiit* (*d*); tumque nondum rerum potitus erat, vel numerales ſiglas minùs rectè ab exſcriptoribus reddi, cum anno Vrbis 890., & ſequentibus Cajus Germanici filius imperaret.

(1) *Apud nos*. Nempe Romanos: viden ut Plinius quamvis dubio procul Tranſpadanus ſeſe Romanum dicat, externos verò innuat Parthos, Graecos.

(2) *Novellius Torquatus*. Vetuſtae editiones habent *Novellius Tricongius* (*e*), ſeu minùs rectè *Tricungius* (*f*). Andreas Alciatus cum Novellii Aequalis monumentum illuſtraret: *Novellii nomen*, ait (*g*), *frequens inter noſtros cives fuit, ex quibus celeberrimus Novellius Torquatus, quem Tricongium a bibacitate cognominatum Plinius ſcripſit. Eſt autem congius ſextariorum menſura. At ſextarius quindecim uncias noſtras habet.*

(3) *Geſtis*. Cod. I. habet *congeſtis*, quam lectionem videtur adoptaſſe Anonymus ad edition. 1472. in Ambroſ. Biblioth. extantem.

(4) *Cognomen*. Apparet hinc Plinium illam agnominis inter & cognominis differentiam a grammaticis volitam non agnoſcere. In I. Ambroſiano minùs rectè *nomen*.

(5) *Tiberio Principe*. Membranae, & codices omnes uno excepto Dalecampio & Harduino. Certè hoc loco Claudii nomen Plinii dictis adverſatur, utpote quod supernè relatus Tiberius Claudius ſit Neronis praedeceſſor ac vitricus, longè alius a Tiberio, qui poſt Auguſtum Romanum orbem obtinuit. Quem ſuſtulit Nero Tiberium Claudium Principem appellavit; qui Auguſto ſucceſſit, Tiberius unicè dicitur. Malè igitur omnino haec Plinii dicta III. Romanorum Caeſari ſpectantia, Dalecampius & Harduinus V. Imperatori attribuunt.

(6) *In ſenectâ*. Ambroſianus I. habet *in ſenatum jam ſevero equo & jam ſaevo alias*. Mendum certè aliquod hîc cubat. Muretus delet ſequentia *atque etiam ſaevo alias*. In II. Ambroſiano *in ſenecta jam ſevero atque etiam ſcaevola*. Ex iis erroribus colligimus nihil immutandum vulgatis.

(7) *Principem*. Spectat ad hunc L. Calpurnium Piſonem marmoreum elogium, quod anno Vulgaris Aerae 1747. in

(a) *Lib. I. 10. pag.* 101. (b) *Vid. Juvenal. Saty VIII. verſ.* 11. & 12.
(c) *Vid. Tab. Plin. Diſquiſ. lib. IV. pag.* 108. & *lib. V. pag.* 173. & *ſeq.*
(d) *Vide Sueton. in Claudio V.* (e) 1470. 1472. (f) 1476. 1479.
(g) *Patr. antiquor. Inſcrip. Mſs. num. CXIX. pag.* 236.

AD XV. LIBRVM

Ex Harduin. XVIII. pag. 745.

Cato de ficis ita memorat---- ---- Sed a Catone appellata jam tum Africana, admonet & Africae, ad ingens documentum uſo eo pomo. Namque perniciali odio Carthaginis flagrans, nepotumque ſecuritatis anxius, cum clamaret omni Senatu Carthaginem delendam, attulit quodam die in Curiam praecocem ex ea provincia ficum: oſtendenſque Patribus, Interrogo vos, inquit, quando hanc pomum demptam putetis ex arbore? Cum inter omnes recentem eſſe conſtaret: atqui tertium, inquit, ante

Tom. II. te

Ex noſtrâ recenſione.

Cato de ficis [1] *ita memorat* ---- ---- *Sed a Catone appellata jam tum Africana, admonemur* [2] *& Africae, ad ingens documentum uſo eo pomo. Namque perniciali* [3] *odio Carthaginis flagrans, nepotumque ſecuritatis anxius, cum clamaret omni Senatu Carthaginem delendam, attulit quodam die in Curiam praecocem ex eâ provinciâ ficum: oſtendenſque Patribus:* interrogo vos, *inquit*, quando hoc pomum [4] demptum putatis [5] ex arbore? *Cum inter omnes recens* [6] *eſſe conſtaret:* atqui tertium [7] ante

Q 2 diem

ANNOTATIONES.

in Velejae ruderibus erutum, Philippo Principi dono dedere Autonius Comes Coſta, & Johannes Comes Roncovarius anno 1760. Illuſtrem memoriam attulimus in apiſtolâ ad Clariſs. Paciaudium (*a*). Fuit hic C. Caeſaris dictatoris Levir, L. Piſonis Cenſoris filius; unde maximo in errore verſabantur Muratorius, & Scipio Maffejus Velajatium memoriam Calpurnio Piſoni adſcribentes: illi nempe, qui Conſul juxta Capitolina marmora proceſſit anno V. C. 863.

Noſtri tempora ed unguem oſtanduntur ex Lucil praenomine, quòdve alterius Lucii Piſonis filius, & Pontiſax recenſeatur. De illo Tacitus Anneiium libro VI. ubi omnino *Pontifex*, legandum: non P. V., nempe *Praefectus Vrbi*, ut Muretus, & Lipſius Mureti plagiarius ſuſpicabantur.

De Piſone inſigne elogium conſiat Vellejus Pateraulus Hiſtoriarum lib. II., ubl intar reliqua: *De quo viro*, ait, *hoc omnibus ſentiendum & praedicandum eſt, eſſe mores ejus vigore ac lenitate mixtiſſimos, & vix quemquam reperiri poſſe, qui aut ocium validius diligat, aut facilius ſufficiat negocio, & magis quae agenda ſunt, curet ſinè ullâ oſtentatione agendi.*

De illius victoriis loquuntur Dio (*b*), L. Florus (*c*): da aequitate judicii, dum eſſet Vrbis Praefectus, habes Valarium Maximum; quamvis perperam in aliquibus codicibus Caj praenomina appelletur (*d*).

Illum tamen epulando potandoqua magnam horarum partem conſumpſiſſe teſtatur L. Seneca (*e*): *Ebrius ex quo ſemel factus eſt, fuit. Majorem partem noctis in convivio exigebat*. Adda, quaa de Piſona Suetonius adnotavit (*f*).

Haec igitur ſatis ſuperqua erant, ut oſtendemus Piſonem maximis virtutibus non minora vitia copulaſſa; unde minùs rectè Sanadonius vulgavit hiſtoricos omnas megnifica de Piſonis virtutibus elogia conflaſſa (*g*). Certè mirandum avedit, quòd in tantis commeſſationibus, quiqua *in horam ſextam ferè dormiebat* ---- *Officium tamen ſuum, quo tutela Vrbis continebatur, diligentiſſimè* adminiſtraret, ut idem L. Seneca teſtatur.

Atque haec PHILIPPE PRINCEPS OPTIME in Tui gratiam dicta ſiot, cum minutiſſima quaeque de L. Piſone mihi perſequenda mandaſti; iliumqua Horatil Flacci amicum argutè ſuſpicabaris, eo quia uterque optimis vinis delectaretur. Ioibi enim oſtendere curavi Venuſinum Vatam huic Piſoni, & Fratri divinum Poëtices opus inſcripſiſſa. Reliqua, verboſus ne ſim, conſula in apiſtolâ, quam AVGVSTAE GENETRICI rogatus miſi; quamqua ſapientiſſimaa Raginaa probatam Vir. Clar. Marſilius Vanturius profitetur.

(1) *De ficie*. Cod. II. Ambroſ. *de ferendis ficis*. In aliis antiquis aditionibus *de ficie ferendis*.

(2) *Admonemur*. Cum II. Codice, videturque hujus ſcripture concinnior ſantentiaa Plinianae, & verborum texturae, quàm recaptum *admonet*.

(3) *Perniciali*. Vterqua codae habet *perniciali*.

(4) *Hoc pomum*. Harduinus, ut a Pintiano indicetem lectionem tueretur, & *hanc pomum* redderat: *ſic*, ait, *Mſs. omnes. Reg. Colb. Th. &c.* hene pomum damptam. *Et ſane mox* racentam *eadem lege ſequitur etiam in iis libris vulgatis, in quibus* hoc pomum damptum *legitur* (*h*) „. Ciceronis hoc loco varbis uter, dum Harduinus quod corrigere vult, dapravare mihi videatur. Primâ argumantationa ac linguae latinaa indola obſiſto, cum Plinium pomi nomine fructus omnes elaganter denotare; hâc voce tamen femininam poſitionem innuere ignorem; quando omnes cum illo *pomum* nautrali ſignificatione accipiunt. Legimus de hâc ipsâ arbore apud Aathiopas (*i*): *Ficus ibi exilia poma habet*: epud Aegyptios (*k*): *Pomum fert non ramis, ſed caudice ipſo; idque ipſum ficus eſt praedulcis*; iterum poſthae Plinieno intarpreti rapugno, cum Ambroſiana axamplaria uniter praefaferant *hoc pomum demptum*, itemqua *decerptum Carthagine*, quae non ſinunt, ut Pintiani conjecturaa adhaeream, cujus verbe ſunt hujuſmodi (*l*) „ Vtrumque exemplar, *quando hanc pomum demptam putatis ex arbore*, & paullo poſt *decerptam* in iiſdem lagitur non „ *decerptum*; quod eſt notatu dignum; item *quamdiu* libentius legerim, quem *quando*, & *decerptam putatis* „ quam *demptam* „ Ex iis apparet Herduinum per Pintiani obſervationes profeciſſe, & eliqua tecto illius nomine minùs ad ram ſubdidiſſe. Quare Tolateno, & Salmanticenſi Ambroſiana, Chiſſlatianum, & multa alia apographa cum obſiſtant, cum Plinii indoles & latina lingua caſtigatori Hiſpano, & Gallo obluctentur, nihil hoc loco in Nerurali hiſtoriâ ſollicitaodom.

(5) *Putatis*. Recipio cum laudetis Ambroſianis, Toletano, & Salmanticenſi: in hoc Pintiano edhaerens, non

autem

[a] *Diſq. Plin. tom. I. pag.* e88. [b] *Lib. LIII.*
[c] *Lib. IV.* 1e. [d] *Lib. VII.* 7. [e] *Epiſt. LXXXIII.*
[f] *In Tiber. XLII.* [g] *Vide Horatii Flacci tom. VIII. pag.* 78.
[h] *Ad Plin. cit. lib. pag.* 745. *num.* 3.
[i] *Lib. XII.* 5. [k] *Lib. XIII.* 7. [l] *Vid. edit. Hack. tom. II. pag.* 195. *lit.* e.

Ex Harduin.

te diem scitote decerptam Carthagine: tam prope a muris habemus hostem. Statimque sumptum est Punicum tertium bellum, quo Carthago deleta est; quamquam Catone anno sequente rapto. Quid primum in eo miremur? curam ingenii, an occasionem fortuitam, celeritatemque cursus, an vehementiam viri? Supra omnia est, quo nihil equidem duco mirabilius, tantam illam urbem, & de terrarum orbe per CXX. annos aemulam, unius pomi argumento eversam: quod non Trebia, aut Trasymenus, non Cannae busto insignes Romani nominis, perficere potuere: non castra Punica ad tertium lapidem vallata, portaeque Collinae adequitans ipse Hannibal. Tanto propius Carthaginem pomo Cato admovit.

Ex Harduin. XXIV. pag. 750.

Differunt mora Ostiensia & Tusculana Ro-

Ex nostrâ recensione.

diem scitote decerptum [1] Carthagine, tam prope a muris [2] habemus hostem: *statimque sumptum est Punicum tertium bellum, quo Carthago deleta est, quamquam Catone anno sequente rapto* [3]. *Quid primùm in eo miremur: curam ingenii, an occasionem fortuitam, celeritatemque cursus, an vehementiam viri?* [4] *Super* [5] *omnia est, quod* [6], *nihil equidem duco mirabilius, tantam illam Vrbem, & de terrarum orbe per CXX. annos aemulam* [7] *unius pomi argumento eversam; quod non Trebia* [8], *aut Thrasimenus* [9], *non Cannae busto insignes Romani nominis perficere potuere, non castra Punica ad tertium lapidem vallata, portaeque Collinae adequitans ipse Hannibal. Tanto propius Carthaginem pomo Cato adiri monuit* [10].

Differunt mora Ostiensia, & Tusculana [11] *Na-*

ANNOTATIONES.

autem in voce *quamdiu*, cui agregiè aequipollet *quando* ab omnibus receptum.

(6) *Recens*. Cum Mediolanenses membranas habeant *et cens*; cum id nominis *ex M.* referat Dalecampius: perperam in reliquis *recentem* irrepsisse fatendum erit.

(7) *Tertium*. Illud *inquit* desiderant in I. Codice, legitur in II. uti in editis. Suspicarer a Plinio utpote minimè necessarium omitti.

(1) *Decerptum*. Ambrosiana, Chiffletianum, & Membranae a priscis Plinii castigatoribus violatae: falsò igitur Harduinus ex Mss. omnibus *decerptam* induxisse affirmavit.

(2) *A muris*. Cum II. Codice. In I. *tam prope nos habemus hostem*; quam lectionem ex M. pariter innuit Dalecampius, neque illam rejicio.

(3) *Rapto*. Anno V. C. 604. Coss. L. Marcio Censorino, & M. Manilio. Consule Velleium Paterculum lib. I. cujus verba opportunè subjecit Harduinus.

(4) *Viri?* II. Nihil quatuor hisce considerationibus felicius dictum invenio.

(5) *Super*. Ex membranis, & quidem familiari apud Plinium dictione, & Harduinus ipse membranas & Chiffletii codicem secutus vulgavit lib. IX. *super omnia est, quod esse auditum & odoratum piscibus* (a): Legimus absque controversiâ libro XXIX. *super omnia est compositio, quâ invictos faciunt Magorum mendacia* (b).

(6) *Quod*. Iisdem auctoritatibus; & hâcce scripturâ Mediolanensium apographorum sanantur minùs opportuna, quae ex aliis deducta invenies apud Hackios (c).

(7) *Aemulam*. Subaudi Romae aemulam. In veteribus impressionibus minùs rectè, & contra Plinii stylum legimus *Vrbis aemulam* (d): illud *Vrbis* desideratur in libris calamo exaratis, ideoque in operis corpore omittitur a Sigism. Gelenio, Paullo Manutio, & Dalecampio.

(8) *Trebia*. Mss. habent *Trebis* omissâ de more diphthongo. Id nonnullis placebat ex eo, quòd Trebia in pluras alveos dividatur. Verùm similia ex imbribus & liquefactis nivibus accidere scimus. De caetero Trebia fluviolus potiùs, quam amnis est, unde Plinius nomen singulari appellatione, uti apud omnes, vulgavit quadruplici loco. Sufficiant, quae de M. Sergio Catilinae Pinario vulgavit (e): *Quos hic coronarum acervos constructurus hoste mutato? --- Quas Trebia, Ticinusve, aut Thrasimenus civicas dedere? Quae Cannis corona merita?*

(9) *Thrasimenus*. In nullo reddendo nomine major apparet codicum inconstantia. Scribitur enim Thrasimenus, Trasimenus, Trasumenus, Transimenus, Trasymenus.

(10) *Adiri monuit*. Nicolaus Heinsius hunc locum minimè esse sollicitandum jubet (*f*), cum vulgatam a recentioribus reciperet scripturam *Romae enim, ait, subintelligendum*. Vltimum vocabulum (uti *subintelligere*) quamvis saepiusculè ab Harduino quoque receptum, minùs latinum judicarem. Caeterum Ambrosiano I. codici adhaereo, quem primigenii sequuntur typographi, ut pomo Carthaginem adiri moneret tantò propius, quàm bella a Poenis in Italiâ, atque circa Romana moenia ab Hannibale peracta. De insulâ juxta Tylum scripsit *adiri uno alveo angusto* (*g*). Puto adoptatam ab Heins., atque Har-

(a) *Tom. I. lib. IX. pag.* 501. (b) *Tom. II. pag.* 504. *Harduin.*
(c) *Tom. II. pag.* 196. (d) 1470. 1472. 1476. 1479. 1473. *&c.* 1507. *Paris.* 1516.
(e) *Lib. VII.* 28. (f) *Pag.* 146. (g) *Lib. VI.* 28.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
Romae. Nascuntur & in rubis multo differente callo. XXVIII. Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni: quod solum pomum simile frutici, terraeque gignitur. Arbor ipsa fruticosa. Fructus anno maturescit: pariterque floret subnascens, & prior coquitur. Mas sit, an femina sterilis, inter auctores non constat. Pomum inhonorum, ut cui nomen ex argumento sit unum tantum edendi.	*Nascuntur & in rubis* (1) *multum differente callo. Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni, quod solum pomum simile frutici* (2) *terraeque gignitur. Arbor ipsa fruticosa, fructus anno maturescit, pariterque floret subnascens, & prior coquitur* (3). *Mas sit, an femina sterilis inter auctores non constat. Pomum inhonorum, ut cui nomen ex argumento fit* (4), *unum tantùm edendi* (5).
Ex Harduin. XXV. pag. 751.	
XXX. Cerasi ante victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia. Ad Vrbis annum DCLXXX. is primum vexit e Ponto: annisque CXX. trans Oceanum in Britanniam usque pervenere, ea-	*Cerasi ante victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italiâ. At Vrbis anno* (6) *IↃCLXXX. is primùm vexit e Ponto* (7), *annisque CXX. trans Oceanum in Britanniam usque pervenere* (8). *Eae-*

ANNOTATIONES.

Harduino lectionem e corruptis exemplaribus deductam. In II. Ambrosiano occurrit *tanta propius Carthaginem pomo Cato admonuit*.

(11) *Mora Ostiensia, & Tusculana*. Codex I. *Ostiensis & Tusculana rome*. II. *ostiensi & tusculana rome*. Miror, quòd scripturae hujus ineptia castigatoribus non subierit. Nullà enim ratione Ostiensia, & Tusculana mora in urbe Româ unicè differre poterant, quando omnibus locis communis haec distantia esse debet. Neque melior est antiquorum typographorum intercisio, qui ediderunt. *Differunt Ostiensia & Tusculana. Romae nascuntur &c.* [a]: nam eadem urget difficultas, cumubique in rubis sylvestris mori species assurgat, unde cecinit Ovidius [b].

Cornaque, & in duris nascentia mora rubetis:

ubi Harduinus cum recentioribus legit *haerentia*. Nobis igitur assentiendum, vel Philandro, qui *Tusculana mora nascuntur* hoc loco recepit [c]. Conjiciendum oculis lapsum amanuensem, ut in Pliniano apographo illud *mora* iterum exceperit, reddideritque inepto *Romae* vocabulo. Mora enim non Romae, sed ubique in agris nascentia describit libro vicesimo quarto: *Nec rubos ad maleficia tantùm genuit Natura, ideoque ---- mora ---- vel hominibus cibos dedit ---- ----:* mora, quae in iis *nascuntur vel efficaciorem sthomaticem praebuerint quàm sativa morus*.

(1) *Rubis*. Quae rubeta Ovidio, unde procul dubio fluxit Langobardicum *Roveda*. Tali enim vocabulo spinosum fruticem agrestia mora ferentem in Cisalpinâ Galliâ appellamus.

(2) *Frutici*. Nostrae membrenae Harduino subscribunt. In I. *frutice*: in II. *frutici*. Calami lapsu Plinianus interpres in emendationibus reposuit *quod pomum solum* (d). Caeterum illud *frutici* restituisse asserit ex Mss. codicibus, tum Parmensis editionis, caeterarumque vetustiorum admonitu, quas Barbarus neglexerat, ut vulgaret *simile fructui terrae gignitur*, & terrae fructum fraga interpretaretur. Videbimus Heinsium Barbaro accedere. Quae Pintianus hoc loco sollicitavit, vana redduntur ex genuinâ lectione, quam Harduinus ex suis, nos ex Mediolanensibus membranis firmamus.

(3) *Coquitur*. Optimè ex Theophrasto Plinium interpretatur Harduinus, ut nempe eodem tempore fructus subnascens floreat, & prior maturescat. Cum in aliquibus libris legeretur: *& prior cogitur*, restituendum ex Chiffletiano judicavit Heinsius *& prior coquitur*, hoc est maturescit, additque [e] „ sed pro anno corrigendum fortè *una maturescit*, nisi mavis *autumno*. De ceteris non vi„ deo cur homines eruditi hunc locum invadant. Arbu„ tus inter arbores habetur, quae una fructum fert per„ simile eis, quae nascuntur in plantis ac herbis. Si „ quid mutandum, legam *fructui terreo*, vel *terreno* „ Laudatus auctor in annotationibus ad Propertium *fructui terreo* reponendum statuit [f]. Dalecampius ad Plinii verba *fructus anno maturescit*, Theophrasti auctoritatem affert.

(4) *Fit*. Ita habet uterque codex Ambrosianus.

(5) *Edendi*. Infra libro tertio supra vicesimum: *Arbutus, sive Vnedo, fructum fert difficilem concoctioni, & sthomaco inutilem* [g].

(6) *At Vrbis anno*. Ambrosianae membranae legunt nitidè *At urbis anno sexcentesimo octogesimo*. Dalecampius pariter in Mss. invenit *At Vrbis anno*. Rectiùs igitur cum antiquis typographis leges *At Vrbis anno* (quòd adhuc servat Parisiensis impressio anni 15:6.) quàm noviter a Gelenio, & Paullo Manutio adoptatum *Ad Vrbis annum*.

[a] *Vid. edit. Rom.* 1470. *Venet.* 1472. 1483. 1491. *Parm.* 1476. 1480. *&c.*
[b] *Metamorph. I. vers.* 195. [c] *Vid. edition. Haekier. tom. II. pag.* 206. *num.* 6.
[d] *Emendat. XIV. pag.* 757.
[e] *Lib. II. 6. pag.* 247. [f] *Pag.* 656.
[g] *Harduin. tom. II. pag.* 320.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
eadem, ut diximus, in Aegypto nulla cura potuere gigni. Cerasorum Aproniana maximè rubent: nigerrima sunt Lutatia: Caeciliana verò & rotunda. Junianis gratus sapor, sed paene tantum sub arbore sua, adeo teneris, ut gestatum non tolerent. Principatus duracinis,	*Eaedem* [1], *ut diximus* [2], *in Aegypto nullâ curâ potuere gigni. Cerasorum Aproniana maximè rubent* [3]*: nigerrima sunt Actia* [4], *ut Caeciliana vera & rotunda. Julianis* [5] *gratus sapor, sed pend tantùm sub arbore suâ, adeò teneris ut gestatum non tolerent. Principatus duracinis*

ANNOTATIONES.

(7) *E Ponto*. Divus Hieronymus ad Eustochium: *accepimus & canistrum talibus, & tam virginali verecundiâ rubentibus, ut ea nunc a Lucullo delata existimarim, siquidem hoc genus Pomi Ponto, & Armeniâ subjugatis de Cerasunte primus Romam pertulit, unde & de patriâ arbor nomen accepit*. Ab Ammiano Marcellino *Cerasus* oppidum non obscurum appellatur, *unde advexit hujusmodi poma Lucullus* (a).

(8) *Pervenere*. Vbi annos CXX. addas priori summae, incides in annum V. C. IϽCCC. Hujusmodi si editis libris stamus avenissent post Britannicum Tiberii Claudii triumphum, de quo suo loco egimus (b). Ast Plinium antea Cerasos in Britanniâ vidisse suspicor, cum non incongruum decam, illum circa annum V. Cond. IϽCCXCIV. Britannicae expeditioni interfuisse (c). Emendandus fortassis sequens numerus CXX., sed a typographis adoptatus, in membranis quoque apparens nostram repellit dubietatem.

(1) *Eaedem*. Miratur Harduinus, quòd *eadem* scripsarit, quasi *cerasa* ante, non *cerasi* dixisset, cum *cerasi* tamen in omnibus Mss. legatur. Antiqui Amanuenses diphthongos semper omittentes vulgasse *eedem* suspicor, unde depravata vox in *eadem*. Naqua enim credendum est Plinium malè locutum; quamvis non ignorem, quòd Cerasi, Cerasa etiam appellantur. Consula Stephanum Nigrum de nimiâ obsoniorum appetentiâ.

(2) *Vt diximus*. Corruptum asse hunc locum pro certo habeo; eique medicinam quis faciet nullum praebentibus libris salutis indicium? Lectionis vulgatae dissonantiam vidit Dalecampius, ideoque restituit (d) „ *Eadem ut di-* „ *ximus*, *peregrinae*, *Aegypto* &c. Peregrinas quidem ut „ & Persicas dixit cap. 3. lib. 12. Sed nusquam Ae- „ gypti solum dedignatas, praeterquam hic „. Plinii verba sunt hujusmodi: *Peregrinae & Cerasi*, *Persicasque*, *& omnes quarum Graeca nomina*, *aut aliena*. Certè hâc sententiâ minimè asseruit Plinius Cerasos nullâ curâ in Aegypto coli potuisse. Harduinus allatâ fortassis motus difficultate ad XIII. librum provocavit, *ubi in Aegypto seu Delta*, *saltem ubi Sebennyticus nomus est*, *nihil nesci omnino ait praeter papyrum*. Nemo tamen, ut puto, illius devinationem recipiet, cum Plinius ibi (e) pugillarium usum ante Trojana tempora inveniri apud Homerum tradat: papyraceas verò chartas omnino ignotas cum: *illo — prodente*, *ne terra quidem ipsa*, *quae nunc Aegyptus*, *intelligitur*: (*cum in Sebennytico saltem ejus nomo nonnisi charta nascatur*) *postea addaggerata Nilo*. *Siquidem a Pharo insulâ*, *quae nunc Alexandriae ponte jungitur*, *noctis diei que velifico navigii cursu terram fuisse prodidit*.

Hisce varbis Noster nil aliud intandit, quàm modicam illius Aegyptiae terrae partem describere, quaa postea addaggerata Nilo, ubi Papyri frutex colitur. Quis enim unquam affirmabit Aegyptum, cujus tot arbores allato XIII. volumina, nec alibi nascentes, laudat Plinius; quam provinciam frugum fertilissimam ita dicit, sed ut prope sola iis carere possit, cum tantam habeat ciborum ex herbis abundantiam (f): nunc nihil praeter papyrum gignentem innuere? Papyrum igitur in Sebennytico ejus tractu cultum describit, in quo alia itidem eximiè adolebant. Quantam Sebennytico vino confert dignationem, quod in Aegypto triplici uvarum genere nobile testatur (g) superiore volumine? Rejicienda igitur Johann. Harduini conjectura, quâ Plinii dicta non interpetratur, sed torquet, atque ad oppositam omnino significationem detrudit. Potiùs igitur Dalecampio subscribendum, ut amanuensibus illud *peregrinae* excidisse possis suspicari. Num fortassis legendum: *eaedem*, *ut dectamnus*, *in Aegypto* &c. Literarum ductus non abhorret a verbo *diximus*. Dictamnum in Aegypto nasci non affirmat Plinius: sed cum neque in fertilissimâ Provinciâ minimè inveniri tradat; hujusmodi hariolandi potiùs quàm decernendi caussâ dicta sint, quousque meliora emergant.

(3) *Aproniana — rubent*. Fuit gens Apronia apud Romanos maximè illustris; hoc loco etiam Agricolationis nobilissimo studio celebrabitur. Videtur enim quòd laudata Cerasorum species ab Apronio aliquo ejus cultore nomen invenerit, uti uva nigra, quae Apronia appellabatur (h).

(4) *Actia*. Legebatur olim *ut Actia*. Harduinus id malè irrepsisse credit, substituitqua *Lutatia*, quae et caetera ab auctoribus nomen invanisse affirmat (i). Nullum hoc loco codicem restitutionis vadem affert, sed in emendationum syllabo eam ex *Mss.* deductam asserit (k). Nos in membranis Ambrosianae Bibliothecaa, ceterisque *ut Actia* invenimus; in Hackiorum impressione, quaa Dalecampianarum est tradua, occurrit (l), uti in antiquioribus (m): *Cerasorum Aproniana maxime rubent: nigerrima sunt ut Actia: Caeciliana vero & rotunda*. Certè haec scriptura Plinium non sapit, nec solitam dicendi elegantiam. In orâ paginae additum legitur tanquam additamentum ad illud *nigerrima: sunt Actia*, *ut & Caeciliana rotunda*: haec sanè longè meliora; sed ut minùs a codicibus abeamus, videtur optimum sensum primigenio auctori redditum, ubi *vero* in *vera* componatur, atq; nigerrima dicat *Caeciliana vera & rotunda*. Dubitavimus de verâ apud Plinium lectione in primâ Disquisitionum parte (n); sed ne tum, alibi tendentes, detinaremur, restitutionem hoc loco intentandam distulimus.

(5) *Julianis*. Codex I. Ambrosianus, & veteres typographi. Harduinus in restitutionum indice *Junianis* ex Mss. repo-

(a) *Lib. XXII.* (b) *Vid. Disquis. Plin. lib. IV. pag.* 95.
(c) *Citat. Disquisit. lib. V. pag.* 141.
(d) *Vid. edit. Hack. tom. II. pag.* 108. *liter.* b.
(e) *Lib. XIII.* 11. *Harduin. tom. I. pag.* 689. & 690. (f) *Lib. XXI.* 15.
(g) *Lib. XIV.* 7. (h) *Vid. lib. XVIII.* 1.
(i) *Pag.* 751. *num.* 6. (k) *Pag.* 788. (l) *Tom. II. pag.* 208.
(m) *Rom.* 1470. *Ven.* 1472. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. *Parm.* 1476. 1480. *Tarv.* 1479.
(n) *Disquis. lib. VI. pag.* 209. *num.* 3.

Ex Harduin.

nis, quae Pliniana Campania appellat: in Belgica vero Lusitanis, In ripis etiam Rheni, tertius iis colos e nigro ac rubenti viridique, similis maturescentibus semper. Minus quinquennium est, quod prodiere, quae vocant laurea, non ingratae amaritudinis, insitae in lauro.

Ex nostrâ recensione.

nis [1], *quae Pliniana* [2] *Campania appellat: in Belgicâ verò Lusitanis: in ripis etiam Rheni tertius iis colos* [3] *e nigro ac rubenti viridique similis maturescentibus semper. Minùs quinquennio* [4], *quòd prodiere, quae vocant Laurea* [5] *non ingratae amaritudinis insitae in Lauro.*

AD XVI. LIBRVM

Ex Harduin. IV. pag. 2.

III. Hinc civicae coronae, militum virtutis insigne clarissimum: jampridem verò & clementiae Imperatorum, postquam civilium bellorum profano meritum coepit videri, civem non occidere. Cedunt his murales, vallaresque, & aureae, quamquam pretio antecedentes. Cedunt & rostratae, quamvis in duobus maxime ad hoc aevi celebres: M. Varrone e piraticis bellis, dante Magno Pompeïo: itemque M. Agrippa, tribuente Caesare e Siculis, quae & ipsa piratica fuere. Antea rostra navium tribunali praefixa

Hinc civicae coronae militum virtutis insigne clarissimum, jampridem verò & clementiae Imperatorum, postquam civilium bellorum profanatione [6] *meritum cepit videri civem non occidere. Cedunt iis murales vallaresque & aureae, quamquam precio antecedentes: cedunt & rostratae, quamvis in duobus maximè ad hoc aevi celebres, M. Varrone e piraticis bellis, dante Magno Pompejo, itemque M. Agrippâ, tribuente Caesare e Siculis, quae & ipsa piratica fuere. Antea rostra navium tribunali praefixa foro*

ANNOTATIONES.

reposuisse dicit, qui sint, nondum protulit. Credo ad Dalecampium respexisse, qui *Julianis* edens in orâ addidit *Junianis M.* quae vox pariter adnotatur ab Anonymo in impressione Venetâ anni 1472. In Chiffletii codice *Vinianus* (*a*), quod depravatum videtur a *Vinianis*, & in II. Ambrosiano lego *Vivianis*. Sic a cultoribus, ut videtur, nomen accepere. Cur Vinios, Junios, & similia Juliis praeferemus, cum iis vetustiores codices faveant?

(1) *Duracinis*. Ita restitue Disquisitionum Nostrarum libro VI. ubi typographicâ incuriâ irrepsit *duracenis*. Nonnullae antiquae editiones perperam habent *duricianis* (*b*).

(2) *Pliniana*. Naturalis historiae scriptorem patriâ Romanum, & villam ex hisce verbis in Campaniâ Plinio fuisse conjecit Harduinus (*c*), quae omnia satis superque refutavimus Disquisitionum libro VI. ubi itidem ostendimus Pliniana Cerasa in hanc diem appellari, quae in meo Casatino rure, & praesertim in Thebaidis colle nascuntur gustu suavissima solido odoratoque callo, magnitudinem columbini ovi exaequantia (*d*): quarum speciem etiam in hortulo Parmensi nostro transtulimus.

(3) *Colos*. Cum utroque Ambrosiano exemplari vocem retineo, ut optimè fecit Aleriensis Antistes. Barbarus, Benedictus, Gelenius, P. Manutius, Dalecampius, Harduinus. In omnibus siquidem tum editis, tum scriptis manu libris occurrit, alibi etiam in Naturali historiâ legimus (*e*): *pecudes verò quibus nonnisi ater colos esset*. Falsò igitur lexicographi hanc vocem unicè a Poëtis receptam tradunt, cum eodem pacto ad solutam orationem pertineat. Cerasi porrò circa Rheni fluenta celebratae passim apud Helvetios inveniuntur, indeque ex harum nucleo stillatum liquorem perficiunt, cui *Krisch brandwein* nomen imposuerunt.

(4) *Quinquennio*. Cum I. Ambrosiano & veteribus typographis. Gelenius is fuit, qui *minus quinquennium* substituit.

(5) *Laurea*. Ex Ruellio asserit Harduinus, quòd *Amarasia* vulgò dicantur, quia amatorem (lege amarorem) non injucundum resipiant. Hae sunt, quae *Marene* a Gallis Cisalpinis, & pressius a Parmensibus *Marasche* appellantur: non tamen a Plinio in praesentiarum descriptae. Cerasorum insitionem in lauro variis modis peregi, miratusque sum novas frondes, nusquam tamen quaesita poma conspexi, cum infra triennium & antea insitio perierit.

(6) *Profanatione*. Id verbi recipitur ab antiquis omnibus librariis. Gelenius, & Manutius nullâ additâ ratione *profano* substituerunt. Hos secutus Harduinus affirmat in Mss. omnibus legi *profano*. Id mihi invenire non adhuc contigit. In I. Ambrosiano occurrit *prophanatio* antiquâ scribendi ratione. *Profanatio* pariter in uno saltem

(a) *Cit. edit. Hack. tom. II. pag.* 208. *num.* 3. (b) *Ven.* 1483. 1491. (c) *Praefat. ad lector. tom. I.*
(d) *Cit. lib. VI. pag.* 210. & 211. (e) *Lib. XXX.* 2.

Ex Harduin.	Ex noftrâ recenfione.
fixa fori decus erant, veluti populo Romano ipfi corona impofita. Poftquam vero tribuniciis feditionibus calcari ac pollui coepere, poftquam vires ex publico in privatum magis, fingulifque civium quaeri, & facrofancta omnia profana fecere, tum a pedibus eorum fubiere in capita Civium roftra.	*ro decus* [1] *erant, veluti Populo Romano ipfa corona* [2] *impofita. Poftquam verò tribuniciis feditionibus calcari ac pollui cepere* [3], *poftquam ex publico in privatum agi* [4]*; fingulifque civium quaeri, & facrofancta omnia* [5] *profana facere* [6]*: tum a pedibus eorum* [7] *fubiere in capita civium roftra.*
Ex Harduin. X. 8. & 9.	
XIX. Quinto generi fitus idem, eadem facies: larix vocatur. Materies praeftantior longe, incorrupta vis, mori contumax, rubens praeterea, & dolore acrior.	*Quinto generi fitus idem* [8], *eadem facies. Larix vocatur materies praeftantior longè, incorrupta vis mori contumax, rubens praeterea, & odore acrior* [7].
Ex Harduin. XL. pag. 34. & 35.	
Abies admirationis praecipuae vifa eft in navi, quae ex Aegypto Caïi principis juffu, obelifcum in Vaticano Circo ftatutum, quatuorque truncos lapidis ejuf-	*Abies admirationis praecipuae vifa eft* [10] *in Navi, quae ex Aegypto Caj Principis* [11] *juffu Obelifcum in Vaticano Circo ftatutum, quatuorque truncos lapidis*

ANNOTATIONES.

tem Mfs. extare colligo ex Dalecampio. In II. Ambrofiano legitur *prophanum meritum*. Harduinus illud profano explicat *fcelere & calamitate:* primum a lexicographis accepit. Non video cur *profanatione* rejiciam, cum optimè quadret fenfui; atque bella civilia Religioni oppofita profanum fecerint, quod antea fanctum.

(1) *Foro decus*. Ita rectiùs cum I. Ambrofiano, & primigeniis typographis (*a*): eâdem ratione zizipha *aggeribus praecipue decora* fuperiore volumine affirmavit; ubi notandum, quòd zizipha ex Africâ in Italiam veniffe afferit, cum ea attulerit Sextus Papinius. Adhuc apud Hifpanos vocantur *azufaifas* voce profectò Punicâ, unde Romanum pariter *Ziziphs* deductum. Quod ad praefentem rem fpectat *fori* pro *foro* apud Plinium fubftituerunt Gelenius, & Manutius; idque in II. Ambrofiano pariter invenies. Caeterum illud *foro* ex I. codice Ambrofiano, formulâ loquendi magis fequentibus convenit, veluti *Populo Romano*. In II. legitur *fori decus erant veluti rei p. ipfa corona*.

(2) *Ipfa Corona*. Omnes membranae & rectiffimè.

(3) *Cepere*. Abfque diphthongo in utroque Ambrofiano, & prifcâ fcribendi methodo. Invenitur *cepere*, *coepere*, *caepere*.

(4) *Agi*. Miror Harduinum hanc lectionem, quam ex Dalecampii annotationibus ob oculos habebat, tanquam in Chiffletiano exemplari extantam minimè fequi, vel oblivifci. Nicolaus Heinfius: *fic*, inquit (*b*), *locus ille in optimis membranis legitur, ubi vires agi notandum tanquam privati cujufque praedam*

(5) *Et facrofancta omnia*. Deeft *omnia* in I. codice; invenitur in reliquis.

(6) *Facere*. Subfcribunt membranae, magifque dictis convenit, quàm vulgatum *fecere*.

(7) *A pedibus eorum*. Dubitat Heinfius, quòd fcribendum fit *a pedibus Deorum*, fiquidem Capitolio fubjectum erat forum, & in eo roftra. Videntur haec nimis curiofa contra omnium librorum fidem, cum recepta fcriptura plana fit, & cuncta fus deque verfa ex tribuniciis feditionibus indoleat.

(8) *Situs idem*. Nempe in excelfo montium. Notat Harduinus quòd iifdem ferè verbis a Vitruvio defcribatur lib. II. cap. 9. Verùm ego falfum eo loco fummum Architectum animadverto, cum Larices non alibi quàm in Padi ripâ notas affirmaverit. Nulla Larix cognitas mihi Padi ripas veftit a Staffardae vico ufque ad mare Adriaticum. In Vefulo quidem monte, uti in omnibus Alpium Larices inveniuntur. Hujufmodi a Vitruvio prolata oftendunt illum Veronenfem nequaquam fuiffe: nam fi ad Euganeos Raetofque pertinuiffet, fcite utique tenebatur Larices non modò planitiem, fed ipfos colles, montefque paulò humiliores abhorrere, uti mihi non uno conftat experimento, cum Larices a Vallis Tellinae, & Larii excelfioribus jugis deductas in Cafati, Lepomi, finitimifque montibus tranftuli, & has verà quidem ftatione germinare magnâ cum voluptate vidi, fed ingenti dolore omnes Augufto menfe arefcere indolui.

(9) *Odore acrior*. Typogr. incuriâ apud Harduinum irrepfit *dolore*, uti etiam in annotationibus *Laryx* pro *Larix* (*e*).

(10) *Vifa eft*. Hujufmodi verba occurrunt in membranis quibufcumque, quas Mediolani volutavi. Caeterum in vetuftis nonnullis editionibus defiderantur (*d*). Recipiantur primà vice, ni fallor, in Venetâ Alexandri Benedicti impreffione anni 1507. (*e*) haec poftea adoptarunt Gelenius, P. Manutius & alii recentiores.

(11) *Caj Principis*. Nempe Tiberii fucceffor ex Germanico

(a) *Venet.* 1472. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. *Parm.* 1476. *Parif.* 1526.
(b) *Lib. I. 12. pag.* 124. (c) *Tom. II. ad fect. XIX. n. I. pag.* 2.
(d) 1476. 1491. 1483. 1496. 1497. 1499. (e) *Fol. CXVIII. B.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
ejuſdem ad ſuſtinendum eum adduxit: qua nave nihil admirabilius viſum in mari certum eſt: CXX. M. modiûm lentis pro ſaburra ei fuere. Longitudo ſpatium obtinuit magna ex parte Oſtienſis portus latere laevo. Ibi namque demerſa eſt a Claudio principe, cum tribus molibus, turrium altitudine in ea exaedificatis obiter Puteolano pulvere, advectiſque.	*pidis ejuſdem ad ſuſtinendum eum adduxit; quâ nave nihil admirabilius viſum in mari certum eſt.* CXXX. [1] *modii lentis pro ſaburrâ ei fuere. Longitudo ſpatium obtinuit magnâ ex parte Oſtienſis portus latere laevo* [2]. *Ibi namque demerſa eſt a Claudio Principe cum tribus molibus* [3] *turrium altitudine in eâ exaedificatis, ob id ter* [4] *puteolano pulvere advecto.*

AD XVII. LIBRVM

Ex Harduin. I. pag. 47.	
I. Natura arborum, terra marique	*Natura arborum terrâ marique* [5]

Tom. II. R

ANNOTATIONES.

nico Claudii Caeſaris fratre, & Agrippinâ M. Agrippae & Juliae filiâ ſatus fuit. Hic hominum cum Nerone peſſimus, unde a Plinio faces generis humani appellantur. Intolerando errore Ludovicus Dominicus ex praenominis convenientiâ deceptus Cajo Julium Caeſarem ſubſtituit (*a*), quando ſimilia etiam Plinio refragantur, qui Obeliſcos primùm ab Auguſto Romae deductos tradit lib. XXXVI.

(1) CXXX. *modii*. Primus Ambroſianus codex habet *Centum XX. modii tum lentis*. Secundus *Centum XXX. modii lentis*. Primo Ambroſiano acceſſerunt veteres typographi. Gelenius pudendum erratum id dixit, cum tam modica ſaburra vix mediocri navigio ſufficeret, ne dum illi uſque ad miraculum ingenti: hinc veram lectionem ſtatuit CXX. M. modiûm lentis, *quas* addit, *& ipſas admodum modicas miror*. Gelenii emendationem a recentioribus adoptatam ſcio; videoque ei acceſſiſſe Vulpium, (*b*) atque Bandinium (*c*), quamis eâdem paginâ legat *XX. enim millia*. Ex CXXX. notis (quae ſuper inductâ lineâ centum triginta mille ſignificant) erratum fluxit, ut lineola malè producta modò in CXX. modò in CXXX. (uti in Chiffletiano exemplari) abierit. Oportebat Gelenium monuiſſe Romanum modium libris tantùm viginti, vel circiter conſtitiſſe, & tunc legentibus magna admiratio ex malè intellectâ menſurâ tollebatur. Quis enim navigationis paullulum capax CXX. vel CXXX. M. modios, uti hoc aevo vocabulum ſonat, uni quamvis enormi navi pro ſaburrâ tribuet? Hinc a Gelenio prolatis diſſitas Antiqui & Noſtri temporis menſuras ſubjiciendas optabat Ludovicus Comes a Rohano Melitenſium triremium Praefectus, vir exquiſiti judicii, militari ſcientiâ, politiorum literarum culturâ, ſplendiſſimo vitae genere in Parmenſi Aulâ ſuſpiciendus, cum Regii Equilis Magiſter tantam ſanguinis claritudinem virtutibus connectat.

(2) *Laevo*. Oſtienſis portus latere laevo intellige eam partem, quae dextero Tiberis latere jungitur, ut eruditè oſtendit Roccus Joſeph Vulpius (*d*), qui etiam Oſtienſis Coloniae, portuſque a Claudio primùm excitati, aliuſque interioris a Trajano additi ichnographiam exhibuit (*e*).

(3) *Cum tribus molibus*. Vnum verbum deſiderari hoc loco ſuſpicor. Ambroſiana exemplaria (quorum unum ab alio minimè profectò eſt deductum) quamvis corrupta, ſatis indicii praebent: in primo lego *cum tribus ppli milibus*, in ſecundo *cum tribus propri molibus*: num reſtituendum *cum tribus propriè molibus*. Adverbium hoc ſanè Plinio perſamiliare eſt.

(4) *Ob id ter*. Optima haec reſtitutio Rocco Vulpio debetur, qui vellem illam non unicè nudam induxiſſet. Nullum enim neque ex ratione, neque ex codicibus emendationis noviſſimae affert argumentum. Ex ratione ſatis firmatur, nam aërea ſunt, quae Harduinus excogitavit, tanquam *obiter* auctor dicat, eo quia Puteolis navis ea tranſiret, Romamque contenderet. Quis enim immane navigium e Puteolano litore ad Vrbem navigaſſe commercii cauſsâ ſcripſit? Cur *obiter* advectum pulverem debemus intelligere, cum extruendi nobiliſſimi portus gratiâ illius terrae ſpeciem afferret, quae merſa protinus lapis fieret, undis inexpugnabilis & fortior cotidie (*f*)? fortaſſe reſtitutionem etiam ex alterius indiciis deſumpſit Vulpius, nam ibi in orâ legimus: *ob idque puteolano pulvere advecto*, quod certè longè melius quàm *obiter*. In Ambroſianis codicibus lego *ob iter*. Vnde Vulpio accedo, cum unius literulae adjumento ſua Plinio reddatur ſententia *ob id ter*. Vide reliqua, quae invenies ad XXXVI. volumen Plinii, ubi illius verba priſtino nitori reſtituta exhibemus in hanc formam. *Divus Claudius aliquot poſt annos adſervatam eam, quâ Cajus Caeſar importaverat, omnibus, quae unquam in mari viſa ſunt, mirabiliorem turribus puteolano ex pulvere exaedificatis perductam Oſtiam portus gratiâ merſit.*

(5) *Marique*. Nicolaus Heinſius, cum ex Chiffletiano codice medicinam Plinianae lectioni facere intentaret, opinabatur auctorem ſcripſiſſe *Natura arborum terrae aquaeque ſponte provenientium* (*g*): ſiquidem in laudato exemplari invenerat *Natura arborum terraque ſponte provenientium*. Dubitavit fortaſſe acutus caſtigator additum ab imperitis *mari*; nam quamvis in mari etiam arbores enaſcantur; idque Plinius retulerit: hoc in tranſcurſu tetigit, neque earum naturam indagavit. Verùm ſatis munere functus eſt Naturae interpres, & mirus eſt Ambroſianorum exemplarium, & reliquorum conſenſus (*h*), in quibus *terrâ marique* apparet. Quod Heinſius refingit *aquaeque*, nullâ codicum auctoritate, duriuſculum Plinio aſſutum vocabulum mihi videtur, neque uſquam memini apud illum *aquaeque* legiſſe.

(a) *Vide Dominici verſionem principem lib. XVII. 40. pag.* 505. (b) *Vet. Lat. lib. XI. 11. pag.* 141.
(c) *De Aug. Obeliſco cap. VIII. pag. 35. num.* 4. (d) *Pag.* 142.
(e) *Tabul. IX. poſt pag.* 164. (f) *Vid. lib. XXXV.* 13.
(g) *Lib. III.* 3. (h) 1470. 1476. 1479. 1483. 1491.

Ex Harduin.

ſponte ſua provenientium, dicta eſt. Reſtat earum, quae arte & humanis ingeniis fiunt verius quam naſcuntur. Sed prius mirari ſuccurrit, qua retulimus penuria pro indiviſo poſſeſſa a feris, depugnante cum iis homine circa caducos fructus, circa pendentes vero & cum alitibus, in tanta deliciarum pretia veniſſe, clariſſimo (ut equidem arbitror) exemplo L. Craſſi, atque Cn. Domitii Ahenobarbi. Craſſus Orator fuit in primis nominis Romani: domus ei magnifica: ſed aliquanto praeſtantior in eodem Palatio, Q. Catuli, qui Cimbros cum C. Mario fudit. Multo vero pulcherrima conſenſu omnium aetate ea in colle Viminali, C. Aquilii, Equitis Romani clarioris illâ etiam, quam juris civilis ſcientiâ, cum tamen objecta Craſſo ſua eſt.

Ex nostrâ recenſione.

ſponte ſuâ [1] *provenientium dicta eſt. Reſtat earum, quae arte & humanis ingeniis fiunt veriùs quàm naſcantur* [2]. *Sed prius mirari ſuccurrit, quâ retulimus penuriâ, pro indiviſo poſſeſſas* [3] *a feris, depugnante* [4] *cum iis homine circa caducos fructus: circa pendentes verò & cum alitibus, in tanta deliciarum precia veniſſe, clariſſimo, ut equidem arbitror, exemplo L. Craſſi, atque Cn: Domitii Aenobarbi* [5]. *Craſſus Orator fuit in primis nominis Romani. Domus ei magnifica; ſed aliquanto praeſtantior in eodem Palatio* [6] *Q. Catuli, qui Cimbros cum C. Mario fudit. Multùm verò* [7] *pulcherrima conſenſu omnium, aetate eâ, in colle Viminali C. Aquilii Equitis Ro.* [8] *clarior is etiam tum juris civilis ſcientiâ, cum tamen objecta Craſſo ſua eſt.*

Ex Harduin. XXII. pag. 79.

Plagam omnem obliquam fieri, ut facile decidant imbres: & ad terram verti quam leviſſima cicatrice acie falcis exacta, plagaque conlaevata.

Non

Plagam omnem obliquam fieri, ut facilè decidant imbres, & ad terram verti quàm leviſſimâ cicatrice, acie falcis exactâ, plagaque conlevatâ [9].

Non

ANNOTATIONES.

(1) *Sponte ſuâ*. Conveniunt editis membrenaa; nihilque Plinio demendum: dilectae anim ſunt ei dictiones: ſic priora libro legimus: *ſponte ſuâ reſurrexiſſe* (*a*): ſequenti de fabâ (*b*): *naſcitur & ſuâ ſponte pleriſque in locis*, & voluminis XXXII. initio *ſuâ ſponte occurrit*.

(2) *Naſcantur*. Vterque Ambroſianus.

(3) *Poſſeſſas*. Rectiùs iterum cum membtenis lego *poſſeſſas*, cum id arboribus conveniat.

(4) *Depugnante*. Codex I. Ambroſienus *repugnante*, quod eâdem rationa ſuſtinetur. Non tamen immuto, cum caeteris convaniant verba XII. libri initio: *depugnetur licèt earum cauſſâ cum feris*.

(5) *Aenobarbi*. In Plinii codicibus per Dalecampium inſpectis ſcribitur *Aenobarbi*; ita & vateres editiones. In Ambroſianis omittitur diphthongus. Notant Laxicographi, quòd invanitur *Enobarbus*, *Aenobarbus*, & *Ahenobarbus*. Huic ultimaa ſcripturae convaniunt nummi. Conſule, quaa attulimus lib. IV. pag. 91., & Rei monatariae collectoras.

(6) *In eodem Palatio*. Egreglè Harduinus oſtendit Palatium in Ragiona Vrbis decimâ axtitiſſa; idqua ex P. Victoris deſcriptiona, in quâ: *Regio X. Palatium . . . Domus Q. Catuli. Domus Ciceronis*. Naſcio igitur, cur iguoti ſitus tradatur a Rudolphino Venuto (*c*).

(7) *Multum verò*. Cod. I. Ambroſianus, & pletaequa aditiones (*d*). In II. Ambroſiano *multò vero*.

(8) *Equitis Ro.* Scripturam ſequor codicis II. Ambroſieni, e quâ non differt primus, niſi quia dictionem non contrahit: legitque *Equitis Romani*. Sed perperam jungit *clarioris*, cum reddendum etet: *clarior is*, quòd nitidè apparet in ſecundo. Ex vitiosâ junctione effluxerunt arrores in vulgatis libris: *clarioris etiam tum quam juris civilis ſcientia*; ſed adverbium *quàm* non agnoſcunt membranae; unde ſua omnino cum Guariniano axemplari reddende Plinio ſententia, ut longè clarior juris civilis ſciantiâ, quàm domo avaſerit C. Aquilius. Neque anim ad Plinii dignitatam, atque indolam accedit oppoſitum cum Harduino ſtatuare, qui a mendosâ literarum conjunctiona fuit irretitus. Quâ anim ratione fieri poteſt, ut cui *Juba Ptolemaei pater ---- ſtudiorum claritate memorabilior etiam quàm Regno* laudetur (*e*): is juris civilis ſcientiam domui poſthabuerit? Vides utroque loco cognatas in Plinio dictionas, & ſententias.

(9) *Conlevatâ*. Loci reſtitutio debetur Pintiano. Ediderant typographi *plagâque convelata*. In Mſs. ita atiam legitur (*f*). In aliis *convellata* (*g*). Vnda Pintianus ax Auctoribus Ruſticis induxit *conlevata*, cum ii frequantar

[a] *Lib. XVI. 32.* [b] *Lib. XVIII. 12.*
[c] *Deſcript. Rom. part. I. pag. 14.* [d] 1470. 1476. 1479. 1483. 1491. 1499. 1526.
[a] *Vide lib. V. 1.* [f] *Vid. Ambroſ. II.* [g] *Ambroſ. I.*

Ex Harduin. XXIII. pag. 81.

Non est festinandum ad putationem novellae: sed primo in circulos materies colligenda, nec nisi validae putatio admovenda: seriore fere anno ad fructum arbusta vite, quam jugata.

Ex Harduin. XXIV. 85.

Sunt ex eadem causa nascentes & erucae, dirum animal, eroduntque frondem, aliae florem, olivarum quoque, ut in Mileto: ac depastam arborem turpi facie relinquunt. Nascitur hoc malum tempore humido, & lento. Fit aliud ex eodem, si Sol acrior insecutus inussit ipsum vitium, ideoque mutavit. Est etiamnum peculiare olivis & vitibus(araneum vocant,

Ex nostrâ recensione.

Non est festinandum ad putationem novellae ; sed primos in circulos materiae colligenda [1], *nec nisi validae putatio admovenda , seriore anno ferè* [2] *ad fructum arbustâ vite, quàm jugata.*

Sunt ex eâdem causâ[3] *nascentes & erucae* [4], *dirum animal, eroduntque frondem, aliae florem olivarum quoque, ut in Mileto, ac depastam arborem turpi facie relinquunt. Nascitur hoc malum tempore humido ac lento; fit aliud ex eodem, si Sol acrior insecutus inusserit* [5] *ipsum vitium* [6], *ideoque maturaverit* [7] *Est etiamnum peculiare olivis ac vitibus* [*a-*

ANNOTATIONES.

ter admoneant levandam esse plagam, locumque attulit ex Columellâ de arboribus cap. 10. Nic. Heinsius haec tractans (*a*): *quo loco*, inquit *vellem vir summus Nonius Pintianus reposuisset* acie falcis exacuta, *nam quod refringit* plagaque convelata, *approbo factum*. Sin minus ex Heinsii, ex Pintiani certè annotatione profecit Harduinus eâ in parte, quae ultimam loci restitutionem attingit: *ductu*, ait (*b*), *falcis acutae plaga sic effici debet, ut sit levissima cicatrix & uno vestigio allaevetur*. Plures subinde Columellae affert auctoritates, ut statim adderet „ quo in loco intrepida, *plagâque conlaevata* „ rescripsimus in Pliniano contextu, cum prius *convelata* legeretur: nulla prorsus aut inextricabili certe „ sententia „. Quod reposuit Harduinus ad diphthongum unicè spectat, idque omitti tutâ potest scripturâ.

(1) *Materiae colligenda*. Neque unum verbum addimus Ambrosianis codicibus, sensusque optimus erit, ut vitia in primis materiae circulis colligetur.

(2) *Seriore anno ferè*. Olim legebatur *seriore fere anno*. Monuit Pintianus scribendum cum minore *seriore anno fere*, ut haec prioribus nectamus; idque etiam ex antiquo codice, cui membranae a nobis inspectae omnino respondent. Ita etiam ex vestigiis Chiffletiani exemplaris conjecit Heinsius, qui vidit Pintianum id olim occupasse (*c*).

(3) *Causâ*. Nempe ex imbre.

(4) *Nascentes & erucae*. Novissimam propono, non jubeo inquisitionem ex membranis, ubi *cannescentes* (*d*) & *canescentes* lego (*e*). Videtur, quòd Plinio scribente *nascentes*: illud *et* Erucis minimè adderetur: num fortassis Erucarum species aliqua in monstrosâ dictione *canescentes* confunditur!

(5) *Inusserit*. Ex utroque Ambrosian.

(6) *Vitium*. Torsit hic locus eruditorum ingenia. Neminem tamen invenio, qui pro vitio legat cum Nicolao Heinsio *ipsum vinum*; nectatque *ideoque mutavit* (*f*). Satagens probare nullo sensu ingestum *mutavit*, vini mucorem ex Plinii pluribus sententiis adducit, & mucorem in vitibus laborantibus agnoscit. Verùm omnino differt mucor, qui vites infestat, & distillans a Plinio appellatur (*g*), a mucore (*la muffa*) unde vina laeduntur. Adde, quòd in multis codicibus legitur: *ut inde potiùs distillaret humor, qui maximè vites infestat*: & hanc optimam esse scripturam ex Theophrasto, & Columellâ possum ostendere; eamque humoris vocabulo reddi non ignoravit Harduinus (*h*); & ratio ipsa demonstrat, cum de lacrymante vite sermo ingeratur. Quare cum editis, membranisque receptam sequor lectionem; inustique vitii nomina ipsas erucas intelligo disruptas cum Harduino; hic tamen tantas afferens ex Theophrasto sententias occurrere debebat Pintiano, qui ex eodem auctore Plinii locum foedè depravatum indolebat. Ita enim doctus Hispanus Theophrasti verba latino idiomate aemulatur. *Quippe apud Miletum cum florem, si aër austrinus serenusque sit, erucae varium genus creatur: quarum aliae frondem erodunt, aliae florem. Juvat contra hoc si aestus sit consequutus: omnes enim disrumpuntur, & pereunt*. Ex allatis videbatur Pintiano aliter in Plinio, quàm praeferant exemplaria, legendum esse, unde duo illa verba *ipsum vitium* redundantia, & adjecta ab interpretibus conjecit, ut demum auctorem ita scripsisse suspicaretur: *Nascitur hoc malum tempore humido ac lento. Sed valet in id si Sol acrius insecutus inussit eas atque enecavit*. Objicerem castigatori: non omnia ex Theophrasto Plinium desumere, neque peculiaria Milesiis oleis spectantia, cunctis locis atque arboribus tribuere. Experientia ipsa nos docuit, quòd putrescentes erucarum phalanges, quidquid germinationis reliquum erat in vitibus calidâ tabe quandoque consumpsere. Id Magnus Plinius, ut reliqua omnia ad agricolationem pertinentia, minimè ignoravit, cum paullò ante de vitibus scripserit. *Aegrotant & cum alsere, laesis uredine attonsarum oculis. Et calore hoc evenit intempestivo: quoniam omnia modo constant, certoque temperamento*.

(7) *Maturaverit*. Sequor scripturam primi Ambrosiani, quae optima videtur, ut nempe vitium ipsum compleverit: frequens & in primis elegans dictio Auctori nostro

(a) *Pag.* 158. (b) *Pag. 79. num.* 150. (c) *Lib. II. 9. pag.* 269.
(d) *Cod. I. Ambros.* (e) *Cod. II.* (f) *Adversar. III. 1. pag.* 336.
(g) *Lib. XIV.* 15. (h) *Ad Plin. XVII. 15. num.* 12.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
cant, cum veluti telae involvunt fructum, & absumunt.	[*araneum vocant*] [1] *cum veluti telae involvunt fructum & absumunt.*
Ex Harduin. XXV. pag. 88.	
Sunt prodigia, & cum alienis locis enascuntur, ut in capitibus statuarum, vel aris, & cum in arboribus ipsis alienae. Ficus in lauro nata est Cyzici ante obsidionem. Simili modo Trallibus palma in basi Caesaris Dictatoris circa bella civilia ejus. Necnon & Romae in Capitolio, in capite bis bello Persei enata palma, victoriam triumphosque portendit: hac tempestatibus prostrata, eodem loco ficus enata est.	*Sunt prodigia & cum alienis locis enascuntur, ut in capitibus statuarum, vel aris, & cum arboribus ipsis* [2] *alienae. Ficus in lauro nata est Cyzici ante obsidionem* [3]; *simili modo Trallibus palma in basi Caesaris Dictatoris circa bella civilia ejus. Necnon & Romae Capitolio* [4] *in capite bis* [5] *bello Persei enata palma victoriam triumphosque* [6] *portendit: hâc tempestatibus prostratâ eodem loco ficus enata est.*
Ex Harduin. XXVI. 89.	
XLI. Asperiora vina rigari utique cupiunt in Sulmonensi Italiae agro, pago Fabiano, ubi & arva rigant: mirumque, herbae aqua illa necantur, fruges aluntur, & riguus pro sarculo est.	*Asperiora vina rigari cupiunt* [7]. *In Sulmonensi Italiae agro, pago Fabiano, ubi & arva rigantur* [8]*: mirumque herbae aquâ illâ necantur, fruges aluntur, & rivus* [9] *pro sarculo est.*
V.	Igi-

ANNOTATIONES.

stro est maturare, ut accelerationem significet. Sic libro XXVIII. 19. *Vagulae asininae suffitae partum maturant.* Item de vite nigrâ (a) *supputationes incipientes discutit, veteres maturat, & purgat.*

(1) (*Araneum vocant*). Vltimus parenthesis semicirculus deest typographicâ incuriâ apud Harduinum.

(2) *Cum arboribus ipsis.* Vterque codex.

(3) *Ante obsidionem.* Multa laboriosè hîc Dalecampius collegit ex Theophrasto, & Strabone, quae Harduinus recudit, nullâ civis sui habitâ mentione.

(4) *Romae Capitolio.* Ex laudatis codicibus, quae verba junguntur proximis: *simili modo Trallibus.*

(5) *In capite bis.* Nempe, ubi Capitolium incipit assurgere bis enatam testatur palmam. Adnotavit Dalecampius in veteri codice legi *in capite Jovis* (de quâ secundâ dictione paullò infra) addiditque nonnullos *caput* hîc exponere pro summo tecti fastigio, ac supremo vertice.

(6) *Triumphosque.* Cum victoriae addat triumphos rectior erit membranarum scriptura, ut bis enata palma primâ vice victoriam, secundâ triumphos portenderit. In I. Ambros., quamvis mendosè, lego. *Nec non & Rome Capitollio in capite bis bello persei enata palma.* In II. *Nec non & Romae Capitolio in capita bis.* Cum igitur in veteribus omnibus editionibus *in capite bis* occurrat, non video, cur legere debeamus *in capite Jovis.* Palmam enatam Trallibus in basi Caesaris Dictatoris satis intelligo, cum inibi materies aliqua calcis terraeque alendo nucleo idonea, & humiditas semen alat; ipsumque aves, & aquae deferant. Contra, quâ ratione in capite Jovialis statuae? quia dicit Harduinus, id paullò ante accidisse non abnuit Plinius cum *in capitibus statuarum, vel aris, vel cum in arboribus ipsis alienae.* Sed hujusmodi prodigiis fidem suam minimè obstringit auctor. *Qualibus ostentis*, ait, *Aristandri apud Graecos volumen scatet ---- apud Nos verò C. Epidii commentarii, in quibus arbores locutae quoque reperiuntur.* His, ut puto, motus Harduinus lectionem non invertit: legit enim in operis corpore *in capita bis*; additque in annotationibus „ Forte, *in capite Jovis*: nam paulo ante *in capitibus statuarum* dixit. Forte in *ara Jovis*: nam fragmentum Festi, verbo *Religionis praecipuae*, haec habet: „ *In Capitolio in ara . . . . fico nata fuerat.* supple, *bel-* „ *lo Persico nata fuerat.* Nicolaus Heinsius longiùs pro- „ cessit „ lege, inquit, (b) *in capite Jovis* ex scriptis. „ *Surripere Jovi coronam de capite in Capitolio* apud Plau- „ tum Trinummo. Sic idem Plinius in arboribus fru- „ ges enatas bello Hannibalico narrat libro XVIII. cap. XVIII. vel potiùs *in ara Jovis*; nam quomodo *in* „ *capite*? Festus in *Religionis. Palmam, quae in Capi-* „ *tolio in ara ipsa Jovis optimi maximi bello Persico ena-* „ *ta fuerat, tunc prostratam ferunt*, & sic emendat Ful- „ vius Vrsinus ad illum Festi locum ex Mss. Plinii, qui „ in ara *Jobis* „ Videtur vel Harduinum Heinsii, vel Heinsium Harduini scripta attigisse, quamvis alter alterius in omnibus restitutis locis nusquam meminerit. Ego suspicor, quòd Amanuensium oculi, vel manus verbi Capitolio ultimas literas junxerint haud multum dissito *bis*, unde fecerint *Jobis*.

(7) *Cupiunt.* Deest in membranis adverbium *utique*, quod in editis codicibus invenio.

(8) *Arva rigantur.* Respondent Ambrosianis apographis vetustiores typographi, nec ab eis recedendum.

(a) *Lib. XXIII.* 1. (b) *Lib. III.* 17. *pag.* 439.

AD XVIII. LIBRVM

Ex Harduin. III. pag. 100.

V. Igitur de cultura agri praecipere principale fuit & apud exteros. Siquidem & reges fecere, Hiero, Philometor Attalus, Archelaus: & duces Xenophon, & Poenus etiam Mago: cui quidem tantum honorem Senatus noster habuit Carthagine capta, ut cum regulis Africae bibliothecas donaret, unius ejus duodetriginta volumina censeret in Latinam lin-

Ex nostrâ recensione.

Igitur de culturâ agri praecipere principale fuit & [1] apud exteros: siquidem & Reges fecere, Hiero [2], Philometor [3], Attalus, Archelaus: & duces Xenophon, & Poenus etiam Mago [4]; cui quidem tantum honorem Senatus Noster attribuit [5] Carthagine captâ, ut cum Regulis Africae bibliothecas donaret, unius ejus duodetriginta [6] volumina censeret in

ANNOTATIONES.

(9) *Et rivus*. Ita ex scriptis emendat laudatus Heinsius, videturque facilis omnino sensus, ut nempe rivus sarculi vicem praestat. *Rivus* etiam substituitur ab Anonymo ed impressionem Tervisinam enni 1479. ubi *riguis*: quee vox recipitur in primo Ambros. codice, uti apud vetustiores typogrephos. Neque illam rejicio, cum tunc aque illa *riguis* naturam sarculi induat. II. Ambrosianus codex Harduino sevet, quibus edhaerere etiam potes.

(1) *Et*. Nempe, etiem apud externos.

(2) *Hiero*. Hic in auctorum indice *Hieron* graecâ methodo ab Harduino Columellam, ut puto, secutut eppelletur (*a*). Optandum videtur, ut a Plinio celebretum, dixisset fuisse hujus nominis II. Siciliae Regem fecit Harduinus, quando Syracusis imperavit. Amicus & consanguineus fuit Archimedis (*b*), ut testetur Plutarchus. Haec opportunè attigit Feychoous. Si plura optas de Hierone Rege Hieroclis filio Romanorum amico, quique de agriculturâ scripsit, consule Mongitorium (*c*), & Comitem Mazzuchellium in vitâ Archimedis.

(3) *Philometor*. Alium esse Philometorem, alium Attelum utrumque Regem e Plinio memoratos eum membranis omnibus, & impressis codicibus facio. In multis exemplaribus appellatur *Philometer* (*d*) minùs rectè. Harduinus ut suam firmaret lectionem, sciretque in VIII. libri elencho legi *Hierone Rege*, *Attalo Rege*, *Philometore item*: importunum duxit glosseme illud *Rege*, Attali, ac Philometoris eppellationibus interpositum, sobstituitque *Hierone rege*, *Attale Philometore item* (*e*). Hoc statuit Varronis auctoritate, qui unum eundemque Regem fuisse innuit Attalum Philometorem, ita ob pietatem in Matrem cognominatom. Sed Varronis locus (*f*), & Plutarchi verba (*g*) ostendunt quidem hunc Regem Attalum Populi Romani amicum Philometoris cognomine appellatum, non eutem opponuntur Plinii dictis quòd alter Rex Pergamenorum nomine Attalus de agriculturâ scripserit ante Philometorem. Non igitur oporeebat Fulvium Vrsinum erguere, qui in ennotationibus Varronienis duos existimavit a Plinio reges laudari, cum impossibile omnino videatur, non tantùm hoc loco, & in elencho VIII. voluminis, sed in summario XIV. XV. XVII. XVIII. ubique Attalum Regem, a Rege Philometore distingui eo pacto, ut ubique importunum edditum *glossema* cum Harduino statuamus. Nullâ igitur ratione sollicitandus Moderatus Columella, qui in operis sui limine ad Silvinum: *Siculi quoque*, eit (*h*), *non mediocri curâ negocium istud prosecuti sunt Hieron & Epicharmus discipulus: Philometor, & Attalus*.

Mireris in Harduino necesse est haec omnia sibi adscribere, quando jam Pintianus viem ostenderet. Fatetur vir doctissimus, parique illustris sinceritate duos inmi Reges a Plinio, cum in praesentis libri etiam indice, tam in eeemplari scripto, quàm in editis occurrat *Philometore rege*, *Attalo rege*. Addit Columellae auctoritatem: subinde Varronis sententiam, quâ unum tantùm intelligit Philometorem Attalum: *Hi sunt, quos habere in consilio poteris, cum quid consulere voles: Hiero Siculus, & Attalus Philometor*. Varronis dicta effecerunt, ut a Varrone staret. Haec etiam impulerunt Turnebum, ut ebsque distinctione legeret *Philometre Attalus* (*i*). Nobis non satis firma videntur, ne elumbie dicamus, cum Varronis sententia Plinio, atque Columellae minimè refregetur, & Philometor certè Attalus nomine dictas, a duobus aliis Regibus Attalis meximè illustribus fuerit praecessus.

Feychoous Rollinium arguit, quòd in veteri historiâ (*k*) Philometorem cum Attalo confundat (*l*): ille tamen hâc in re Harduinum sequitur.

(4) *Mago*. Hunc Portus Magonis conditorem affirmavi, ducem apprimè illustrem, cujusque opera, sive Punico idiomate scripta, sive in Latinum conversa periere. Vide quae scripsimus in Musarom *epiniciis* (*m*), atque in parergis (*n*). Isidorus Hispalensis: *Rerum rusticarum*, ait, (*o*) *scribendi sollertiam epud Graecos primus Hesiodus --- deinde Democritus. Magnus quoque Carthaginiensis in XVII. voluminibus studium agricolationis conscripsit*. Johannes Albertus Fabricius pro *Magnus*, legendum docuit *Mago* (*p*). Fortessis illustris Mago fuit Magni cognomine appellatus; quâ ratione Cn: Pompejom unico Magni vocebolo denotari quandoque scimus. Certior erit restitutio in voluminum numeris, e quibus duas excidisse notas credendum est. Sunt enim numero XXVIII. volumine, quae Mago patrio idiomate vulgavit.

(5) *Honorem attribuit*. Nescio iterum, cur entiquam scripturam, uique eb omnibus receptem, novâ inductâ Gelenius, & post eum Paullus Manutius, & Dalecampios posthabuerint. Recentiorem utique bonam, nec a Plinio abhorrentem fateor; vetustam temen meliorem, auctorisque manu exaratam judicarem. Sic *hunc videlicet Naturâ tribuente honorem* (*q*), & pressius *Theophrastus ---- -- magnum jam huic arbori honorem tribuit* (*r*); vidimusque supra de Cn: Pompejo Magno: *hos ergo honores Vrbi tribuit in delubro Minervae* (*s*).

(6) *Duodetriginta*. Nempe XXVIII. Conflatum est voca-

[a] *Plin. tom. I. pag.* 60. [b] *Plutar. in Marcello*. [c] *Bibl. Sicul. tom. I.*
[d] 1470. 1476. 1483. 1491. 1496. 1507. 1526. [e] *Tom. I. pag.* 54.
[f] *Lib. I.* 1. [g] *In Demetrio*. [h] *Lib. I.* 1. [i] *Vid. Plin. edit. Hark. tom. II. pag.* 413. *&* 414.
[k] *Lib. XXII.* 2. [l] *Tom. VIII. Disc. XII. num.* 13. [m] *Pag.* 20. [n] *Pag.* 81.
[o] *Lib. XVII. Orig.* [p] *Biblioth. lat. lib. II.* 7. [q] *Lib. II.* 54. [r] *Lib. XIII.* 16.
[s] *Ad Plin. lib. VII.* 26. *hujus voluminis pag.* 77.

Ex Harduin.

linguam transferenda, cum jam M. Cato praecepta condidisset, peritisque linguae Punicae dandum negotium, in quo praecessit omnes vir clarissimae familiae D. Silanus. Sapientes vero complures, quos sequentes praetexuimus in hoc volumine, non ingrate nominando M. Varrone, qui octogesimum primum annum agens de ea re prodendum putavit.

Ex nostrâ recensione.

in Latinam linguam transferenda, cum jam M. Cato praecepta condidisset; peritisque linguae Punicae [1] *dandum negotium, in quo praecessit omnisvir* [2] *clarissimae familiae D. Silanus* [3]. *Sapientiâ verò* [4] *omnes etiam, quos sequeremur, praetexuimus in hoc volumine, non ingratè nominando M. Varronem* [5], *qui LXXXI.* [6] *vitae annum gerens* [7] *de eâ re prodendum putavit.*

Ex Harduin. XI. pag. 113.

Artoptam Plautus appellat in fabula,

Artoptam [8] *Plautus appellat in fabu-*

ANNOTATIONES.

bulum tanquam duo demas e triginta. Landinus, & Brucciolus vertunt XXX., unde in codicibus per eos inspectis mendosas adfuisse siglas suspicarer. Cum enim uterque latinâ linguâ doctus evaserit, adduci non possum, ut credam duodetriginta pro tricesimo numero accepisse; & facè numerum siglis conficiunt in hanc speciem XXX. Ludovicus Dominicus in hunc errorem minimè impegit. Petrus Angelus Lavezarius ineptè arguit Tattum, quòd duodetriginta latinum, italicè reddiderit *ventiotto* (*a*). Vide quae adnotavimus ad I. Patriae historiae volumen.

(1) *Linguae Puniese*. In Mss. Reg. &c. tantùm legi *Punicè*, ut sit adverbium, testatur Harduinus. Ambrosiani codices, uti impressi, habent *linguae Punicae*: sed in membranis de more absque diphthongo *lingue punice*. Eâdem ratione legimus in libri quarti coronide
Poeni Gadir ita Punicâ linguâ septem significante.

(2) *Omnisvir*. Minus obvio fortassis vocabulo deterritus Dalecampius substituit *omneis vir*. Ego nihil immuto, videoque ab antiquis typographis receptum *omnisvir*, uti a Gelenio, Paullo Manutio, Parisiensibus & Lugdunensibus impressoribus. Erit igitur *omnisvir* eleganter juncta dictio, uti *omniparens*, *omnigenus*, & similia. Quòd autem *omnisvir*, & non *omnisvir* dixerit, nascitur ex junctorum verborum indole: haec aures minimè offendunt; a contrario esset confragosum *Omnisparens*, *Omnisgenus*. Editis Plinii voluminibus respondent membranae; quâ de caussâ *Omnisviri* dictio in Latinae linguae thesauris erit inoculanda. Adde quòd hâc scripturâ apertus redditur Plinii sensus, cum intelligam Silanum praecipuum fuisse auctorem, ut Magonis libri in Latinam linguam transferentur. Caeterum & scripta ab Harduino, & sequentia, quâ ratione nectuntur *Sapientes verò complures, quos sequentes praetexuimus* &c.? Magonis volumina XXVIII. ad breviorem XX. numerum arctata in Graecum idioma fuisse conversa a Cassio Dionysio jam supra adnotavimus.

(3) *D. Silanus*. Nempe *Decimus Silanus*. Decimus praenomen est, idque notâ D significatur. Nonnulli pro *Decio* acceperunt, ut monuimus in Plinianis Tabulis (*b*). Perperam igitur in II. Ambrosiano scribitur *Decius Sillanus*. Rectè in I. D. Silanus. Hunc ad Juniam Gentem spectasse credo, in quâ frequenter Silani cognomina occurrunt. Quae Harduinus promisit ad VII. Plin. librum num. XLIX. (*c*), non aliud sunt, quàm *M. Silanum* restituisse, cum antea *M. Syllanum* edidissent typographi (*d*).

(4) *Sapientiâ verò*. Sequor Ambrosianum II. codicem, cui ne voculam addo. In I. scriptura satis depravatur: legitur tamen *sapie vero*, & prima vox videtur contracta, & depravata a *sapientia*. Antiqui typographi vulgaverant *D. Syllanus sapientiae compositissimae*, ibique ignotum vocabulum multa suppeditavit tentamenta; si ea optas consulere, habes editionem Hackiorum. Caeterum ubi *sapientes* loco *sapientiâ* velis recipere: minimè abnuerim. Non abhorret tamen a brevitate Plinianâ (quam uti admirandam Julianus Saracinus laudavit (*e*)) unicum *sapientiâ vero* cum subaudiendum sit *clarus*.

(5) *M. Varronem*. Conveniunt membranae & primigenii typographi sic *auctorem non nominare* (*f*): *quos nominare non pigeat* (*g*) &c.

(6) *LXXXI*. Siglis exceptus numerus, uti in multis antiquis codicibus, atque editionibus (*h*) & malè habitus a Notariis fecit, ut subinde elementis vulgatus viriaretur: hinc irrepsit *septuagesimum primum* in Ambrosiano priore. In altero *octuagesimum primum*.

(7) *Gerens*. Libentius cum I. Ambrosiano legam, quàm vulgatum *agens*. Videtur enim quòd *gerens* ipsum annorum pondus importet. De annis scripsit: *aliis plures quàm unum gestare labor est* (*i*).

(8) *Artoptam*. De hâc voce satis superque egerunt Lexicographi, unde notiones suas desumpsit Harduinus. Artopta vas erat, in quo non panis quilibet, sed lautior tantùm, & delicatior coquebatur. Reliqua a latinae linguae illustratoribus praetermissa Harduinus desumit ex Dalecampii annotationibus, quae calamistris innuit. Naturalis historiae Auctor provocat ad Plauti versiculum, qui tali pacto legitur in editione Gronovianâ (*k*).
Ego hic artoptam ex proximo utendam peto
A Congrione.
Nescio si typographico errore apud Harduinum irrepsit *utendum*; Barbarus, Dalecampius, aliique *utendam* (*l*). Asserit Harduinus in Plinianis omnibus pennâ exaratis non *artoptam*, sed *artopasiam* occurrere, ut pro muliere panificâ acceptum id vocabuli videatur, deductumque ab alio Plauti versiculo, qui nunc ex eâ fabulâ excidarit, vel quòd pro ipsâ coquendi arte posset accipi, ut Fulvio Ursino visum (*m*). *Artopasiam* fateor inveniri in Chif-

(a) Memorie Istoriche della Valtellina *pag.* 8. (b) *Pag.* 98. *lib. IV.*
(c) *Tom. I. pag.* 66. (d) *Vid. tom. I. pag.* 423. *emendat. XLIX.*
(e) Notizie historiche d' Ancona *pag.* 30. *col.* 1. (f) *Lib. XXVIII.* 4.
(g) *Lib. IV.* 11. *&* 22. (h) *Vid. editiones Venet.* 1483. 1491.
(i) *Lib. XXXIII.* 1. (k) *Aulular. act. II. scen. IX. vers.* 4. *&* 5. *pag.* 136.
(l) *Consule Barbar. castigat. Plin. & Dalec.*
(m) *Vid. Fulv. Ursin. in appendice ad Triclin. Pet. Ciacconj.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
la, quam Aulularium ſcripſit: magna ob id concertatione eruditorum, an is verſus Poëtae ſit illius: certumque ſit, A. Atteii Capitonis Sententia coquos tum panem lautioribus coquere ſolitos: piſtoreſque tantum eos, qui far pinſebant, nominatos. Nec coquos vero habebant in ſervitiis, eoſque ex macello conducebant.	*bulâ, quam Aulularium ſcripſit* [1]*: magnâ ob id concertatione eruditorum, an is verſus Poëtae ſit illius, certumque ſit* [2] *Atej Capitonis* [3] *ſententiâ toſtum panem* [4] *lautioribus coquere ſolitos; piſtoreſque tantùm eos, qui far pinſebant, nominatos; nec cocos* [5] *verò habebant in ſervitiis, eoſque ex macello conducebant.*
Ex Harduin. XX. pag. 125.	
Aratione per tranſverſum iterata, occatio ſequitur, ubi res poſcit, crate vel raſtro: & ſato ſemine iteratio. Haec quoque ubi conſuetudo patitur, crate dentata, vel tabula aratro adnexa &c.	*Aratione per tranſverſum iteratâ, occatio ſequitur, ubi res poſcit* [6]*, crate, vel raſtro* [7]*, & ſato ſemine iteratio. Haec quoque, ubi conſuetudo patitur crate contentâ* [8]*, vel tabulâ aratro annexâ* [9] *&c.*

AD XIX. LIBRVM

Ex Harduin. I. pag. 155.	
In Germania autem defoſſi atque ſub terra id opus agunt. Similiter & in Italia	*In Germaniâ autem defoſſi, & ſub terrâ* [10] *id opus agunt; ſimiliter etiam* [11] *in*

ANNOTATIONES.

Chiffletii codice, ut monet Dalecampius; ſed illo vetuſtiores Alerienſis Epiſcopus, Landinus, Barbarus, Palmarius in membranis legerunt *artopeſiam;* iis acceſſere plerumque typographi. Vtrumque tamen vocabulum depravatum fateamur neceſſe eſt, cum Vrſini, atque Harduini excogitata Plautinum metri genus explodat, ut omnisvir Hermolaus Barbarus animadvertit, cum vox *Artopeſia* (idem de *Artopaſiâ* dicemus) in ſenario verſiculo ſtare non poſſit. Videtur *Artoptam* in Plinii membranis legiſſe doctus Anonymus, qui id vocabuli addidit Venetae impreſſioni ann. 1499. quâ utor.

(1) *Aulularium ſcripſit.* Cui nempe Aululariae titulum fecit. Hîc, & in ſequentibus iterum effulget Plinii brevitas inimitabilis.

(2) *Certumque ſit.* Ita potiùs cum priſcis, & praeſertim XV. ſeculi, typographis (*a*), quàm cum Gelenio, Dalecampio & Neotericis (qui *ſit* induxerunt) legendum.

(3) *Atej Capitonis.* Neſcio, unde praenomen *Aulli*, ſive *Auli* Capitoni fuiſſe hauſerit Dalecampius; illudque a Plinio vulgatum credar, quando membranae & impreſſa exemplaria nullum illi praenomen aſſignant. Verboſum enim nimiùm fuiſſet Auctori, ut illuſtrem virum praenomine, nomine, atque cognomine indigitaret. Magis hâc in re peccavit Harduinus, qui Capitoni in ſcriptorum ſyllabo Lucii praenomen attribuit (*b*). Nos Caj praenomen Atejo (ſive ut aliis placet Attejo) Capitoni fuiſſe ſuo loco adnotavimus, quod etiam ex teſſerâ gladiatoriâ Clar. Gorii oſtenditur (*c*). Vbi C. ATEI. COS.

(4) *Toſtum panem.* Harduinus rectè a Turnebo emendatum *tum panem* affirmat. Ego nihil vellem immutare, & veteres ſequor editiones cum toſtus panis ſolùm lautioribus, caetera genera omnibus coquerentur.

(5) *Cocos.* Ex membranis, & impreſſis omnibus, Gelenio, Manutio, Dalecampio. Cur igitur *coquos* ſubſtituit Harduinus? Haud ignoro, quòd utrâque ſcribatur ratione; ſed ſi Plinius *cocos* vulgavit, non illi *coquos* ſupponam.

(6) *Res poſcit.* Plinius Romanae, totiuſque agricolationis Princeps optimè animadvertit occandum non eſſe, ubi tale opus agro minimè ſit neceſſarium. Id quandoque uſu accidere ex diverſâ telluris qualitate norunt Villici.

(7) *Crate, vel raſtro.* Haec oſtendunt Naturalis hiſtoriae ſcriptorem Tranſpadanae praeſertim regionis arandi, occandi, iterandique regulas exactè ſequi, quibus Comenſes ruſtici in hanc diem utuntur, crate in planitie, raſtro in collibus.

(8) *Crate contentâ.* Reſtituo ex utroque Ambroſiano codice. Pintianus ex ſuis membranis: „*Vetus lectio*, ait, *non* dentata, *ſed* contenta *praefert, ut ſcribendum forte ſit* contexta. „ Conjecturam rejicit Heinſius, cui *cratis contenta*, ut contentus funis; ideoque pro crate extenſâ accipit (*d*). Contentam cratem dicit Plinius ſolidâ texturâ, neque amplâ, quae vix ſtantem hominem excipiat. Longè enim illius figura abeſt a dentatâ, cujus ſupra meminit; id etiam oſtendunt ſequentia *vel tabulâ aratro annexâ.* Manet utriuſque plani inſtrumenti uſus apud Comenſes, Mediolanenſes, & finitimorum agrorum cultores

(9) *Annexâ.* Ex membranis, quod idem ac *adnexa.*

(10) *Et ſub terrâ.* Membranae, atque veteres typographi.

(11) *Etiam.* Laudati codices, & Dalecampius in orâ libri ex M.

[a] *Ven.* 1472. 1483. 1491. 1497. 1499. *Parm.* 1476. 1480.
[b] *Tom, I. pag.* 55. [c] *Conſ. Nov. Theſ. Inſcript. Murator. tom. I. claſs. V. pag.* CCXCIX.
[d] *Pag.* 394.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
lia regione Alliana inter Padum Ticinumque amnes, ubi a Setabi tertia in Europa lino palma: ſecundam enim in vicino Allianis capeſſunt Retovina, & in Aemiſia via Faventina.	*in Italiae* [1] *regione Allianâ inter Padum Ticinumque amnes, ubi a Saetabi* [2] *terna* [3] *in Europâ lino palma. Secundam in vicino enim Allianis* [4] *capeſſunt Retovina* [5], *&* *in Aemiliâ viâ Faventina.*
Ex Harduin. I. 157.	
Mox Caeſar Dictator totum forum Romanum intexit, viamque ſacram ab domo ſua ad clivum uſque Capitolinum, quod munere ipſo gladiatorio mirabilius viſum tradunt.	*Mox Caeſar Dictator totum Forum Romanum intexit, Viamque Sacram ab domo ſuâ, & clivum uſque in Capitolium* [6], *quod munere ipſo gladiatorio mirabilius viſum tradunt.*
MA-	*MA-*

ANNOTATIONES.

(1) *Italiae*. Ex II. Ambroſiano exemplari. In I. *Ttalie*, ex quo, ſublatis orthographiae mendis, apparet auctorem exaraſſe *Similiter etiam in Italiae regione Allianâ*. Primigenii typographi vulgaverant omnino ineptè *in Italia a ratione alia. Nam inter padum ticimumque* (*a*): poſtea ſanaſſe ulcus crediderunt edentes *in italia ratione alia* (*b*). Turnebus ſubſtituit *ratione aliena* ſatis infeliciter. In editione Hackianâ, aliiſque Dalecampii traducibus in orâ pagellae *regione Aliana*. Huic ſcripturae adhaeſit Harduinus faſſus in Regio 1. & 2. legi *ratione aliena*. Monſtra haec amanuenſium. Ex primi vocabuli contractione effluxit *ratione* pro *regione*. In I. Ambroſiano occurrit *rone alienam*. Reſtitue ex II. Ambroſiano *regione Alliana*. Vnico tamen ibi *l* redditur *Aliana*, unde fortaſſis inquirendum, utrum *Alianâ* vel *Allianâ* ſcripſerit Plinius. Cum incerti ſimus, unde Regio nomen habuerit, vulgatam lectionem proximè ſollicitabimus. Nemo ex Plinianis interpretibus, quod ſciam, indagavit, ubinam haec Regio Alliana inter Padum Ticinumque amnes extiterit. Bernardus Saccus Ticinenſis Hiſtoricus Plinium Laumellinae (ſeu ut ipſe minùs rectè opinatur Laeumellinae) provinciae lina celebraſſe aſſerit, minimè quidem nominatim, ſed deſcriptione per verba *inter Padum Ticinumque amnes* (*c*). Laumellina lina ſubtiliſſimo, ac firmiſſimo filo conſtare, telaſque ex eis contextas caeteris durabiliores idem Saccus affirmat. Laudat ſubinde Brixiana, Cremonenſia, Laudenſia (& neſcio quare Cremenſia omnibus praeferenda omittit). Poſtremo hiſce verbis progreditur. *Quâ quidem Naturae varietate evenit, ut ipſa quoque Brixianorum, & finitimorum lina molliora ſint, ac per conſequens laboratu faciliora, quam Laeumellinea, & ideo ab eorum foeminis alta voce canentibus, ac labore, & amore laetantibus elaborantur. At Laeumellinea Lina, cum duriora ſint, folioque ſicciore à natura producta, a validis tantum viris* [*ut etiam ſcripſit Plinius*] *die noctuque laborantibus, ac magna vi, tum lignea tum ferrea ſcutula .... lina concutientibus, verſantibuſque aegre fiunt*. Haec ultima Plinius nequaquam tradidit; ſed in Regione Allianâ defoſſos, & ſub terrâ lineum opus agere monet, quod non ex integro, noſtro aevo, accidit, cum tamen humiliora cubicula villici inter Adduam Ticinumque amnes ad texendas telas deligant. Quae porrò ſit regio Alliana, fateor me ignorare, quamvis vel huic Laumellinae appellationem poſt Plinium contigiſſe, vel in ipsâ Laumellinâ concluſam ſuſpicer. Habemus Allaneae vicum, ubi bona ex Barziziâ in Fratriam familiam, nobiſque aliquo jure tranſmiſſa extant. Sunt Galliae, & Galliavolae vici, quorum fortaſſe aliquis a Plinio innuitur, ut paullò infra explicare intentabimus.

(2) *Saetabi*. Ita ſcribendum ex Plinio, & orthographiâ hujuſmodi nomen monuimus Diſquiſitionum lib. VIII. (*d*), & hujus voluminis folio 12. Eſt autem Saetabis Citerioris Hiſpaniae oppidum, quod Arabicâ pronuntiatione ab Hiſpanis *Xativa* appellatur.

(3) *Terna*. Ex membranis, uti etiam ex indiciis editorum exemplarium, in quibus vox terna apparet, quamvis ſuperiori vocabulo inoculata.

(4) *Allianis*. Veteres editiones habent *Halionis* [*e*], unde ſuſpicari poteſt, quòd *Gallionis*, ſive *Gallianis*, vel unico *l* ſcriptum fuerit, & nomina conveniant Galliae, & Galliavolae vicis circa Padi vallem in Laumellinâ ſitis, lini feracibus. Videtur etiam quòd hic tractus, Regio a Plinio recenſita eſſe poſſit, ex gemini vici nomine, atque vicinitate.

(5) *Retovina*. Harduinus *Ab oppido*, inquit, *Retovio, ſive Ritobio, quod Livio dici Litubium, lib. 32. Cluverius arbitratur, in Ital. antiqua*. Viculus, qui ab indigenis *Retorbido*, itemque a patriis geometris [*f*] appellatur; a Magino *Retorbio* (*g*): a Poggalio (*h*), aliiſque *Kitorbio*, nullâ ratione Livii Litubium eſſe poteſt. Cum fundos inibi poſſideat Amita mea Fratria, mihique fideicommiſſariâ haereditate ſpectent: utique ſcio, hos non herbam, ſed optimum vinum textoribus ſuppeditare. In colle enim aſſurgunt Returbidum, Mons doudouus, & Garlaſolum. Quare *Retovina* lina magis proxima Allianis fuiſſe ſuſpicarer. Diturbium Saccus appellat fluvium, quem *Terdoppio* in praeſentiarum vocant Laumellinates. Fortaſſe circa *Diturbii* villam, aut amniculum extabant haec Lina Allianis proxima.

(6) *Vſque in Capitolium*. Sequor I. Ambroſianum codicem, videoque hanc lectionem a Nicclao Heinſio adoptatam, quam rectè in membranis apparere teſtatur; majus enim eſt Caeſarem intexiſſe etiam clivum uſque in Capitolium, quàm ad Clivum uſque Capitolinum, quod minùs. Irrepſit tamen typographico mendo apud Heinſium *Mox Caeſari* (*i*). Antiquiores editiones habent *a domo ſua ac clivum uſque in Capitolium* (*k*), quod ſenſim

[a] *Ven.* 1472. 1483. 1491. *Parm.* 1476. 1480.
[b] 1535. 1548. 1559. [c] *Lib. IV.* 10. [d] *pag.* 249. *num.* 1.
[e] *Ven.* 1472. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. *Parm.* 1476. 1480.
[f] *Vide Tab. Ticin. princ. Carol. Burgattae*. [g] *In Italiâ: vide Tabul. cui titulus* Territorio di Pavia, Lodi *&c.*
[h] *Tom. I. pag.* 90. [i] *Lib. I.* 9. *pag.* 87.
[k] *Rom.* 1470. *Ven.* 1472. 1483. *Parm.* 1476. 1480.

AD XX. LIBRVM

Ex Harduin. I. pag. 187.

MAXIMVM hinc opus Naturae ordiemur, & cibos suos homini narrabimus, faterique cogemus ignota esse, per quae vivat. Nemo id parvum ac modicum existimaverit, nominum vilitate deceptus. Pax simul in his aut bellum Naturae dicetur, odia, amicitiaeque rerum surdarum ac sensu carentium.

Ex Harduin. VIII. pag. 199.

XXXIII. Brassicae laudes longum est exsequi, cum & Chrysippus medicus privatim volumen ei dicaverit per singula membra hominis digestum, & Dieuches: antes omnes autem Pythagoras & Cato non parcius celebrarint. Cujus sententiam vel eo diligentius persequi par est, ut noscatur qua medicina usus sit annis DC. Romanus populus.

Ex nostrâ recensione.

MAXIMVM binc opus Naturae ordiemur, & cibos suos homini narrabimus, faterique cogemus [1] *ignota esse, per quae vivat. Nemo* [2] *id parvum ac modicum existimaverit nominum vilitate deceptus. Pax secum* [3] *in iis, aut bellum Naturae dicetur, odium amicitiaque* [4] *rerum surdarum ac sensu carentium.*

Brassicae laudes longum est exequi, cum & Chrysippus Medicus privatım volumen ei dicaverit per singula membra hominis digestum [5], *& Dieuches* [6]*: ante omnes autem Pythagoras, & Cato* [7] *non parciùs celebrarint; cujus sententiam vel eo diligentiùs persequi par est, ut noscatur quâ medicinâ usus sit annis IↃC. Populus Romanus* [8].

AD XXI. LIBRVM

Ex Harduin. I. 233.

IN hortis seri coronamenta jussit Ca-

IN bortis seri & coronamenta [9] *jussit*

ANNOTATIONES.

sim a subsecutis typographis depravatum. Fortasse quia utramque scripturam indicavit Hermolaus.

(1) *Cogemus*. Ipsum hominem propositis argumentis arctabimus ad fatendum sibi ignota esse ea, per quae vivit.

(2) *Nemo*. Codex Chiffletianus legit: *Ne id parvum*.

(3) *Pax secum*. Gelenius receptam scripturam immutavit, quam veteres omnes librarii recipiunt (*a*), & in Chiffletiano etiam codice inveniri testatur Dalecampius. Ab eâ non recesserunt Parisienses typographi (*b*). Alexander Benedictus legi etiam adnotavit: *Pax si cum his, aut bellum* (*c*).

(4) *Odium, amicitiaque*. Vtrumque vocabulum Nostri codices: ultimum Chiffletianus habet, unde manat, & primum; videntur omnia meliùs congruere, quàm vulgata. Viden ut pax, ita bellum, odium, amicitia.

(5) *Chrysippus*. Hunc quidam a Soloe Ciliciae, alii a Tarso fuisse scribunt. Harduinus, & Eloyus (*d*) Cnidium asseverant. Si Diogeni Laërtio credimus, septingenta quinque volumina composuit, in iisque laboris patientissimus apparuit (*e*). Ejus subtilitatem in scribendo, itemque brevitatem L. Seneca quidèm laudat; & tamen suum de beneficiis volumen ineptiis replevisse minimè dissimulavit. Veriora Plinium scripsisse credam, qui Chrysippum nimiae garrulitatis reum, ideoque tanquam verbosum accusat. Si plura de Chrysippo optas, consule Isaaccum Casaubonum, & Aegidium Menagium apud Laërtium, ubi multa ex Plutarcho, & Arriano (*f*). Habes Bailletum (*g*), aliosque innumeros.

(6) *Dieuches*. Notat Pintianus ex vetusto codice apparere *Diocles*, & posse utroque modo legi ex Elencho. Dieuchem de brassicâ scripsisse scimus: Dioclem ignoramus, unde nihil immutarem.

(7) *Cato*. Plinii verba attulimus in annotationibus ad B. Jovium eo versiculo.

Et cunctis infesta malis laudata Catoni
Brassica (*h*).

(8) *Populus Romanus*. Desiderantur haec verba in omnibus antiquis. Dalecampius induxit *Rom. populus* (*i*) Plinium scripsisse *annis*, IↃC. *Populus Romanus*, suadet ratio, & Auctoris stylus. Sic libro vicesimo nono (*k*) *ceu verò non millia gentium sinè Medicis degant, nec tamen sinè Medicinâ. Sicut Populus Romanus ultra sexcentesimum annum, nec ipse in accipiendis artibus lentus, Medicinae verò etiam avidus, donec expertam damnavit.*

(a) *Edit. Tarvis.* 1479. *Ven.* 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. *Parm.* 1476. 1480.
(b) *Vid. edit.* 1526. (c) *In edit. Venet. an.* 1507. *fol.* 150. *B.*
(d) Diction. historiq. *tom. I. pag.* 241. (e) *Vid. lib. VIII. Segment.* 180. *pag.* 480.
(f) *Ad VII. librum pag.* 338. (g) *Tom. I. pag.* 141.
(h) Vide Surga fons Lancherii. (i) *Vid. edit. Hackior. tom. II. pag.* 617.
(k) *Lib. XXIX.* 1. (l) *Lib. III.* 11.

Ex Harduin.

to, innenarrabili florum maxime subtilitate: quando nulli potest facilius esse loqui, quàm rerum Naturae pingere, lascivienti praesertim, & in magno gaudio fertilitatis tam variae ludenti. Quippe reliqua usus alimentique gratia genuit: ideoque saecula annosque tribuit iis. Flores vero odoresque in diem gignit &c.

II. Tenuioribus utebantur antiqui, stroppos appellantes: unde nata strophiola.

Ex nostrâ recensione:

Cato, innenarrabili florum maximè subtilitate: quando nulli potest faciliùs esse loqui, quàm rerum Naturae pingere, lascivienti praesertim, & in magno gaudio fertilitatis tam variè ludenti. Quippe reliqua usus alimentique gratiâ genuit; ideoque secula annosque tribuit iis; flores verò odoresque de die in diem [1] *gignit &c.*

Tenuioribus utebantur Antiqui, Strophia [2] *appellantes, unde nata Strophiola.*

Ex Harduin. III. pag. 234.

Apud nos exemplum licentiae hujus non est aliud quam filia Divi Augusti, cujus luxuria noctibus coronatum Marsyam litterae illius Dei gemunt.

Apud Nos [3] *exemplum licentiae hujus non est aliud, quàm Filia Divi Augusti, cujus luxuriâ noctibus coronatum Marsyam literae illius Dei gemunt* [4].

AD XXII. LIBRVM

Ex Harduin. I. pag. 266.

I. IMPLESSE poterant miraculum sui Natura atque tellus, reputantium vel prioris tantum voluminis dotes, totque genera herbarum utilitatibus hominum, aut voluptatibus genita. Sed quanto plura restant? quantoque mirabiliora inventu? Illa enim majore in parte cibi aut

COMPLESSE [5] *poterant miraculum sui Natura, atque Tellus, reputantium vel prioris tantùm voluminis dotes; totque genera herbarum utilitatibus hominum, aut voluptatibus genita. Sed quantò plura restant, tantò quoque* [6] *mirabiliora inventu. Illa enim majore parte* [7] *ci-*

ANNOTATIONES.

Videntur etiam similia, licèt minuta, firmari Plinii Valeriani auctoritate, cujus elegantem dicit paraphrasim in hunc locum Harduinus: *Cato tradit Populum Romanum sexcentis ferè annis medicinâ brassicae usum* (*a*).

(9) *Et coronamenta*. Nempe etiam coronamenta, ea nempe omnia, unde nectuntur coronae. Fortasse illud *et* typographicâ incuriâ excidit apud Harduinum. Neque enim omissionis affertur ratio, & particula jussioni Catonianae vim addens in omnibus occurrit exemplaribus.

(1) *De die in diem*. Haec longè melius floribus, odoribusque conveniunt, quàm a Gelenio truncata lectio, cui Dalecampius, atque Harduinus adhaeserunt.

(2) *Strophia*. Quaecumque attulit Harduinus, ut *Stroppos* defenderet, non tanti sunt, ut priscam eliminent scripturam. Primò non est tuta Festi lectio, ut *Stroppus* ab illo scriptum fuerit. Secundò pleraeque membranae, & typographi omnes recipiunt *Strophia*; ideoque Regio, Colbertino, & Chiffletiano apographis factum aequipondium. Sed si *Strophiola* imminutâ dictione appellatur parva corona, id certè a *Strophio* non a *Stroppo*, deductum. Reliqua antiquorum testimonia habes apud Lexicographos. Consule Facciolatum, & Joh. Matth. Gesnerum.

(3) *Apud nos*. Eâdem ratione nempe *apud Nos*, qui a Graecis, atque Externis dividimur.

(4) *Illius Dei gemunt*. Vetusta Naturalis historiae impressa exemplaria habent *literae illius describunt*, Gelenius ex codicibus induxit *illius Dei gemunt*; idque opportunè per ironiam dictum adnotavit. Haec lectio in omnibus membranis apparere affirmat Harduinus, & quidem elegantior est. In suis quoque libris apparuisse indicio est Landini itala versio.

(5) *Complesse*. Edita exemplaria usque ad Harduinum. Dalecampius in orâ pagellae adnotavit ex Chiffletiano *implesse*. Hunc sequitur recentior Plinii interpres.

(6) *Tanto quoque*. Haec est antiqua lectio, quam nullâ additâ ratione immutavit Gelenius.

(7) *Majore parte cibi*. Antiquis omnibus convenit Gelenius, nescioque quaenam impulerint Dalecampium, atque Harduinum, ut particulam *in* subjecerint, sine quo nexu Pliniana stat oratio: sic a Nostro in gemmis, *Naturae majestas .... nullâ sui parte mirabilior* affirmatur (*b*).

(a) *Lib. III.* 11. (b) *Lib. XXXVII. initio*.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
aut odoris decorisve commendatio ad numerosa experimenta duxit.	*cibi, aut odoris decorisve commendatione* [1] *ad numerosa experimenta duxit.*
Ex Harduin. II. pag. 266.	
III. Jam vero infici vestes scimus admibili fuco. Atque ut sileamus Galatiae, Africae, Lusitaniae granis, coccum Imperatoriis dicatum paludamentis, Transalpina Gallia herbis Tyrium atque conchylium tingit ------ Non est nunc propositum ipsa consectari: nec committemus, ut subjiciendo tutiora, luxuriam vilitate circumscribamus.	*Jam verò infici vestes scimus admirabili succo* [2], *atque ut sileamus Galatiae, Africae, Lusitaniae granis coccum imperatoriis* [3] *dicatum paludamentis: Transalpina Gallia herbis tyria, atque conchylia* [4] *tingit ------ Non est* [5] *nunc propositum ista consectari, nec omittemus* [6], *ut subjiciendo viliora* [7] *luxuriam vilitate* [8] *circumscribamus.*

AD XXIII. LIBRVM

Ex Harduin. I. pag. 296.	
I. PERACTA cerealium in medendo quoque natura est, omniumque quae ciborum aut florum, odorumve gratia proveniunt supina tellure. Non cessit his Pomona, partesque medicas & pendentibus dedit, non contenta protegere, arborumque alere umbra quae diximus &c.	*PERACTA cerealium in medendo quoque natura est, omniumque quae ciborum, aut florum, odorumve gratiâ* [9] *proveniunt supinâ Tellure* [10]. *Non cessit his Pomona, partesque medicas pendentibus quoque dedit* [11], *non contenta* [12] *protegere, arborumque alere umbrâ, quae diximus &c.*
II. Ergo hercule has in primis dedit	--- --- *Ergo hercule artes* [13] *in* pri-

ANNOTATIONES.

(1) *Commendatione.* Vetustis iterum adhaereo exemplaribus, a quibus Gelenius recessit. Certè magis Plinii stylum sapit *odoris decorisve commendatione.* De Persis unguento madentibus legimus: *accersitâ commendatione ---- natum virus* extinguere.

(2) *Succo.* Gelenius *fuco* non succo legendum jubet; sed quânam autoritate, vel codice optimam dictionem sollicitamus? Nonne de Purpuris scripsit Noster (a): *Vivas capere contendunt, quia cum vitâ succum eum evomunt?* Quid apertius verbis (b): *Et tamen illa quoque herba, quam lutum appellant, tingitur. Natura est, quae lino lanaeve ad succum bibendum.* Viden ut Neoterici Plinium habuerunt, & optimis deteriora supponunt.

(3) *Imperatoriis.* Barbari dicunt *imperialibus*, cujus dictionis exemplum apud idoneos auctores minimè invenies.

(4) *Tyria, atque conchylia.* Praefert codex Chiffletii, ita etiam legit Salmasius, quae Plinii videntur verba ob sequentia „ omnesque alios colores „ Caeterum idem erit *tyrium*, atque *conchylium*.

(5) *Non est.* Desideratur in antiquioribus (c).

(6) *Nec omittemus.* Nec verbum quidem antiquis addo exemplaribus, a quibus oppositâ sententiâ recesserunt Gelenius, P. Manutius, Dalecampius edentes: *nunc propositum ista consectari non est, nec committemus*, Harduinus iisdem verbis quamvis diverso ordine connexis, quae jam Gronovius ex Vossiano exemplari subjecerat; illum consule, utpote cui debetur restitutio verborum *non est nunc*. In sequenti *comittemus* non accedo; nam neque consectatur, neque ex integro omittit.

(7) *Viliora.* Vetusti codices habent *utiliora*. Pintianus ex antiquo exemplari *viliora* induxit optimâ argumentatione ex sequentibus *luxuriam vilitate circumscribamus*. Facilis enim videtur lapsus, ut ex *viliora* fecerint Amanuenses *utiliora*. Contra scio, unde *tutiora* substituat Harduinus, nempe ex Gronovio, per quem silens proficit (d).

(8) *Vilitate.* In Hackiorum editione *utilitate*, quod ex impressorum oscitantiâ natum probat eâdem ratione potuisse ab imperitis reddi *utiliora* superius, cum *viliora* in autographo scriberentur.

(9) *Gratiâ.* Cohaerent iis, quae restituimus proximo volumine: *cibi, aut odoris, decorisve commendatione.*

(10) *Tellure.* Tanquam numen accipit, cui certet Pomona.

(11) *Quoque dedit.* Omnes vetusti, & neoterici typographi uno excepto Harduino, qui restitutionem a Gronovio suffurat. Tu contra Vossianum exemplar optimè aliis adhaere membranis, quae majoris erunt auctoritatis.

(12) *Non contenta.* Iisdem testimoniis, & optimâ ratione lego, nec differt Harduinus, Noster codex *nec contenta.*

(13) *Artes.* Hackiorum scripturam adoptavit Harduinus, quâ de causâ ignoro, cum in ipsissimâ impressione haberet ad pagellae oram in Chiffletiano legi *artes*, cui veteres omnes, & ipse etiam Gelenius accedit. Et sanè quantae in vitibus artes inveniuntur. Dictio insuper Pli-

(a) *Lib. IX. 36.* (b) *Lib. XXXIII. 5.* (c) *Parm.* 1476. 1480.
(d) *Vid. edit. Hackior. tom. III. pag.* 784.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
dit vitibus, non contenta delicias etiam, & odores ----- Plurimum, inquit, homini voluptatis ex me est. Ego succum vini, liquorem olei gigno. Ego palmas & poma, totque varietates: neque ut tellus, omnia per labores, aranda tauris, terenda areis, deinde saxis, ut quando, quantove opere cibi fiant? At ex me parata omnia, nec curvo laboranda, sed sese porrigentia ultro, & si piegat attingere, etiam cadentia.	*primis dedit vitibus, non contenta delicias etiam & odores* ---- Plurimum, *inquit*, homini voluptatis ex me est. Ego succum vini, liquorem olei gigno: ego palmas & poma, totque varietates. Neque ut Tellus, omnia per labores aranda tauris, terenda areis, deinde saxis, ut quando quantove opere [1] cibi fiant. *At ex me parata omnia, nec curvo adoranda aratro* [2], *nec curâ laboranda* [3], *sed sese porrigentia ultro, & si pigeat attingere etiam cadentia.*

AD XXIV. LIBRVM

Ex Harduin. XVII. pag. 351.	
CI. Ab eodem Pythagora aproxis appellatur herba, cujus radix e longinquo concipiat ignes ----- Nec me fallit, hoc volumen ejus a quibusdam Cleemporo medico adscribi. Pythagorae pertinax fama antiquitasque vindicant. Et idipsum	*Ab eodem Pythagorâ aproxis appellatur herba, cujus radix e longinquo concipiat ignes* ---- ---- *Nec me fallit, hoc volumen ejus a quibusdam Cleemporo* [4] *medico adscribi: Pythagorae* [5] *pertinax fama antiquitasque vindicant; & idipsum aucto-*

ANNOTATIONES.

Plinio familiaris. Sic libro XXXVII. *artem Naturâ faciente* (a).

(1) *Quando quantove opere*. Scribendum putavit Pintianus, *ut quandoque tanto labore cibi fiant*, cum statim ante praecessisset. *Neque ut Tellus omnia per labores*. Non abnuerim illud adverbium *quando* minus placere. In aliquibus examplaribus Plinii sententia per literarum compendia redditur. Alexander Benedictus vulgavit: *ut quoqve ope cibi fiant* (b). Si conjecturae locus daretur, reponerem: *ut aliquando, quantove opere, cibi fiant*. Haec enim proximè allatis videntur egregiè respondere. Non tamen adhuc in operis corpore apponam, neque pro *opere* legam cum Pintiano *labore*.

(2) *Aratro*. Cum eodem vocabulo *colere terram*, idest exercere, & *colere numina*, nempe adorare dicerent Romani: aratro cultum tribuit eleganter, tum magis quòd aratrum Deae Telluri fabulosa appingeret antiquitas. Allegorizans (ut Hieronymi verbo utar) itidem alibi dixit (c) *adorare priscorum in inveniendo curam*. In veteri *adoranda* scriptum innuit Dalecampius, additque *exoranda*, idest impetranda.

(3) *Nec curâ laboranda*. Libri tricesimi tertii exordio legimus: *Metalla nunc ipsaeque opes, & rerum precia dicentur, tellurem intus exquirente curâ multiplici modo*. Adnotavi multa in voluminum initiis sibi convenire, cum Plinius brevissimè dicta retractet; quare hâc etiam de causâ sententiam minimè praecidam, quamvis in allatâ Hackiorum editione legam „ Haec tria verba „ *nec cura laboranda* in MSs. desunt. Et videntur adje- „ cta a quodam, qui pro *curvo*, *cura*, & pro *adoran-* „ *da*, *laboranda* reponere voluit (d).

Harduinus vocem *aratro* primùm expungens explanat nec ab homine curvato aranda, provocatque ad Virgilium ubi *curvus arator*. Sed ibi Vates curvo aratorem addit, unde carmen pendet. In Naturali historiâ *curvum* unicè dici, nullâ hominis, vel rustici adjectâ nomenclaturâ non credam. Sententiam suam firmare validiùs in emendationibus satagit Harduinus, atque ad allatam a nobis scripturam, *quo in contextu*, ait, (e) *verborum, quid interpolatorum conjectura praestiterit, liquet: adjectis nempe vocibus iis*, nec cura laboranda, *quae priorum vicem supplerent plane affinium*, nec curvo adoranda, *& aratro praeterea addito: quarum vocum in exemplaribus vetustis nec vola, ut ajunt, nec vestigium. In Reg.* 1. Nec curvo adoranda, sed sese &c. *Reg.* 2. nec cura laboranda: *hoc tantum*.

Quale sit Harduini ingenium alienas inquisitiones occultantis satis constat ex ante ab Hackianâ editione subiectis. Mihi certè Plinium aratro scripsisse utique apparet, & omnia cohaerere superius dictis: *aranda tauris, terenda areis* ---- *quantove opere cibi fiant*. Quod verò absint ab aliquibus membranis non certissimum est interpolationis argumentum, cum non idem importent verba *curvo adoranda aratro*, & *curâ laboranda*. Certè illa Landinus, Aleriensis, & Aquilejensis antistites, Beroaldus, Palmarius, Alexander Benedictus, aliique membranis edita exemplaria conferentes in omnibus libris invenerunt.

(4) *Cleemporo*. Membranae legunt *Emporo*. Crediderim editis standum, cum ignotum mihi Empori nomen evadat. E contrario Cleempori auctoritatem etiam libro vicesimo secundo attulit. Illius in auctorum syllabo re-

(a) *Lib. XXXVII.* 26. (b) *Fol.* 174. *edit. an.* 1507. (c) *Lib. XXVII. initio*.
(d) *Tom. II. pag.* 810. (e) *Pag.* 323. *Emendat. I.*

Ex Harduin.

sum auctoritatem voluminibus affert, si quis alius curae suae opus, illo viro dignum judicavit: quod fecisse Cleemporum, cum alia suo & nomine ederet, quis credet?

CII. Democriti certe chirocineta esse constat.

Ex nostrâ recensione.

auctoritatem voluminibus affert, si quis alius curae suae opus, illo viro dignum judicavit [1]*: quod fecisse Cleemporum* [2] *cum alia suo & nomine* [3] *ederet, quis credet? Democriti certè Chirocmeta* [4] *esse constat.*

AD XXV. LIBRUM

Ex Harduin. I. pag. 359. 360.

III. Antea condiderat solus apud nos, quod equidem inveni, Pompeïus Lenaeus, Magni libertus: quo primum tempore hanc scientiam ad nostros pervenisse animo adverto. Namque Mithridates, maximus sua aetate regum, quem debellavit Pompeïus, omnium ante se genitorum diligentissimus vitae fuisse argumentis, praeterquam fama, intelligitur. Vni ei excogitatum, quotidie venenum bibere praesumptis remediis, ut consuetudine ipsa innoxium fieret ---- Is ergo ---- singula exquirens, scriniũ commentationum harum & exemplaria, effectusque in arcanis suis reliquit. Pompeïus autem omni regia praeda potitus, tran-

Ante eum condiderat solus apud Nos [5] *[quod equidem inveni] Pompejus Lenaeus Magni Libertus: quo primùm tempore hanc scientiam ad Nostros pervenisse animadverto* [6]*. Namque Mithridates maximus suâ aetate Regum [quem debellavit Pompejus] omnium ante se genitorum diligentissimus vitae fuisse argumentis, praeterque famâ* [7]*, intelligitur. Vnum ei excogitatum cotidie* [8] *venenum bibere praesumptis remediis, ut consuetudine ipsâ innoxium fieret ---- ---- Is ergo ---- ---- singula exquirens scrinium commentationum harum & exemplaria effectusque in arcanis suis reliquit. Pompejus autem omni regiâ praedâ potitus* [9]*, tran-*

ANNOTATIONES.

cordationem praetermitti adnotavit Harduinus (*a*), quae videtur suo loco restituenda. Nihil ultra de hoc medico.

(5) *Pythagorae*. Antiqua exemplaria habent *Pythagorae vero esse*. Pintianus ex vetusto codice *Verum Pythagorae pertinax fama antiquitasque vindicavit*.

(1) *Judicavit*. Membranae, & prisci typographi *judicaverit*.

(2) *Cleemporum*. Codices Mss. *Emporum*. In I. Ambrosiano *Emporium*.

(3) *Suo & nomine*. Nempe *suo etiam nomine* laudati Ambrosiani codices *ex suo nomine*: in priscis editionibus *suo ex nomine*.

(4) *Chirocmeta*. Monuimus ita legendum in harum Disquisitionum primâ parte (*b*). In Romanâ pariter editione (quâ usus sum) apparet. Caeterum videtur ab Aristarcho aliquo inductum, cum reliqua exemplaria habeant *Chirocineta*: idque monendum censeo, cum ex Romanâ editione 1470. statui legendum *Chirocmeta*. Ab hâc scripturâ minimè recedendum, quam Vitruvius firmat; adnotante Harduino (*c*). Qui tamen retinuit *Chirocineta*; sed & ipse malè ab oculis, seu typographo habitus in annotationibus legit *Chirocmeta*. *Ita editio Romana 1470. aliaeque vetustae* (*d*).

(5) *Nos*. Et infra *nostros*, nempe eos omnes, qui latino eloquio utuntur, quòd vellem Palermus perpendisset, cum similes dictiones Veronensibus adaptat.

(6) *Animadverto*. Codices omnes & impressa exemplaria, uno dempto Chiffletiano, in quo legi *animo adverta* monuit Dalecampius. Id Harduinus adoptat, & ex Mss. restituisse asserit (*e*). Vtrâque ratione legi potest.

(7) *Praeterque famâ*. Id etiam legi posse dubitat Harduinus ex notâ Plinio junctione. Nos scripturam ex membranis firmamus, itemque ex editis in quibus per contractionem literae *q* nectens praticula *que* signatur.

(8) *Cotidie*. Haec & leviora quaedam ex Mss. & vetustis impressoribus restituimus.

(9) *Potitus*. In Museo Capitolino adhuc vas aeneum mirandi artificii conspicitur Mithridatis Regis nomine insigne (*f*). Hoc summâ cum voluptate anno 1758. contemplabar, unde Principis illius ingenium ad omnia quaeque natum apparet; utinam crudelitate, & impotenti regnandi libidine tantas virtutes majoribus vitiis minimè conspurcasset.

(a) *Tom. I. pag.* 56. (b) *Lib. VII. pag.* 214. (c) *Pag.* 351.
(d) *Cit. pag. ad sect. CII. num.* 1. (e) *Tom. II. pag.* 814.
(f) *Vide* Museo Capitolino *pag.* 71.

Ex Harduin.

transferre ea ſermone noſtro libertum ſuum Lenaeum, Grammaticae artis, juſſit: vitaeque ita profuit non minus, quam Reipublicae victoria illa.

Ex noſtrâ recenſione:

transferre ea ſermone noſtro Libertum ſuum Lenaeum, Grammaticae artis doctiſſimum [1], *juſſit, vitaeque ita profuit non minùs quàm Reipublicae victoria illa.*

Ex Harduin. III. pag. 361.

Reperta auxilio eſt herba, quae vocatur Britannica, non nervis modo & oris malis ſalutaris, ſed contra anginas quoque, & contra ſerpentes ---- Friſii, qua caſtra erant, noſtris demonſtravere illam: mirorque nominis cauſam: niſi forte confines Oceano Britanniae, velut propinquae, dicavere.

Reperta auxilio eſt berba, quae vocatur [2] *Britannica* [3], *non nervis modò, & oris malis ſalutaris, ſed contra anginas quoque, & contra ſerpentes ---- ---- Friſii, quà caſtra erant* [4], *Noſtris demonſtravere illam, mirorque nominis cauſſam, niſi fortè confini* [5] *Oceano Britanniae, veluti propinquae dicavere.*

AD XXVI. LIBRVM

Ex Harduin. I. pag. 390.

III. Non fuerat haec lues apud majores patreſque noſtros. Et primum Tiberii Claudii Caeſaris principatu medio irrepſit in Italiam, quodam Peruſino Equite Romano Quaeſtorio ſcriba, cum in

Non fuerat baec lues apud Majores; Patreſque noſtros, & primùm Tiberii Claudii Caeſaris [6] *principatu medio irrepſit in Italiam quodam Peruſino* [7] *Equite Romano, Quaeſtorio ſcribâ, cum in Aſiâ*

ANNOTATIONES.

(1) *Doctiſſimum*. Id verbi in Plinianis exemplaribus ſemper fuit receptum, quouſque Gronovius ante Harduinum laudem Lenaeo tributam de medio ſuſtulit. Primus *doctiſſimum* abeſſe a Chiffletiano exemplari adnotavit Dalecampius. Jo. Fr. Gronovius hanc vocem ab non doctiſſimo ſuperadditam innuit, & praeter Chiffletianum abeſſe quoque a Voſſiano aſſeruit. Plura poſtmodum affert exempla in quibus Plinium grammaticae artis pro Grammatico accipere oſtendit (*a*). Harduinus nullâ Gronovii additâ mentione illius innititur principiis, & vocem *doctiſſimum* abeſſe etiam a Reg. Colb. animadvertit. Nos in I. Ambroſiano, aliiſque omnibus receptam teſtamur. In II. lego *grammaticae artis peritum*. Allata omnia per Gronovium, & Harduinum exempla id certè non afficiunt, ut qui per verba *grammaticae artis*, illius profeſſorem innuit, hoc loco aliquid magis addere non debuerit, cum laudaret Magni eruditiſſimum Libertum, qui primus Romano eloquio faciendum de herbis volumen condiderat. Cur Pliniani interpretes obliviſcuntur verborum: *Rhemnio Palaemoni alias grammaticâ arte celebri* (*b*), itemque illorum proximo huic libro, quibus Apion *celeber arte grammaticâ paullo ante* (*c*) depingitur.

(2) *Vocatur*. Chiffletii membranae *appellatur*.

(3) *Britannica*. Cum de hâc herbâ agerem in primâ Diſquiſitionum parte, deſiderio tenebar operis Abrahami Muntingii *de verâ antiquorum herbâ Britannicâ* (*d*). Lucubrationem poſtea dono accepi a Nobili juvene Laurentio Caballo-Abate-Sfortiâ, editamque inveni anno 1681. unde emendandus Harduini typographus, qui illam integro ſeculo praeoccupavit (*e*). Optaſſem quòd in multiplici inquiſitione Plinanas etiam membranas conſuluiſſet: verùm ad nullam provocat, legitque apud Plinium *quae Britannica vocatur* (*f*).

(4) *Friſii, quâ caſtra erant*. Membranae Mediol. hoc loco corruptae. *Fida, quâ caſtra erant*, vel ſimilia referentes me ſectatorem non habebunt.

(5) *Confini*. Nempe Britanniae confini Oceano: interjacet enim mare, Britanniamque Friſiae litora reſpiciunt. Sequor codices Alerienſis Antiſtitis, & Philippi Beroaldi. In Mediolanenſibus *confinis Oceano Britanniae*. Plinii verba faciunt, ut non integram fidem adhibeam iis, qui tantum virum Friſii idiomatis imperitiâ lapſum volunt. Accedunt enim haec ad Goropii, & Muntingii deliramenta, quibus Adamum non Hebraicè, ſed Cimbricè, ideſt Friſicè locutum ſomniarunt (*g*); unde tuto jure Harduinus Muntingio non accedit omnino, qui a *Brit* conſolido, *tan* denſo, *ica* ejectio deduxit (*h*).

(6) *Tiberii Claudii Caeſaris*. Confer, quae attulimus in Plinii vitâ (*i*). Notandum, quòd Tiberii praenomen in multis codicibus ſcribitur per compendium *Ti.* unde ab aliquibus in Titum fuit depravatum. Magnâ amanuenſis oſcitantiâ in primo Ambroſiano ſcribitur *Tyberii titi claudii ceſaris*.

(7) *Peruſino*. Haec ſcripturâ nullis adjectis annotationibus recipitur a Gelenio, Dalecampio, Harduino. Inſpi-

[a] *Vid. edit. Hack. tom. III. pag. 793.* [b] *Lib. XIV. 3.* [c] *Lib. XXIV. 17.*
[d] *Lib. VII. pag. 224. num. 2.* [e] *Tom. I. Plin. vide indicem Auctorum praecipuorum.*
[f] *Pag. 30.* [g] *Vid. Munting. pag. 35.* [h] *Cap. XIII. pag. 131.*
[i] *Lib. V. pag. 140.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
in Aſia apparuiſſet, inde contagionem ejus importante.	*Aſiâ apparuiſſet, inde contagionem ejus importante.*
Ex Harduin. II. pag. 391.	
Hippocratis certe, qui primus medendi praecepta clariſſime condidit, referta herbarum mentione invenimus volumina: nec minus Dioclis Caryſtii, qui ſecundus aetate famaque extitit: item Praxagorae, & Chryſippi, ac deinde Eraſiſtrati: Herophilo quidem, quamquam ſubtilioris ſectae conditori ante omnes celebratam rationem eam, paulatim uſu efficaciſſimo rerum omnium magiſtro, peculiariter utique medicinae, ad verba garrulitatemque defendente. Sedere namque his in ſcholis auditioni operatos gratius erat, quam ire per ſolitudines, & quaerere herbas alias aliis diebus anni.	*Hippocratis certè, qui primus medendi praecepta clariſſimè condidit, referta herbarum mentione invenimus volumina, nec minùs Dioclis Caryſtii, qui ſecundus aetate famâque extitit: item Praxagorae, & Chryſippi, ac deinde Eraſiſtrati: Herophilo quidem (quamquam ſubtilioris ſectae conditori* [1] *) ante omnes celebratam rationem eam, paullatim uſu efficaciſſimo rerum omnium magiſtro, peculiariter utique medicinâ ad verba garrulitatemque deſcendente* [2]. *Sedere namque in ſcholis auditioni occupatum* [3] *gratius erat, quàm ire per ſolitudines, & quaerere herbas alias aliis diebus anni.*
Ex Harduin. IV. pag. 392.	
Vbinam iſtae fuere, cum Cimbri Theutonique terribili Marte ulularent? ---- Curve Romani duces primam ſemper in bellis commerciorum habuere curam? cur hercule Caeſaris miles ad Pharſaliam	*Vbinàm iſtae fuere, cum Cimbri Theutonique* [4] *terribili Marte ulularent? ---- Curve Romani duces primam ſemper in bellis rationem commerciorum habuere* [5]*? Cur hercules* [6] *Caeſaris miles in Pharſaliâ*

ANNOTATIONES.

ſpiciendum tamen adhuc an ſit genuina. Noſtrae membranae legunt *Perſino*; iiſque reſpondent antiqui codices. Fortaſſe Eques Romanus *Perſini* cognomine appellabatur; eamque appellationem potuit ab Aſiâ unà cum Lichenis morbo importare.

(1) *Conditori*. Hic medicinae Vates a Plinio alibi appellatur (*a*), utpote qui (ut proximè videbimus) in muſicos pedes venarum pulſus deſcripſit.

(2) *Deſcendente*. Membranarum & omnium librorum rejectâ ſcripturâ, ope I. codicis Regii reſtituiſſe *defendente* gloriatur Harduinus. Aſſerit, quòd non ſinè inſigni orationis vitio prius legeretur *deſcendente*. Nullum mihi hiſce in verbis ulcus apparet, imò egregiâ ponderatione ſcribi de Herophilo, qui voluminibus conditis herbarum virtutem celebraverat, uſu rerum omnium magiſtro itidem probaſſe: quamvis haud inſolito medicinae fato, iis immodica verba, imò garrulitatem addidiſſet. Eodem igitur pacto, quo *ratio ſubtilitatis immenſae a Platone deſcendens* dicitur (*b*); ita a remediorum experientiâ ad verba & garrulitatem Herophilum deſcendiſſe arguit.

(3) *Occupatum*. Sic reſtituendum conjicio vexatum locum. Veteres typographi ediderunt *in hiis ſcholis auditioni occupatum* [*c*]. Cod. I. Ambroſianus ipſiſſima habet. II. *namque in ſcholis auditioni*: videturque illud *auditioni* interpretationem addidiſſe nempe *operatoi*. Inde fortaſſis effluxit *operatos* a Gelenio inductum, atque a recentioribus adoptatum. Ego verò *occupatum* minimè expungendum cenſeo. Neque abnuerim poſſe etiam reſtitui: *ſedere namque his, in ſcholis auditioni occupatos*, ut de Chryſippo, Eraſiſtrato, & Herophilo ſpeciatim loquatur, cum libri undetriceſimi initio, ubi laudes Hippocratis, & medicinae hiſtoriam recolligit, legam: *Horum placita Chryſippus ingenti garrulitate mutavit; plurimumque etiam ex Chryſippo diſcipulus ejus Eraſiſtratus Ariſtotelis filiâ genitus ---- ---- Alia factio [ab experimentis ſe cognominans empiricen] cepit in Siciliâ Acrone Agragantino Empedoclis Phyſici auctoritate commendato. Diſſideruntque eae ſcholae, & omnes eas damnavit Erophilus in muſicos pedes venarum pulſu diſcreto per aetatum gradus*. Viden ut Chryſippus ingentis garrulitatis reus unà cum Herophilo poſſit accuſari.

(4) *Theutonique*. Ita noſtrae membranae: in aliis *Teutonique*, et etiam *Teutoneſque*, ut Dalecampius adnotavit. Vtrâque ratione ſcribitur.

(5) *Habuere*. Conveniunt membranis antiqua exemplaria, nonnulli codices pro commerciorum legunt *commeatuum*.

(6) *Hercules*. Ex antiquis libris. Neoterici *hercule*.

[a] *Lib. XI.* 38. [b] *Lib. XXII.* 24. [c] 1470. 1472. 1476. 1479.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
liam famem ſenſit? ---- Siccentur hodie Meroide Pontinae paludes, tantumque agri ſuburbanae reddatur Italiae.	*liâ* [1] *famem ſenſit ? ---- ---- Siccentur Aethiopide* [2] *Pontinae paludes, tantumque agri* [3] *ſuburbanae reddatur Italiae.*

AD XXVII. LIBRUM

Ex Harduin. VIII. pag. 427.	
Balloten alio nomine porrum nigrum Graeci vocant, herbam fruticoſam angulosis caulibus nigris, hirſutis foliis veſtientibus, majoribus quam porri, & nigrioribus, graveolentibus.	*Balloten alio nomine melamprasion* [4] *Graeci vocant, herbam fruticoſam anguloſis caulibus nigris, hirſutis foliis veſtientibus, majoribus quàm marrubii* [5] *& nigrioribus, graveolentibus* [6].

AD XXVIII. LIBRUM

Ex Harduin. II. pag. 446.	
Defigi quidem diris deprecationibus nemo non metuit. Huc pertinet ovorum, ut exſorbuerit quiſque, calyces,	*Defigi quidem diris deprecationibus nemo non metuit. Huc pertinet, ovorum* [7], *ut exorbuerit quiſque calices* [8],

ANNOTATIONES.

(1) *Pharſaliâ.* Nullam & hoc loco video rationem, ut *ad Pharſaliam* legamus, quando veteres libri habent *in Pharſaliâ*, utrumque idem ſignificat. In Pharſaliâ ſcribit Plinius, uti alibi, *cum dimicatum eſſet in Pharſalicis Campis* [a]. In editione Romanâ 1740. *in Pharſalica*.

(2) *Aetiopide*. Codices antiqui, & primigenii typographi [b]. Irrepſit in primâ Diſquiſitionum parte *Aa Aethiopide* [c]; idque typographi incuriâ. Caeterum ſubſtitutum ad Harduino *Meroide* a Chiffletii codice deductum fuit, ubi id verbi legitur adnotante Dalecampio. Harduinus *Meroide*, inquit, *hoc eſt herbâ Aethiopide, quam & Meroidem vocari admonuit* lib. 24. ſect. 102. In II. Ambroſiano corruptè legitur *Metodie*.

(3) *Agri*. In I. Ambroſiano *agris*, quod minùs arridet.

(4) *Melamprasion*. Ita cum Hermolai Barbari codicibus, & [d], Alexandri Benedicti [e], Gelenio, Paullo Manutio, Lugdunenſi impreſſione anni 1561., & Dalecampio ſcribendum. Plerique habent *porrum nigrum* [f], fateorque ita legi in utroque Ambroſiano codice. Verùm hujuſmodi proceſſiſſe, quia melampraſium primò in *marrubium nigrum*, ſubinde in *porrum nigrum* Amanuenſes verterunt. Argumenti rationem habebis in Venetâ editione anni 1496. & traducibus, ubi pro melampraſio lego *marrubium nigrum*, quod eſt latina graeci melampraſii converſio. Lego in margine laudatae Lugdunenſis impreſſionis. *Ballotes folia prorſus vicinitatis habent cum foliis porri. Quare hìc aut marrubii legendum eſt non porri, aut fatendum eſt Plinium vocum graecarum vicinitate deceptum* πράσου *hoc eſt porrum,* ἀντὶ τῦ πρασίου *hoc eſt pro marrubio accepiſſe* [g]. Primam hujus argumenti partem aequus lector, ſecundâ rejectâ, accipiet, cum porrum egregiè, & duplicem marrubii ſpeciem Plinius agnoverit, ut ſeptimo Diſquiſitionum libro monuimus. Quare cum etiam ſententiae textura longè melius cohaereat, & Graeci per ſynonimiam ballotem quoque appellent melampraſion: ſua auctori reddantur verba, & hâc ratione adverſus Leoniceni, & Salmaſii cavillationes tutabitur. Neque enim Graeci Balloti latinum *porri nigri* nomen dare potuerunt.

(5) *Marrubii*. Nempe albi, quod magis probatum ex Antonii Caſtoris ſententiâ Plinius laudavit. In officinis dicitur *Marrubium album, vulgare, Marrubium album, odorum*, & *praſſium* (cum praſium appellandum eſſet [h]). Illius deſcriptionem exactam habes apud Morandum [i]. Figuram quoque, ſemen, flores quaere tabulâ XXVIII. 3. Pleraeque editiones ex iis, quae *Ballotem alio nomine porrum nigrum* exhibent, hoc loco habent *majoribus quam marrubii* [k]. Notavit etiam Dalecampius ſcriptum inveniri *marrubii* [l]. Ex iis colligo proximè Plinium ſcripſiſſe *Melanpraſion* non *porrum nigrum*, cum Ballotes folia nigriora graveolentia, majora ſint, quàm Marrubii albi, neque aliquid cum porro communis habeant.

(6) *Nigrioribus graveolentibus*. Confer haec omnia, probèque intelleges Ballotem Marrubio albo comparari. Omnes norunt Ballotem vocari etiam *Marrubium nigrum, faetidum*. De hoc Morandus: *ſeſquicubito*, inquit [m], *altius eſt caulibus quadratis hirſutis, nonnihil rubentibus, inanibus .... folia —— atrovirentia, rugoſa, gravis ac ingrati odoris*.

(7) *Ovorum*. Impeditus erat ſenſus in vetuſtis editionibus, ubi *ut ovorum quae exorbuerit quiſque calices* [n], legebatur. Medicinam affecto loco fecit Barbarus membranarum, & optimi judicii auxilio.

(8) *Calices*. Ita habent membranae, & veteres typographi, quibus alioqnin litera *y* perfamiliaris. Gelenius *calyces* induxit, & inde etiam Lexicographi differentiam ſtabiliunt inter calicem, quo bibimus, & *calycem* florum, cochlearum.

(a) *Lib. VIII.* 17. (b) 1476. 1479. 1480. 1483. 1491. *&c.* (c) *Lib. VII. pag.* 215. *num.* 4.
(d) *Vid. edit. Venet. ann.* 1496. (e) *In edit. an* 1507.
(f) *Citat. edit.* 1470. 1476. 1483. 1491. *&* 1497. 1499. 1519. 1526. (g) *Pag.* 496.
(h) *Vide, quae adnot. lib. VI. pag.* 224. (i) *Hiſtoria --- Stirpium pag.* 45.
(k) 1497. 1499. *&c.* (l) *Vid. edit.* 1587. *pag.* 666. *& Hack. tom. III. pag.* 129.
(m) *Pag.* 48. *vide & tabul. XXIX.* 7. (n) 1476. 1483. 1491. *&c.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
cochlearumque, protinus frangi, aut eosdem cochelaribus perforari. Hinc Theocriti apud Graecos, Catulli apud nos, proximeque Virgilii incantamentorum amatoria imitatio. Figlinarum opera multi rumpi credunt tali modo: non pauci etiam serpentes ipsas recanere.	*cochlearumque protinus frangi, aut eosdem cochlearibus perforari* [1]. *Hinc Theocriti apud Graecos, Catulli apud Nos* [2], *proximèque Virgilii incantamentorum amatoria imitatio. Figulinarum* [3] *opera multi rumpi credunt tali modo: non pauci etiam serpentes ipsas* [4] *recantari* [5].
Ex Harduin. VIII. pag. 462.	
XXIX. Jungemus illis simillima & peregrina aeque animalia: priusque chamaeleonem, peculiari volumine dignum existimatum Democrito, ac per singula membra delecratum, non sine magna voluptate nostra, cognitis proditisque mendaciis Graecae vanitatis. Similis & magnitudine est supra dicto crocodilo, spinae	*Jungemus illis similia* [6], *& peregrina aequè animalia, priusque Chamaeleontem* [7]; *peculiari volumine dignum existimatum Democrito, ac per singula membra desecratum* [8]: *non sinè magnâ voluptate nostrâ cognitis proditisque mendaciis Graecae vanitatis. Similis est magnitudine supradicto Crocodilo* [9], *spinae*

ANNOTATIONES.

(1) *Perforari*. Erant cochlearia teretibus, & acutis stylis praedita, ut eruditè ostendit ad hunc Plinii locum Johannes Battleyus, ubi etiam illarum exhibet figuram (*a*). Ovorum calices frangere moris suo quoque aevo fuisse monuit Barbarus; unde nil mirum tibi erit PHILIPPE Principum sapientissime, si hujusmodi ad tuam usque aetatem pervenerint, a quibus tamen Christianorum animus abhorrere deberet, ne aliquid Gentilium superstitioni tribuere videatur.

(2) *Apud Nos*. Haec verba minimè, ut puto, Palermus ad Veronenses deducet, quamvis Catullus dubio procul Veronensis fuerit. Videt enim Theocrito Graeco Veronensem Catullum, & Mantuanum Virgilium opponere; unde illud iterare cogimur: apud Nos, nempe Romanos; quo nomine Italos omnes comprehendit.

(3) *Figulinarum*. Cum Romanis typographis, qui etiam libro VII. ediderunt in Artium inventoribus: *Figulinas Chorebus Atheniensis*; ubi lege *Coroebus*. Caeterum *Figulinae*, & per syncopen *Figlinae* appellantur Figulorum officinae.

(4) *Ipsas*. Antiqui typographi habent *ipsos*. Vtriusque generis esse serpentem omnes norunt. Plinium *serpentes ipsas* vulgasse ex multis aliis locis ostenditur.

(5) *Recantari*. Harduinus cum *recanere* in operis corpore induceret: ita ex Regio 1. & 2. aliisque optimae notae codicibus fecisse gloriatur. Tollendum hinc asserit vulgatum *incantari*; tandem *ut cantu angues*, ait, *rumpi veteres existimabant: sic angues ipsos censebant, si praesentirent recanere, & incantationem referre ac diluere*. Vt Harduini indolem agnoscas, ponam quae ex Dalecampii annotationibus surripit, ubi hujusmodi occurrunt (*b*). „ Turnebus legit, *recanere*, idest retorquere & dissolvere incantationem. Cantu ut rumpi angues prisci putabant, sic angues ipsos credebant si praesentirent, recanere, sive incantationem diluvere ac exsolvere „ Fateor in hâc editione, aliisque recentioribus legi *incantari*. Verùm nescio, quo malo fato, id verbi irrepserit in Gelenii impressionibus (*c*), cum ipse Gelenius in annotationibus *recantari* legat, uti in Romanis, Parmens., & etiam Parisiensibus editionibus occurrit [*d*]. *Recantari* igitur minimè amovendum, cum propius incantamenti resolutionem importet. Haec omnia, quibus, ut apparet, Plinius fidem suam minimè obstringit, quantâ elegantiâ in arctum recolligit?

(6) *Similia*. Antiquos codices, & nonnullas sequor editiones (*e*). In subsecutis ex Hermolai Barbari, Palmarii, Benedicti castigationibus *similima*, vel *simillima*. Vltimum a Neotericis adoptatum; neque rectè, meo quidem judicio, ut paritatis ratio, & sententiae docent: quamvis editiones antiquiores habeant *simillima*.

(7) *Chamaeleontem*. Harduinus Mss. *Chamaeleonem* ubique reddere testatur. Dalecampius id vocabuli in solo Chiffletiano invenit. Nos *Chamaleontem* in utroque Ambrosiano inveniri, itemque in omnibus vetustioribus impressionibus *Chameleontem*, vel *Chamaleuntem*, aut dictionem huic similem reperiri testamur (*f*); quare *Chamaeleontem* hoc loco scribes, quamvis & *Chamaeleonem* dici non ignoremus.

(8) *Desecratum*. Lectio commodior Hermolao visa *dissecatum*. Codices Ambrosiani habent *desegratum*. Palmarius *dissecatum*, aliam quoque in orâ libri addens. Vbi communiori adhaereas, *desecratum* quasi consecratum accipies. In nonnullis editionibus lego *desacratum* (*g*).

(9) *Crocodilo*. Irridetur ob haec a Vallisnerio Plinius, dum ipse ab eruditis reprehensionem meretur, cum Naturalis historiae verba parum diligenter perpendat (*h*). Neque enim de Crocodilo (qui amnes, & Nilum praesertim infestat) loquitur Noster: sed Chamaeleon *similis magnitudine supradicto Crocodilo*, erit (ut animadvertit Harduinus) *posteriori videlicet, sive terrestri, qui multum infra alterum, sive amphibium magnitudine est, ut dictum est sup. sect.* „
Et sanè Plinii verba adeò clara sunt, ut a quovis intelligi debeant, cum postquam de Crocodilo, cui vita in aquâ terrâque communis, locutus est: *Alter illi similis*, ait, *multùm infra magnitudine, in terrâ tantùm, odoratissimisque floribus vivit*. De hoc plura affert remedia, & terrestri Chamaeleonem comparavit optimo judicio, &

(a) *Oper. Posth. pag.* 125. (b) *Vid. edition.* Hack. *tom. III. pag.* 165.
(c) *Vid. impress. Lugdun.* 1548. *col.* 726. *&* *Ven.* 1559. *col.* 726.
(d) *Vid. edit.* 1526. *pag. DCCXCIX.* (e) 1483. 1491.
(f) 1469. 1470. 1472. 1476. 1480. 1481. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499.
(g) 1483. 1491. (h) *Vide tom. I.* Storia del Camaleonte.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
nae tantum acutiore curvatura, & caudae amplitudine distans.---- Caput ejus & guttur si roboreis lignis accedantur, imbrium & tonitruum concursus facere, Democritus narrat: item jecur in tegulis ustum. Reliqua ad veneficia pertinentia quae dicit, quanquam falsa existimantes, omittemus, praeterquam ubi irrisu coarguendum. Dextro oculo, si viventi eruatur, albugines oculorum cum lacte caprino tolli.---- Melancholicos autem sanari, si ex corio chamaeleonis herbae succus bibatur. Intestina & fartum eorum, cum id animal nullo cibo vivat, cum simiarum urina illita inimicorum januae, odium omnium hominum his conciliari.	*nae tantùm acutiore curvaturâ, & caudae amplitudine distans. ---- ---- Caput ejus & guttur si roboreis lignis accendantur* [1], *imbrium & tonitruum concursus facere, Democritus narrat; item jecur in tegulis ustum. Reliqua ad veneficia spectantia* [2] *tanquam falsa* [3] *existimantes omittemus, propter quae* [4] *in risu coarguentium* [5]. *Dextro oculo, si viventi eruatur, albugines oculorum cum lacte caprino tolli ---- Melancholicos autem sanari, si ex corio chamaeleontis herbae succus habente* [6] *bibatur. Intestina & fimum* [7] *eorum, cum id animal nullo cibo vivat, cum Simiarum urinâ illita inimicorum januae odium omnium hominum iis conciliare.*
I.	*Na-*

ANNOTATIONES.

& fide; nam unum asservatum terrestrem Crocodilum vidimus, & videre possunt omnes, in seplasiâ Magnae hospitalis domus Mediolani, qui Chamaaleonis molem non excedit.

(1) *Accendantur*. Consule, quae adversus A. Gellium attulimus Disquisitionum lib. VII. pag. 214. num. 1.

(2) *Spectantia*. Nostrorum codicum sequor lectionem. Vbi editae & communiori adhaereas, non abnuerim; cum ipsissimum referant spectantia, & pertinentia.

(3) *Tanquam falsa*. Hanc scripturam, quam in orâ pagellae ex *M. & V.* subjecit Dalecampius, libenter recipimus, cum sententiae magis quadret. Adda quòd vox per compendium reddita in antiquis codicibus *tanquam* in *quanquam* ob amanuensium inscitiam commigravit.

(4) *Propter quae*. In veteribus item examplaribus prima dictio per compendium exhibetur, unde postea successit *praeterquam*. Legimus etiam *p pter q.*; unde meliùs *propter quae* conjicerem.

(5) *In risu coarguentium*. Ita habent omnes antiqui Impressores. Gelenius nullâ additâ rationa, neque vetusti codicis esemplo substitnit *praeter quam ubi irrisu coarguendum*. Dalecampius *ex V.* adnotavit etiam *coarguendus*. Planior mihi nostra videtur scriptura. Alibi Plinius: *sed ea res in risu & contumeliâ erat*.

(6) *Habente*. Adoptatam ab Harduino lectionam antiquae substituit Gelenius, ut vocabolum *habente* praecideret. Hanc transcripsit Dalecampius, monens in Chiffletiano extare *Chamaeleonis succus herbae bibatur*. Hujusmodi ob oculos habens Gronovius in Vossiano animadvertit occurrere: *chamaeleon s succus herbae debente bibatur*. In Academico *herbe habente bibatur*. In Menapiano, & Gudiano *bebente*. Nunquid suspicatur *herbae gentilis* idest cognominis (*b*)? Harduinus „ in Reg., *ait*, aliisque „ *si ex corio chamaeleonis herbae succus bebente bibatur*. „ Forte *tepente*, corio videlicet, vel *tepens* succus bibatur in vase, quod ex corio animalis conflatum sit „ Mirum homines doctissimos ex Plinii loco malè intellecto sibi crucem fixisse, cum verba admodum clara sint. Corium Chamaeleontis herbae est ipsius herbae cortex, non animalis: haec optimè attigerunt Landinus, Bruciolus, Dominicus, quibus corium, italicè redditur *buccia*. Plinius verò corii nomine quodcumque tegumentum accipit: sic *coria terrae*, crustas, sive illius superficiem appellat (*c*); eâdem ratione: *subest harena tenuissimo cespitum corio* (*d*). Elegantissimè etiam libro II. scripsit (*e*) *Hyeme & Aestate rara fulmina, contrariis de caussis, quoniam Hyeme densatus aër nubium crassiore corio spissatur*. Alexandrinam ficum *viridi cortice* spectandam (*f*): Persicae arboris fructum apud Aegyptios *inclusum amigdalae putamine & corio* describit (*g*). *Corio* Castaneas: *Corio & membranâ* tegi Punica miratur (*h*). Quare sensus erit obvius, ubi melancholicos sanari intelligas, si bibatur succus expressus e cortice herbae Chamaeleontis, ibique subaudias ex solitâ Plinii brevitate *eum succum* habente. Nam id agendum ex corio herbae virentis detracto. Chamaeleontem herbam verò non uno loco, ejusque albae, & nigrae speciem, uti & medicinas attigit.

(7) *Intestina, & fimum*. Dalecampius in Chiffletii codice invenit *intestina, & falsum*; forteque legendum *fartum* suspicabatur. Quod conjecerat Dalecampius id ipsum esse in Vossiano manu primâ restatur Gronovius: *intestina & fartu meorum*: sed inducto eo alteram manum suprascripsisse *partem*. In Gudiano, & Menap. *intestina & fartis meorum*. In Academico, omissâ dubiâ voce, *intestina & eorum*. Harduinus *fartum* intrepidè recipiens in emendationibus, id ex membranis restituisse scribit, quae sint minimè subjecit. *Fimum* cum veteribus (*i*) legendum suadet ratura. Quid enim intestina *& fartum eorum*? cur fartum ex intestinis perficiendum, si ipsa sufficiunt intestina, Simiarum urinae illita? Ea etiam, quae statim addit: *cum id animal nullo cibo vivat*, indicant *fimum* ab auctore scriptum, ut magis Democriti dictorum ineptiam elevaret. Neque vellem, ut Plinium argueres (ut agunt Dalecampius, atque Harduinus) tanquam Chamaeleontem nullo cibo *semper viventem* hoc loco describat. Intelliges nullo etiam cibo sumpto ad multum temporis vivere, cum antea vulgaverit, non semper cibo, ac potu ali. Nullo cibo vivit hybernis maximè temporibus, & caveâ inclusus.

(a) *Lib. XXXV.* 3. (b) *Vid. tom. III. edit. Hack. pag.* 801.
(c) *Lib. XXXI.* 3. (d) *Lib. XVII.* 4. (e) *Lib. II.* 50. (f) *Lib. XVII.* 18.
(g) *Lib. XIII. 9. apud Harduin.* (h) *Lib. XV.* 28. (i) 1470. 1472. 1476. *&c.*

AD XXIX. LIBRVM

Ex Harduin. I. pag. 493.

I. NATVRA remediorum, atque multitudo instantium ac praeceptorum, plura de ipsa medendi arte cogunt dicere: quanquam non ignarus sim, nullius ante haec Latino sermone condita, ancepsque lubricum esse rerum omnium novarum, talium utique, tam sterilis gratiae, tantaeque difficultatis in promendo. Sed quoniam occurrere verisimi-

Tom. II.

Ex nostrâ recensione.

NATVRA remediorum, atque multitudo instantium, ac praeteritorum [1] *plura de ipsâ medendi arte cogunt dicere, quanquam non ignarus* [2] *nullis* [3] *ante haec Latino sermone prodita* [4], *ancepsque ac lubricum* [5] *esse rerum omnium novarum principium, nec aliud utique gratiae quàm steriles difficultates in promendo* [6]. *Sed quoniam occurrere verisimi-*

T 2

ANNOTATIONES.

(1) *Praeteritorum*. Credebam Harduinum solius Chiffletiani exemplaris auctoritate innixum antiquam lectionem immutasse. Hanc enim prae caeteris (in quibus *praeteritorum*) sequi affirmat. *Instantia*, ait, *sunt ea de quibus dicere proxime incumbit: sic diem instare dicimus. Praecepta, quae sunt anticipata, ante occupata*.
Post Harduinum Gronovii annotationes revolvens, hoc etiam (ut aliis plurimis) loco intellexi Gallum Plinii enarratorem Germani viri scrinia compilare. Cum enim Gronovius laudati voluminis initium tractaret: adoptatam ab Harduino scripturam reponit „ *Sic*, inquit (*a*), *Vossianus & majorem etiam partem Chiffletianus, neque aliter legendum est*. Praeceptorum *est anticipatorum, occupatorum, nisi malis* perceptorum „ Vt bonâ Gronovii, atque Harduini pace, antiquam, atque ab omnibus receptam lectionem tueamur, facit ipse verborum nexus; utque usitatis praeterita jungat, cum profiteatur attingere, quonam modo exoleverint in medicinae VSV, quae temperata, & pertinentia erant. Neque sanè intelligo, cur instantium multitudini praecepta jungenda sint, cum optimè instantia praeteritis, nempe in superiori libro omissis, addantur. Id auctor ipse innuit, cum proximum volumen claudens: *Hinc deinde*, ait, *revertemur ad animalia sui generis, quae aut placida non sunt, aut fera*. Quâ igitur ratione Plinius praeceptorum nomine supradicta (quae barbaro vocabulo Gronovius, atque Harduinus *anticipata* designant) hoc loco potuit innuere, quando ubique, vel suis, vel aliorum praeceptis, nos docet, monet, instruit? *Praeteritorum* igitur scripsisse Plinium cum II. Ambrosiano, & vetustis typographis statuo. Neque differt I. Ambros. dictionem per compendium exhibens.

(2) *Ignarus*. Nostri codices omittunt verbum *sim*. Quod in plerisque tamen invenitur. In aliquibus *sum*. In antiquis nonnullis corruptè *si* (*b*). Cum tamen vetustiores habeant *sim* (*c*): liberum tibi erit recipere *sim*, vel utpotè minimè necessarium expungere.

(3) *Nullis*. Gemini Ambrosiani codices, antiquiores editiones (*d*), ipsemet Gelenius, & Paullus Manutius legunt *nullis*. Dalecampius edens *nullius* adnotavit in Chiffletiano legi *nulli*. Et ego inveni *nullus* (*e*), quod absque dubio Amanuensis erratum. In Chiffletiano conjicerem exscriptori aufugisse literulam *s*.

(4) *Prodita*. Nostri Chartacei codices. In I. Ambrosiano id vocabuli desideratur. In II. cum editis *condita*. In aliis per compendium scribitur, videturque extitisse *p dita*. Huius lectionis indicia habemus in aliquibus antiquis exemplaribus (*f*). Certè Plinio dictio est familiaris: *de his nunc dicemus a nullo ante nos prodita* (*g*).

(5) *Ancepsque ac lubricum*. In primâ illustrandae sententiae parte accedo Pintiano, qui ex apographo Toletanae Ecclesiae legit: *ancepsque ac lubricum esse rerum omnium novarum principium*. Convenit huic Guarinianum Ambrosianae exemplar; *ancepsque ac lubricum* pariter habent omnia antiqua XV. seculo vulgata; quibus in verbis Plinii indolem agnosco. Scripsit de Dianae templo: *ne in lubrico atque instabili tantae molis fundamenta locarentur* (*h*). „ Harduinus e contrario lubricum, *ait*, „ quasi substantive, non sine elegantia: sic lubricum „ juventutis dicimus. Ab interpolatorum manu est, „ quod libri quidam praeferunt *ancepsque ac lubricum*. „ Vti *substantivè* adverbii loco ineleganter utitur Harduinus: dubito, quòd idem *ancepsque lubricum* delicatis auribus sonaret, nam lubricum itinerum, paludum utique novi; sed *ancepsque lubricum rerum novarum* (ubi substantivum dematur principium) quomodo ornatè stare possit, utique ignoro. Animadversiones a Gelenio Harduinus surripuit, qui in nostrâ scripturâ micam Plinianae elegantiae non agnoscebat; quique *Caeterum*, ait, *lubricum hic substantivum nomen habet; idque fefellit eum, qui principium adjecit*. Fortasse etiam Harduinus Gronovii annotationem adoptavit: ubi tamen Gronovius suam Pragensi interpreti laudem non abstulit, itemque *ac* ab illo rectè deletum affirmat; quod pariter in quatuor Mss. deesse testatur. Fateor desiderari in I. Ambrosiano; sed in II. (uti etiam *principium*) apertè legitur.

(6) *In promendo*. Cohaeret haec sententia operis praefationi, ubi: *sterili materiâ rerum naturâ, hoc est vita narratur:* steriles igitur difficultates appellat, nempe quòd fructus e tantis laboribus par minimè emergat. Harduinus suam lectionem planissimam affirmans, hanc totidem omnino syllabis apicibusque repraesentatam asserit in vetustis omnibus exemplaribus Reg. 1. 2. Chiffl., miraturque neglectam ab editoribus Plinianis, ut tenebras meras offunderent his verborum ambagibus: *quam steriles gratiae, difficultates in promendo* (*i*). Non ita primigenios Plinianos impressores vulgasse teneo, cum plerique nullis additis sive apicibus, sive syllabis legant: *nec aliud utique gratiae quam sterilis difficultatis in promendo* (*k*). Hanc scripturam in idem tendentem poteris etiam recipere. Neque abnuerim suam habere vim atque elegantiam: *tam sterilis gratiae, tantaeque difficultatis in promendo* Ita II. Ambrosian. & Toletanum ac Princeps editio. Gelenius in vetustissimo codice scriptum affirmat. *Quamquam non ignarus sim, nullis ante haec Latino sermone condita, ancepsque lubricum esse rerum omnium novarum talium utique quam steriles gratiae difficultates in promendo:* quam lectionem sequuntur editiones illius ductu cusae, & traduces: ultimum certè *steriles gratiae difficultates in promendo*, Plinianum minimè videtur.

(a) *Tom. III. edit. Hack. pag.* 802. (b) 1480. 1483. 1491. 1496. 1499. 1507.
(c) 1469. 1470. 1472. (d) 1469. 1470. 1472. 1476. (e) 1491. 1496. 1499. (f) 1491.
(g) *Lib. XVIII.* 29. (h) *Lib. XXXVI.* 14. (i) *Emendat. I. pag.* 518.
(k) 1470. 1472. 1476. 1479. 1480. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1509. *&c.*

Ex Harduin.

mile est omnium qui haec cognoscant cogitationi, quonam modo exoleverint in medicinae usu, quae tam parata atque pertinentia erant &c.

III. Horum placita Chrysippus ingenti garrulitate mutavit, plurimumque & ex Chrysippo discipulus ejus Erasistratus &c. ---- ----

IV. Alia factio (ab experimentis cognominant Empiricen) coepit in Sicilia, Acrone Agrigentino Empedoclis Physici auctoritate commendato ---- ----

Eadem aetas Neronis principatu ad Thessalum transilivit, delentem cuncta majorum placita, rabie quadam in omnis aevi medicos perorantem: quali prudentia ingenioque, aestimari vel uno argumento abunde potest, cum monumento suo (quod est Appia via) Jatronicen se inscripserit. Nullius histrionum equarumque trigarii comitatior egressus in publico erat: cum Crinas Massiliensis arte geminata, ut cautior religiosiorque, ad siderum motus ex ephemeride Mathematica cibos dando; horasque observando,

Ex nostrâ recensione.

mile est omnium, qui haec noscant [1], *cogitationi, quo nam modo exoleverint in medicinae usu, quae temperata* [2] *& pertinentia erant &c.*

Horum placita [3] *Chrysippus ingenti garrulitate mutavit, plurimumque etiam ex Chrysippo*[4] *discipulus ejus Erasistratus &c.* ---- ---- ---- *Alia factio, ab experimentis se cognominans Empiricen* [5], *coepit, in Siciliâ Acrone Agragantino* [6] *Empedoclis Physici auctoritate commendato* [7] ---- ---- ---- ---- *Eadem aetas Neronis principatu ad Thessalum transilivit* [8], *delentem cuncta Majorum* [9] *placita, & rabie* [10] *quâdam in omnis aevi medicos perorantem. Quali prudentiâ ingenioque, aestimari vel uno argumento abundè potest, cum monumento suo, quod est Appiâ viâ, Jatronicen se* [11] *inscripserit. Nullius histrionum par, ex quo de trigario comitatu regressus* [12] *in publico erat: Cum Crinas* [13] *Massiliensis arte geminatâ, ut cautior religiosiorque ad syderum motus ex Ephemeride mathematicâ cibos dando, horasque observando*

ANNOTATIONES.

(1) *Qui haec noscant*. Codices Ambrosiani, Romani, Veneti, & Parmenses typographi (*a*) longè melius quàm ab aliis vulgatum *cognoscant*.

(2) *Temperata*. Primum Ambrosianum exemplar cum Romanis impressoribus hanc profert scripturam. Secundum *jam parata*, uti Chiffletianum. Simplicior mihi Nostra videtur lectio, cohaeretque infra relatis: *Illa autem, quae timuit Cato, atque previdit, innocentiora multo, & parva opinatu*. Hermolaus Barbarus ex veteri lectione induxit *tam parata*. In editione Principe *jam parata*.

(3) *Horum placita*. Haec verba subjecimus in illustratione ad librum XXVI. ubi jam satis.

(4) *Etiam ex Chrysippo*. Veteres typographi. Chiffletii exemplar *& a*. cum edit. 1460. Videtur, quòd Harduinus *& ex Chrysippo* desumat a M. per Dalecampium allato.

(5) *Se cognominans Empiricen*. Haec scriptura, quae est antiqua (*b*), aeque Pliniana videtur, uti inducta a Pintiano ex suo codice: liberum tibi erit quam velis recipere: paullò ante legimus *quam vocant Iatraleipticen*.

(6) *Agragantino*. In hâc voce, Plinio familiari, accedo Pintiano, qui illam ex Toletano exemplari subjecit; mirorque ab Harduino non adoptari, qui tamen Zeuxin Alcmenam Agragantinis donasse restituit ex omnibus Mss. (*c*). Dicitur enim etiam latinè Agragantum, vel Agrigentum, oppidum Siciliae nobilissimum, de quo veteres Geographi, Cluverius, Fazellus (*d*), Aprilis (*e*), & illius Regni scriptores permulta collegerunt. Veteres codices nonnulli, & antiqui impressores pro Acrone legunt *a Creunte* minùs rectè: nam potiùs *a Creonte* scribendum, uti in codicibus Aleriensis Episcopi, & Romanis exemplaribus. Editio Princeps *achronte*.

(7) *Commendato*. Empedoclis epigramma in Acronis laudem recitat Diogenes Laërtius, affertque Harduinus; quod cum latinè reddat, obliviscitur vocabulum Ἀκραγαντῖνον *Agragantinum*, unde etiam nostra firmatur scriptura.

(8) *Transilivit*. Nostri codices & primigenii typographi, quos sequitur J. Baptista Guesnayus (*Guesnay*).

(9) *Majorum*. Id vocabuli in Chiffletiano exemplari, & in editione Principe desideratur.

(10) *Et rabie*. Nostri codices, vetusta exemplaria, & recentiora cum Gelenio, Manutio, Dalecampio.

(11) *Jatronicen se*. Nempe medicorum victorem, uti Harduinus ex compositae Graecae vocis sono animadvertit. Perperam in Gelenii, & Manutii editionibus cuditur *iatronicense*.

(12) *Regressus*. Antiqua exemplaria habent. *Nullius histrionum par: ex quo de comitio equadrigario comitatu regressus in publico erat* (*f*). Lectionem Hermolaus ex suis codicibus restituit. Alteram ab Harduino secutam induxit Gelenius. Pejora in editione 1469. occurrunt.

(13) *Cum Crinas*. Sunt qui legant *Critias*, adnotante Hermolao, quos inter Alexander Scultetus (*g*). Nihil ultra de Crinâ ab antiquis dictum invenies, & hunc primum judicavit Guesnayus, qui Massiliae medicinam docuerit, Plinii verba infelici nisu ad illius laudem convertens (*h*)

(a) 1469. 1470. 1472. 1476. 1480. (b) *Vide allatas editiones* (c) *Ad lib. XXXV. pag.* 691.
(d) *Decad. lib. VI.* (e) Chronol. *cap. VIII. pag.* 37. (f) 1470. 1472. 1476. 1480.
(g) *Chronograph. pag.* 105. (h) *Provinc. Massiliens. Annal. cap. XXVII. pag* 65.

Ex Harduin.

do, auctoritate eum praecessit. Nuperque centies H-S. reliquit, muris patriae, moenibusque aliis paene non minori summa exstructis. Hi regebant fata, cum repente civitatemCharmis ex eademMassilia invasit, damnatis non solum prioribus medicis, verum & balineis: frigidaque etiam hibernis algoribus lavari persuasit.

Ex nostrâ recensione.

do [1], *auctoritate eum praecessit. Nuperque H-S. C̄* [2] *reliquit muris Patriae, moenibus quoque* [3] *aliis penè non minori summâ extructis. Hi regebant fata, cum repentè Civitatem* [4] *Charmis* [5] *ex eâdem Massiliâ invasit, damnatis non solùm prioribus medicis, verùm & balneis* [6]; *frigidâque* [7] *etiam hybernis algoribus lavari persuasit.*

Ex Harduin. I. pag. 495.

VI. Etenim percensere insignia priscorum in his moribus convenit. Cassius Hemina, ex antiquissimis auctor est, primum e medicis venisse Romam Peloponneso Archagatum Lysaniae filium, L. Aemilio, Luc. Julio Coss. anno Urbis DXXXV. eique jus Quiritium datum, & tabernam in compito Acilio emptam ob id publice. Vulnerarium eum fuisse e re di-

Etenim percensere insignia priscorum in his moribus convenit. Cassius Hemina ex antiquis [8] *auctor est, primum e medicis venisse Romam Peloponnensem* [9] *Archagatum Lysaniae filium, L. Aemilio, M. Livio Coss.* [10] *anno Urbis ↀXXXIV.* [11] *eique jus Quiritium datum, & tabernam in compito Acilio emptam ob id publicè. Vulnerarium* [12] *fuisse eum tra-*

ANNOTATIONES.

(1) *Observando*. Id moris fuit celebri Guerino Neapolitano, qui Mediolani in arte medicâ claruit parentum aetate, & syderalem aspectum in curandis aegroris perpendebat; idque medicis necessarium, Wirico Philippo Comiti Daunio Insubriae Praefecto suadere nitebatur.

(2) *H-S. C̄*. Notas sequor vetustorum codicum. In antiquioribus legitur sestertia C. (a). In Principe *centum* malè.

(3) *Moenibus quoque*. Haec etiam est antiqua, & communis scriptura, a quâ recessit Harduinus, cum in Chiffletiano invenisset Dalecampius *moenibusque*: iis subscribit Princeps editio.

(4) *Civitatem*. Nempe Romam.

(5) *Charmis*. A Guesnayo Carmidas, sive Carmis dicitur.

(6) *Balneis*. Veteres typographi (b), & Nostri codices.

(7) *Frigidâque*. Subaudiendum *aquâ*. De ipsomet Plinio scripsit sororis filius: *post Solem plerumque frigidâ lavabatur* (c).

(8) *Ex antiquis*. Cum in solo Chiffletiano exemplari invenisset *ex antiquissimis* Dalecampius, illius scripturam indicare contentus in orâ paginae, veterem & ab omnibus receptam non immutavit in operis corpore. Harduinus, qui Cassium Heminam Censorini testimonio, adnotavit vixisse anno V. C. 607. (d): optimam lectionem invertere minimè debebat. Sufficit enim inter antiquos Romanos scriptores Heminam recensere, cum non modò a Catone Censorio fuerit praecessus, sed ante illum floruerit Fabius Pictor, quem scriptorum Romanorum antiquissimum vocat Livius (e): ante Heminam pariter vixere Livius Andronicus, Ennius, Plautus.

(9) *Peloponnensem*. Nostri codices, & vetusta exemplaria. Nihil de Archagato nossent rei medicae cultores, nisi id a Plinio testatum esset.

(10) *L. Aemilio, M. Livio Coss.* Adnotaverat Dalecampius in Chiffl. codice legi *L. Aemilio L. M. Julio*: secundi Consulis appellationes corruptae omnino, cum duplici praenomine (quod ineptissimum) & falsè Julius loco Livii dicatur. Harduinus cum eandem scripturam in Regio codice 8686. invenisset: optimam (quamvis *abbreviatam*) somniavit. Nihil illâ absurdius. Vt Livio, Julium supponeret, dicit Gentem Liviam plebejam, nec Consulatui gerendo habilem. Dedecet hoc Plinii interpretem, qui ex infimâ plebe Consules factos ignorare non debuerat; magisque ut M. Livium expungat, qui dubio procul cum L. Aemilio Consul fuit, habuitque Salinatoris cognomentum. Optimè igitur Cassiodorus, & Zonaras Consulem unà cum L. Aemilio Paullo illum faciunt, iterumque fasces gestavit anno V. C. 546. itemque Dictator renunciatus ab omnibus agnoscitur (f). Alios quoque Livios Consules fuisse Salinatoris, Mamiliani, Drusi cognomine nemo praeter Harduinum ignorat, cui etiam *abbreviatam* ignotam Latinis vocem objicies.

(11) *Vrbis ↀXXXIV.* Hoc anno juxta Plinii, Capitolinam, Muratorii, nostramque supputationem Consules fuerunt L. Aemilius. & M. Livius; unde nota una escidit inter ultimum denarium, quinariumque, quae hujus siglae valorem imminuat.

(12) *Vulnerarium*. Ritè Harduinus vulnerarium a Plinio appellari tradit, qui vulneribus praesertim curandis operam addicit, ut ocularium dicunt, qui sanandis oculis. Illustrari etiam poterat Pliniana dictio ex ipso auctore, qui paullò infra de Arcontio (sive ut recentiores legunt Alconte) *Vulnerum medico* loquitur; unde per synonymiam intelliges utrumque. Ediderant vetusti typographi satis malè *tabernam in compita acilio emptam. Ob id publice vulnerarium fuisse eum tradunt vocatum*. Pejora occurrunt in editione Principe. Postea Gelenius vulgavit -- -- *emptam ob id publice. Vulnerarium eum tradunt fuisse vocatum*. Gelenium sequitur Dalecampius,

(a) 1470. 1472. 1476. 1480. (b) *Allat. edition. & Princeps an.* 1469. (c) *Epist. lib. III* 5.
(d) *Tom. I. in indice auctor. pag.* 56. (e) *Lib. I.* (f) *Vide Murat. class. V. tom. I. nov. thes.*

Ex Harduin.

dictum: mireque gratum adventum ejus initio: mox a saevitia secandi urendique, transisse nomen in carnificem, & in taedium artem omnesque medicos: quod clarissime intelligi potest ex M. Catone, cujus auctoritati triumphus atque Censura minimum conferunt: tanto plus in ipso est. Quamobrem verba ejus ipsa ponemus.

VII. Dicam de istis Graecis suo loco, Marce fili: quid Athenis exquisitum habeam, & quod bonum sit illorum litteras inspicere, non perdiscere, vincam. Nequissimum & indocile genus illorum: & hoc puta vatem dixisse: Quandocumque ista gens suas litteras dabit, omnia corrumpet. Tum etiam magis, si medicos suos huc mittet &c.

Est

Ex nostrâ recensione.

tradunt: mireque gratum adventum ejus initio, mox a saevitiâ secandi urendique transisse nomen in carnificem, & in taedium artem [1], *omnesque medicos: quod clarissimè intelligi potest ex M. Catone, cujus auctoritati Triumphus* [2] *atque Censura etiam* [3] *quantò non minimum conferunt, tantò plus in ipso est. Quamobrem verba ipsa* [4] *ponemus* [5]. Dicam de istis Graecis suo loco Marce Fili, quid Athenis exquisitum habeam, & quod bonum sit istorum [6] literas inspicere [7], non perdiscere. Vincam nequissimum [8] & indocile genus illorum, & hoc puta vatem dixisse. Quandocumque [9] ista Gens suas literas dabit, omnia corrumpet: tunc etiam magis [10], si medicos suos huc mittet.

Est

ANNOTATIONES.

addens legi in Chiffletiano *Vulnerarium eum fuisse credunt*. Gronovius Chiffletiano tres Vossianos, Academicum, & Gudianum codices adjecit, ubi *eum fuisse tradunt mireque* sine τοῦ *vocatum*; sed neque *tradunt*, neque *credunt* hic locum habere opinatur, cum oratio pendeat *ἐν τοῦ Cassius Hemina auctor est*, unde legendum statuit: *Vulnerarium eum fuisse è re dictum, mireque gratum adventum ejus*. Vide duplex Harduini peccatum, ut a Gronovio restitutionem surripiat, & illius conjecturam ex Mst., in emendationum indice tanquam medicinam a membranis deductam venditet (*a*). Ego nihil quinque Manuscriptis adderem, cum oratio stare optimè possit, ut recitatis ab Heminâ adjiciat Plinius ex aliis, quòd medicus Peloponnesiacus Vulnerariam unicè exercuisset, quam sub initio parcè tractando gratus Romanis evaserit: mox ob secandi urendique barbariem carnificis cognomentum obtinuerit, quae nomenclatura nonnullis nostrae aetatis chirurgis castra sequentibus adaptatur, qui ut rem faciliùs expediant, vulneratis statim brachia, vel pedes amputant.

(1) *Artem*. Codices antiqui & primigenii typographi legunt *artis*, unde fortassis alia inquirenda, quae nimii ne simus, omittimus.

(2) *Triumphus*. Consule, quae subjecimus Plinianae praefationi, ubi Catonem de Citeriore Hispaniâ triumphasse monuimus (*b*).

(3) *Censura etiam*. Ex officio in civium, omniumque mores inquirendi progreditur, magnique faciendam Catonis sententiam, ex tanti viri auctoritate, triumpho, & praesertim censurâ affirmat, ut tamen haec omnia ipso Catone minora testetur, utpote qui tantâ probitate ac sapientiâ claruerit. Non video ineluctabilem rationem, ut verba haec ab antiquis impressoribus adoptata, interpretes amputent, cum mihi Plinii stylum redoleant, ut inde gradum ex auctoritate & officiis ad animi egregias dotes aucuparet, unde omnia hisce de caussis ab Catone prulata venerari debeantur. Haud ignoro, quòd maximus vir Hermolaus Barbarus hujus immutationis auctor fuit, & veterem suam dixit lectionem puriorem, ac Plinianâ gravitate magis dignam, ut sensus sit „ quod „ ex triumpho & censura Catoni accesserat auctoritatis „ & gloriae id videri minimum; quod verò ipse prae„ stitit virtute atque industria id esse maximum „ Liberum igitur erit lectori & hâc scripturâ post tantum patronum uti. Editio Princeps hoc loco satis est corrupta.

(4) *Verba ipsa*. Habent Romana exemplaria. Recentiora *ejus ipsa*, ut editio Princeps. Notandum cognatas dictiones hoc loco ad ea, quae in praefatione vulgavit *ipsa Censorii Catonis verba ponam*, unde semper elucet initii cum reliquo corpore cohaerentia, quam omnino ineptè Harduinus de medio tollere cogitavit.

(5) *Ponemus*. Haec verba ex Catonis epistolis (quarum mentio apud Festum Pompeium) Plinius mutuatur, uti opportunè animadvertit Dalecampius.

(6) *Istorum*. Nostri codices & vetusta quaedam exemplaria; idque magis respondet *istis Graecis*. Gelenius & Manutius *eorum*. Harduinus *illorum*, quod in Chiffletiano exemplari extare monet Dalecampius, & habent etiam codices Alerienf. Episcopi.

(7) *Inspicere*. Rom. Codd. habent *aspicere* quòd minùs significare videtur quàm *inspicere*; Harduini lectionem ex sequentibus Catonis verbis adopto. Scias tamen cupio *aspicere* aliquam importare considerationem. Hinc Noster scripsit libro XI. *Addidit morum quoque aspectus simili modo apud nos Tragus, & ipse auctor severissimus*.

(8) *Vincam nequissimum*. Contra omnium exemplarium incisionem Harduinus *vincam* subjecit verbo *perdiscere*, tanquam pro arguam, demonstrabo, non perdiscendas Graecorum literas. Sed longè meliùs ad nequissimum, & indocile genus superandum facit recepta ab omnibus scriptura.

(9) *Quandocumque*. In Chiffletiano *quandoque*: minùs ad rem, unde colliges non statim membranis, quamvis saepe meliorem lectionem indicantibus, fidendum.

(10) *Tunc etiam magis*. Nostri codices, & Romana exemplaria. Gelenius, Manutius, & Dalecampius *tum etiam magis* cum editione Principe.

(a) *Tom. II. pag.* 819. (b) *Pag.* 278. 279.

AD XXX. LIBRVM

Ex Harduin. I. pag. 524.	Ex nostrâ recensione.
Est & alia Magices factio, a Mose etiamnum & Lotapea Judaeis pendens, sed multis millibus annorum post Zoroastrem. Tanto recentior est Cypria. Non levem & Alexandri Magni temporibus auctoritatem addidit professioni secundus Osthanes, comitatu ejus exornatus, planeque, quod nemo dubitet, orbem terrarum peragravit ---- ----	*Est & alia magices* [1] *factio a Mose* [2], *& Jamne* [3], *& Jotape* [4] *Judaeis pendens, sed multis millibus annorum post Zoroastrem* [5]. *Tantò recentior est Cypria* [6]. *Non levem & Alexandri Magni temporibus auctoritatem addidit professioni secundus Hosthanes* [7] *comitatu ejus exornatus; planèque (quòd nemo dubitet) Orbem terrarum peragravit.*
IV. Gallias utique possedit, & quidem ad nostram memoriam. Namque Tiberii	*Gallias* [8] *utique possedit, & quidem ad nostram memoriam; namque Ti. Claudii*

ANNOTATIONES.

(1) *Magices*. Chiffletianus *magicis* item minus rectè.

(2) *A Mose*. Mosis, seu Moysis nomen edita exemplaria recipiunt, atque ita Plinium scripsisse credo, quamvis in I. Ambrosiano *factio amuse*. In II. *amiso* unicâ voce legamus. Mosen omnium Aegyptiorum edoctum sapientiam testantur Acta Apostolor. VII. 21.

(3) *Jamne*. Harduinus de Mose tantùm loqui Plinium, non de Jamne asserit, uti monuimus in primâ Disquisitionum parte (*a*). Sequi profitetur Mss. omnes, & vetustissimas editiones, in quibus totidem literis & apicibus scriptum dicit, uti edidit. Primum *& Jamne* pro *etiamnum* ex impressione Basileensi anno 1535. exhibitum agnoscit. Juxta illum denique *etiamnum a Judaeis*, *Mose*, *& Lotapea pendens factio* designatur ex quibusdam *de circumeuntibus Judaeis exorcistis*, quorum mentio est in Actis cap. XIX. 13. quorumve Princeps suâ aetate fuerit Judaeus nomine Lotapeas, quod (nomen hebraeum) significat hominem, qui involvens se, operit se; ultimò Plinium hominem Atheum vim exorcismorum magicae arti adscribere. Vt ad quaestiones redeamus, non invenio a Dalecampio aliquid contra Jamnis appellationem ex membranis adduci. In I. Ambros. lego: *amusa etiam iam nunc & Lotape ac Judeis pendens*. In II. cum edit. 1469. *amisa & iane & iotapea judeis pendens*. Primi scripturam magis corruptam nemo non videt; secundi & *iane* pro *Jamne* positum facilè credam. Audiamus Gelenium, qui in emendatis codicibus legi asserit *a Mose*, *& Jamne*, *& Jotape Judaeis pendens* „ Is Jam„ nes in Thaumaturgia antagonista Mosi fuit, coram „ Pharaone, quod in Paulinis Epistolis legimus, ma„ gus insignis, quo factum opinor, ut Plinius Mosen „ quoque similiter magum fuisse putaverit. Castigato„ rem fefellit similitudo scripturae ut pro & iamne le„ git etiamnum: tertium nomen etiam typis excusa „ quaedam exemplaria habent, rectè quidem mea sen„ tentia, cum Hebraeum sit, & apud Hebraeos aucto„ res reperiatur „ Huc usque Gelenius. Jamnem a Plinio memoratum esse illum, cujus Paulus Apostolus mentionem ingerit, non dubitavit Antonius Possevinus (*b*); Jotapen verò sibi ignotum fatetur. Antiquae editiones exhibent certè a Mose *etiamnum* (*c*) sed optimè Gelenius animadvertit, si modo dixit *est & alia*, non opus repetere *etiamnum?* quod certè in auctore succenso, minimè reponendum, nec in Principe editione occurrit. Alii pro *Jotape* legere malunt *Jochabela*, uti apud Joseph Flavium, vel *Jochabeda*, ut in codicibus Divi Hieronymi. Hermolaus Barbarus, qui in editis pariter *etiamnum Lotapea* invenerat. *Legendum fortè*, inquit, *non Lotapea*, *sed Jochapela*, *sive Jochabela ex Josepho*, *qui matrem Mosis ita nominavit*. *Hieronymus Jochabeda*. *Potest & Jotapata: quoniam & urbs hoc nomine in Syria Josepho est; a conditore, ut verisimile est vocata*. *Magum autem fuisse Mosem & Posidonius*, *& Lysimachus*, *& Apollonius Molonis insimulant: sed eos secundo contra Apionem volumine Josephus apertissime coarguit*. *Qualis autem sit*, *quam paulo post Plinius Cypriam appellat: non ausim quidem contendere: sed de Christiana eum sensisse ut suspicer: argumento est*, *quod Apostolus Paulus cum Barnaba*, *qui & Cyprius erat*, *e Judaea navigavit in Cyprum; in eamque primum Insulam novum Mundo Christi nomen intulit*.

(4) *Lotapea*. Ab Aleriense Episcopo, & traducibus receptus: aeque ignotus, ac *Jotapes*.

(5) *Zoroastrem*. Hunc Zoroastrem Eudoxus sex millibus annorum ante Platonis mortem fuisse prodidit, quod etiam scripsit Aristoteles. Cum hujusmodi paullò ante Plinius referret, illum in annorum supputatione falli venditat Dalecampius: sed ipse fallitur, nam summa Eudoxo, atque Aristoteli: non Plinio objicienda, qui nobis aperuit: an unus hic fuerit Zoroastres, an postea alius, ex auctoribus non constare. Opinantur recentiores eruditi, quòd Graeci, atque ex illis Romani ad proprii idiomatis indolem sapientis hujus Persae nomen tornaverint. Thomas Hydeus (*Hyde*) Zoroastrem appellat *Zerduscht*. Thomas *Stanleyus* (*Stanley*) *Zaradusht*. Modicam in iis agnoscit diversitatem Feychoous (*d*), quâ de re ipse rogetur.

(6) *Cypria*. Vidimus Harduinum Cypriae sectae principem tenuere Lotapeam. Verùm ego (ubi id nominis recipiatur) de homine Nostram loqui, longè ante Vespasiani imperium vivente, judicarem. Sunt, qui ex iis verbis cum Hermolao Barbaro colligant Christianissimum a Plinio indigitari: ego potius iis adhaererem, qui ad Paphiae Veneris Sacerdotes provocant (*e*). Nullam enim de Nostrâ Sanctissimâ lege indicium adfuit Plinio, ut libro V. attigimus; unde ob hoc loco recitata, immeritò ab Harduino, aliisque accusatur.

(7) *Hosthanes*. Notat Harduinus in libris omnibus Mss. aspirati *Hosthanes*. Id ego etiam in priscis editionibus invenio (*f*), demptâ tamen Principe.

(8) *Gallias*. Nempe Transalpinas. Typographico mendo in primâ Disquisitionum nostrarum parte irrepsit *Galliam* (*g*).

[a] *Lib. V. pag.* 168. [b] *Biblioth. lib. XII. cap. XLII. pag.* 99.
[c] 1470. 1472. 1476. [d] *Tom. VI. §. VIII. num.* 19. [e] *Vid. Dalec. hoc loco.*
[f] 1470. 1472. 1476. 1480. 1483. [g] *Lib. V. pag.* 139.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
rii Caeſaris principatus ſuſtulit Druidas eorum, & hoc genus vatum medicorumque.	*dii* [1] *Caeſaris principatus ſuſtulit Druidas eorum, & hoc genus vatum medicorumque.*
Ex Harduin. II. pag. 524.	
V. Vt narravit Oſthanes, ſpecies ejus plures ſunt. Namque & aqua, & ſphaeris, & aëre, & ſtellis, & lucernis, ac pelvibus, ſecuribuſque, & multis aliis modis divina promittit: praeterea umbrarum, inferorumqve colloquia: quae omnia aetate noſtra Princeps Nero vana falſaque comperit: quippe non citharae tragicique cantus libido illi major fuit, fortuna rerum humanarum ſumma geſtiente in profundis animi vitiis. Primumque imperare Diis concupivit, nec quidquam generoſius valuit. Nemo unquam ulli artium validius favit. Ad haec, non opes ei defuere, non vires, non diſcentis ingenium, non alia, patiente Mundo.	*Vt narravit Hoſthanes, ſpecies* [2] *ejus plures ſunt; namque & ex aquâ* [3], *& ſpheris, & aëre, & ſtellis, & lucernis, ac pelvibus, ſecuribuſque, & multis aliis modis divina* [4] *promittit* [5]*: praeterea umbrarum inferorumque colloquia. Quae omnia aetate noſtrâ Princeps Nero vana falſaque comperit; quippe non citharae tragicique cantus libido illi major fuit* [6], *fortunâ rerum humanarum ſummâ geſtiente in profundis animi vitiis: primumque imperare Diis concupivit, nec quicquam generoſius voluit* [7]. *Nemo unquam ulli artium validius favit. Ad haec non opes illi defuere: non vires: non diſcendi* [8] *ingenium: non alia* [9]*: patiente Mundo* [10].
Ex Harduin. VI. pag. 529.	
Eſſe animal Locuſtae ſimile ſine pennis, quod troxalis Graece vocetur, Latinum	*Eſſe animal* [11] *Locuſtae ſimile ſinè pinnis, quod Troxalis*[12]*Graecè vocatur*[13] *Latinum*

ANNOTATIONES.

(1) *Ti. Claudii*. Noſtri codices per contractionem *Ti. Cl.* quod ab amanuenſibus deformatum in *Tiberii* unicam appellationem, ab omnibus fuit adoptatum. Harduinus longâ argumentatione nititur colligere a Claudio perfectum, quod non obtinuerat Tiberius. Noſtrae reſtitutionis fundamenta habes jam propoſita in Plinii vitâ.

(2) *Species*. Membranae, & vetuſti typographi *ſpeties*.

(3) *Namque & ex aquâ*. Aliis *ex aqua, & ex ſphaeris*. Conſule Romanas editiones, ubi tamen minus rectè: *Namque ea quae a ſphaeris*. Lectionem ab Harduino ſecutam indigitavit ex Chiffletiano Dalecampius. Ego Hermolao, & Pariſienſibus typographis (*a*) adhaereo.

(4) *Divina*. Idem Dalecampius monet in V. (nempe veteri exemplari) legi *divinationes*.

(5) *Promittit*. In Chiffletiano *promit*, quod vocabulum a Notario contractum conjicio, ut *promittit* inibi arctetur.

(6) *Major fuit*. Haec & reliqua florenti admodum ingenio complectitur Plinius, oſtendens majorem Neroni magices cupiditatem fuiſſe, quàm muſicae artis; licèt hanc tanti fecerit.

(7) *Voluit*. Cum edit. 1469. Barbaro, Gelen., Manut., & Dalec., qui ex Chiffletiano *valuit* in orâ paginae ſubjecit. Fateor etiam in antiquis editionibus nonnullis inveniri *valuit* (*b*). Verùm noſtra lectio rem magis explicare videtur, ut nihil Nero intentatum reliquerit.

(8) *Diſcendi*. Plerique uſque ad Dalecampium ita vulgarunt; qui ſummâ fide *diſcentis* in Chiffletiano apparere adnotavit. Convenit laudato exemplari editio Princeps.

(9) *Non alia*. Antiquas editiones hoc loco corruptas emendarunt neoterici antepoſitâ particulâ *non*.

(10) *Patiente mundo*. Summâ elegantiâ id a Plinio exprimitur, cum Romanum imperium infandâ illâ ſervitute opprimeret Nero, cujus Suetonius, & Plinius prae caeteris, tot locis meminit. Scipio Maffejus legendum jubet *Non alia ei parente Mundo* (*c*). Nullum addit volitae ſcripturae teſtimonium, quam nemo, ut puto, contra elegantiſſimam, & ubique extantem recipiet.

(11) *Eſſe animal*. Locum antiquae lectioni ex V. Mſs. codicibus reſtituit Gronovius: ita certè habent Romanae editiones. Veneta 1469. Gelenius, Paullus Manutius, & Dalecampius ediderunt: *eſt animal*.

(12) *Troxalis*. In editis legebatur *tryxalis*. Primus Dalecampius monuit ex Aeliano (*d*) *troxalis* reſtituendum. Id probavit Harduinus ex Mſs. Reg. 1. & 2. & Colber. 3. atque etiam ex indice nunquam antea edito, quem exhibuit ad calcem lib. XXIX. num. XXXII. (*e*) addidit „ Sic etiam Aelianus —— Καὶ μὴ σιωπῶσαν τρωξαλίδα „ *nec ſilentem troxalida*: ſtrepere eam, ut gryllum ſignificat. Ego ſuam Dalecampio laudem minimè ſurripio, & Harduini laborem commendo. Puto, quòd typographico mendo irrepſerit in Gronovii emendatione apud Hackios *troxallis* (*f*), uti etiam peccatum eſt in titulo, cum liber XXIV. ſignatur pro XXX. Editio Princeps *trixallis*, cui ſubſcribo in vocibus *ſinè pinnis*.

(a) 1526. (b) 1472. 1483. 1491. (c) *Vide* Arte Magica dileguata *pag.* 9. (d) *Hiſtor. Animal. VI.* 19. (e) *Pag.* 520. (f) *Vid. tom. III. pag.* 805.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
num nomen non habeat, aliqui arbitrantur: nec pauci auctores hoc esse quod gryllus vocetur.	*num nomen non habere* [1] *aliqui arbitrantur; nec pauciores* [2] *hoc esse, quod gryllus vocetur* [3].

A D XXXI. L I B R V M

Ex Harduin. II. pag. 546. & 547.	
Digna memoratu villa est ab Averno lacu Puteolos tendentibus imposita litori, celebrata porticu ac nemore, quam vocabat Cicero Academiam, ab exemplo Athenarum (ibi compositis voluminibus ejusdem nominis) in qua & monumenta sibi instauraverat, ceu vero non in toto terrarum orbe fecisset. Hujus in parte prima, exiguo post obitum ipsius, An-	*Digna memoratu* [4] *villa est ab Averno lacu Puteolos tendentibus imposita litori* [5], *celebrata porticu ac nemore* [6], *quam & vocabat* [7] *M. Cicero* [8] *Academiam ab exemplo Athenarum, ibi compositis voluminibus eisdem nominibus* [9]; *in quâ & monumentum* [10] *sibi instauraverat* [11], *ceu verò non &* [12] *in toto terrarum Orbe fecisset. Hujus in parte primâ* [13] exi-

ANNOTATIONES.

(13) *Vocatur*. Antiqui omnes, & recentiores typographi. Gronovius ex nonnullis Mss. legit *vocetur*.

(1) *Habere*. Nostri codices, & rectè ut puto: ex *habere* postea effluxit *habeat ut*, ab impressoribus vulgatum: *ut* in suo apographo desiderari monuit Pintianus, post illum in multis aliis Gronovius. Nexus dictionis videtur respuere: *esse animal ----- latinum nomen non habeat*.

(2) *Nec pauciores*. Meliorem hanc veterem scripturam (quam retinet Chifletianum exemplar, & alia multa cum antiquis librariis) novae a Pintiano ex suo apographo allatae suspicor. Dalecampius in V. etiam occurrere monet: *ut aliqui auctores arbitrantur, alii nec pauciores*.

(3) *Vocetur*. Gronovius in Pintiani, Vossii, & Chiffletii codicibus legi asserit: *nec pauci auctores hoc esse quod grylli vocentur*. In Academico, Gudiano aliisque duobus Vossianis: *nec pauciores haec esse quod grylli vocentur*, unde restituendum statuit in integrum: *esse animal locustae simile sine pennis, quod troxallis Graecè vocetur, Latinum nomen non habeat, aliqui arbitrantur; nec pauci auctores hos esse, qui grylli vocentur*. Eruditus lector seligat, quae meliora judicaverit.

(4) *Digna memoratu*. Quaedam exemplaria habent *dignum memoratu* (*a*). Rectior videtur Aleriensis Antistitis vetusta, & communis lectio *digna memoratu* (*b*), quam prae caeteris sequuntur Palmarius, Alexander Benedictus, Parisienses typographi, Gelenius, Manutius, & recentiores. In editione Principe *dignum villa est*: malè. Sed ubi Jul. Caes. Capacius hausit: *digna memoria tu, villa es?*

(5) *Litori*. Johannes Franciscus Lombardus in synopsi de Balneis Puteolanis „ *Non procul*, ait (*c*), *supra mare* „ *Bajas respiciens occidentem versus villa fuit M. Tul. Ci*- „ *ceronis, cujus altera pars supra mare in edito posita ve*- „ *tustate dejecta est, quae vero in proximo dirutos parietes* „ *ostendit: haec vulgo ab incolis dicitur* Ciceronum „.

(6) *Porticu ac nemore*. Utrisque maximè delectabantur veteres Romani. Consule Plinium Caecilium, ubi villas suas, & Thuscam praesertim describit (*d*): *adjacentis hyppodromi nemus comasque prospectat. Contra mediam fermè porticum diaeta*.

(7) *Et vocabat*. Illud & vetustis impressoribus receptum, cum in Chiffletiano exemplari desideraretur, Harduinus praetermisit. A Plinii tamen indole minimè abhorret, videturque novitium nomen a Cicerone villae assutum importare; neque enim Oratorum Principem illam a fundamentis excitasse innuit verbum *vocabat*. Fatendum tamen in editione Principe occurrere *quam vocabat Marcus Cicero*.

(8) *M. Cicero*. Praenomen eâdem ex caussâ sustulit Harduinus, utpote in Chiffletiano codice praetermissum. In Naturali historiâ non desunt exempla, ubi Tullii Laureae patronus unico *Ciceronis* cognomine, item ubi praenomine & nomine *M. Tullii*, uti etiam praenomine & cognomine *M. Ciceronis* indigitatur. Legimus lib. XIII. (*e*) *in M. Ciceronis monumentis invenitur &c.*

(9) *Eisdem nominibus*. Sequor Palmarium, Alexandrum Benedictum, Parisienses typographos (*f*), idque meliùs convenit titulo, quem voluminibus fecit Cicero *Academicarum Quaestionum*. Nec differt Veneta impressio anni 1496. (quam ex castigationibus Hermolai Barbari editam asserit typographus) ubi lego *impositis voluminibus eisdem nominibus*; illud *impositis* librarii erit mendum. In primigeniis editionibus legimus *ejusdem nominibus* (*g*). In aliis haec duo verba desiderantur (*h*). In editione Principe *ejusdem nominis*.

(10) *Monumentum*. Ex nostris codicibus, & plerisque vetustioribus librariis (*i*). Numero unitatis dicatam sibi memoriam innuit. Editio Princeps Harduino convenit, Chiffletii codex *monimenta*.

(11) *Instauraverat*. Ita legitur in primigeniis editionibus (*k*). In nonnullis tamen exemplaribus invenio *instatuerat* (*l*), quod ubi Plinianum esset, novo vocabulo Latina lingua ditaretur. Ciceronem monumentum suo nomini posuisse scimus; ab aliis positum renovasse ignoramus. Erit tunc *instatuo* idem ac *suprastatuo*: uti *insterno* importat *supracsternere*. Colligerem insuper Ciceronem edito in loco monumentum constituisse, ideoque *instatuere* superpositam rem denotare.

(12) *Non &*. Iisdem auctoritatibus restituo.

(13) *In parte primâ*. Nempe in primo villae ingressu. De Villae situ consulendus Capacius, qui haec longè meliùs, quàm Plinii verba digessit (*m*).

(a) 1476. 1479. 1480. 1483. 1491. 1496. (b) 1470. 1472. 1497. (c) *Cap. XXI.*
(d) *Lib. V. 6.* (e) *Lib. XIII. 3.* (f) *Vide edit. ann.* 1526. *pag.* CCCCXLI. (g) 1470. 1472. 1476. 1479. 1480.
(h) 1483. 1491. (i) 1469. 1470. 1472. 1476. 1479. 1480. (k) 1469. 1470. 1472. 1476. 1479. 1480.
(l) 1483. 1491. (m) *Antiq. ----- Campan. cap. XXIV. col.* 223. *edition. P. Burman.*

Ex Harduin.

Antistio Vetere possidente, eruperunt fontes calidi, perquam salubres oculis, celebrati carmine Laureae Tullii, qui fuit e libertis ejus, ut protinus noscatur etiam ministeriorum haustus ex illa majestate ingenii. Ponam enim ipsum carmen, dignum ubique, & non ibi tantum legi:

Quod tua, Romanae vindex clarissime linguae,
Silva loco melius surgere jussa viret:
Atque Academiae celebratam nomine villam
Nunc reparat cultu sub potiore Vetus:

Hic

Ex nostrâ recensione.

exiguò post obitum ipsius, Antistio Vetere [1] *possidente, eruperunt fontes calidi perquam salubres oculis, celebrati carmine Laureae Tullii* [2], *qui fuit e Libertis ejus, ut protinus noscatur etiam ministrorum* [3] *haustus ex illâ majestate ingenii* [4]. *Ponam* [5] *enim ipsum carmen dignum ubique, & non ibi tantùm legi*

Quòd [6] tua Romanae vindex clarissime linguae
Sylva [7] loco [8] meliùs surgere jussa viret:
Atque Academiae celebratam nomine villam
Nunc reparat [9] cultu sub potiore Vetus [10]:

Hîc

ANNOTATIONES.

(1) *Antistio Vetere*. Harduinus C. Antistium fasces gestasse sub Augusto anno V. Cond. IↃCCLVIII. unà cum D. Laelio Balbo statuit (*a*). Videtur vel calami lapsu, vel typographi incuriâ notam X. ante L. excidisse; neque enim allato anno consulatum gessit Antistius. Conjicio Harduinum notionem ab Hackianâ impressione accepisse, ubi legimus (*b*). *Hic Consul fuit cum D. Laelio Balbo V. C. DCCXLVII.* Anni unius differentia tunc inter Harduinum, & Hackianam editionem orietur ex diversâ Marmorum Capitolinorum, & Varronis supputatione. Juxta Plinium, nostrasque Tabulas annus V. C. 747. Consulibus Antistio Vetere, & Laelio Balbo tribuendus. Cave, ne hunc Antistium Veterem cum alio C. Antistio Vetere confundas, qui Consul pariter fuit anno Vrbis 775. ut Plinius docet (*c*).

(2) *Laureae Tullii*. Variationis gratiâ ita scribit Plinius, quamvis ex ordine appellandus sit *Tullius Laurea*, cum Patroni gentilicium nomen propriae nomenclaturae praeponerent Liberti. Emendandus hoc loco Andreas Baccius, qui Plinii verba illustrans, versus a *Laurino Tullio* exaratos subjecit (*d*). Nescio, quo idoneo testimonio Puteanus affirmare potuerit Tullium Lauream in hâc villâ fecisse hominum figuras morborum sedes affectas indicantium (*e*).

(3) *Ministrorum*. Adhaereo II. Ambrosiano, ubi ita scriptum, uti in editione Principe, apparet. In antiquis aliis editis legimus *ministerium*, uti in recentioribus. In Chiffletiano monstra dictionum: *etiam ministeriorum haustis ex illa majestas ingenium*. Dalecampius emendare tentavit: *Ministri etiam ex illorum haustu majestas ingens*: alii a scripturâ magis recedentes: *ut protinus etiam noscatur ex ministro illorum haustu potestas ingens* (*f*) Gronovius parum a Chiffletiano Vossianum exemplar distare videns, scribendum conjiciebat: *ministeriorum haustis ex illa majestate ingenii*, illudque *protinus noscatur* Ciceroni adaptabat (*g*). Heinsius locum vexatissimum restituere credit hoc pacto: *ut protinus noscatur etiam ministeriorum haustu ex illo majestas alienigena* (*h*). Ministeria pro ministris poni addit, ut optimè antea collegeret Pintianus. Eadem statuit Harduinus, uti servitia pro servis, unde Paullus Jurisconsultus scripsit: *Vrbica ministeria ----- quae extra Vrbem nobis ministrare consueverunt*. Haec, quae eruditè omnium primus attigerat Pintianus, & a Gronovio, atque Heinsio integrâ fide innuuntur: robur amittere videntur, ubi Plinius *Ministrorum* scripserit. Nonne ipsemet Auctor de Nerone loquens: *Libertus ejus*, inquit (*i*), *cum daturus esset Antii munus gladiatorium publicas porticus occupavit picturâ, ut constat gladiatorum, ministrorumque omnium veris imaginibus redditis*. Haud ignoro, quòd famulitium pro famulis, & servitia pro servis quandoque usurpantur, & Plinius *concivisse ministeria* pro ministris posuerit (*k*). Verùm Pintianus, qui haec omnia depascitur, ubi in optimis codicibus legi *Ministrorum*, in aliis vocabulum per compendia reddi non ignorasset: fortasse simpliciori accessisset scripturae.

(4) *Majestate ingenii*. Vti in Mithridate ingenii magnitudinem celebravit (*l*): ita in M. Cicerone Oratorum Principe, & primo latinae linguae summe ingenii majestatem nobili depingit allegoriâ, ab erumpentibus aquis petitâ. Verbum *ingenii* nitidè apparens in editione Principe, desideratur in subsecutis exemplaribus, & deest in I. Ambrosiano, Toletano, aliisque. Ab Amanuensibus sublatum credimus, cum dictionem antea corruptam minimè intelligerent. Apertè tamen legitur *ingenii* in II. Ambrosiano; atque in II. itidem Regio, ut testatur Harduinus (*m*); unde hîc de causâ minùs opportuna judicarem, quae de majestate alienigenâ congerit Heinsius.

(5) *Ponam*. In I. Ambrosiano *ponatur*. Reliqua exemplaria meliùs *ponam enim*.

(6) *Quod*. Codices omnes, & veteres typographi. Gelenius reponit *quo*, atque in errorem adduxit Paullum Manutium, & Dalecampium. Hos Crusius sequitur contra sensum, ut ducentis ante Crusium annis Pintianus animadvertit. Apud Capacium omnino ineptè: *Quo tu*.

(7) *Sylva*. Paullus Manutius rectiùs scribi per *i* latinum putat. Baccius per *y*. Hâc in re liberum tibi erit utrâque ratione reddere. Ego Plinianos codices sequor, & vetustos typographos, dempto Johanne Spirense.

(8) *Loco*. Allatus Crusius legere mavult *solo*: non tamen animadvertit, quòd loci vocabulum ab omnibus codici-

(a) *Tom. II. pag. 547. num. 6.* (b) *Tom. III. pag. 341. num. 3.*
(c) *Vide Tabul. Plinian. Disquisit. lib. IV. pag. 88. & 89.* (d) *Lib. VI. 16. pag. 338.*
(e) *Parthen. III. cap. 36.* (f) *Edit. Hackian. tom. III. pag. 341. num. 4.*
(g) *Cit. edit. Hack. tom. III. pag. 807.* (h) *Lib. I. 17. pag. 180.* (i) *Lib. XXXV. 7.*
(k) *Lib. VII. 52.* (l) *Lib. XXV. 2.* (m) *Tom. II. pag. 569. emendat. 11.*

Ex Harduin.

Hic etiam apparent lymphae non ante repertae,
Languida quae infuso lumina rore levant.&c.

Ex Harduin. II. pag. 550.

Et in Cantabria fontes Tamarici in auguriis habentur. Tres sunt, octonis pedibus distantes. In unum alveum coëunt vasto singuli amne. Siccantur duodecim diebus, aliquando vicenis, citra suspicionem ullam aquae, cum sit vicinus illis fons sine intermissione largus. Dirum est, non profluere eos aspicere volentibus: sicut proxime Lartio Licinio Legato post Praeturam: post septem enim dies occidit.

Ex nostrâ recensione.

Hîc etiam apparent lymphae non ante repertae,
Languida quae infuso lumina rore levant.(1) &c.

In Cantabriâ (2) *fontes Tamarici* (3) *in augurio* (4) *habentur. Tres sunt octonis pedibus distantes. In unum amnem* (5) *coëunt vasto singuli amne. Siccantur duodecies* (6) *diebus, aliquando vicies citra suspicionem ullam aquae, cum sit illis vicinus* (7) *fons sinè intermissione largus* (8)*; dirumq; est* (9) *non profluere eos aspicere volentibus* (10)*: sicut proximè Lartio Licinio* (11) *Legato post Praeturam* (12) *post septem dies accidit* (13).

ANNOTATIONES.

bus receptum pressiorem secti imaginem subjicit, ut utiem proximè indicant sequentia.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit.

(9) *Reparat*. Cod. II. Ambrosienus *superat*.

(10) *Vetus*. Ita igitur nominandi casu appellabitur, non ut a nonnullis Antistius *Veter*. Quod cognomen *Vetus* majori elemento reddendum; non ut e Baccio, & Lombardo *vetus* (a). Emendandi enim sunt hâc in re vetustiores Pliniani typographi. De hâc Ciceronis villâ plura eleganter attingit Eucherius a Quintiis (b), Plinii itidem verba subjiciens.

(1) *Levant*. Ciceronianeu equec hodie ab indigenis vocantur *Bagni di Prato*. Has in Bejanis erumpentes, oculis juvere testatur Baccius, quia cadmiâ ebundent.

(2) *In Cantabriâ*. Ambrosiani codices, uti elii pennâ exarati, cum vetustis typographis particulam *&* omittunt. Illem Gelenius induxit, Dalecampius adoptavit, post Dalecampium Herduinus. Potes tutò entiquis adheere re, cum periodus superioribus verbis minimè nectetur.

(3) *Tamarici*. In Ambros. exemplaribus *Tamaritiae* occurrit, quem scripturam iuvenies in edit. Principe; reliqui legunt *Tamarici*. De hocce fluvio, & voce elibi agemus.

(4) *Augurio*. Ite plerumque libri omnes. Ipse etiem Harduinus volumine tertio supre tricesimum legit epud Plinium: *quod quidem in augurio intellectum est* (c). Caeterum etiam *in auguriis* non rejicio, quae scriptura epparet in I. Ambrosiano, & Chiffletti membranis, & Principe editione.

(5) *Amnem*. Codd. Ambrosiani hunc proferunt lectionem, eemque Plinianam credo, ut ergutiam ponet in repetitione *amnem*, atque *amne*. Editi habent *alveum*.

(6) *Duodecies*. Cum editis Nostri codices. In I. Ambrosieno: *duodeties aliquandò vities*. In aliis *duodeciens* (d), quae omnie auctorem *duodecies* edverbio uti suedent, ut Baccius legit cum editione Principe.

(7) *Illis vicinus*. Laudeti codices, & vetusta exemplarie.

(8) *Largus*. Libro II. *In Comensi ---- fons largus horis singulis semper intumescit ac residet*. Fortassis eadem caussa. Vide, quae libro XVI. exhibebimus.

(9) *Dirumque est*. Sequor antiquas editiones, ubi *dirumque est* (e). Codee I. Ambrosianus *durum est*. Codex II. *mirum est*, cui subscribit Johannes Spirensis. Meliorem conjicio aliorum ejusdem seculi lectionem *dirumque est*; vel recentiorum *dirum est*.

(10) *Volentibus*. Juxta suae eetatis observationes affirmat Plinius meli fuisse auguris, quòd ii fontes arescerent eo tempore, quo illos fluere ueoptabant curiosi ad alveum accedentes.

(11) *Lartio Licinio*. De hoc non uno loco sermonem hàbuimus in primâ Disquisitionum parte. Non obliviscatur lector, quòd Lartii Licinii eppellationes gentiliciae, etque ex adoptione manant. Consulatur locus in Plinii vitâ pag. 162. numero 5.

(12) *Legato post Praeturam*. Qui nempe post exectum Praetoris officium Hispaniae Citerioris Legatus fuerat renunciatus.

(13) *Accidit*. Postquem VII. dies ad hos fontes mansit Lartius, semper eos erentes espeeisse diro omine testetur Plinius. Haec scripture edmodum facilis & recta omnibus evadit. Herduinus ed portentosa natus „ Libri, in„ quit (*f*), editi hactenus: *post Praeturam post septem* „ *dies accidit*. Nos ex Chiffl. cod. voculam *enim* adje„ cimus, elterem ex conjectura sanavimus, *occidit*. Id „ enim dirum illud est, quod eo prodigio preenuntia„ tum paulo ente ennuit Reg. 1. *dirum* habet, ut edi„ ti. *Mirum* Reg. 2., & Chiffl. mele. „
Vt Harduino obsistem, notandum utrumque Ambrosianum codicem cum editis exhibere *post VII. dies accidit*, quae omnie ustendunt Herduinum Plinii verba torquere inepto verbo *accidit*. Neque enim in Naturali historiâ invenio, quòd *accidit*, hominem e naturali vitâ migrasse importet, quando de eo sermo non est, qui violentâ morte finit. Occido propriè significet alium interficere, quemvis per metaphorem ad senescentia etiem trehetur. Vellem hujusmodi non ignorasset Astrucius, qui suspectam adeò lectionem adoptevit (*g*).

(e) *Vid. Collection. Petr. Burmann. tom. IX. par. IV. col.* 23.
(b) *Inarim. lib. VI. pag.* 311. (c) *Pag.* 607. (d) 1483. 1491. (e) 1470. 1471. 1476. 1478. 1480.
(f) *Emendat. VIII. pag.* 569. (g) Memoires pour l' histoire neturelle ---- de Languedoc part. II. chap. XII.

Ex Harduin. VI. pag. 556.

XXXII. Homerum calidorum fontium mentionem non feciſſe demiror, cum alioquin lavari calida frequenter induceret: videlicet quia medicina tunc non erat haec, quae nunc aquarum perſugio utitur.

Ex noſtrâ recenſione.

Homerum calidorum fontium mentionem non feciſſe [1] *demiror, cum alioquin lavari calidâ* [2] *frequenter indiceret* [3]*: videlicet quia medicina haec non erat tunc* [4], *quae nunc aquarum perfugio utitur.*

Ex Harduin. VI. pag. 557.

XXXIII. Medendi modus idem & in marinis erit, quae caleſiunt ad nervorum dolores, ferruminandas fractûras, oſſaque contuſa: item corpora ſiccanda qua de cauſa & frigido mari utuntur. Praeterea eſt alius uſus multiplex, principalis vero navigandi phthiſi affectis, ut diximus, aut ſanguinem egerentibus: ſicut proxime Annaeum Gallionem feciſſe poſt Conſulatum meminimus.

Medendi modus idem [5] *& in marinis erit, quae caleſiunt* [6] *ad nervorum dolores, ferruminantes fracturas* [7], *oſſaque contuſa: idem* [8] *ad corpora ſiccanda* [9], *quâ de cauſsâ & frigido mari utuntur. Praeterea eſt alius uſus multiplex, principalis verò navigandi phthiſi affectis, ut diximus, aut ſanguinem excreantibus* [10]*: ſicut proximè Annaeum Gallionem* [11] *feciſſe poſt Conſulatum* [12] *meminimus* [13].

XXXVII. *Et*

ANNOTATIONES.

(1) *Non feciſſe*. Illorum Vatem non meminiſſe, ſi unum ex Scamandri fontibus excipias, animadvertit Harduinus, cujus aquam tepidam commendavit Iliad. χ. verſu 147. Haec iamdiu protulerat Dalecampius. Verùm, ni mea me fallit opinio, interpretes Plinium vexant immeritò, cum Auctor dicere intendat, Homerum calidorum fontium ad reſtituendas firmandaſque vires non meminiſſe; addatque ſtatim ſilentii rationem, nempe quia Poëtae aevo medicina aquarum perfugio minimè utebatur. Et ſanè ſufficiet allatum volumen & verſiculos conſulere, ubi Trojanorum uxores & filias lavandis ſpecioſis veſtibus intentas deſcribit (*a*). Non igitur Trojani aquarum medicinam agnoſcebant, quamvis alter e Scamandri fontibus calidâ flueret, & ex eo tanquam ex igne ardenti fumus oriretur. Haec velim probaret vir ubique cum honoris praefatione nominandus Andreas Palla, Bergomatum decus eximium, qui Plinium hâc in re, & in tradendâ antiquorum ex aquis medicinâ arguere intentabat apud Ptolemaeum Principem Trivultium, alterum aetatis noſtrae Lucullum.

(2) *Calidâ*. Nempe *aquâ tepente*. In veteri exemplari legi etiam *lavantes calidâ* Dalecampius adnotavit.

(3) *Indiceret*. Ita noſtri codices cum antiquis typographis (*b*), & Chiffletiano exemplari. *Indicaverit* inveniri monet laudatus Dalecampius, & frequenter *indicarit* editum ſcio. Editio Princeps, & cum illâ Gelenius, & recentiores legunt *induceret*. Iis etiam poteris adhaerere.

(4) *Non erat tunc*. Verba ita convertenda ex antiquo exemplari innuit Pintianus, cui libenter ſubſcribo.

(5) *Idem*. Vetuſti typographi ediderunt *item*.

(6) *Caleſiunt*. Nonnullae editiones habent *calefaciunt* (*c*), quod recipi etiam poteſt, cum verbum ſit Plinio, atque idoneis ſcriptoribus familiare. Legimus in Naturali hiſtoriâ de glancionis grano *in ollâ fictili circumlitum, in clibano calefaciunt* (*d*). Caeterum texturam hoc loco non inverto, cum etiam vetuſtiores typographi ediderint *caleſiunt* (*e*).

(7) *Ferruminantes fracturas*. Harduinus in emendationum ſyllabo, ex Mſs. *ferruminandas* reſtituiſſe aſſerit: qui ſint laudandi codices minimè aperuit. Pintianus in ſuo exemplari invenerat *ferruminata ac fracturis oſſa*, unde fortè legendum conjecit *ferruminant & fracta cruris oſſa*, reliqua verò redundare. Gronovius in Voſſiano ſcriptum teſtatur: *ferruminata fracturis oſſa contuſa item corpora ad ſiccanda*; eodemque modo in Menapiano, Gudiano, Academico, niſi quòd hic *ferruminantia*, unde fortaſſe legendum ſuſpicatur: *quae caleſiunt ad nervorum dolores, ferruminandas fracturas, oſſaque contuſa item corpora ad ſiccanda*.
Pintiani tentamentum minùs arridet, cur enim cruris tantùm, non coxae, brachii &c. oſſa itidem ferruminant? Editio Princeps habet: *quae caleſiunt ad nervorum dolores. Ferruminata ad fracturas, oſſaque contuſa*. Subſecuti typographi ediderunt: *ferruminata & fracturas*, reſtituerem *ferruminantes* ſcripturâ ſimpliciori, minùſque ab allatis vetuſtioribus diſſitâ: legimus hoc ipſiſſimo libro de Carris Arabiae oppido, quòd inibi *muros domoſque maſſis ſalis faciunt aquâ ferruminantes* (*f*).

(8) *Idem*. Nempe idem modus. Sequor Romanas editiones. In Principe *item corpora ſiccanda*, uti Harduinus.

(9) *Ad corpora ſiccanda*. Iiſdem auctoritatibus lego. Gelenius juxta fidem, ut ei videtur, emendatorum codicum vulgavit: *item corpora ſiccant*. Vbi primam recipias ſcripturam *ad corpora ſiccanda*, ſubaudiendum *utuntur*.

(10) *Excreantibus*. Ita editio Princeps voce verè Plinianâ, & longè meliùs quàm vulgatum ab aliis typographis, & a recentiori turbâ adoptatum *egerentibus*; Dalecampius ex V. exemplari pariter adnotavit legi *excreantibus*.

(11) *Gallionem*. Nonnulli codices *Galleonem* habent, quos inter Parmenſis editio anni 1476. & traduces. Iis minimè accedendum.

(12) *Poſt Conſulatum*. Nicolaus Antonius, cum hujus Conſulis memoriam in Faſtis non inveniret, legere mavult

(a) *Vide Homer. opera tom. I. edition. Patavin. ann. 1762. Iliad. lib. XXII. pag. 719.*
(b) 1470. 1472. 1476. 1479. 1480. 1483. 1491. *&c.* (c) 1483. 1491.
(d) *Lib. XXVII. 10.* (e) 1469. 1470. 1472. 1476. 1480. *&c.* (f) *Lib. XXXI. 7.*

Ex Harduin. VI. pag. 558.

XXXVII. Quia ſaepe navigantes defectu aquae dulcis laborant, haec quoque ſubſidia demonſtrabimus. Expanſa circa navim vellera madeſcunt accepto halitu maris, quibus humor dulcis exprimitur. Item demiſſae reticulis in mare concavae e cera pilae, vel vaſa inania obturata dulcem intra ſe colligunt humorem. Nam in terra marina aqua argilla percolata dulceſcit. Luxata corpora & hominum & quadrupedum natando in cujus libeat generis aqua, facillime in artus redeunt.

Ex noſtrâ recenſione.

Et quia [1] *ſaepe navigantes defectu aquae dulcis laborant, haec quoque ſubſidia demonſtrabimus. Expanſa circa navim vellera madeſcunt accepto halitu maris, quibus humor dulcis exprimitur. Item demiſſae reticulis in mari* [2] *concavae e cerâ pilae, vel vaſa inania obturata dulcem intra ſe colligunt humorem; nam in terrâ marina aqua argillâ percolata dulceſcit* [3]. *Luxata* [4] *corpora & hominum, & quadrupedum natando in cujuslibet* [5] *generis aquâ facillimè in artus redeunt.*

Ex Harduin. VII. pag. 559.

Sunt & montes nativi ſalis, ut in Indis Oromenus in quo Lapicidinarum modo caeditur renaſcens: majuſque regum vectigal ex eo, quam ex auro eſt atque margaritis ------ ------ Gerrhis Arabiae op-

Sunt & montes nativi ſalis, ut in Indis Oromenus [6], *in quo Lapidicinarum* [7] *modo caeditur renaſcens; majuſque Regium vectigal* [8] *ex eo eſt* [9], *quàm ex auro atque margaritis --- --- Carris* [10] *Arabiae op-*

ANNOTATIONES.

vult apud Naturalis hiſtoriae conditorem *feciſſe poſt Proconſulatum* (*a*). Verùm id parum cautè agit, cum Annaeus Gallio non ordinarius, ſed Conſul ſuffectus eſſe potuerit. Horum nomina non uno loco intercidiſſe indolemus. Harduinus ad haec Plinii verba *Junium*, inquit, *Annaeum Gallionem, Senecae Philoſophi fratrem cujus mentiò apud Tacitum*, lib. 15. Annalium ---- *Quo anno conſulatum geſſerit, nam in conſulum faſtis non cenſetur, obſcurum eſt*. Ne Junii gentilitia appellatio fucum tibi faciat, ſcire oportet, quòd Annaeus Gallio, cujus hoc loco meminit Plinius, antea vocabatur *M. Annaeus Novatus*, Senecae Philoſophi natu major: *nomenque mox mutavit, & in Junii Gallionis tranſiit ab eo adoptatus*, ut opportunè Lipſius animadvertit (*b*).

(13) *Meminimus*. In hiſtoriis, ut conjicio, a fine Aufidii Baſſi, ad quas provocat Tacitus laudato Annalium XV. volumine.

(1) *Et quia*. Ex veteri exemplari legit Dalecampius, quae lectio magis placet, cum recitata ſuperioribus jungat: illam ex oppoſitâ cauſâ reciperem, uti redundare in Cantabriâ ad fontes Tamarici monuimus.

(2) *In mari*. Noſtri cod., & vetuſta exemplaria [*c*]. Cum Dalecampius in orâ paginae adnotaſſet ex V. *in mare*, huic adhaeſit lectioni Harduinus. Vtrâque ratione ſcribitur. Plinius tamen alibi, ipſo fatente Harduino, vulgavit *in mari*. Vidimus proximè *frigido mari utuntur*.

(3) *Dulceſcit*. Quod Hautonus, Valcotius, Fitzgeraldius, Aplebyus apud Anglos: Leibnitius, & Samuel Reyherus in Germaniâ, Gotenius in Minori Britanniâ: Valliſnetius apud Italos tentarunt: tandem obtinuit Piſcenerius (*Poiſſonier*), cum hujus inventu viginti quatuor horarum ſpatio, uſque ad 2000. ſextarii marinae aquae dulceſcant.

(4) *Luxata*. Editio Princeps *luxataque*. In Chiffletiano *jacta*.

(5) *Cujuslibet*. Codices omnes praeter Chiffletianum, ubi minùs rectè *cujus libeat*.

(6) *Oromenus*. Nemo hujus montis, quòd ſciam, ex antiquis Geographis literario Orbi notis, meminit; neque illius recordationem invenio in magnâ Neotericorum itinerum collectione. Martinerius ad ſolum Plinium legentes deducit. Videtur nomen a Graecis inditum quaſi mons ardoris eum ὄρος *mons* μένος *ardor* ſignificet.

(7) *Lapidicinarum*. Ita legunt noſtri codices cum antiquo Pintiani exemplari, veteres typographi, itemque multi ex recentioribus, uti a Gelenii, Paulli Manutii, & Pariſienſ. editionibus (*d*) videre eſt. Ita etiam Heraldus ſcribendum contendebat. Quamvis lexicographi hanc improbent lectionem, me ſectatorem non habebunt, ex eo ipſo, quòd differentia appareat inter Lapicidam, lapides nempe caedentem, & Lapidicinam (quae Graecis Λατομίαι) ubi lapides caeduntur.

(8) *Regium vectigal*. Haec editionis Principis ſcriptura longè melior, quàm aliarum, ubi legimus *Regum vectigal*; quis enim tantae amplitudinis Oromenum fuiſſe dicet, ut multorum Regum ditionem conſtitueret?

(9) *Ex eo eſt*. Adoptatam ab Harduino lectionem in Chiffletiano extantem vidit Dalecampius, amplectendam juſſit Gronovius, cum in Voſſiano pariter occurreret. Sed mihi magis aperta & facilis videtur ab aliis omnibus recepta. Harduinus Dalecampii, & Gronovii nomina ſilentii tenebris involvens, Plinii locum ex Mſs. ſanaſſe in emendationum ſyllabo gloriatur.

(10) *Carris*. Abſque aſpiratione lego cum editione Principe, minùſque rectè ab aliis redditur *Carrhis*, ut infra conſtabit. Affirmat Harduinus (fallitorque ut apparet) quòd libri omnes hactenus editi habent *Carrhis Arabiae*, quam illam aſſerit urbem Craſſi clade nobilem (*e*). Cum in Regio I. codice inveniſſet *Gerrhis*: ipſe *Gerrhis* reſcripſit; quod oppidi nomen in litore Arabiae Felicis quà

(a) *Biblioth. Vet. Hiſpan. lib. I. 6. pag.* 21. (b) *Vit. Senecae cap. II.* (c) 1470. 1472. (d) *Vid. edit. ann.* 1526.
(e) *Ad Plin. lib. XXXI. emendat. XV. pag.* 570.

Ex Harduin.

oppido muros domosque maſſis ſalis faciunt, aquâ ferruminantes ------ In Hiſpania quoque citeriore Egelaſtae caeditur, glebis paene translucentibus, cui jam pridem palma a pleriſque medicis inter omnia ſalis genera perhibetur. Omnis locus, in quo reperitur ſal, ſterilis eſt, nihilque gignit: & in totum ſponte naſcens intra haec eſt.

Factitii varia genera. Vulgaris plurimuſque in Salinis, mari adfuſo &c.

Ex Harduin. X. pag. 566.

Succurrit ex venenis fungorum ex poſca potum, aut ſi bupreſtis paſta ſit, ex

Ex noſtrâ recenſione.

oppido muros domoſque maſſis ſalis faciunt aquâ ferruminantes ---- ---- In Hiſpaniâ quoque Citeriore Egeleſte [1] *caeditur glebis penè translucentibus, cui jampridem palma a pleriſque medicis inter omnia ſalis genera perhibetur. Omnis locus, in quo reperitur ſal ſpontè naſcens, ſterilis eſt, nihilque gignit in totum. Inter haec ſunt factitii varia genera: vulgaris plurimuſque in ſalinis mari adfuſo &c.*

Succurrit & venenis fungorum ex poſcâ potum, aut ſi Bupreſtis exhauſta ſit [2], *ex*

ANNOTATIONES.

quà Soli orienti obvertitur, alluiturque Perſico ſinu. Affert Strabonis teſtimonium, ubi Gerrham Chaldaeos Babyloniâ extorres habitaſſe aſſerit (*a*), domoſque ex ſale factas incolere; cumque ſalis ſquamae propter Solis ardorem continuè cadant, crebrò aquis adſpergant. Demum ipſe Plinius Gerraici Sinus, & Gerrae urbis quinque milie paſſuum amplitudine, quae *turres habet ex ſalis quadratis molibus* (*b*) opportunè meminit.

Primò loco hallucinatur Harduinus, ut Carras Meſopotamiae Craſſi infortunio nobilitatas, cum Arabico parilis nominis oppido confundat. Non abſque ratione addidit Plinius Arabiae, ut hanc ab allatâ magis notâ urbe ſepararet. Quamvis & illuſtres fuiſſe Arabum Carras ex ipſo Naturali hiſtorico patet, quando *Carreis latiſſimos & fertiliſſimos agros* in Arabiae deſcriptione tribuebat (*c*). Ii igitur Carrei a Carris nomen deducentes cur a patrio ſolo ejiciendi? Quae Strabo de Gerrhis, ſive Gerris refert, minimè evincunt, ne Carris ipſiſſima Plinio auctore poſſint convenire: neque una literula depravata in I. Regio Pariſienſi codice tanti eſt, ut *Carris*, ſive *Carrhis* ſupponamus *Gerrhis*. A Carreis videtur deductum nomen Regionis ſatis amplae in Arabiâ, quae in hanc diem vocatur *Careſein*. Velim hujuſmodi adnotaſſet Johannes Matthias Geſnerus in Chreſtomatiâ Plinianâ.

(1) *Egeleſte.* Miror, quòd cum Harduino innotuerint III. Plinii volumine *Egeleſtani*: eo loco, atque hîc *Egelaſtae* vulgaverit. Egeleſtani in Citeriore Hiſpaniâ recenſiti (*d*), non alius eſſe poteſt Populus, quàm ex urbe Egeleſte nomen accipiens. Debent igitur appellationes convenire *Egeleſte* & *Egeleſtani*, vel *Egelaſtani* & *Egelaſta*. Vterque Ambroſianus codex hoc loco habet *Egelaeſte*, uti priſci Pliniani typographi (*e*). Crediderim errorem natum, quia multi ediderunt *e gelaeſte*; & in ipſo populi nomine codex I. Ambroſianus legit *geleſtarii* II. *giliſtani*, quae vocabula ex *Egeleſtanis* corrupta. Hanc urbem Ἐγελάστα vocat Strabo (*f*), ibique Caſaubonus Plinii loca ſubjecit, quin ſcripturae in ipſo Plinio differentiam adnotaret. Harduinus Strabonis teſtimonium ritè perpendit, itemque Ptolemaei, ubi Ἐτέλεστα pro Ἐγέλεστα occurrit (*g*).

Ita ſanè legitur (ſublatis Harduiniani typographi mendis) apud Ptolemaeum Petri Bertii curâ vulgatum (*h*). Verùm in Graeco ſcriptore amanuenſis cubare mendum indicio ſunt alii codices, in quibus *Seleſta* occurrit. Rem evincent antiquiores Ptolemaei latinae aemulationes *Seleſta* praeferentes (*i*); itemque XVI. ſeculo exaratae, & prae caeteris Bilibaldi Pirckeymeri (*k*), & Michaëlis Serveti Villanovani, qui ſubinde Ptolemaei geographicum opus recognovit (*l*). Subſcribit Itala verſio Jacobi Gaſtaldi (*m*). Facilis igitur videtur lapſus, ubi ex contractis elementis *Eg*, modò *Steleſta*, modò *Eteleſta* ſubſtituerint Notarii. Haec igitur, quae Latino caſu apud Plinium *Egeleſte* vocatur, erit neotericorum *Ynieſta*; de quâ hujuſmodi apud Nicolaum Antonium occurrunt (*n*). „ Si Bernardino Gomeſio Miedes *in libris de Sale*, & „ Ambroſio Morales *in fine deſcrip. Hiſpan.* credimus, „ Egeleſta Conchenſis Dioeceſis dictae ſcilicet Hiſpaniae „ citerioris oppidum, *Inieſta* eſt „. Addendum, quòd Hiſpanis (perſaepe litterâ *i* & *y* promiſcuè utentibus) dicitur etiam, ſcribiturque *Ynieſta*, atque hâc ratione redditur apud Ortelium in Theſauro geographico, & Martinerium (*o*). Suſpicor typographicâ incuriâ in Harduini annotationibus irrepſiſſe *Vnieſta*.

(2) *Exhauſta ſit.* Monuit Dalecampius *in V.* legi *hauſta*; id in ſcriptis etiam nonnullis inveniri teſtatur Heinſius (*p*). Neque differre in vocis interpretatione videtur Harduinus, qui ad verba *paſta ſit:* hauſtam, vel deglutitam ſubjecit, ſententiam Ariſtotelis etiam congerens, ubi σὺν ὕδατι. Reſtituo igitur in ipſo operis corpore *exhauſta*, cum in Ambroſianis membranis occurrat *expaſta*, depravatum certè vocabulum, ſed genuinae accedens ſcripturae, ubi Dalecampii, atque Heinſii exemplaribus conferatur. Succreſcit argumentum ex Plinii ſtylo, & ipſâ orationis texturâ. Legimus Rutae radicem quadrupedi utilem: *ſi ſanguiſugam exhauſerit, ex aceto* (*q*). Eâdem igitur ex cauſâ emendandum, proficere nitrum *ex aquâ* ſumptum, ſi Bupreſtis *exhauſta ſit*, quamvis typographi ediderint *paſta ſit*. Preſſiùs reſtitutio Plinii ſententiae, & verbis conveniet, ubi tradit: *Lardum, juſque decocti potum iis, qui Bupreſtim hauſerint*, auxiliari (*r*).

[a] *Lib. XVI. pag.* 1110. [b] *Lib. VI.*. [c] *Lib. VI.* 28.
[d] *Lib. III. 3. ex Harduin. recenſion. pag.* 143. [e] 1470. 1472. 1476. 1479.
[f] *Lib. III. pag.* 243. [g] *Lib. II.* [h] *Lib. II. pag.* 46. [i] *Vid. edit. Vlmae anni* 1482. *Domni Nicolai*.
[k] *Vid. edit. Baſileen. ann.* 1535. *pag.* 32. [l] *Lugdun. ann.* 1542. [m] *Lib. II. pag.* 54.
[n] *Biblioth. Vet. Hiſp. tom. I. lib. IV. pag.* 205. [o] La Martiniere *in verbo* Egelaſte.
[p] *Lib. II.* 14. *pag.* 34. [q] *Lib. XX.* 13. [r] *Lib. XXVIII.* 10.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
ex aqua, vomitionesque evocat. His qui sanguinem tauri biberint, cum lasere datur. In facie quoque exhulcerationes sanat cum melle & lacte bubulo. Ambustis tostum, donec nigrescat, tritumque illinitur. Infunditur ventris & renium doloribus.	*ex aquâ* [1], *vomitionesque evocat. Iis* [2], *qui sanguinem Tauri biberint, cum lasere datur. In facie quoque exulcerationes* [3] *sanat cum felle & lacte bubulo. Ambustis tostum donec nigrescat, tritumque illinitur: infunditur urceis* [4] *& renium doloribus.*

AD XXXII. LIBRVM

Ex Harduin. I. pag. 572.	
I. Addatur his & reciproci aestus inenarrabilis vis, versumque totum mare in flumen. Tamen omnia haec, pariterque eodem impellentia, unus ac parvus admodum pisciculus, echeneis appellatus in se tenet. ---- ---- ---- Tenuit & nostrâ memoria Caii Principis ab Astura Antium renavigantis: ut res est etiam auspicalis pisciculus. Siquidem novissime tum in Vrbem reversus ille Imperator, suis telis confossus est.	*Addatur iis & reciproci aestus inenarrabilis vis, versumque totum mare in flumen* [5]. *Tamen omnia haec, pariterque eodem impellentia, unus ac parvus admodum pisciculus Echeneis* [6] *appellatus in se tenet. ---- ---- ---- Tenuit & nostrâ memoriâ Caj Principis ab Asturâ Antium renavigantis* [7], *ut res etiam fuerit* [8] *auspicalis, pisciculus, siquidem novissimè tum in Vrbem reversus* [9], *suorum telis* [10] *confossus est.*

Di- *Di-*

ANNOTATIONES.

(1) *Ex aquâ*. Subeundi *potum*.

(2) *Iis*. Ex membranis, & vetustis librariis (*a*) Gelenius, & recentiores *His*: utrâque ratione scribitur.

(3) *Exulcerationes*. Iisdem auctoritatibus, & rectâ scribendi ratione. In Hackiorum impressione irrepsit *exhulcerationes*. Hanc editionem, utpote Dalecampii traducem, in multis sequitur Harduinus; verùm id vocabuli adspirationem non admittit.

(4) *Vrceis*. Haec est antiqua lectio, a quâ neoterici post Gelenium, malè (ut suspicor) recesserunt. Nescio, cur illam in operis corpore non adoptaverit Harduinus, cum in Mss. omnibus inveniri testetur. Solitâ enim verborum parsimoniâ innuit Plinius, quòd tostum tritumque Nitrum urceis infusum servatumque prodest etiam renium doloribus.

(5) *In flumen*. Qui lemmatibus, per summum nefas, Naturalem historiam conciderunt: post impresse haec ultima verba, subjiciunt

De Echeneide pisce: & mirabili ejus proprietate: & torpedine: & marino lepore: & mirabilia rubri maris: Capitulum I.

Tamen omnia haec pariterque eodem impellentia &c. (*b*). Nihil sanè hâc partitione ineptius potest imaginari, ubi Amanuenses, ut dicendarum rerum synopsim exhiberent, optimam Auctoris texturam fictitiis consputcarunt laciniis. Id tituli neque primo libro invenies in editione Principe, ubi rerum omnium elenchus perstringitur.

(6) *Echeneis*. Irridetur a Neotericorum plerisque Naturalis historiae scriptor, eo quia hujusmodi de Echeneide vulgaverit. Velim tamen minimè ignoraret illustris vulnerarius, atque in omni medicinâ faciendâ spectatissimus Flaminius Turregianus, quòd ipsissima Philosophorum Princeps Aristoteles (*c*), Oppianus (*d*), aliique innumeri tradiderunt. Harduinus, qui Aristotelis, atque Oppiani auctoritatem Plinio addidit; Lampetram nostram graphicè ab Oppiano descriptam asserit (*e*): *cui & eam vim inesse ut Naves remoretur, clavo adhaerens experientia sua Cardin. Turnonius, & Pellicerius Ep. Monspeliensis comprobarunt Rondeletio αὐτοπτη referente*. (*f*) Plinius lib. IX. cautiùs etiam de Echeneide affirmaverat, quòd illo carinis adhaerente *Naves tardius ire credunt*. Divus Ambrosius: *sicut*, ait (*g*), *brevis pisciculus Echeneis tantâ facilitate memoratur navem ingentem sistere, ut quasi radicatum mari haerere videas, nec moveri. Aliquandiu etiam immobilem servat*. Echeneidis vocabulo a Graecis pisci tributo, & re ipsâ illius indolem denotante; Latinum *Remorae* eâdem ex caussâ successit, duratque adhuc apud Italos. Elegantem Echeneidis descriptionem habes apud Nicolaum Giannettasium Halieuticon. lib. I. tom. II. pag. 260. & 61. edition. an. 1715.

(7) *Renavigantis*. Consule, quae retulimus in Plinii vitâ adversus Polycarpum Palermum (*h*). Haec pariter objicies Rocco Vulpio, eandem cum Palermo lectionem sequenti (*i*). Fateor *remigantis* vocem ab antiquis Naturalis historiae impressoribus receptam, sed emendandam, procul dubio. In I. Ambrosiano occurrit *renavigantes*. Optimè in II. *Renavigantis*.

(8) *Fuerit*. Cum II. laudato codice; quod magis arridet vulgatis: *ut res est etiam*. Neque enim semper auspicale erat navim ab Echeneide retineri, quamvis id mali ominis augurio ab eventibus postea judicaretur.

(9) *Reversus*. Duo sequentia verba: *ille Imperator*, desiderantur in I. Ambrosiano; mihique Amanuensium videntur additamenta, minimè necessaria.

[a] 1470. 1476. 1479. [b] *Vid. edit.* 1476. 1480. 1483. [c] *Histor. Animal. lib. II.* 17.
[d] *Halieut. lib. 1. vers.* 223. [e] *Ad Plin. lib. IX. pag.* 514. [f] *Ronde. lib. XIV.* 4.
[g] *Hexamer. lib. V.* 10. [h] *Disq. lib. V. pag.* 138. *n.* 2. [i] *Vet. Lat. tom. III. lib. IV. pag.* 200.

Ex Harduin. X. pag. 589.

Diversus hirudinum, quas sanguisugas vocant, ad extrahendum sanguinem usus est. Quippe eadem ratio earum, quae cucurbitularum medicinalium, ad corpora levanda sanguine, spiramenta laxanda, judicatur. Sed vitium, quod admissae semel desiderium faciunt circa eadem tempora anni semper ejusdem medicinae. Multi podagris quoque admittendas censuere. Decidunt satietate, & pondere ipso sanguinis detractae, aut sale aspersae. Aliquando tamen affixa relinquunt capita, quae causa vulnera insanabilia facit, & multos interimit, sicut Messalinum e Consularibus patriciis cum ad genua admisisset.

Ex nostrâ recensione.

Diversus hirudinum, quas sanguisugas vocant, ad extrahendum sanguinem usus est. Quippe eadem ratio earum, quae cucurbitarum [1] *medicinalium ad corpora levanda sanguine, spiramenta laxanda judicantur* [2]. *Sed vitium* [3], *quòd admissae semel desiderium faciunt circa eadem tempora anni semper ejusdem medicinae. Multi podagris quoque admittendas censuere. Decidunt satiatae* [4], *& pondere ipso sanguinis detractae, aut sale aspersae. Aliquando tamen relinquunt affixa capita* [5], *quae caussa vulnera insanabilia facit, & multos interimit, sicut Messallinum* [6] *e Consularibus Patriciis* [7] *cum ad genu* [8] *admisisset.*

Ex Harduin. X. pag. 595. & 596.

LIV. His adjiciemus ab Ovidio posita nomina, quae apud neminem alium reperiuntur: sed fortassis in Ponto nascuntur, ubi id volumen supremis suis temporiri-

Iis adjiciemus ab Ovidio [9] *posita nomina, quae apud neminem alium reperiuntur; sed fortassis in Ponto nascuntur, ubi id volumen supremis suis temporiri-*

ANNOTATIONES.

(10) *Suorum telis*. Nostri codices chartacei. In aliis laudatis, uti in editis voluminibus *suis telis*, quod ubi velis recipere, non obsistam.

(1) *Cucurbitarum*. Nostros chartaceos codices, & vetustes sequor editiones (*a*). Noti sunt Juvenalis versiculi (*b*):

--- --- vacuumque cerebro
Jampridem caput hoc ventosa cucurbita quaerit.

A medicis vocari etiam cucurbitulas notant Lexicographi, & cucurbitellae nomen occurrit apud Plinium Valerianum, ut monet Harduinus.

(2) *Judicantur*. Memoratis auctoritatibus adhaereo, ut nempe cucurbitae medicinales [*le ventose*] aptae judicentur ad corpora levanda sanguine, atque ad spiramenta laxanda. Alibi de pampinis [*c*]: *inutiles judicantur in latere nati, non ab oculo*. Vidimus suo loco de Cancris: *contra Serpentium ictus medentur --- Corpus transfigurari in Scorpiones narrantur* (*d*).

(3) *Vitium*. Subaudi *in eo est*.

(4) *Satiatae*. Sequor nostros codices, & Principem editionem; neque caussam video, ut melior sit scriptura a Romanis, Parmensibus, caeterisque impressoribus adoptata. Harduinus in Regio 2. codice invenerat *satiate*, quam vocem non rectè stare, a recta *satias* judicavit, quamvis Terentio, Lucretio, Livio, aliisque scriptoribus sit admodum familiaris. Hujusmodi, ut credendum, a Lexicographis parum ad rem collegit (*e*).
Illos consulere oportebat in voce *satiatus*, quae Plinio (uti idoneis scriptoribus) usitatissima. De Leonibus scripsit (*f*): *Iidem satiati, innoxii sunt*. Ad comitialem morbum vulgavit (*g*): *vulturem dari jubent, & quidem satiatum humano cadavere*.

(5) *Affixa capita*. Haec est textura nostrorum codicum, & Principis editionis. Subsecuti impressores Harduino conveniunt iisdem verbis, quamvis paullulum diverso ordine collocatis, & parum diversâ orthographiâ.

(6) *Messallinum*. Nostri codices cum Aleriensi Antistite, Philippo Beroaldo, Romanis (*h*), Venetâ II. (*i*) Parmensi primigeniâ &c. (*k*). Scriptura rectior videri potest utpotè cognomen respiciens a Messallâ deductum. Harduinus de eo loqui Plinium asserit libro X., ubi legit (*l*) *Messalinus Cotta Messalae Oratoris filius*. Laudata nomina utroque modo in veteribus codicibus inveniuntur. Harduino subscribit editio Princeps, & pleraeque aliae (*m*).

(7) *Patriciis*. Adnotandum *Consularibus* additum *Patriciis*, unde eruitur non omnes Consules e Patriciorum sanguine delectos. Haec facient contra Harduinum, qui M. Livium e Consulum albo, tanquam e plebejâ gente originem ducens, expungere intentabat.

(8) *Ad genu*. Haec lectio in utroque Ambrosiano exemplari, atque in editione Principe invenitur. Monet Harduinus in Regio 2. codice extare *ad genum*. Veteres declinasse *genus geni*, & *genus generis* notant Lexicographi. Receptâ Ambrosianae Membranarum, & Johannis Spirensis scripturâ omnes tolluntur difficultates, & Messallinum uni genu hirudines admisisse verosimilius judicarem. Romani, Parmenses, & subsecuti typographi *ad genua* ediderunt.

(9) *Ab Ovidio*. Impressiones Romanae, & Parmenses *apud Ovidium*.

(a) 1469. 1470. 1472. 1476. (b) *Satyr. IV. vers.* 57. (c) *Lib. XVII.* 21
(d) *Vide hujus libri pag.* 106. (e) *Vide Facciolat. & Latinae linguae thesaur. in verbo* Satias.
(f) *Lib. VIII.* 16. (g) *Lib. XXX.* 11. (h) 1470. (i) 1472.
(k) 1476. (l) *Lib. X.* 22. *pag.* 555. (m) 1470. 1483. 1491. *&c.*

Ex Harduin.	Ex noftrâ recenfione.
ribus inchoavit.—— Helopem quoque dicit effe noftris incognitum undis: ex quo apparet falli eos, qui eundem acipenferem exiftimaverunt. Helopi palmam faporis inter pifces multi dedere. Sunt praeterea a nullo auctore nominati, fudis Latine appellatus, Graecis fphy-	*ribus inchoavit* (1).—— *Helopem* (2) *quoque dicit effe noftris incognitum undis* (3): *ex quo apparet falli eos, qui eundem Acipenferem exiftimaverunt. Helopi palmam faporis inter pifces multi dedere. Sunt praeterea a nullo auctore nominati, Sudis* (4) *Latinè appellatus* (5), *a Graecis* (6) *Sphy-*

ANNOTATIONES.

(1) *Inchoavit*. Haec potiùs erant adnotanda Chriftophoro Zarcto, cum Ovidii vitem tractaret, quàm ex Oppiano referre doctum vatem poëma de pifcibus linguâ Geticâ inchoaffe (*a*). Oblivifci quidem patrii fermonis in exilio indolet Poëta ob neceffariam cum indigenis confuetudinem: verùm Halieuticorum volumen Romanis conftabat carminibus, in quo nomina pifcium apud neminem alium reperienda vulgaffe teftatur Plinius, quae illius regionis proprie effe poffunt. Notandum quòd Nofter id operis unicè inchoatum videtur agnofcere.

(2) *Helopem*. Ex hoc loco reftituimus pifcis nomen lib. IX.

(3) *Vndis*. Janus Vlitius, cujus ad laudatum Plinii IX. volumen meminimus, haec in fapientiffimum auctorem everfit Mufis fcripitavit [*b*]. „ Plinius nullum ordi- „ nem fequitur, quamquam pleraque expreffit, fed poft „ alios, qui hic fequnnior de Helope ita enotat. *Helo-* „ *pem quoque dicit effe noftris incognitum undis*. Quinti- „ lianus lib. V. ex noftro etiam habet, *nec helopem no-* „ *ftra mari ducas*. An ergo in Ponto tantum nafci cre- „ didit Plinius. Dixerat enim. *His adjiciemus apud O-* „ *vidium pofita nomina, quae apud neminem alium repe-* „ *riuntur, fed fortaffis in Ponto nafcuntur*. Triplici erro- „ re. Non Ovidii, haec funt, fed, fi quid probavi, „ Gratii. Nec hic tantum helopis mentio, fed & Ari- „ ftoteles, & Hefiodus fcuto Herc. Ἔλλοπας ἰχθῦς indi- „ getavit. Denique non in Ponto, fed in Pamphylio „ tantum capitur mari teftibus Columelle & Aeliano. „ In eo quoque fallitur, quod lib. 9. c. 17. dicat de „ acipenfere *nullo in honore eft, quod quidem mirer cum* „ *fit rarus inventu: quidam eum elopem vocant*. Noftro „ contra eft pretiofus helops, qui & Πολυτίμητος Epi- „ chamo. Sed ipfe fibi etiam obloquitur Plinius, ut „ oftendam ad V.

Tuque peregrinis acipenfer nobilis undis

„ Plinius quoque dicit effe noftris incognitum undis: ex „ quo apparet falli eos, qui eundem acipenferem exifti- „ maverunt. Imo Plinium ipfum hic falli, hinc potius „ apparet. Si enim & acipenfer *peregrinis* tantum inno- „ tuit *undis*, quid diverfum quod Helopi Romano ma- „ ri incognito non conveniat? & vice verfa, quid He- „ lopem ab Acipenfere, fi uterque peregrinus, difter- „ minet. Sed Plinius in his maxime, fi alibi, ofciten- „ tiam fuam & oblivionem proftituit. Quem tamen „ lubens ipfi condonavero, fi Halieuticon hoc auctori „ fuo vendicari, falva auctoritate fua permiferit „. Quisnam judicium in tam longâ & iniquâ accufatione minimè defiderabit? Cum Vlitius fcribentis prudentiam fufpicere debebat, illum ineptiffimè accufat? Non fanè credit Plinius Helopem in Ponto unicè nafci; fed poftquam varia ignotorum pifcium nomina ex Ovidio recolligit; eofque *fortaffis* in Ponto nafci tradit: ad alia tendens Helopem ex illius fententiâ Romano mari incognitum affirmavit. Vbinam triplicia haec errata agnofcentur? Primum dicit Vlitius, quia hujufmodi non funt Ovidii, fed Gratii? Egregium fanè argumentum. Plinius, qui paucis annis poft Ovidii mortem natus eft; & tam minuta de tempore & loco hujus Poëmatis refert: certè meliùs quàm Vlitius carminum auctorem noffe tenebatur. An verò Halieuticon fragmenta, quae ad Nos pervenerunt, ea fint, a Plinio Sulmonenfi vati tributa, difceptant eruditi. Monuimus Harduinum clamitaffe fub Ovidii nomine per Pithoeum edita, longè fequioris aevi effe, atque ex ipfius Plinii verbis confecta [*c*]. Haec licèt non admittenda, cum alibi ipfemet Harduinus Halieutice fragmenta pro genuinis Ovidii foeturis recipiat [*d*]: oftendunt tamen Parentum aetate fuiffe creditum, Halieuticorum verficulos Ovidio potiùs, quàm ulli alio adfcribi. Johannes Albertus Fabricius ita mentem fuam in Latinâ aperit Bibliothecâ [*e*]: *Fallitur Barthius, qui Olympio Nemefiano hoc poema adfcripfit* —— *nec minus fallitur Vlitius, qui Gratio*. Nihil igitur fani judicii in Plinii verbis unicus invenit Vlitius, quando Naturalis hiftorici diligentiam admirantur caeteri Halieutica fragmenta illuftrantes, Ciofanus, Suartius, Marollefius &c. Haec uti Ovidiana recipit Nic. Heinfius, quamvis luxata & foedum in modum turbata [*f*]. Demum cum Fabricio, Giannettafio, Petro Burmanno [*g*] eruditorum chorus Ovidii ftylum in iis agnofcit, quae nihil minùs, quàm Salmonenfem vatem fapere Vlitius clamitabat [*h*]. Vbi nam invenit, quòd de Helope relata, reliquis ignotis pifcibus fint adaptanda, quando Helopem tot Graecis Romanifque fcriptoribus notum, Plinius minimè ignoravit hoc loco, & IX. volumine? An folo Pamphylio mari capiatur, quaeftio Plinium non tangit; pifcemque obfoleto vocabulo *indigetet*, ubi mavult Vlitius: dummodo fateri cogatur, Augufto, & Tiberio Principibus celebratum effe potuiffe, qui poftmodum Vefpafiano regnante nullo in honore haberetur; fed haec quoque minùs ad rem, cum de Accipenfere dicta ad Helopem non pertineant. Neque enim fibimet refragatur Plinius, cum IX. volumine nonnullorum refert fententiam, qui putabant Accipenferem vocari etiam Helopem, & libro XXXII., ubi ab illorum opinione difcedit Ovidii auctoritate; ibique Helopem Italico mari ignotum affirmans, alium ab Accipenfere oftendit; cum Accipenfer [licèt rarus] noftris in fretis caperetur, ut collecta ad Naturalis hiftoriae IX. librum fatis oftendunt.

(4) *Sudis*. Voffio potiùs *Sudes* recto cafu dicendus videtur. Omnes tamen Plinii codices habent *Sudis*.

(5) *Appellatus*. Ita editio Princeps. Codices Alerienfis Epifcopi, & Beroaldi [*i*] habent *appellata*: cui fubfecuti typographi adhaeferunt, quod aliquâ ratione fuftineri poteft, tanquam e Graecis *appellata fphyraena*. Non tamen cudendum erat: *Sudis Latinè appellata, a Graecis fphyraena*, ut recentiores omnes typographi fecere [*k*], qui fucum Vlitio [*l*], ac Johanni Matthiae Gefnero [*m*] obtu-

[a] *Vide Ovidii Heroid. fol. CIX. B. edit. Venet.* 1533. [b] *Annot. ad Grat. Falifc. pag.* 120.
[c] *Ad Plin. lib. XXXII. fect. LIV.* 1. *pag.* 595.
[d] *Ad lib. IX. pag.* 508. *num.* 4. *pag.* 510. *num.* 2. *pag.* 511. *num.* 3. *&c.* [e] *Tom. I.* 15.
[f] *Vide Commentar. in Ovidii oper. omn. edit. Lipf. ann.* 1758. *pag.* 389.
[g] *Pag.* 777. *tom. I. Ovidii edit. Amftelodam.* 1727. [h] *Pag.* 210. *num.* 110. *annot.*
[i] *Vid. edit.* 1470. 1472. 1476. 1479. 1480. [k] *Confule Gelen., Manut., & Dalec. edit.*
[l] *Cit. annot. in Grat. Falifcum pag.* 113. [m] *Nov. Thef. tom. IV. col.* 630. *in voce* Sphyraena.

Ex Harduin.

ſphyraena, roſtro ſimilis nomine magnitudine inter ampliſſimos, rarus, ſed non degener. Appellantur & pernae concharum generis, circa Pontias inſulas frequentiſſimae. Stant velut ſuillo crure longo in arena defixae, hianteſque, qua limpitudo eſt, pedali non minus ſpatio, cibum venantur. Dentes in circuitu marginum habent pectinatim ſpiſſatos. Intus pro ſpondylo grandis caro eſt. Et hyaenam piſcem vidi in Aenaria inſula captum. Exeunt praeter haec purga-

Ex noſtrâ recenſione.

Sphyraena (1), *roſtro ſimilis nomine* (2), *magnitudine inter ampliſſimos rarus, ſed non degener* (3). *Appellantur* (4) *& Pernae* (5) *Concharum generis, circa Pontias inſulas* (6) *frequentiſſimae; ſtant velut ſuillo crure longo in harenâ defixae, hianteſque, quâ limpitudo eſt, pedali non minus ſpatio* (7) *cibum venantur. Dentes in circuitu* (8) *marginum habent pectinatim ſpiſſatos intus* (9). *Spondylus, grandis caro eſt* (10). *Et Hyaenam* (11) *piſcem vidi in Aenariâ inſulâ* (12) *captum* (13). *Exeunt prae-*

ANNOTATIONES.

obtulerunt. Haud ignoro, quòd piſcium nonnullorum nomina, feminea ſunt, ut ſupra Noſter *pictas Mormyres* recenſuit. Sed planior adhuc evadit Harduini lectio ob ſequentia *rarus, & non degener*. Obiter tamen adnotandum, reſtitutionem ex Dalecampii laboribus ſurripere Harduinum, cum ille in Chiffletii exemplari *appellatus Graecis* inveniri teſtetur.

(6) *A Graecis*. Cum editione Principe reliqui omnes; unde non video rationem, ut particulam *a* ſubducamus, quamvis in Chiffletiano exemplari deſideretur.

(1) *Sphyraena*. Adhuc Italis nonnullis hic piſcis graeco vocabulo dicitur *Spirena*. Ab Etruſcis, qui puriore utuntur eloquio, *Sfirena*. Franciſcus Redius in obſervationibus haec habet: *Quel peſce di mare, che da' Peſcatori Livorneſi è chiamato peſce argentino per aver la pelle ſenza ſcaglia veruna, liſcia, di color d' argento velato di niavi, io credo, che ſia un peſce della ſpezie delle Sfirene*. Giannettaſius id nominis non recenſet, additque Sphyraenam communiùs Italis, atque Hiſpanis *Spetto*; ideſt veru a figurâ, Gallis *Spet*, Romanis *Lucio Marino*. Putat Vates eum eſſe, quem Neapolitani vocant *Aluzzo Imperiale*. Ita enim legendum, non *Aguglia Imperiale*, uti in impreſſione anni 1689. irrepſit; quod typographi eſſe mendum ex alio ejuſdem Giannettaſii loco eruitur, ſublatumque apparet in editione quartâ anni 1715. [a]. Conjicit Harduinus diverſum eſſe a Sphyraenâ Ariſtotelis, qui libro IX. gregalem deſcribit; contra hic ampliſſimus & rarus. Corruptae hoc loco antiquae Plinii editiones. Veneta Princeps habet *Spurem roſtra ſimilis*. Romanae, & Parmenſes *phyren oſtreae ſimilis*.

(2) *Nomine*. Primigenia editio *nominis*.

(3) *Sed non degener*. Alerienſis Epiſcopus, & Beroaldus, & multi cum iis legunt: *ſed non tamen degener*. In Hackianâ impreſſione: *ſed tamen non degener*: τὸ *non* etiam deeſſe in M. adnotatur [b].

(4) *Appellantur*. Hoc verbum ab editione Principe receptum omittitur in Romanis, & Parmenſibus.

(5) *Pernae*. Vlitius reſtituit ex Plinio apud Halieuticor. ſcriptorem.

Aut fixae ſcopulis haerent Pernaeque, Sudeſque.

Pernam eandem ac Pinnam aſſerit Giannettaſius [c] differunt tamen, ut videre eſt apud Rondeletium [d].

(6) *Pontias inſulas*. Collegi Plinium hujuſmodi de Pernis, & Hyaenâ piſce adnotaſſe, dum Miſenenſem claſſem imperio regebat (*e*). Rectè Plinius has inſulas Pontias appellat, cum plures ſint. Nunc omnes a praecipuâ appellantur *Iſola di Ponza*, cum haec, inſulae nomen mereri videatur. Reliquae ſcopulis (praeter inſulam *Sanctae Mariae*) potiùs annumerandae. Conſule tabulam Geographicam praepoſitam Julii Caeſaris Capacii antiquitatibus collectionis Burmannianae tom. IX. par. III.

(7) *Pedali non minus ſpatio*. „Quantum, *ait Dalecampius*, „byſſus, cui alligatae haerent, longitudine ſua permittit. Hîc laudatus Giannettaſius cecinit.

Verum byſſiferae venit ipſe putamine pernae
Scyllarus.

(8) *Dentes in circuitu*. Editio Princeps *Dentes circuitu*.

(9) *Intus*. Tali pacto periodum claudo, cum verè horum piſcium dentes in marginum circuitu, intus pectinatim diſpoſiti videantur. In hâc reſtitutione, uti in ſuperiori neque voculam addimus Ambroſianis codicibus, nec differre videtur primigenius typographus (*f*); quamvis ſubſecuti ediderint *pectinatim ſpiſſatos. Intus pro ſpondyli*, & iis deteriora (*g*).

Ex verâ lectione facilior Plinii ſenſus evadit, cum ſpondylus Pernae callus, ſeu caro durior ſit.

(10) *Spondylus, grandis caro eſt*. Laudatorum codicum haec eſt ſcriptura, uti Johannis a Spirâ (*h*), Alerienſis Antiſtitis (*i*), & Philippi Beroaldi (*k*) lectio: Plinianae genuinae mentis amatori id in primis adnotandum, quòd memoratae editiones a longè diverſis apographis deductae, ubi ſibi invicem conveniunt, haud levem faciunt auctoritatem.

(11) *Hyaenam*. Hic piſcis a nonnullis *Lupus marinus*, rectiùs ab aliis *Porcus marinus* appellatur. Videtur certè ad hoc aquatilium animalium genus ſpectare, cum novitio vocabulo ferreis ſcriptoribus dicatur *Marſuinus*, gallicè *Marſouin*, quaſi Maris ſus (*l*). Preſſiùs a Germanis *Meerſchwein*: nobis *Porco di mare*.

(12) *Aenariâ inſulâ*. Quae alio nomine *Arime* ab Homero, Heſiodo, Pindaro, & *Inarime* a Virgilio, Ovidio, Lucano, Plinio, Silio Italico, caeteriſque dicitur; nunc ab Italis appellatur *Iſchia* corrupto Graeco vocabulo (*m*).

(13) *Captum*. Romanae editiones, aliaeque ſubſecutae addunt *caput exerentem*, quae verba abſunt a laudatis Ambroſianae codicibus, & Johannis Spirenſis editione.

(a) *Halieut. lib. I.* (b) *Tom. III, pag.* 334.
(c) *Halieut. lib. II.* (d) *De Teſtaceis lib. I.* 48. *&* 49.
(e) *Vid. tom. I. lib. V. pag.* 177. (f) 1469. (g) 1470. 1472. 1476. 1480. 1483. 1491.
(h) 1469. (i) 1470. (k) 1476.
(l) *Conſule Salmaſ. tom. I.* (m) *Vide Hermol. Barbar. & Camill. a Quintiis Inarim. lib. I. pag.* 1.

Ex Harduin.

gamenta aliqua relatu indigna, & algis potius annumeranda, quam animalibus.

Ex nostrâ recensione.

praeter haec purgamenta aliqua relatu indigna, & algis potiùs annumeranda quàm animalibus.

AD XXXIII. LIBRUM

Ex Harduin. pag. 600.

II. Eruitur aurum, & chrysocolla juxta, ut pretiosior videatur, non natura. Parum erat unam vitae invenisse pestem, nisi in pretio esset auri etiam sanies. Quaerebat argentum avaritia: boni consuluit interim invenisse minium, rubentisque terrae excogitavit usum. Heu prodigiosa ingenia! quot modis auximus

Eruitur aurum (1), *& chrysocolla* (2) *juxta, ut preciosior videatur nomen ex auro custodiens* (3). *Parum enim erat* (4) *Naturae unam invenisse vitae pestem, nisi in precio esset auri etiam sanies* (5). *Quaerebat argentum avaritia: boni consuluit interim invenisse minium* (6), *rubentisque terrae excogitavit usum. O prodiga ingenia* (7), *quot modis auximus*

ANNOTATIONES.

(1) *Eruitur aurum*. Alii legunt *eruitur quidem aurum* (*a*).

(2) *Chrysocolla*. De Chrysocollâ, aliisque fossilibus hacce appellatione gaudentibus consule Gimmam (*b*).

(3) *Ex auro custodiens*. Cum editione Principe (Harduino ignorâ) reliqui omnes typographi. Invenerat prodigiosus interpres in Regio 2. *ut pretiosior videatur nomen naturae*. Statim hanc scripturam sinceriorem judicat, ut sententia stet, preciosiorem videri chrysocollam auri vicinitate, quàm naturâ suâ, cum nihil aliud sit quàm auri sanies. Demum, ut vulgatam lectionem expungeret, illa *ex auro custodiens*: nullis nota Mss. pronunciavit.

Sed quisnam hujusmodi, unde omnia turbantur, approbabit; quando chrysocolla ex auro fluens, ad illius naturam pertinet? Est enim chrysocolla limosus succus per auri venam decurrens, illicque in pumicis duritiem spissatus (*c*). Quâ igitur ratione *preciosior non naturâ* dici potest? Contra preciosiorem re ipsâ appellari intelligo, quia nomen ex auro custodit, cum χρυσὸς *aurum*, κόλλα *gluten* (uti adhuc Itali) significet.

Quâ demum fiduciâ afferat Harduinus dictiones *nomen ex auro custodiens* ignotas pennâ exaratis codicibus: haud satis intelligo, quando ob oculos Dalecampii editionem habebat, qui summâ fide lectionum discrepantiam adnotavit, & sex membranaceis exemplaribus usus, nihil diversi in orâ paginae subjecit. Num Johannes Spirensis, & Aleriae Episcopus hujusmodi ab impressis voluminibus haurire poterant, cum primi ex Mss. Naturalem historiam vulgarent? iis adde reliquos omnes interpretes, & typographos, qui subinde Plinium castigarunt, ubi Pintianum excipias, qui in codice suo invenerat *nomen naturâ*, unde substituit *nomenclaturâ*. Ex Hispano tamen interprete constat *nomen* in tam vetusto libro extitisse, unde reliqua praetermissa a Notario facilè credere possumus, tum ex reliquorum apographorum collatione, tum ex Plinii indole. David Durandus, qui nobilissimam auri argentique historiam ex Plinio desumptam patrio idiomate concinnavit; ut provinciâ suâ optimè fungeretur, labori addidit ipsissimum Plinii librum tricesimum tertium ex primâ editione Venetâ tentatum (*d*). Postquam Pintiani, & Harduini conjecturas exposuit, laudati exemplaris texturam valde corruptam asserit in hanc speciem: *ut pretiosior videatur nomen ex auro custodiens* (*e*). Si quid emendandum in Venetâ Principe, est diphthongum in voce *pretiosior* (ita scriptum invenies). *Precium* enim, vel *pretium* reddas, non obsistent Grammatici. Libenter post haec Durandus legeret: *ut pretiosior videatur nomine non natura*, cum Plinii observatio cadat in appellationem rei elevatae, quae tandem nihil aliud est quàm auri sanies. Dicta contra Harduinum Durandi conjecturam quoque eliminant, ni fallor. Ignoro pariter, quòd interpolatorum farcimen dici possit sententia *nomen ex auro custodiens*; quando haec omnia in compositâ chrysocollae nomenclaturâ inveniuntur, & quando similes dictiones Plinio sunt admodum familiares. *Effusus Rhenus* ------ *modicum nomini suo custodiens alveum* describitur IV. volumine (*f*). De gemmâ Indicâ (de quâ infra) *illam* --- *loci nomen custodientem* laudavit (*g*).

(4) *Enim erat*. Editio Princeps, & reliquae, Gelenius, Manutius, Dalecampius, Durandus. Harduinus in emendationibus *enim* ex Mss. subduxisse asserit (*h*). Qui sint, minimè aperuit. Particula optimè stat, & ipsemet Harduinus libri vicesimi sexti initio legit (*i*): *Parum enim erant homini certa morborum genera* ---- *nisi etiam nova timerentur*.

(5) *Sanies*. Codices Aleriensis Episcopi *nisi in precio etiam esset auri sanies*: quod idem.

(6) *Minium*. Quod in argenti fodinis primùm invenit Callias Atheniensis. Consule Davidem Durandum hoc loco, breviusque Plinium circa hujus voluminis medium (*k*).

(7) *O prodiga ingenia*. Sequor editionem Principem, gaudeoque summopere post restitutam Plinio vocem adnotasse Durandum in idem collineare: affert in subsidium Livii verba: *a destinato itinere digredi cogit contemplatio tam prodigae mentis* (*l*). Benè haec, sed meliora ex Plinio succurrunt, qui libro IX. docuit Carvilium Pollionem *prodigi & sagacis ad luxuriae instrumenta ingenii* invenisse testudinum putamina secare in laminas. Harduinus, qui rem a primordiis tractavit (*m*): ex hoc loco suspicari poterat minùs rectè subsecutos typographos edidisse: *Heu prodigiosa ingenia*.

[a] *Vid. edit.* 1472. 1476. 1480. [b] *Tom. II. pag.* 20. [c] *Vid. Dalecamp. hoc loco.*
[d] *Vide pag.* 171. *& seq.* [e] *Pag.* 173. [*M*]. [f] *Lib. IV.* 16.
[g] *Lib. XXXVII.* 7. [h] *Tom. II. pag.* 825. [i] *Plin. Harduin. tom. II. pag.* 391.
[k] *Lib. XXXIII.* 7. [l] *Lib. XXXVI.* §. 24. [m] *Tom. I. pag.* 504.

Ex Harduin.

pretia rerum? Accessit ars picturae ad aurum & argentum, quae caelando cariora fecimus. Didicit homo Naturam provocare. Auxere & vitiorum irritamenta. In poculis libidines caelare juvit, ac per obscenitates bibere. Abjecta deinde sunt haec, & sordere coepere: & auri argentique nimium fuit. Murrhina & crystallina ex eadem terra effodimus, quibus pretium faceret ipsa fragilitas. Hoc argumentum opum, haec vera luxuriae gloria existimata est, habere quod posset statim totum perire. Nec hoc fuit satis: turba gemmarum potamus, & smaragdis teximus calices; ac temulentiae cau-

Ex nostrâ recensione.

precia rerum? Accessit ars picturae, & aurum argentumque caelando carius fecimus [1]. *Didicit homo Naturam provocare, auxere* [2] *& artem* [3] *vitiorum irritamenta* [4]. *In poculis libidines celebraverunt* [5], *ac per obscenitates bibêre* [6]. *Abjecta sunt inde haec, & sordere coeperunt* [7], *& auri argentique nimium fuit. Murrina* [8] *& crystallina ex eâdem tellure* [9] *effodimus* [10], *quibus precium faceret ipsa fragilitas: hoc argumentum opum, haec vera luxuriae gloria existimata est* [11], *habere quod posset statim perire totum* [12]. *Nec hoc fuit satis, turbâ gemmarum potamus, ex smaragdis* [13] *teximus calices, & temulen-*

ANNOTATIONES.

(1) *Carius fecimus*. Ita cum editione Principe, vetustis typographis (*a*) Gelenius, Manutius, Dalecampius. Hoc loco Durandi mentem haud satis assequor. Postquam in operis corpore Harduini lectionem recepit, & ex Gronovii emendatione natam innuit (qui in suo codice invenerat: *& aurum argentum quae caelando carius fecimus*) addit „ (*b*) C'est aussi la leçon de Venise, qu'on pourroit adoucir de cette maniere „ *accessit ars picturae, & aurum argentumque caelando carius fecimus*. Si nihil ex impressione Venetâ immutat, nihil pariter sterilis gratiae aliunde quaerendum.

(2) *Auxere*. Haec superioribus nectenda, uti in editione Principe; mirorque non illi, sed caeteris Durandum adhaesisse, uti & Joh. Matth. Gesnerum (*c*).

(3) *Et artem*. Excidit haec vox in Harduini editione calami, vel typographi errore non dubio. In omnibus siquidem apparet exemplaribus, neque ulla omissionis affertur ratio. Quantò enim acutior evadit sententia, ut postquam homo naturam provocasse dixit, statim addat aucta per artem fuisse vitiorum irritamenta.

(4) *Irritamenta*. Impressoris fortasse mendo apud Durandum irrepsit *imitamenta* contra Venetae, aliarumque editionum scripturam.

(5) *Celebraverunt*. Adopto impressionis primigeniae lectionem, quam judico veriorem. Durandus restituit *celebrare juvit*, dum *bibere* cum reliquis ad infiniti modi tempus praesens deducit. Verùm nihil immutandum, si bibêre secundâ productâ syllabâ respondeat praeterito *celebraverunt*: nam eâdem ratione scribere poterat auctor *celebravere*, & *biberunt*. Legimus libri XXV. initio. *Minùs hoc, quàm par erat, Nostri celebravere omnium utilitatum & virtutum rapacissimi*.

(6) *Bibêre*. Pro biberunt, uti supra *auxere* loco auxerunt, & proximè ex Harduini, Durandi, Gesneri & penè omnium lectione *coepere*. Si plura hâc de re apud Plinium cupis exempla, Harduini indicem consule (*d*). Unum ex tribus sufficiat: *Capti mures Lybici, si bibêre, moriuntur* (*e*).

(7) *Coeperunt*. Cum laudatâ editione Principe, uti alia minora.

(8) *Murrina*. Vterque Ambrosianus codex, Romanae, Parmenses, & Venetae (ut plurimùm) editiones legunt unico *r Murina*. Editio Princeps geminato, & aspiratione adjectâ *Murrhina*, alii *Myrrhina*. Scio, quòd omnium exempla in antiquis inveniuntur. Harduino conveniunt Dalecampius, Guibertus, Durandus, Johannes Matthias Gesnerus, aliique innumeri. Ego ex Plinii libro XXXVII. (ubi fusè de precioso lapide agemus) *murrina* hoc etiam loco scribendum ostendam, cum inibi Ambrosiani codices vocem geminatâ literâ *rr* exhibeant, & pleraeque impressiones in *murrino* sextariorum trium capaci subscribant. Nobis etiam accedunt Gelenii, & Paulli Manutii exemplaria, & Fridericus Saxius in doctissimo opusculo *de Murrinis*, cum haec & reliqua ex Plinio ad difficilimam quaestionem spectantia indagaret. Quare disputationem non instituam de scribendi ratione, ne Grammaticum agam, dummodo Plinium *Murrina* vulgasse minimè ignores.

(9) *Tellure*. Ita meliùs cum editione Principe, quàm cum caeteris *terrâ*, ut etiam adnotavit Durandus. Multa similium sententiarum exempla possem afferre. Pro omnibus sufficiant verba in exordio duodetricesimi voluminis legenda (*f*). *Dictae erant naturae omnium rerum ---- restabantque quae ex ipsâ tellure fodiuntur*.

(10) *Effodimus*. Omnium exemplarium haec est scriptura, unde oculis lapsus est Durandus, cum duplici loco (*g*) ex editione Principe vulgavit *exfodimus*.

(11) *Existimata est*. Codices Aleriensis Episcopi: *aestimata est gloria* (*h*): nescio, cur Durandus ediderit *existumata*.

(12) *Totum*. Sequor editionem Principem cum Durando: Aleriensis Episcopus Harduino convenit.

(13) *Ex Smaragdis*. Ediderat Durandus. *E Smaragdis* (*i*); Sed in ultimâ illustratione operi adjecit „ Il faloit ecrire *è zmaragdis*, c'est la leçon de Venise, qui est la „ veritable „ Suspicor, quòd Vir doctissimus apographum, neque adamussim conveniens, ex aliatâ impressione tantùm haberet, cum in multis ab eâ distet. Edidit Spirensis: *ex Zmaragdis*, quod certè typographi erratum, unde restituo *ex Zmaragdis*. Johannes Matthias Gesnerus nihil in Chrestomatiâ Plinianâ adjecit, quamvis in novo thesauro Brouckh. ad Tibullum, & Burmanni ad Petronium afferat auctoritatem (*k*), qui *Zmaragdum* scribendum esse volunt. Cum Spirensis alibi apud

(a) 1472. 1476. 1479. 1480. (b) *Pag.* 174. (*P*). (c) *Chrestomat. Plin. pag.* 811.
(d) *Tom. II. pag.* 936. *columel.* 3. (e) *Lib. X.* 73. (f) *Vid. edit.* 1469.
(g) *Pag.* 174. *vide & in operis coronide* Eclaircissemens. (h) 1470. 1472.
(i) *Pag.* 174. (k) *In voce* Smaragdus.

Ex Harduin.

causa tenere Indiam juvat: & aurum jam accessio est.

III. Vtinamque posset e vita in totum abdicari, sacrum fame, ut celeberrimi auctores dixere, proscissum conviciis ab optimis quibusque, & ad perniciem vitae repertum: quantum feliciore aevo, cum res ipsae permutabantur inter se, sicut & Trojanis temporibus factitatum Homero credi convenit. Ita enim (ut opinor) commercia victus gratia invecta. Alios

Ex nostrâ recensione.

lentiae causâ tenere Indiam juvat, & aurum jam accessio est (1); *utinamque posset e vitâ in totum abdicari* auri sacra fames (2), *ut celeberrimi auctores dixere, proscissum convitiis ab optimis quibusque, & ad perniciem vitae repertum. Quantùm feliciore aevo cum res ipsae permutabantur inter sese* (3), *sicut & Trojanis temporibus factitatum Homero credi convenit. Ita enim, ut opinor, commercia victûs gratiâ inventa* (4). *Alios*

ANNOTATIONES.

apud Plinium, & praesertim ultimo volumine *Smaragdos* per *s* vulgaverit; liberum tibi erit utrâque ratione gemmam denotare; neque enim eos possum reprobare, qui per *s* reddunt, cum Graecis Σμάραγδος dicatur.

(1) *Jam accessio est.* Editio Princeps post verba *tenere Indiam juvat*, aliae lectionis initium facit per sequentia. *Juvat & aurum accessione*, quae corrupta judico, cum repetitum *juvat* redundet, sensumque perturbet. Caeterum haec restitutio, sive conjectura ad Hermolaum pertinet, qui fassus in vetustis codicibus inveniri *& aurum accessione*: legendum monet: *& aurum jam accessio est* haec addens „ quasi dicat: principalia luxuriae irrita „ menta sunt gemmae: accessoria vero aurum, argen- „ tumque. Est autem verbum juris, ut constat, Accessio. „ Plinius paulo supra: *Sordere* inquit *coepere & auri ar-* „ *gentique nimium fuit*. Proinde sequitur. *Vtinamque* in- „ quit *posset e vita totum abdicari aurum*: ut non solum „ accessionis loco habitum vilesceret: sed etiam omni- „ no repudiaretur.

(2) *Auri sacra fames*. Cum editione Principe. Subsecutae *aurum* minùs rectè habent. Hinc Pintiano accedo, qui probabiliorem hanc lectionem judicavit, ut alludat ad notum Virgilii carmen. Harduinus dum *sacrum fame* recuderet „ sic, *ait*, Reg. 2. eleganter: non, ut editi, „ *aurum, sacra fames*. Nam vox ea *aurum* abest & a „ Chiffl. cod. & ex antecedente sectione subintelligen- „ da est „

Sed unius codicis, alteriusve omissio, aut vocabulum malè tornatum non eam vim habere potest, ut omnibus aliis, & quidem antiquioribus auctoritatem auferat, unde sententiae robur praecidatur; tum magis cum in librorum initio Plinius a solitâ verborum parsimoniâ alienus Oratorem agat. Certè ad Graecos, atque inter suos, ad Virgilium praesertim respexit, qui *auri* dictionem bis vix uno intermedio versiculo usurpavit (*a*):

---- ---- Polydorum obtruncat: & auro
Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?

Harduini attentata viam indicarunt Durando, ut haec omnia a Plinii texturâ amputaret, ederetque: *& aurum jam accessio est: Vtinamque posset e vita in totum abdicari, proscissum convitiis ab optimis quibusque*. Illum audiamus „ C'est nôtre correction que n'est point appuyée sur „ les Mss. mais qui est fondée, comme je l'espere, sur „ les loix du bon sens & de la bonne critique. Voici „ tout le passage de la 1. edition. *Ac temulentiae causa* „ *tenere Indiam juvat: juvat & aurum accessione, utinam-* „ *que posset e vita in totum abdicari auri sacra fames, ut* „ *celeberrimi auctores dixere, proscissum convitiis ab opti-* „ *mis plerisque & ad perniciem vitae repertum*. Hermo- „ laus lisoit, *in totum abdicari aurum*: d'autres *auri sa-* „ *cra fames*; le P. H. *sacrum fame*; touts *ut cele-* „ *berrimi auctores dixere*. Pure gloze que tout ce- „ AURUM n'yvient pas, puis qu'il est nommé „ plus haut; AURI SACRA FAMES, ni vient „ pas non plus, car on ne dit point *abdicare fa-* „ *mem*; SACRUM FAME, est un expression rude & „ peu Latine; UT CELEBERRIMI AUCTORES „ DIXERE, est inutile, puis qu'il dit lui même, *pro-* „ *scissum ab optimis quibusque*, condamné, proscrit per „ la censure des gens sages de tems immémorial. Ain- „ si, en supprimant la gloze, qui de la marge a passé „ dans le texte, il ne reste que nôtre Lecture. „

Vt verum fatear, quomodo haec omnia tutissimè possint uno ictu recidi non video; quando in iis codicibus inveniuntur, qui VII. & VIII. seculo exarati, ad amanuenses spectant, qui totius antiquitatis ignari, nullâ ratione ad Virgilii carmina provocare valebant, cum neque autographi verba perciperent, unde potiùs quaedam omissa, alia corrupta indolemus; quàm adjecta, & quidem ab auctoribus idoneis petita, intueamur.

Falli in apographis exscriptores probat ipsemet Durandus, qui verba Venetae 1. reddere volens non unâ vice in paucis versiculis hallucinatur. Johannes siquidem Spirensis vulgavit *procisum convitiis ab optimis quibusque*. Hermolai emendatio, ut supra exposuimus, tangit verba: *& aurum accessione*, & legens *utinamque posset e vita totum abdicari aurum*: multis convenit impressionibus: non tamen sequentia: *sacra fames, ut celeberrimi auctores dixere*, de medio sustulit. Imò sententiam Plinii potiùs quàm ipsissima verba refert, cum in exemplaribus ex Barbari castigatione editis legamus: *Vtinam posset e vita in totum abdicari auri sacra fames: ut celeberrimi auctores dixere* (*b*). Repetita *auri* dictio optimè stat, cum illam a Virgilio mutuetur. *Abdicare famem* (addat *auri*) elegantissimè per metaphoram dicitur, cum impotens hujus metalli exprimat desiderium: adde quòd hujusmodi loquendi modus Plinio in deliciis fuit, & hoc ipsissimo volumine Durandus, cum reliquis, vulgaverit: *Haec paulatim exarsit rabie quadam, non jam avaritia, sed fames auri* (*c*); atque infra: *nihilque durius putant, nisi quod inter omnia auri fames durissima est* (*d*). *Sacrum fame* asperam esse dictionem, parumque Latinam, Harduino objiciendum. *Vt celeberrimi auctores dixere*, alios Plinio notos, & Virgilium praesertim attingit: notandum etiam, quòd hisce vocabulis Plinius persaepe utitur, idque ex Harduini indice constabit, quem nimius ne sim, potes consulere. Differt etiam quòd celeberri-

(a) *Aeneid. III. vers.* 55. *& seq.* (b) *Vid. edit. ann.* 1499. *Ven.*
(c) *Pag.* 196. 28. (d) *Pag.* 208.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
Alios coriis boum &c.	*Alios coriis boum &c.*
Ex Harduin. III. pag. 608. & 609.	
XII. Deorum vero honori in ſacris nihil aliud excogitatum eſt, quam ut auratis cornibus hoſtiae, majores dumtaxat, immolarentur. Sed in militia quoque in tantum adolevit haec luxuria, ut M. Bruti in Philippicis campis epiſtolae reperiantur frementes, fibulas Tribunicias ex auro geri. Ita hercules: idem enim tu, Brute, mulierum pedibus aurum geſtari tacuiſti: Et nos ſceleris arguimus illum, qui primus auro dignitatem per anulos fecit, ut habeant in lacertis jam pridem & viri, quod e Dardanis venit, ita-	*Deorum verò honori in ſacris nihil aliud excogitatum eſt, quàm ut auratis cornibus hoſtiae majores dumtaxat immolarentur. Sed in militiâ quoque in tantum adolevit haec luxuria, ut M. Bruti in Philippicis Campis* [1] *epiſtolae reperiantur frementes fibulas Tribunicias ex auro geri. At hercules, idem tu Brute* [2] *mulierum pedibus aurum geſtari tacuiſti* [3], *& nos ſceleris coarguimus* [4] *illum, qui primus auro dignitatem per annulos* [5] *fecit. Habeant* [6] *in lacertis jam quidem* [7] *& viri quod e Dardanis venit, ita-*

ANNOTATIONES.

berrimi auctores ſacram, ideſt execrandam, auri famem appellaverint, & aurum ipſum conviciis ab optimis quibuſque proſciſſum deſcribat; Videtur enim voluiſſe tanti Vatis ſententiam elevare, quae infinita claudit, ut Donatus ſubjecit per haec verba (*a*) „ Cum dicit *quid non*, non tantum de praeſenti cauſa ſentit, „ ſed de omni genere perſonarum, & neceſſitudinum, „ & de criminibus omnibus. Sicuti enim iectum conſtat, & exempla veterum docuerunt, fecit auri cupiditas patriae proditores, aurique pondere fidem ſaepe „ militum fractam, fractam conjugum, fractam nautarum, fractam proximorum, fractam foederum, fractam amicorum: dedimus intelligendi viam, caetera „ lector inveniet, quae tanta ſunt uno verſu concluſa, „ ut haec libris explicari non poſſent „. Ex allatis conſtat, quòd Plinius cum abdicandam exoptabat ſacram auri famem; infandum illius deſiderium attingit. Haec omnia pingui illo ac florido ſtylo perſequitur, quem Macrobius celebravit, & Plinius Orator illuſtris (ut novit Durandus) artis ſuae fontes in librorum exordiis aperiebat.

Ad ea demum, quae ultimo loco profert Durandus, nempe aliqua in Plinianâ praefatione Johannem Spireuſem vulgaſſe, quae certiſſima ſunt interpretis additamenta: dicendum, quòd verba illa ad Lucilium ſpectantia, omnibus conſtat eſſe interpolatoris explanationem; ideoque omnino perperam in Plinii praefatione inoculata; quòd in codicibus majorem antiquitatem redolentibus minimè inveniuntur, quamvis in paucis extent; quòdve demum ab uno amanuenſium errore via non patet, ut optima quaeque praecidamus.

(3) *Inter ſeſe*. Editio Princeps, & Durandus; atque ita Plinium ſcripſiſſe credo. Legimus octavo libro (*b*): *Capreas in occaſum declivi Sole, in paſcuis negant contueri inter ſeſe.*

(4) *Inventa*. Iiſdem auctoritatibus. Cohaerent allatis ex ſeptimo volumine (*c*). *Conſentaneum videtur----- indicare quae, cujuſque ſcientiâ inventa ſunt. Emere ac vendere inſtituit Liber Pater.*

(1) *In Philippicis Campis*. Pintianus *Philippis* non *Philippicis* in apographo ſuo legens, aptiorem quoque vocem duxit *frementis*, quàm *frementes*, ut referatur ad Brutum. Primum erit amanuenſis erratum, nam Philippicus ager, & Philippici dicuntur Campi, deducto nomine a Philipporum urbe. Ipſemet Plinius adamantem Macedonicum *in Philippico auro repertum*, nempe in aurariis Philippici territorii fodinis inventum, commemorat (*d*). Secundum pariter minùs probo, cum elegantiſſimè dicantur frementes epiſtolae, utpote ab indignante Bruto exaratae. Eâdem ratione Naturalem hiſtoriam *licentiore epiſtolâ* Tito dicatam, & *procaci epiſtolâ* ſe alia quaedam exaraſſe teſtatur; Vidimus ſuo loco literas Auguſti gemere ob filiae impudicitiam.

(2) *At hercules idem tu Brute*. Noſtrae lectioni, quae eſt Venetae Principis, & reliquarum editionum (*e*) praetulit Durandus Voſſianum exemplar, ubi: *Ita hercules, idem enim tu Brute*. Haec a Gronovio deſumit, faceturque (*f*). Harduinus vel a Gronovio, vel a Pintiano (ſed oblitis) ſurripuit. Mihi ſimplicior, & melior communis videtur ſcriptura, cui Dalecamp. adſtipulatur.

(3) *Geſtari tacuiſti*. Dalecampius in Mſs. legi etiam adnotavit *geſtatum vidiſti*.

(4) *Coarguimus*. Non omnino rejiciendam hanc primigeniae editionis vocem putavit Durandus, quam ego libentiſſimè recipio. In multis enim aliis codicibus apparet, ubi lego: *cujus ſceleris nos coarguimus* (*g*). Haec fortaſſis aeque bona ſunt, uti a Venetâ Principe adoptata. Quae ſequi voluerunt Harduinus, & Durandus, in antiquo codice invenerat Pintianus. Caeterum Plinio hujuſmodi vocabulum perfamiliare eſt: *coarguiſſe ea non minùs refert* (*h*); & triceſimi libri initio *magicas vanitates --- coarguimus* &c.

(5) *Annulos*. Ita uterque Ambroſianus codex, editio Princeps, Romanae, & Parmenſes. Petrus Burmannus junior, qui de jure *annulorum*, & Henricus Kirſchius, qui de *annulorum* aureorum origine Phroniſma Plinianum vulgavit. Hujuſmodi probant non omnino vera eſſe, quae Lambinus ad Horatium adnotavit (*i*). Caeterum *anulum* etiam ſcribi tutè poteſt, neque hâc de re diſputationem inſtituo.

(a) *Fol.* 238. *A. edition. Venet. an.* 1552. (b) *Vide Plin. Hard. tom. I. lib. VIII.* 50. *pag.* 479.
(c) *Plin. VII.* 56. *Diſq. Plin. tom. II. pag.* 84. (d) *Lib. XXXVII.* 4.
(e) 1470. 1472. 1476. 1483. 1491. 1496. *&c.* (f) *Pag.* 191. (*S*).
(g) 1470. 472. 1483. 1481. 1496. (h) *Lib. XXIX.* 4.
(i) *Serm. II. ſatyr. VII. verſ.* 9.

Ex Harduin.

itaque & Dardanum vocabatur. Viriolae Celticae dicuntur: viriae Celtibericae. Habeant feminae in armillis digitisque totis, collo, auribus, spiris: discurrant catenae circa latera, & inserta margaritarum pondera e collo dominarum auro pendeant, ut in somno quoque unionum conscientia adsit: etiamne pedibus induitur, atque inter stolam plebemque hunc medium feminarum equestrem ordinem fecit?

Nos

Ex nostrâ recensione.

itaque & Dardanum [1] *vocabatur* [2]. *Viriolae Celticae dicuntur*, *viriae Celtibericae* [3]. *Habeant feminae* [4] *in armillis digitisque totis*, *collo*, *auribus*, *spiris* [5] *: discurrant catenae circa latera: in secreto* [6] *margaritarum sacculi* [7] *e collo dominarum aureo* [8] *pendeant*, *ut in somno quoque unionum conscientia* [9] *adsit*. *Etiamne pedibus induitur*, *atque inter Stolam*, *Plebemque hunc medium feminarum Equestrem Ordinem facit* [10]?

Nos

ANNOTATIONES.

(6) *Habeant*. Perticulam *ut* minimè agnoscit editio Princeps, nescioque cur illam addiderit Durandus, cum caeteroquin *jam quidem* adoptasset.

(1) *Dardanum*. Edit. Princ., & Aler. Episc. alii *Dardanium*.

(2) *Vocabatur*. Laudetae impressionis dictionem non rejecit Durandus, quamvis e typographo malè habitos, cum irrepserit *vocabatur* (a). Putarem hanc Dardani, appellationem Plinii aevo desiisse, ideoque potiùs scribendum *vocabatur:* sevent Primigenii typographi.

(3) *Viriae Celtibericae*. Si Harduinus in Venetem primam editionem incidisset, non ei dicendum erat in editis hactenus libris legi *Viriae Celticae dicuntur*, *viriles Celtibericae*. Id viderat Hermolaus ex aliis etiam codicibus cum scripsit: *omnis fere vetus lectio habet non Viriles*, *sed Viriae*. Post Hermolaum Turnebus, & Delecempius. De Viriis praeter Plinii enarratores habes Tertullianum de Pellio 4. Bartolinum, & Vossium apud Academicos Herculanenses. *La Viria*, *o Viriola era un braccialletto composto di smeraldi*, *e altre gemme* (b).

(4) *Habeant feminae*. Convenientia dictionum hoc etiam loco suadet, Nostrum supra vulgasse: *Habeant in lacertis ---- viri*.

(5) *Spiris*. Editioni Principi addendum hoc loco elementum *s*, cum perperam legetur *piris*. Deterior est aliorum exemplarium conditio in quibus ---- *collo*, *auribus*. *Per has discurrant catenae* (c). Ex veteri *piris* ferè legendum putavit *peris* Hermolaus, vocemque in operis corpore inoculerunt Plinianae editiones, quae ea Barberi castigationibus cusae dicuntur (d); margini addiderunt Palmarius (e), & Benedictus (f). Infelix tamen apperet Patriarchae Aquilejensis conjectura ex infra dicendis; quemvis omnino dissone sit lectio *per has*. Quo enim pacto fieri potest, ut catenae per aures circa latera discurrerent? Medicina ex ipso Plinio erat petenda, qui Lolliam Paulinam *Smaragdis*, *margaritisque opertam alterno textu fulgentibus toto capite crinibus*, *spirâ*, *auribus*, *collo*, *monilibus digitisque* vidisse testatur (g). Hinc ritè *collo*, *auribus*, *spiris* ediderunt Parisienses typographi (h), Gelenius, Mannilus, Dalecampius. Spiris nomen serpentum orbes videntur dedisse. Si plura optas Consule Durandum.

(6) *In secreto*. Dictionem *&* a Durando adoptatam non agnoscit Veneta Princeps; neque Alexender Benedictus in variis ad Plinium lectionibus (i). Pintianus ea antiquo exemplari, verissimâque scripturâ restituendum monet: *& secreto margaritarum sacculi e collo* &c. Harduinus reddens: *& inserta margaritarum pondera*, malè a typographo in annotationibus habetur, ubi edidit: *&* *in secreto* (k). Pugnavit tamen in emendationibus, ut indicatam a Pintiano restitutionem refelleret; ejusque codicem interpolatum affirmat (l). Durandus hanc scripturam inveniri etiam in uno ex melioribus Harduini exemplaribus innuit, illamque egregiè tuetur.

(7) *Sacculi*. Nempe tegumenta, quibus gynaeceum petentes, vel dormiturae Matronae margaritas condebant. Vox est Plinio familiaris: legimus libro 11. de claris fulminibus: intus aurum, aes, argentum liquare *sacculis ipsis nullo modo ambustis*.

(8) *Aureo*. Ex Principe editione, quod nitidiùs Plinii mentem explicat, atque legentes monet, feminas aurea quaedam sibi fecisse colleria, unde margaritae sacculis involvendae rutè penderent.

(9) *Conscientia*. Perperam omnium Plinii verba tali pacto Itali interpretes aemulentur: *acciocche ancora nel sunno vi sia la coscienza delle perle*. De somno, non de sono agitur; secundumque verbum non erat verbo reddendum, cum hoc loco nil aliud, quàm scientiam importet *conscentia*. Erit igitur sensus: *acciocche ancora dormendo sappiano che seco hanno le perle*. Videtur tamen quòd vertentium primus error minuatur, cum doctissimis Herculanensibus Academicis testibus non desint, qui apud Plinium legent *sono* (m). In nostris codicibus, uti in vetustis, & plerisque impressionibus occurrit *somno* (n). Neque enim video quodnam gratum auribus tinnimentum edere possent margaritae. Conjiciendum igitur Landinum primum Italorum interpretum ab indocto amanuensi irretitum, Bruciolum, & Dominicum in foveam adduxisse. In Hackianâ impressione occurrit: *ut in summo* (o), quod typographi erratum conjicerem. Vellem illustres Academicos, aut primam Naturalis historiae editionem, vel Durandum consuluissent. Fortasse tunc non legebant cum Harduino & reliquis, *inserta margaritarum pondera*. Durandi verba subjicere operae precium erit. „ *Et in secreto*, c'est à dire, lorsqu'elles
„ sont retirées dans leur appartement, lorsqu'elles sont
„ deshabillées & même couchées: *ut in somno quoque*
„ *unionum conscientia adsit*, afin qu'en dormant & en
„ songeant même, elles se repaissent de l'agréable
„ imagination d'être riches & braves & d'avoir le
„ droit d'être fieres. Enfin après avoir censuré les ma-
„ ins, les bras, le cou, la tête & la poitrine, il de-
„ scend jusqu'aux pieds; *etiamnum pedibus induitur*: el-
„ les mettent de l'or jusq'aux piedes, & c'est cet or,
„ qui en fait un ordre particulier, & qui les distingue du
„ *peuple* & de la *longue robe*, c'est à dire des Femmes
„ des Senateurs & des Consuls; c'est le sens de ces

paro-

(a) *Pag.* 192. *litera S.* (b) *Tom. III. pag.* 40. (c) 1483. 1491.
(d) 1496. (e) 1497. (f) 1507. (g) *Lib. IX.* 35. *Vide Disquis. lib. V. pag.* 137.
(h) 1526. (i) *Vid. edit. ann.* 1507. *fol.* 243. *B.* (k) *Pag.* 609. *num.* 8.
(l) *Pag.* 635. *emend. IX.* (m) Pitture d'Ercolano *tom. I. pag.* 106. *num.* 8.
(o) 1469. 1470. 1472. 1476. 1479. 1480. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519. 1526. 1548. 1559.
(o) *Tom. III. pag.* 450.

Ex Harduin. III. pag. 616.	Ex nostrâ recensione.
Nos vidimus Agrippinam Claudii Principis, edente eo navalis praelii spectaculum, assidentem ei, indutam paludamento, auro textili sine alia materie.	*Nos vidimus Agrippinam Claudii Caesaris* [1], *edente eo navalis praelii spectaculum* [2], *assidentem ei indutam paludamento, auro textili* [3] *sinè aliâ materiâ* [4].
Ex Harduin. XII. pag. 631. & 632.	
LIV. Argenti usum in statuas primum Divi Augusti in adulatione temporum transisse falso existimatur ---- Argentum succedit aliquando & auro, luxu feminarum plebis compedes sibi ex eo facien-	*Argenti usum* [5] *in statuas primùm ad honorem Divi Augusti* [6] *in adulationem temporum* [7] *transisse, falsò existimatur* [8] ---- *Argentum succedit aliquando* [9] *& auro: luxus feminarum* [10] *Plebis compedes* [11] *sibi ex*

ANNOTATIONES.

„ ptroles, *atque inter stolam plebemque hunc medium feminarum equestrem ordinem facit*. Mais les femmes de „ Senateurs n'avoient elles pas aussi des agraffes d'or à „ leurs souliers & à leurs brodequins? Elles en pouvo „ ient avoir, mais la longue robe les cachoit, ce qu' „ on ne pouvoit pas dire des autres. Il y a un Mss. „ de Dalecamp, qui supprime *Equestrem*, & ce semble „ avec raison.

Plura alia ad haec addi possent, quae invenies apud Ferrarium, aliosqua de Re vestiariâ, & Calceis tractantes. Omnia, nimii ne simus, in praesentiarum omittenda.

(10) *Facit*. Rectiùs quàm *fecit*, utpote de more, suâ aatate, recepto loqueos. Subscribunt membranae, & veter. typogr.

(1) *Caesaris*. Ex nostris codicibus. Vidimus libro X. *Agrippina Claudii Caesaris turdum habuit ---- imitantem sermones omnium*; & hoc ipso volumine: *id Claudii Caesaris principatu repertum*. Caetarum, ubi cum editis, & plerisque codicibus pennâ axaratis, legas *Agrippinam Claudii Caesaris*, minimè obsistam, cum rem ipsissimam utroqua vocabulo habeas.

(2) *Spectaculum*. Corrupta hoc loco est editio Princeps, uti gemini Ambrosiani codices, ubi: *sedente eo ad navalis praelii spectaculum*. Cum Aleriensi igitur, & Hermolao lagendum *edente eo*, ut rectè adnotavit Durandus, qui tamen malè scripsit hujusmodi contigisse *sur le Lac Ficin* (a). Fucinus, non Ficinus a Romanis Lacus hic dicebatur. Consule de Lacu Fucino, quae non uno loco collegimus in primâ Disquisitionum parte.

(3) *Textili*. Quae hoc loco ad Tacitum observat Durandus, mihi facilia admodum videntur; illudque tantùm occurrit differentiae, ut annalium auctor chlamidem auratam appellet, quod Plinio paludamentum est auro textili. Plinii aavo notam fuisse artem auri texendi *lanae modo, & sinè lanâ* alibi monuimus (*b*).

(4) *Materiâ*. Nostri codices, editio Princeps, quòd minimè rejicio. Durandus & reliqui *materie*. Eâdem ratione scribitur, cum recto casu legamus *materia*, & *materies*; ediditque Harduinus apud Plinium *materia priori* ---- *materia rubente* ---- *materia sequaci* (*c*).

(5) *Argenti usum*. Ita codex II. Ambrosianus cum editione Principe, & reliquis. Codex I. *Argenteas statuas*.

(6) *Ad honorem Divi Augusti*. Vtrumqua Ambrosianum axemplar, itemque alii permulti veteres typographi, Gelenius, Manutius, Dalecampius. Tali pacto Cloeliae statuam positam *in honorem ejus* describit sequenti volumine.

(7) *In adulationem temporum*. Laudatae membranaa, editio Princeps, & omnes typographi: Pintianus, cum in scripto codice invenisset *Argenti usum in statuas primum Divi Augusti in temporum adulatione*: putavit superfluere praepositionem *in* secundo loco positam. Hâc de causâ praatermissam suspicor a Durando. Hic, qui tantam verborum atque sententiarum convenientiam inter Plinium, & Tacitum invenit: meminisse poterat de vulgatis Historiarum libro II. ubi Scriptores temporum Flaviâ domo regnante corruptas *in adulationem* caussas tradere asserit.

(8) *Existimatur*. Durandus edidit *existumatur*. Hanc scribendi rationem neque in Venetâ Principe, neque in aliis, neque in scriptis calamo exemplaribus inveni; quamvis non ignorem a nonnullis antiquariis receptam. Video ubique a Durando in hocce volumine adoptatam. Optassem, ut de novitatis causâ lectorem monuisset.

(9) *Argentum succedit aliquando*. Lectio est Principis editionis, cui subscribunt Harduinus, & Durandus. Deserta jamdiu fuerat, cum subsecuti typographi vulgaverint satis malè: *Argento succedit ex ea re aliquando & auro luxus* (*d*). In Barbari, & Gelenii exemplaribus *Argentum succedit ex ea re* (*e*). Alii postea cum Dalecampio: *Argentum succedit ex re*: qui tamen monuit *ex re* in M. deesse. Harduinus ex Mss. haec pariter sustulisse asserit (*f*); omnino rectè, cum in Ambros. codd. legam: *Argentum succedit aliquando & auro. Luxus feminarum* &c.

(10) *Luxus feminarum*. Ita vetustiores typographi cum Principe editione (*g*): apud omnes incisio castiganda: non tamen vocabulum oportet invertere. Hinc etiam colligerem Durandum apographo, eoque vitiato, Vanerae hujus impressionis usum, cum ex illâ vulgaverit: *luxu feminarum* (*h*), quando Johannes Spirensis edidit: *Luxus feminarum*; unda novae, concisaeque orationis exordium desumens Plinii sententias tali pacto Italicâ linguâ aemularer. *Anche all' oro alcune fiate supplisce l' argento: è il lusso delle Donne Plebee, che con questo metallo formansi delle catene; poichè un costume ad esse ben duro le vieta nel vestire servirsi dell' oro*.

(11) *Compedes*. Hoc nomine armillas, circulos, & catenulas sequacis ad vincturam mollitiei designat: iis mulieres collum, manus, & speciatim pedes ornabant. Antea de auro scripserat Noster (*i*): *Habeant feminae in armillis, digitisque totis, ---- etiamne pedibus induitur, atque inter Stolam, Plebemque hunc medium feminarum Equestrem*

(a) *Pag.* 204. (b) *Lib. V. pag.* 151. (c) *Vid. indic. pag.* 1108. *col.* 2.
(d) 1470. 1472. 1476. 1479. 1480. 1483. 1491. (e) *Vid. edit.* 1496. 1548.
(f) *Tom. II. pag.* 827. (g) 1470. 1472.
(h) *Pag.* 238. (E). (i) *Vide pag.* 167.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
entium, quas induere aureas mos tritior vetat. Vidimus & ipsi Arellium Fuscum &c.	*ex ea facientium, quas induere aureas vestes* [1] *mos tristior* [2] *vetet* [3]. *Vidimus & ipsi Aurelium Fuscum* [4] *&c.*

AD XXXIV. LIBRVM

Ex Harduin. IV. & V. pag. 642.	
Romae simulacrum ex aere factum Cereri primum reperio ex peculio Sp. Cassii, quem regnum affectantem pater ipsius interemerat. Transiit & ab Diis ad hominum statuas atque imagines multis modis. Bitumine antiqui tinguebant eas, quo magis mirum est placuisse auro integere. Hoc nescio an Romanum fuit in-	*Romae simulacrum ex aere factum Cereri primum reperio ex peculio Sp.* [5] *Cassii, quem Regnum affectantem pater ipsius interemerat. Transiit a Diis* [6] *ad hominum statuas atque imagines multis modis. Antiqui tingebant* [7] *eas bitumine, quo magis mirum est* [8] *placuisse auro integere* [9]. *Hoc nescio an Romanorum fuerit*

ANNOTATIONES.

strem ordinem facis. Egregiè Herculanenses Academici patrio idiomate (*a*): *Dell' abuso, che le Donne Romane facean dell' oro per adornarsene ogni parte parla Plinio* XXXV. 3. (tolle calami, vel typographi mendum, & scribe XXXIII.) *Per altro soleano portar le armille anche al collo del piede: e allora diceansi specialmente* compedes.

(1) *Aureas vestes*. Secundum vocabulum esse interpolatoris additamentum asserit Durandus. Verùm non unicè Princeps editio, & triplices a Gronovio volutati codices Menapianus, Gudianus, Academicus; sed gemini Ambrosiani legunt *aureas vestes*. Vt igitur hanc vocem a Plinio expungant, oportet antea ostendere Plebeis feminis vetitum unicè in calceis auri usum, in vestibus permissum. Fateor id verbi deesse in permultis exemplaribus (*b*). Verùm aliquâ oscitantiâ omnes Romanam impressionem sequuntur, uti Galenius, Manutius, Dalecampius. Pennâ exaratis voluminibus rationem addamus, ex apposito *induere* manantem, quod vestibus potiùs quàm calceis adaptatur. Fortasse hanc difficultatem ob oculos habens Nicolaus Heinsius, *inducere* legendum conjiciebat (*c*); refragantibus tamen omnibus tum impressis, tum scriptis manu.

(2) *Mos tristior*. Cum Ambrosianis codicibus, aliisque permultis editio Princeps, Romanae, Parmenses, & vetustae omnes, Gelenius, Manutius, Victorius. Haec nemo intelligere, nescio unde sibi persuadeat Harduinus, quando Plinius asperiorem iis feminis usum denotat. Eâdem fermè ratione Tiberium hominum tristissimum appellavit. Gronovius cum in laudato suo codice invenisset: *induere aureas monstritior vete?*. Scribendum censuit: *quas induere aureas mos Quiritium vetet* (*d*). Id tamen nimiùm videtur a literarum ductu recedere; pejusque erit Thomae Reinesii restitutio *mos Patriciorum* (*e*).

Mos tritior placuit Dalecampio ante Hardoinum. Heinsius in Membranis legi *tristior* fatetur: huic & *Patriciorum* & *Quiritium* lectioni praetulit *strictior*, allato Taciti exemplo (*f*): *sed praecipue adstricti moris auctor Vespasianus fuit, antiquo ipse cultu victuque*. Poterat conjecturam firmare etiam ex Paris. Plinii editione, ubi *strictior* apparet (*g*). Videtur quòd Durandus Heinsii, & hujus impressionis auctoritatem ignoraverit, cum sibi unicè placere affirmat *mos strictior vetet*.

(3) *Vetet*. Ex Ambros. codd. Gronovii exemplaribus, ipso Gronovio, & Durando.

(4) *Aurelium Fuscum*. Cùm laudati Ambrosiani codices, editio Princeps, aliaeque permultae id nominis habeant, haud facilè Gelenio accedam, qui Arellium, non Valerium suffragantibus vetustis voluminibus legendum jussit; additque hunc, Senecam inter claros sui temporis Oratores annumerare. Ante Hermolaus illos damnavit, qui *Valerium Tuscum* ediderant „ omnes, *inquit*, fere „ antiqui codices Aurelium Fuscum, alioquin Valeriam „ nullo modo: sed aut Laberium, aut Valerium, aut cer„ te Aurelium scribi potest „ Quae addit de Septimio Tusco minùs ad rhombum; nam illa ad Septimiam, non ad Aureliam, Laberiam, aut Valeriam gentem spectaret. Quare solâ allatâ a Gelenio, Harduino, & Durando Senecae auctoritate non evincitur, quòd Arellium Fuscum hoc loco apud Plinium legere oporteat, cum Arellium Fuscum Rhetorem fuisse utique concedamus: hunc tamen alium ab Aurelio Fusco (cujus meminit Plinius) esse posse quis neget, cum Fusci cognomen adventitium pluribus spectet familiis, ut videre est apud venerandae antiquitatis collectores.

(5) *Sp*. Editio Princeps integrum *Spurii* praenomen reddit, quod re ipsâ in idem collineat: ab antiquorum tamen methodo paullulum distat, qui praenomina compendiariis notis scribebant.

(6) *Transiit a Diis*. Laudata impressio.

(7) *Tingebant*. Sequor lecturam memoratae editionis. In aliis lego: *Antiqui pingebant eas bitumine* (*h*); atque ita etiam vulgavit Dalecampius, addens in orâ libri ex M. *tingebant* (*i*). Alium verborum ordinem sequitur Harduinus, vulgatque *tinguebant*, quod in emendationibus Mss. ope restituisse asserit; qui sint, minimè dixit. Aldus Manutius junior in veteribus libris saepe *tinguo* pro *tingo* legi testatur (*k*). Nostri tamen codices, & reliqui (quos viderim) *tingebant* hoc loco exhibent.

(8) *Mirum est*. Editio Princeps *mirum esse*, sed malè.

(9) *Integere*. In Mss. etiam *integi* occurrere affirmat Dalecampius.

(a) *Tom. I. pag.* 113. *num.* 7. (b) 1470. 1472. 1476. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519. 1526. 1548. 1559. 1587. 1669. *&c.* (c) *Advers. lib. I.* 2. *pag.* 32.
(d) *Edit. Hack. tom. III. pag.* 821. (e) *Var. lect. lib. II.* 7.
(f) *Annal. III.* 55. (g) *Ann.* 1526. *fol.* CCCCLXXIIII.
(h) 1469. 1470. 1472. 1476. 1483. 1491. 1496. 1519. 1526. 1548. 1559.
(i) *Vid. edition. Hackein. tom. III. pag.* 497. (k) *Orthograph.*

Ex Harduin.

inventum: certe etiam Romae non habet vetustatem. Effigies hominum non solebant exprimi, nisi aliqua illustri caussa perpetuitatem merentium, primo sacrorum certaminum victoria, maximeque Olympiae: ubi omnium qui vicissent statuas dicari mos erat. Eorum vero qui ter ibi superavissent, ex membris ipsorum similitudine expressa, quas iconicas vocant ------ Et jam omnium municipiorum foris statuae ornamentum esse coepere, prorogarique memoria hominum, & honores legendi aevo basibus inscribi, ne in sepulcris tantum legerentur. Mox forum & in domibus privatis factum atque in atriis. Honos clientum instituit sic colere patronos.

Ex nostrâ recensione.

rit [1] *inventum: certè Romae non habet vetustatem: Effigies hominum non solebant exprimi, nisi aliqua illustri caussâ* [2] *perpetuitatem merentium, & primò* [3] *sacrorum certaminum victoriâ* [4], *maximeque Olympiae* [5], *ubi omnium qui vicissent statuas dicare* [6] *mos erat. Eorum verò, qui ter ibi superassent* [7] *ex membris ipsorum similitudine expressâ, quas iconas* [8] *vocant* ------ *Et jam omnium Municipiorum, & fori* [9] *statuae ornamentum esse coepere, prorogarique memoria hominum, & honores legi* [10], *& basibus inscribi* [11], *ne in sepulcris tantùm legerentur. Mox forum & in domibus* [12] *privatis factum, atque in atriis. Honos clientium* [13] *instituit sic colere*

ANNOTATIONES.

(1) *Romanorum fuerit*. Editio Primigenia, longè melius, quàm vulgatum ab aliis *Romanum fuit*, quamvis nuper a Jo. Matth. Gesnero receptum (*e*).

(2) *Illustri caussâ*. In recensitâ editione legitur *industri causa*. Primum est Amanuensis erratum pro *inlustri*, quòd eodem pacto ac *illustri* scribi norunt Grammatici.

(3) *Et primò*. Particulam *et* Membranae, & vetustiores omnes editiones recipiunt. Sustulit illam post Gelenium Dalecampius &c. Adoptatam tamen invenias in Parisiensi editione ab Angelo, & Campestre (*b*), & novissimè e sapientissimis Neapolitanis, seu Herculanensibus Academicis.

(4) *Victoriâ*. Vocabulum Romano casu accipio.

(5) *Olympiae*. Nempe in celeberrimo Jovis templo, XII. stadiis ab Olympiâ Elidis urbe.

(6) *Dicare*. Ex Johannis Spirensis exemplari, quòd magis arridet, quàm commune reliquis *dicari*.

(7) *Superassent*. Eodem testimonio, quod contractum a *superavissent*.

(8) *Iconas*. Editiones omnes antiquae, Parisienses typographi, laudati Herculanenses Academici (*c*) *iconas* legunt. Gelenius *iconicas* supposuit, quod a Dalecampio, P. Manutio, Harduino, atque Jo. Matth. Gesnero amplexatum. Ad ea, quae congerit Harduinus: objicerem *iconici* vocabulum adjectivi potestatem habere tum apud Athenaeum, tum apud Suetonium, ubi cap. 22. (non 40.) legimus *iconicum simulacrum*: non desunt tamen codices *iconium* proferentes, uti videre est apud Beroaldum, qui *iconas* ex illustrato Plinii loco subjecit; quamvis non ignoraret in Naturali historiâ *iconicos duces* libro XXXV. recenseri (*d*). Temperare mihi non possum, quin memoratis a Plinio imaginibus comparem statuas, quae in Aede Virginis Gratiarum, V. ab urbe Mantuâ lapide cernuntur. Totum ambiunt templum, suntque illustrium Virorum (XIV. & XV. praesertim saeculi) effigies, coloribus indutae, cultum vestesque temporum referentes; ubi membrorum quoque similitudo exprimitur. Ibi honores legebantur eo eloquio, quod aevo viventium invaluerat. Coenobitae, ut nostrae aetati accommodarent; improbo ausu venerandam antiquitatem (neque in ractas particulas) lancinarunt. Memoranda ibi inter reliqua est Caroli Borbonii (qui Romam anno 1527. diripuit) statua. Si plura scire optas, consule Donesmundum in Mantuanâ historiâ; atque in opusculo, quod apud Caselem Sancti Evesii vulgavit anno 1603. ibique omnia ad faciem hanc Aedem spectantia reperies.

(9) *Et fori*. Gelenius alteram inducens *municipiorum foris*: hanc vetustam esse lectionem asserit. Gelenium licèt recentiores sequantur, sciendum est in geminis Ambrosianis, & vetustis editionibus (*a*) legi *& fori*. Dalecampius etiam *fori* in M. invenit.

(10) *Honores legi*. Eâdem Johannis Spirensis auctoritate. Vidimus sub XXXI. voluminis initio: *dignus ubique, & non ibi tantùm legi*. Pressiùs considerabis proximi libri sententiam (*f*): *Appius Claudius* ---- *posuit* ---- *in Bellonae aede majores suos; placuitque in excelso spectari, & titulos honorum legi*.

(11) *Et basibus inscribi*. Lectio Venetae Principis mihi rectior videtur, tum magis cum ipsissima verba occurrant in utroque Ambrosiano codice. Cohaerent cum superioribus *honores legi*, ut nempe non in sepulcris tantùm, sed in basibus quoque ponerentur.

(12) *Mox forum & in domibus*. Nota quòd in privatorum domibus, atque atriis *forum*, non *fora* constitui innuit, eâdem ratione, quâ supra *omnium Municipiorum, & fori* vulgavit. Statuae Patronorum in frequentioribus oppidi locis; ideoque in foro praesertim locabantur. Inscriptioni in Veleiae ruinis erutae (de quâ egimus in epistolâ ad Clariss. Paciaudium (*g*)) suspicor impositam fuisse Calpurnii Pisonis statuam. Videtur enim elogium circa Forum Veleiatium extitisse, & basis figuram exhibere.

(13) *Clientium*. Membranea Alariensis Episcopi, Hermolai Barbari, & veteres plerumque impressores (*h*). Cum igitur rectè omnino *clientium* scribatur; nulla nos impellit caussa, ut contra Plinii mentem *clientum* substituamus, quamvis pluralis genitivus e Grammaticis utrâque methodo inflectatur. In Ambrosianis codicibus, atque

(e) *Chrestomath. pag.* 892. (b) *Pag.* CCCCLXXVI. (a) Pitture d' Ercolano *tom. II. pag.* 293. *num.* 17.
(d) *Vide Sueton. Benon. edit. ann.* 1493. *fol.* 18. *B.* (a) 1469. 1470. 1472. 1479. 1480. 1483. 1491.
(f) *Lib. XXXV.* 3. (g) *Tom. I. pag.* 288. (h) 1479. 1472. 1483. 1491. 1496.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
X. Togatae effigies antiquitus ita dicabantur. Placuere & nudae tenentes hastam &c.	*Patronos. Togatâ effigie* [1] *antiquitus statuae dicabantur. Placuere & nudae tenentes hastam &c.*
Ex Harduin. VII. pag. 648.	
Habent in eodem Capitolio admirationem & capita duo, quae P. Lentulus Consul dicavit: alterum a Charete supradicto factum: alterum fecit Decius, comparatione in tantum victus, ut artificium minime probabilis artificis videatur.	*Habent in eodem Capitolio admirationem & capita duo, quae P. Lentulus Consul dicavit: alterum a Charete supradicto factum: alterum fecit Detius* [2] *comparatione in tantum victus, ut artificium minimè probabile* [3] *videatur.*
Verum omnem amplitudinem statuarum ejus generis vicit aetate nostra Zenodorus, Mercurio facto in civitate Galliae Arvernis, per annos decem, H S. CCCC manipretio. Postquam fatis ibi artem approbaverat, Romam accitus est a Nerone, ubi destinatum illius Principis simulacrum, colossum fecit, CX pedum longitudine, qui dicatus Solis venerationi est, damnatis sceleribus illius Principis.	*Verùm omnem amplitudinem statuarum ejus generis* [4] *vicit aetate nostrâ Zenodorus* [5] *Mercurio facto in civitate Galliae Arvernis* [6] *per annos decem H-S. CCCC maniprecio* [7]. *Postquam satis ibi artem approbaverat, Romam accitus est a Nerone, ubi destinatum illius Principis simulacrum colossum fecit CX. pedum longitudine, qui dicatus Solis venerationi est damnatis sceleribus illius Principis.*

ANNOTATIONES.

atque in Principe editione ineptè occurrit *domos solentium*, unde tamen facilè dignosces restituendum cum aliis exemplaribus *honos clientium*.

(1) *Togatâ effigie*. Haec & reliqua a Mediolanensibus membranis, vetustisque impressoribus restituo (*a*). In editione Principe irrepsit *Togatae effigies & statuas* pro *Togata effigie ac statuae*. Nescio unde Gelenius desumat: *Togatae effigies antiquitus statuae dicabantur*, addatque „ codices veteres verbis variant, si non sensu „ *Togatae effigies antiquitus ita dicabantur*. Vtrumque minùs rectum „ & longè a Plinii mente alienum.

(2) *Detius*. Sive ita cum editione Principe, sive *Decius* cum aliis legas (*b*); dubito nomen in mendo cubare. Statuarium enim hunc Charetis aevo (qui Rhodiis Colossum fecit) vixisse patet. Illius etiam aemulum fuisse innuit Plinius; sed comparatione, ultra quàm dici possit, victum. Graecum tempora satis indicant: unde igitur, illi *Detii*, vel *Decii* Romana appellatio?

(3) *Artificium minimè probabile*. Vera Johannis Spirensis lectio: probabile enim hoc loco, idem ac probandum significat; adeoque ob adjectam negandi particulam *minimè probandum*, *minimè faciendum* importat. Sic opposito adverbio de aquâ scripsit (*c*): *Ex quo nam ergo genere maximè probabilis continget?* Patet vel ex Latinae linguae thesauris, idoneorum Auctorum testimonio, *probabile*, pro laudando, probando, magni faciendo etiam usurpari. Redundat igitur *artificis* adjectio a subsequentibus typographis ingesta, Pliniumque non sapit *artificium* ---- *artificis*. Ultimum vocabulum deesse in suo veteri apographo testatur Pintianus, qui inutili conjecturâ scribendum censebat *ut artificium minime proba lis videatur*.

(4) *Ejus generis*. Haec duo verba desiderantur in nostris chartaceis codicibus, ideoque omisse invenies in Plinii vitâ (*d*). Ea tamen addere utique potes, cum mens tunc mihi non esset, ut ab operis corpore eliminarentur; sed typographicâ incuriâ id actum fuit, uti *Arvenis* loco *Arvernis*. Editio Princeps habet *Avernis*.

(5) *Zenodorus*. Nostri, Ambrosiani codices, veteres typographi uniter conveniunt. Dalecampius in veteri exemplari *Zenodotus*, in aliis *Xenodotus* invenit.

(6) *Arvernis*. Qui hodie dicuntur *les Auvergnats*, quorum oppidum *Clermont en Auvergne*: Neotericis Clarus mons, atque antea Nemossus, si Harduino ad Sirmondum provocanti fidem habemus (*e*): aliis Augustonemetum. Si plura optas, adi Valesium in notit. Gall. & Martinerium, qui Plinium egregiè hoc loco contra Baudrantium defendit (*f*).

(7) *Maniprecio*. Codices antiqui hoc loco satis corrupti. I. Ambrosianus legit *per annos decem pondo* CCCC.*tie imagni pretio* II. *pondo* CCCC *magno precio*. Editio Princeps, *pondo* CCCC. *magno practio* (fortasse pro *praetio*) Pejora vulgarunt Aleriensis Antistes (*g*), & Beroaldus (*h*) edentes *per annos X. pedum* CCCC. *in magno precio*. Vocem *pedum* omnino absurdam adoptarunt Landinus, & Brucioius, receperuntque subsecuti typographi (*i*), atque Alexander Benedictus (*k*): puto, ne Hermolao Barbaro accederet, qui ex vetustis codicibus restituerat *per annos decem sestertiis* CCCC *immani precio*, unde miror Bartholomaeum a Portesio, qui Plinium ex Barbari

(a) 1472. 1480. 1483. 1491. 1496. (b) *Cit. edit.* (c) *Lib. XXXI.* 3.
(d) *Tom. I. lib. V. pag.* 151. (e) *Tom. I. ed. VII. Plin. lib. pag.* 226. (f) *Tom. I. pag.* 661.
(g) 1470. 1472. *&c.* (h) 1476. *&c.* (i) 1483. 1491. (k) 1507.

Ex Harduin. VIII. pag. 658.

Ex omnibus autem maxime cognomine insignis est Callimachus, semper calumniator sui, nec finem habens diligentiae, ob id Cacizotechnos appellatus, memorabili exemplo adhibendi curae modum. Hujus sunt saltantes Lacaenae, emendatum opus, sed in quo gratiam omnem diligentia abstulerit. Hunc quidam & pictorem fuisse tradunt. Non aere captus, nec arte, unam solummodo Zenonis statuam Cypria in expeditione non vendidit Cato, sed quia Philosophi erat, ut

Ex nostrâ recensione.

Ex omnibus autem maximè cognomine est insignis Callimachus, semper calumniator sui, nec finem habentis diligentiâ [1]*: ob id Cacotexitechnus* [2] *appellatus, memorabili exemplo* [3] *adhibendi curae modum: hujus sunt saltantes Lacaenae, emendatum opus, sed in quo gratiam omnem diligentia abstulerit. Hunc quidam* [4] *& pictorem fuisse tradunt. Non aere captus, nec arte unam solummodo Zenonis statuam Cypriâ in expeditione* [5] *non vendidit Cato, sed quia Philosophi erat; ut*

ANNOTATIONES.

ri castigationibus cudere profitetur, vocem *pedum* ingessisse (*a*). Castigationem Hermolai receperunt Palmarius (*b*), & Parisienses typographi (*c*). Gelenius, Manutius, Dalecampius *per annos decem H·S.* CCCC *manipretio*. Haec meliora videntur. Notis tamen CCCC superinducenda est lineola, ne cum Italo auctore, qui Pictorum nomina & labores perstringit, quatuor centenos sestertios intelligas (*d*); quando sestertiorum quadringenties centena millia designantur. In errorem fortassis incautum adduxit Ludovicus Dominicus, qui apud Plinium CCCC sestertios vulgavit. Subducto Itali interpretis errore, fortassis quae in antiquis leguntur *immani precio* non erant amovenda.

(1) *Nec finem habentis diligentiâ*. Haec Venetae Principis lectio, eodem, si non meliori, jure ac vulgata incedit. *Calumniator sui*, atque operibus nunquam ob nimiam diligentiam *finem habentis*. Vtrumque Plinius felicissimè, & mirandâ expressit brevitate.

(2) *Cacotexitechnus*. Iterum laudato Veneto exemplari adhaereo, nisi quia aspirationem *h* subduco, cum editum in Johannis Spirensis libro inveniam *cacothexitechnus*. Ab hâc scripturâ non multum abest Regius 2. codex, quamvis minùs rectè accusandi casu reddat *cacotexitechon;* ubi Harduinus „ κακοτεξίτεχνον *quod artem cor-* „ *rumpere videretur, nimia diligentia* „ Philander, vir Graecis & Latinis literis eruditus, cum Vitruvio manus admoveret: *cacotexitechnos* pariter in membranaceo Plinii codice invenit (*e*); idque ante nos Sylburgius (*f*), & Dalecampius (*g*) adnotarunt. Barbarus veterem lectionem asserit esse *texitechnos* „ hoc est (*ut ipse inquit vo-* „ *ce nescio an satis latinâ*) labefactator artis, quoniam „ videlicet calumniator sui esset ----- nec finem diligen- „ tiae haberet „. Legimus apud Pausaniam, tum ex Sylburgii (*h*), tum ex Kuhnii (*i*) recensione Callimachum, etsi multùm inter summos artifices positum, solertiâ tamen caeteris longè praestitisse, cum primus lapides terebraverit: nomen verò κακιζότεχνον, quasi dicas artis suae calumniatorem, aut sibi ipsum imposuisse, aut ab aliis impositum usurpasse. Quare si per synonymiam in idem collineant *cacotexitechnos*, *texitechnos*, *cacizotechnos*: priorem vocem apud Plinium non inverto, cum de ultimâ certi non simus apud Pausaniam, ubi τεξίτεχνον legere videntur Hermolaus, & Dalecampius. Longè ab utroque differt Vitruvius, qui Callimachum ab Atheniensibus propter subtilitatem & elegantiam artis marmoreae *catatechnon* fuisse nominatum asserit (*k*): quod artificum Principi responder, ut rectè Caesarianus, sive Bonus Maurus, & Benedictus Jovius (*l*), Durantinus (*m*), & recentiores etiam interpretes (*n*) reddiderunt. Quà in re putarem meliora Plinium, atque Pausaniam nobis dedisse, quàm Vitruvium. Certè Plinii, & Pausaniae sententiae facili negocio invicem conveniunt, sive Johannis Spirensis editioni subscribas, sive Aleriensi Episcopo (*o*), & subsecutis typographis, qui apud Plinium legunt *cacizotechnos*.

Vbi verò hanc vocem cum Daniele Barbaro apud Vitruvium quoque reciperes, non differret a Plinio, & Pausaniâ. Putat Romani Architecti Venetus interpres Cacizotechnon fuisse dictum eo quia elaborata opera semper frangebat: addit tamen, quòd alii *Lixitechnon* legerent, *perchè sottilmente poliva le cose dell' arte sua, e forse quadra meglio a Vitruvio* (*p*).

(3) *Memorabili exemplo*. Ita meliùs cum editione Principe, & Sylburgio (*q*), quàm ab aliis receptum *memorabilis exemplo* (*r*), quamvis a subsecutis typographis, Gelenio, Manutio, & Dalecampio adoptatum. Gaudeo hâc in re nobis Pintiani suffragium accedere; cui tamen in reliquis minimè subscribam, ubi non *emendatum*, sed potiùs *commendatum opus* aptiùs legendum credit. Vt ingeniosissimè a Plinio dicta intelligamus, Statuariae penetralia intrare oportet; indeque gratiae omnes ex nimiâ diligentiâ in opere emendato sublatae emergunt, ex eo quia Callimachus arti etiam in minimis inserviebat: contra summi auctores quandoque artem sibi minorem magnis ausibus ostendunt.

(4) *Quidam*. Veneta editio *quidem*. Vitruvius, & Pausanias nihil addunt, unde Pictorem fuisse constet. Memoratus auctor, qui italicum syllabum conflavit, Pictorem & Statuarium ex Plinio affirmat (*s*). Hujusmodi Plinius ex Graecorum auctoritate comparavit; editionis Principis lectio ab aliis antiquis typographis recipitur (*t*), ubi *quem quidem*.

(5) *Cipriâ in expeditione*. Spirensis exemplar*: nec arte una tantum Zenonis statuam cypria expeditione*. Vbi legas *unam*, reliqua recipi possunt. Episcopus Aleriensis, & Beroaldus *cypriam statuam in expeditione*.

(a) 1496. (b) *Vid. edit.* 1497. 1499. 1519. (c) 1526.
(d) *Vide* l' Abecedario Pittorico *in voce* Zenodoro. (e) *Vitruv. lib. IV.* 1.
(f) *Ad Pausan. lib. I. pag.* 583. *edition. an.* 1583. (g) *Vid. edit. Hack. tom. III. pag.* 523.
(h) *Lib. I. pag.* 23. (i) *Lib. I. pag.* 63. (k) *Lib. IV.* 1. Catatechnos fuerat nominatus.
(l) *Consule Versionem Italicam Comi editam an.* 1521. (m) *Vide vocum interpret. praepositam version. editam an.* 1535.
(n) *Vid. Vitruv. cit. loco* Perrault. *pag.* 108., *&* *Berar. Galian. pag.* 130. *&* 131.
(o) 1470. 1472. 1476. 1479. 1480. (p) *Vid. Vitruv. lib. IV. cap. I.* (q) *Cit. pag.* 385.
(r) 1470. 1472. 1476. 1480. *&c.* (s) Abecedario Pittorico *pag.* 10.
(t) 1470. 1472. 1476. 1479. 1480. 1483. 1491. 1496.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
ut obiter hoc quoque noſcatur tam inane exemplum.	*ut obiter hoc quoque noſcatur tam inane* [1] *exemplum in mentione ſtatuarum.*
Ex Harduin. VIII. pag. 659.	
In mentione ſtatuarum eſt & una non praetereunda, licet auctoris incerti, juxta Roſtra, Herculis tunicati, Eleo habitu, Romae, torva facie, ſentienteque ſuprema in tunica.	*Eſt & una* [2] *non praetereunda (quamquam auctores* [3] *incerti) juxta roſtra Herculis tunicati ſolo habitu* [4] *Romae* [5], *torvâ facie, ſentienteque* [6] *ſuprema in tunicâ* [7].

AD XXXV. LIBRVM

Ex Harduin. II. pag. 679. & 680.	
Aliae foris & circa limina domitarum gen-	*Aliae foris* [8], *& circa limina animorum in-*

ANNOTATIONES.

(1) *Tam inane*. Pintianus e contrario ſubſtituendum cenſebat *tam inſigne exemplum*. Putarem Plinium *tam inane* ſcripſiſſe, eo quà nec materiâ, nec operis artificio impulſus Cato Minor, Zenonis ſtatuam unicè Romam duxerit, ut Philoſophum veneraretur, cujus memoriae, imò Graecis omnibus, Proavus Cato infenſiſſimus fuerat, ut ſemper Italiâ pellendos clamitaret: quae cum Plinius recenſeret, magis mirabatur ejus Pronepotem, unum ex tribunatu militum Philoſophum, alterum ex Cypriâ legatione reportaſſe (*a*). Illud etiam *inane* ſequentia attingit *in mentione ſtatuarum*; quae ex laudatâ editione iis connecto, faventibus itidem Ambroſianae codicibus. Dalecampius in V. etiam *humanum exemplum* inveniri teſtatur, quâ de re ipſe rogetur.

(2) *Eſt & una*. Hiſce verbis novae lectionis, ſive periodi, initium conſtituunt Ambroſiani codices, nec differre videntur antiqui typographi.

(3) *Quamquam auctores incerti*. Laudati codices, & Princeps editio; mihique magis Plinii indolem videtur ſapere, quàm poſtea vulgatum *licet auctoris incerti* (*b*).

(4) *Solo habitu*. Ita ſecundum Ambroſianum exemplar, & Princeps editio; ſenſuſque erit, quòd in hâc ſtatuâ Herculis tunicati ſolus habitus cerneretur demptis reliquis ad illum ſpectantibus, nempe clavâ, Leoninâ pelle &c. Poſtea vulgatum fuit *Eleo habitu*, tanquam ad Elidem Peloponneſi urbem ſpectante; idque ex Alerienſis Epiſcopi editione effluxit. Pintianus in ſuo veteri libro non *eleo habitu*, ſed *ſoleo habitu* inveniens, fortaſſis pro *ſoleo habitu* legendum *ſoleati* conjecit. Nicolaus Heinſius *Oetaeo habitu* recipiens aſſentiri fatetur Magno Turnebo, ſic refingenti pro *Eleo habitu*; & rectè id adjectum teſtatur, ne de Omphales tunicâ quis fortè caperet, quam apud Jones Hercules induerat (*c*). Harduinus *Eleo* retinens, in Mſs. *ſoleo* inveniri faſſus, haec addit „ Turnebus ---- legit *Oetaeo habitu*, nempe tunica illa molesta, quae tabe veneni imbuta, viſceribus ejus inhaeſit, tantoſque cruciatus excitavit, ut in ardentem pyram conjicere ſe maluerit, quam acerbum dolorem perferre diutius „.
Vt gradatim incedamus, fatendum & Nos in I. Ambroſiano inveniſſe *ſuleo*, quam ignotam dictionem in variantibus quoque adnotavit Alexander Benedictus (*d*). Hanc igitur emendandam, uti lectionem *oleo habitu*, a Pariſienſibus typographis inductam (*e*), cenſerem. Pintiani conjecturam non reciperem, cum nulla adſit cauſa, ut Herculem ſoleatum faciamus. Malè etiam ſonaret *Herculis tunicati ſoleati*. Vt Hercules Eleo, vel Oetaeo habitu deſcribatur, nulla pariter urget ratio; neque a membranis (quòd ſciam) haec reſtitutio juvatur. Contra nos codices habemus, ubi *ſolo habitu*, atque ex corrupto *ſuleo*, aut *ſoleo*, unâ demptâ literulâ, *ſolo* emergit; quod optimè Herculi adaptatur, ut etiam paucis ab hinc verſibus oſtendere conabimur.

(5) *Romae*. Hanc vocem adulterinam ſuſpicatur Pintianus: cum in omnibus appareat libris, illam de medio tollere non audeo. Videtur ſaltem e ſuo loco abducta; & fortaſſe commodiùs legeretur. *Eſt & una non praetereunda (quamquam auctores incerti) Romae juxta roſtra Herculis tunicati ſolo habitu, torvâ facie, ſentienteque ſuprema in tunicâ.*

(6) *Sentienteque*. Neſcio, cur Dalecampius legendum *ſaeviente* admonuerit, quando Plinio nihil uſitatius quàm ſentire aegritudinem, dolores, cruciatus. Legimus ultimo libro (*f*) *invidiâ animalis mori ſe ſentientis*. Meliora ſequentibus ad Plinium illuſtrandum attulit Cadomenſis medicus „ non temere fuit Hercules ita formatus, apud „ Athenaeum lib. 12. Steſichorus Himeraeus primus „ omnium clavam, leonis pellem, arcum tribuit Herculi: Xanthus vero Steſichoro vetuſtior, è cujus verſibus in opus ſuum multa Steſichorus tranſtulit, habitu Homerico, nempe priſcorum Heroum depinxit. „ Qua figura à ſtatuario illo tunicatus, & Eleo cultu „ repraeſentatus fuerat. Turnebus legit *Oetaeo*: nempe „ tunica illa moleſta, quae tabe veneni imbuta viſceribus ejus inhaeſit, tantoſque cruciatus excitavit, ut „ in ardentem pyram conjicere ſe maluerit, quam acerbum dolorem perferre diutius „. Triplici ex cauſâ integram Dalecampii animadverſionem exſcripſi. *Prima* quòd ex allatis conjicies egregiè tueri Plinii dicta *ſolo habitu*, cum reliqua Herculi tributa ornamenta ignotus Statuarius rejeciſſet. *Secunda*, ut illuſtris Medicus debitâ eruditionis candoriſque laude minimè fraudaretur. *Tertia*, ut Harduinum coarguerem, qui hujuſmodi a Dalecampio primùm deſumens, ad Turnebum unicè provocavit.

(7) *Suprema in tunicâ*. Optimè Harduinus *ſentiente*, inquit, *in ea tunica ſupremum finem*. Haec lectio eſt utriuſque Ambroſiani exemplaris, & communior (*g*): editio Princeps *ſentientique ſuprema tunica*. Illud *ſentientique* etiam habent Ambroſianae membranae, unde fortaſſis

(a) *Lib. VII.* 30. (b) 1470. 1472. (c) *Adverſ. lib. II.* 12. *pag.* 301.
(d) *Vid. edit. Venet. ann.* 1507. *fol.*252. *B.* (e) *Conſul. edit. ann.* 1526. *fol.* CCCCLXXXII.
(f) *Vid. Harduin. pag.* 789. & 790. (g) 1470. 1476. 1480.

Ex Harduin.

gentium imagines erant, affixis hostium spoliis, quae nec emptori refigere liceret: triumphabantque etiam dominis mutatis ipsae domus: & erat haec stimulatio ingens, exprobrantibus tectis, quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum. Extat Messalae Oratoris indignatio, qua prohibuit inferi genti suae Levinorum alienam imaginem

Ex nostrâ recensione.

ingentium [1] *imagines erant affixis hostium spoliis, quae nec emptori refigere* [2] *liceret; triumphabantque etiam dominis mutatis & ipsae domus* [3]*: & erat haec stimulatio ingens* [4] *exprobrantibus tectis cotidie* [5] *imbellem dominum intrare in alienum triumphum. Extat Messallae* [6] *Oratoris indignatio, quae* [7] *prohibuit inferi Genti suae Levinorum* [8] *alienam imaginem*

ANNOTATIONES.

tassis scribendum *sentientisque supreme in tunicâ*, tunc *sentientis* conveniet supradictir.

(8) *Foris*. Nempe in exteriore domûs parta. Haec Principis aditionis lectio asseclas habet Gelenium, Mannttium, Dalecampium; videturque scriptura Plinio magis conveniens. In aliis, qui Alerien. Episcopum, & Beroaldum sequuntur, legitur *in foribus* (a).

(1) *Animorum ingentium*. Hoc loco Johannis Spirensis exemplar emendo, ubi *animorum gentium*. Favent reliqui codices, & vetusti typographi, apud quos invenies *animorum ingentium* (b). Pintianus primùm conjecerat scribendum, non *animorum ingentium*, sed *majorum gentium* ax Livio, qui ait Senatum divisum fuisse in *majores & minores gentes*; additque codicem antiquum habere *gentium*, non *ingentium*. In aliam postea abiit sententiam, restituendumque monet *alienarum gentium*, cum sequatur confestim *exprobrantibus tectis cotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum*. Ex illustrandis Plinii dictis constabit utrumque tentamentum (ni fallor) improbandum; nam ax eo ipso quòd tecta imbelli novoque domino alienos triumphos objiciebant: non majorum, nec alienarum gentium dicendae erant imagines eo tempore, quo Noster triumphantem, & primigenium Aadinm dominum indigitat.

Gronovius memoratis Pintiani conjecturis, recensitis Chifflετiani exemplaria vestigiis *minorum gentium* (quod improbat Dalecampius): profert Academici, Menapiani, & Gudiani scripturam *amicorum gentium erant imagines*: Vossiani *aminorum gentium imagines erat*. Inde restituit: *domitarum gentium imagines erant adfixis hostium spoliis* (c).

Harduinus in Regin 2. *amitorum gentium*; in Colbertino 3. *damicorum* inveniens: haud dubiâ conjecturâ *domitarum* fecisse gloriatur. Rem Livii auctoritare, & Suetonii testimonio utitur comprobare, quae omnia cum antea collegisset Gronovius; id ab illo quoque visum affirmat (d).

Haec omnia, quamvis a doctissimis viris prolata, minùs placant multiplici argumento. Primo loco *domitarum gentium* dictiones in nullo codice apparent. Contra *animorum ingentium imagines* nitent in Aleriensi, & Theodori Gazae exemplaribus; atque in Landini, Barbari, Palmarii, Benedicti, & Gelenii editionibus. Ita etiam in aliis Dalecampio notis membranis (ubi Chiffletianas excipiamus) extitisse possumus conjicere. Haec scriptura Venetae Principi magis convenit, quàm *domitarum gentium*; cum inibi additis literis *in*, dictiones *animorum ingentium* emergant. Livii exempla non profectò domitis gentibus, sed hostilibus spoliis adaptanda (e): *Quorum domos spoliis hostium affixis insignes inter alias feceritis*: item (f): *qui spolia ex hoste fixa domi haberent*, demum (g): *caetera spolia ---- fixuras in postibus suis*.

Cohaeret Suetonius in Nerone (h) *Domus priscorum ducum arserunt hostilibus adhuc spoliis adornatae*. Ne verbum quidem in quadruplici exemplo de victarum gentium imaginibus invenio. Secundo loco ubi Plinius *domitarum gentium* scripsisset, non adderet *affixis* HOSTIUM *spoliis*, sed breviùs *affixis spoliis*, vel *affixis earum spoliis*; cum sequentia, *quae non refigere*, spoliis unicè, non imaginibus conveniant. Tertio nunquam intelligam, quo pacto reddendae essent domitarum gentium imagines. Num circa limina unà cum gentiliciis tantorum hostium figurae congerendae? Potiùs igitur domitorum Regum, vel Ducum, quàm domitarum gentium imagines reciperem. Sed missa haec faciamus, redeantque ingentium animorum, nempe Imperatorum in Romanâ Republicâ inprimis illustrium imagines affixis hostium spoliis condecoratae. id unicè meminisse oportet ingentes animos pro celeberrimis viris dixisse, cum sententia differat a paullò ante recitatis: *quoniam animorum imagines non sunt, negliguntur etiam corporum*. Hoc loco ingentes animi, erunt Duces fortissimi eâdem ratione, quâ alibi Sulpicium Gallum, Thaletem, & Hipparcum viros *ingentes, supraque mortalium naturam* appellavit (i).

(2) *Refigere*. Cum editione Principe Vossianus codex alii que; avellere nempe, vel detrahere, ut ritè Gronovius interpretatur. Aleriensis, & Beroaldus *refingere*. Gelenius, Dalecampius, Pintianus *refringere* minùs ad rem eodem Gronovio docente, ubi Pintiani lectionem damnavit.

(3) *Et ipsae domus*. Particula & a Johanne Spirense allata sententiae acumen adauget.

(4) *Ingens*. In Aleriensis Episcopi, & traducibus impressionibus legitur *summa & ingens*, minùs rectè.

(5) *Cotidie*. Ita rectissimè scribi monuimus adjectis auctoritatibus ad Plinii praefationem (k). Adde Pintiani codices, & testimonium. Editio Princeps, atque veteres typographi reddunt *quottidie* hoc loco.

(6) *Messallae*. Consule, quae de hoc cognomine supra vulgavimus (l). Codices Romani, Parmensis, Hermolai Barbari, Alexandri Benedicti, Parisienses typographi nobis conveniunt. Alii cum editione Principe *Messalae*. Harduinus huic Valerii praenomen fuisse scribit quando Gentis dicere par erat (m).

(7) *Quae*. Editio Princeps, & vetustiores omnes librarii. Innuit Plinius Messallae Oratoris opusculum, cui titulum fecerat *indignatio*; ideoque addit, *quae prohibuit*. Manet adhuc apud Italos similis loquendi forma: exempli causâ. *Il tale testamento, che proibisce &c.*

(8) *Levinorum*. In editione Principe *bleminorum*, in aliis antiquioribus Plinii exemplaribus perperam legitur *blevinorum*. Hermolaus Barbarus in secundis castigationibus. *Quid si non blevinorum*, ait, (n) *sed Levinorum scri-*

(a) 1470. 1472. 1476. 1479. 1480. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519. 1526.
(b) 1470. 1472. 1476. 1480. &c. (c) *Tom. III. edit. Hack. pag.* 830.
(d) *Tom. II. pag.* 721. (e) *Lib. X.* (f) *Lib. XXIII.* (g) *Lib. XXXVIII.*
(h) *Cap. XXXVIII.* (i) *Lib. II.* 12. (k) *Tom. I. lib. VIII. pag.* 268. *num.* 1.
(l) *Pag.* 160. *num.* 6. (m) *In indice auctor. Plin. tom. I. pag.* 37. (n) *Vid. castigat. secund.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione:
nem. Similis causa Messalae seni expressit volumina illa, quae de familiis condidit, cum Scipionis Pomponiani transisset atrium, vidissetque adoptione testamentaria Salutiones (hoc enim ei fuerat	*nem: Similis caussa Messallae seni* [1] *expressit alia illa volumina* [2], *quae de familiis condidit, cum Scipionis Africani* [3] *transisset atrium, vidissetque adoptione testamentariâ Salvitonis* [4] (*hoc enim fuerat*

ANNOTATIONES.

scribatur: cum ex hac familia M. Valerium Levinum parum prospere adversus Pyrrhum pugnasse constet. Putarem Hermolaum virum integerrimum Christophori Landini versiones, & praesertim Venetiis editas anno 1476. & 1481. minimè attigisse, cum prima restitutionis laus Italo interpreti sit concedenda; Levinorumque cognomen patrio idiomate reddiderit, ut post eum quoque faciunt Bruciolus (*a*), atque Dominicus (*b*), quamvis in Veneto exemplari anni 1580. perperam typographico vitio irrepserit *Livini* (*c*).

(1) *Messallae seni*. Senex a Plinio dicitur etiam in auctorum syllabo, ut ab Oratore secernatur. De hoc consule Harduinum in Plinianorum auctorum indice (*d*).

(2) *Alia illa volumina*. Haec scriptura Venetae Principis, caeteris praehabenda. Nisi enim de novo opere ageretur, redundaret *illa*, Pliniusque scripsisset *expressit volumina*. Addidit igitur prioribus novos libros de familiis, eo quia pertransiens Atrium Scipionis Africani adoptionem testamentariam Salvitonis vidisset.

(3) *Scipionis Africani*. Nempe Majoris, qui teste Cornelio Nepote principatum in civitate obtinuerat (*e*). Johannes Aleriensis Episcopus edidit *Scipionis Pomponiani*; atque ita etiam in suis codicibus invenit Landinus; ita vulgavit Beroaldus, & post illum plerique. Adnotavit subinde Hermolaus, quòd codices suppeterent, in quibus non Pomponiani, sed Africani scriptum esset; additque *Pomponiam certè Scipionis matrem fuisse legimus*. Hoc ultimum ad rem non facit, nam certè constat Publium Cornelium Scipionem Africanum, nusquam Pomponiani cognomen, quamvis Pomponiâ matre natum gestasse (*f*).

Gronovius, qui Hermolai dicta ob oculos habuit, Vossianum, Gudianum, Academicum, Menapianum Aleriensis exemplaribus suffragari affirmat (*g*). Harduinus *Pomponiani* cognomen in Regio 2., Colbertino 3., caeterisque agnoscit, uti in Parmensi editione, aliisque Hermolao vetustioribus, & cur id vocabuli in *Africani* postea immutaverint, incertum asserit (*h*). Omni jure exclamaret (& fortasse id agit) David Durandus piaculum esse, quòd adeò neglecta fuerit editio Princeps a recentioribus Plinii interpretibus. Legimus enim apud Johannem Spirensem *Scipionis Aphrycani*, ubi unicè literam *y* emendabis, cum in veteribus membranis passim *Aphrica*, & *Aphricanus* inveniatur. Ad hanc impressionem minimè provocat Hermolaus; idque etiam probat diversa a communiore cognominis scriptione: satis igitur constat, quòd non ab uno exemplari *Africani* appellatio, ceu postliminio, veniat restituenda. Quae cum ad virum fortissimum, atque magnificentissimum spectet; illam cum editione Principe, Gelenio, Manutio, Dalecampio, aliisque recipio. Quâ enim ratione Scipionem Pomponianum omnibus ignotum (quique ni fallor nunquam extitit) Atrii conditorem faciemus?

Harduinus id cognominis Scipioni obvenisse affirmat a Pomponio homine praediviti, cujus filiam in uxorem duxisset (*i*). Sed gratis omnino, cum neque Scipio Africanus, neque illius genitos. Cornelius Scipio, Pomponiani cognomen usurpaverit.

(4) *Salvitonis*. Conveniunt in hoc cognomine editio Princeps, Aleriensis Episcopus, Beroaldus, Landinus, Palmarius, Benedictus. Ita in Menapiano, & Gudiano scribi monet Gronovius; additque modicâ differentiâ in Vossiano legi *Salvittonis*. Hermolaus Barbarus *Salutionis* induxit, ex restitutione ad VII. Plinii, ubi *legendum*, ait, *Salutio mimus non Salunto mimus ex Plutarcho in Caesare, aut Saluitio ex Tranquillo. Plinius libro* XXXV. *Saluntonem vocat eum, sed & ea librariorum culpa fuerit*. Post Barbarum *Salutionis* appellationem induxit exemplar ex illius castigationibus impressum (*k*), Gelenius, Manutius, Dalecampius. Haec Pintianus exornans Scipionem haeredem factum eâ lege affirmat, ut Salutionis hominis praedivitis cognomen testamento acciperet. Quendam insuper ex Scipionibus Salutionem cognominatum fuisse, quòd Salutioni mimo corporis figurâ simillimus esset, ab ipsomet Plinio traditum adnotavit (*l*). Denique Suetonii locum attulit, acta Julii Caesaris referentis, cum ad eludendas vaticinationes, quibus ferebatur nomen Scipionum in Hispaniâ invictum: despectatissimum quendam e gente Corneliorum secum habuit in castris, cui ob vitae opprobrium Salutionis cognomen erat (*m*).

Gronovius Pintiani dicta ob oculos habens (qui locum *insanabiliter* depravatum indolebat) contrariam de adoptione fecit conjecturam „ Possis, *inquit*, accipere Pom„ ponium quendam adoptatum a Cornelio illo, cui ad „ *opprobrium vitae Salutioni cognomen erat*, teste Sueto„ nio, Julio cap. 59. Caeterum ibi quoque scripti qui„ dam *Saluitoni*, & *Saluitioni*. Plinius lib. 7. 12. *Ejus„ dem familiae Scipioni post eum cognomen Salutio mimus „ dedit*. Acad. hic quoque *Salvicio*. Men. & Gud. *Sal„ vitto*, omnesque *nomen* „. Post haec legendum jussit *Salpittonis* a Salpittis, sive alapis, quibus os mimi praebebant.

Harduinus ad VII. Plinii librum, in Regio 1. & 2. Colbertino 1. & 2. ac Parisiensi *Saluitto*, vel *Salvitio* invenit: dubitavit utrum *Salacio* legeret; cum in Dione extaret Σαλούιττωνα (*n*), & magis in Plutarcho Σαλουτίων, nihil immutavit; *haec*, addens (*o*), *auctorum Graecorum testimonia Gronovius si vidisset, non fixisset crucem ipse sibi, ut tandem portentosum nescio quod* Salpittonis *vocabulum, ab hoc certè loco alienum obtruderet*.

Ad haec omnia repono. Legi in editione Principe libro VII. *familiae Scipionum ---- nomen Salvito mimus dedit*, unde si ad hanc Barbarus provocasset, diversa a vulgatis per Alerien. (ubi *Salunto*) inveniebat. Suetonii auctoritas de Cornelii illius cognomine in Caesarianis Castris degente incerta, & parum Plinianae sententiae conveniens. Ipse Hermolaus apud Suetonium legit *Saluitioni*; atque in quibusdam scriptis *Saluitoni*, & *Saluitioni* occurrere fatetur Gronovius. Quare, sive *Salutioni* cum plerisque, sive *Salvitoni* cum membranis legas apud Tranquillum: huic cognomen non ex adoptione testamen-

(a) *Ann.* 1543. *pag. DCCCLIII.* (b) *In edit. ann.* 1561. *pag.* 1085.
(c) *Ann.* 1580. *pag.* 1085. (d) *Tom. I. pag.* 62. (e) *In vitâ M. Por. Caton. pag.* 357. *edit. ann.* 1704.
(f) *Vide Plutarch. in Scipione.* (g) *Tom. III. edit. Hackior. pag.* 830. (h) *Tom. II. pag.* 721.
(i) *Tom. II. pag.* 680. (k) 1496. 1519. (l) *Lib. VII.* 12.
(m) *Vid. Plin. Hack. tom. II. pag.* 554. (n) *Lib. XLII.*
(o) *Emendat. ad lib. VII. num. XLV. pag.* 423.

Ex Harduin.

rat cognomen,) Africanorum dedecore irrepentes Scipionum nomini. Sed pace Meſſalarum dixiſſe liceat: etiam mentiri clarorum imagines, erat aliquis virtutum amor: multoque honeſtius, quam mereri, ne quis ſuas expeteret.

Non eſt praetereundum & noviſſimum inventum. Siquidem non ſolum ex auro argentove, aut certe ex aere in Bibliothecis dicantur illi, quorum immortales animae in locis iiſdem loquuntur: quin immo etiam quae non ſunt, finguntur, pariuntque deſideria non traditi vultus, ſicut in Homero evenit.

Quo majus (ut equidem arbitror) nullum eſt felicitatis ſpecimen, quam ſemper omnes ſcire cupere, qualis fuerit aliquis. Aſinii Pollionis hoc Romae inventum, qui primus Bibliothecam dicando, ingenia hominum rem publicam fecit.

Ex Harduin. IV. pag. 682.

VII. Apud Romanos quoque honos ma-

Ex noſtrâ recenſione.

rat cognomen) [1] *Africanorum dĕcore* [2], *irrumpente* [3] *Scipionum nomini* [4]. *Sed pace Meſſallarum dixiſſe liceat, & mentiri clarorum imagines erat aliquis virtutum amor, multoque honeſtius quàm mereri, ne quis ſuas expeteret.*

Non eſt praetereundum & novitium inventum: ſiquidem non ſolùm [5] *ex auro argentove, aut certè ex aere in bibliothecis dicantur illi* [6], *quorum immortales animae in locis iiſdem loquuntur: quin etiam* [7] *quae non ſunt finguntur; pariuntque deſideria non traditos vultus* [8]: *ſicut in Homero evenit: quo magis* [9], *ut equidem arbitror, nullum eſt felicitatis ſpecimen, quàm ſemper omnes ſcire cupere, qualis fuerit aliquis. Aſinii Pollionis hoc Romae inventum, qui* [10] *primus bibliothecam dicando ingenia hominum rem publicam fecit* [11].

Apud Romanos quoque honos matu-

ANNOTATIONES.

mentariâ, ſed ob vitae opprobrium ceſſiſſe in Caeſaris vitâ deſcribitur (*a*). Obiter in Pintiano emendabis, Caeſarem non in Hiſpaniâ, ſed in Africâ ſecum in Caſtris Cornelium Salvitonem duxiſſe; qui fortaſſis alium adoptans opprobrioſam appellationem propagavit. Quae de Salpittis excogitavit Gronovius verè extra chorum ingeruntur. Orthographiae diſcordia inter Dionem (apud quem *Salattona*) atque Plutarchum (ubi *Salloution*) non ſinit, ut ab antiquiſſimâ Plinii ſcripturâ diſcedam; ubi verò *Salutionis* legere cupias, non obſiſtam, cum id etiam defendi poſſit. Cur plures fecerit *Salutiones* Harduinus, in emendationibus aſſerit Mſſ. a ſe laudatos ſequi (*b*). Adoptet lector, quae meliora judicabit.

(1) *Cognomen*. Cum Plinius cognomen id fuiſſe dicat, videtur ſupra rectiùs ſtare *Salvitonis*, vel *Salutionis*, quàm noviſſimè ab Harduino inductos *Salutiones*. Gronovius neſcire aſſerit Mſſ. pronomen *ei*, & pariter neſcire vocem *notam*. In Voſſiano occurrit: *Africanorum dedecori irrepente Scipionum nomini*. In Menapiano, Gudiano, & Academico *Africanorum dedecore irrepente*. Vnde Gronovius conjecit: *vidiſſetque adoptione teſtamentaria Salpittonis (hoc enim fuerat cognomen Africanorum dedecori) irrepentes Scipionum nomini*. Harduinus *irrepentes* ſubſtituens, vocem *notam* a Mſſ. abeſſe, & in iis caeteroquin teſtatur legi *irrepente Scipionum nomini*.
Praenomen *ei* cum membranis ignorat editio Princeps, quòd recipit Alerienſis Antiſtes, & Beroaldus; id pariter de voce *notam* affirmabis.

(2) *Africanorum dedecore*. Vtrumque Scipionem Majorem, & Sequentem innuit, unde etiam atrium Scipionis Africani non, Pomponiani fuiſſe colligerem.

(3) *Irrumpente*. Non diſcedo ab editione Principe, cum Meſſalla Senex vidiſſet adoptione teſtamentariâ irrumpente Salvitonis cognomen, idque Scipionibus magno eſſet dedecore. Mare, Euphratem, in terras irrumpere, nempe ſeſe intrudere, frequenter Plinius uſurpat.

(4) *Nomini*. Editio Princeps *nominis*. Caeterum Plinius hoc loco nomen pro cognomine poſuit, eâ ex cauſâ, quòd Cornelii ſemper Scipionis cognomen gentilicio nomini addiderint. Rigidè enim loquendo, Grammatici *Scipionum cognomini* ſcribendum juſſiſſent.

(5) *Non ſolùm*. Deeſt *ſolùm* in editione Principe; idque ex amanuenſis incuriâ accidiſſe credendum, cum particula ſenſui neceſſaria evadat.

(6) *Illi*. Memorata editio Princeps *illis*.

(7) *Quin etiam*. Sequor Johannem Spirenſem, cum adverbium *imò*, minimè neceſſarium ſit, & fortaſſe redundet.

(8) *Non traditos vultus*. Iterum editioni Principi adhaereo, cum magis Pliniana & argutior videatur ſententia, quòd deſideria pariant non traditos vultus; quàm non traditi vultus deſideria. Videtur tamen modus in iis adhibendus; neque arbitrario a Neotericis poſt longiſſimum temporis intervallum illuſtrium virorum non traditi vultus ſunt fingendi, ut agit Sandratus, qui Zeuxidis, Apellis, Polygnoti, & celebriorum Graecorum artificum imagines eâ reddit ſecuritate, quaſi omnes ex archetypis accepiſſet.

(9) *Quo magis*. Laudata Spirenſis editio.

(10) *Qui*. In Spirenſis exemplari *quoniam primus*.

(11) *Rem publicam fecit*. Sequor Alerienſis Epiſcopi, Beroal-

(a) *Suet. in Caeſ. LIX.* (b) *Tom. II. emendat. III. pag.* 721.

Ex Harduin.

mature huic arti contigit. Siquidem cognomina ex ea Pictorum traxerunt Fabii clarissimae gentis, princepsque ejus, cognominis ipse, aedem Salutis pinxit anno Urbis conditae CCCCL. quae pictura duravit ad nostram memoriam, aede Claudii principatu exusta. Proxime celebrata est, in Foro boario aede Herculis, Pacuvii poëtae pictura. Ennii sorore genitus hic fuit: clarioremque eam artem Romae fecit gloria scenae: postea non est spectata honestis manibus: nisi forte quis Turpilium Equitem Romanum e Vene-

Ex nostrâ recensione.

turè [1] *huic arti contigit, siquidem cognomina ex eâ Pictorum traxerunt Fabii clarissimae gentis* [2], *princepsque ejus* [3], *cognominis ipse* [4] *aedem Salutis pinxit anno Vrbis Conditae CCCCL. quae pictura duravit ad nostram memoriam mediâ aede* [5] *Principatu Claudii exustâ. Proximè celebrata est in Foro Boario* [6], *aede Herculis, Pacuvii poëtae* [7] *pictura. Ennii sorore* [8] *genitus hic fuit, clarioremque eam artem Romae fecit gloriâ scenae. Postea non est spectata* [9] *honestis manibus, nisi forte quis Turpilium* [10] *Equitem Roma-*

ANNOTATIONES.

roaldi (*a*), & communiorem lectionem, quamvis Christophorus Aug. Heumannus similia invitissimâ minervâ latinâ edi non uno loco affirmaverit (*b*); quâ de causâ Lipsium, & Durandum Londinensem Theologum arguit. Primo loco credit Plinium scripsisse *ingenia horum*, unde librarii fecerint *ingenia hominum*: secundò imaginatur *dicare* minùs usitatam dictionem esse; sicque meliùs legendum statuit: *bibliothecam, dicando ingenia hominum, rempublicam fecit*. Haec refragantibus omnibus exemplaribus induxit. At primò quidem, ubinam Bibliothecae dedicationem, & dicare minùs latinè dici somniavit? Monuimus libri I. initio, quòd Plinius Caecilius bibliothecam apud municipes suos dicaturus: opus pulcherrimum additâ oratione magis magisque nobilitavit. Verba etiam opportunè ad hunc Naturalis historiae locum subjicit Harduinus: cur igitur illorum obliviscitur Heumannus? Inepta insuper & redundans, volita redderetur lectio, cum Pollionem bibliothecam publicasse satis constaret ex recitatis VII. libro. Elegantissimè igitur Plinius scripsit, quòd rempublicam ingenia hominum fecerit Pollio; cum eorum animae (nempe scripta) in locis iisdem loquerentur; unde, quae ob librorum raritatem atque impendium pauci attingebant; tunc ex tanti civis beneficio ab omnibus dignoscerentur. Quae scripserit ad hunc locum Durandus ignoro, cum illius operis desiderio tenear. Londinensem Theologum appellat Heumannus, eo quia Divi Martini apud Britannos aedituus.

Monendus obiter Lector, quòd in utroque Ambrosiano codice, atque in editione primigeniâ legitur: *ingenia hominum rem publice fecit*. Id minimè rejicio; sed minùs consona videtur scriptio a Dalecampio ex M. apposita ad oram libri *reipublicae dota*.

(1) *Maturè*. Velociter id significare tradit fons totius eruditionis Hermolaus Barbarus. Landinus, & Bruciolus difficultate (ut opinor) dictionis interpretandae moti, illam omittunt. Dominicus ritè aemulatur. Aleriens. Episc. ediderat *naturae* (*c*). Beroaldus ritè cum editione Principe *maturè* (*d*).

(2) *Clarissimae gentis*. Pintianus in suo apographo invenit *clarissima Gens*, quod idem.

(3) *Ejus*. Nempe Gentis.

(4) *Ipse*. Primus, qui Pictoris cognomen usurpavit.

(5) *Mediâ aede*. Lectio est editionis Principis, quae minimè displicet, cum aedem Salutis longè post Plinii tempora extitisse constet.

(6) *Boario*. Editio Princeps hoc loco. *Proximè celebrata est in foro aerii Herculis*: malè.

(7) *Pacuvii Poëtae*. Opus nempe peractum a Pacuvio celebri vate. Haec Plinius strictissimâ attingit brevitate. Si plura scire desideras, consule Junium, Sandratum, & Orlandum, qui omnium veterum artificum opera persequuntur.

(8) *Sorore*. Velim adnotares nusquam Plinium dixisse *ex fratre*, sive *ex sorore nepotem*, ut fratris, vel sororis filium innueret: id animadvertant, qui dictione minùs idoneâ utuntur, cum nepos ad avum, ideoque nullibi ad obliquas lineas pertineat. Ignorant similia Legulej, qui fori clamoribus assueti verborum significationem invertunt.

(9) *Spectata*. Inveniri etiam *tractata* in V. monet Dalecampius.

(10) *Turpilium*. In editione Principe (cujus exemplar possideo) Anonymus (Veronensis ut conjicio) voluminis olim dominus haec subjecit. *Hic Turpilius fuit Veronensis, cujus sepulcrum extat adhuc apud Balnea Calderiana, quae sunt prope civitatem octo mill. pass.*

Suspicor ad inscriptionem illam respicere, cujus initium, vel partem, ex Sarainâ affert Palermus (*e*), ampliorem vulgavit Gruterus (*f*), atque ex schedis Comitis Francisci Brembati emendatam in hanc speciem protulit Muratorius, Veronae ad Divi Proculi extantem (*g*).

RPILIO. Q. F. POB. Q. TVRPILIO . Q. F. POB.
NGO . IIII. VIR. I. D. AVO MACRO FRATRI.
TVRPILIA . Q. F. SECVNDA

Fortassis unus ex iis Turpiliis esse potuit a Plinio laudatus Turpiliae Secundae vel Pater, vel Avus, vel Frater. Caeterum cum mancum sit & truncatum elogium, & Parentis appellationes adfuisse tantùm colligamus: ad alios quoque Pictoris gentiles, vel successores, vel appellatione solùm convenientes potuit spectare. Tribus POBiliae nomen, & Quartumviri Juri dicundo officium TurPILIO LoNGO indicatum, illustrem Veronae Turpiliam Gentem fuisse ostendit; quae omnia Plinianis dictis respondent Turpilium Equitem Romanum innuenti.

[a] 1470. 1472. 1476. 1480. 1483. [b] *Poeciles tom. I. lib. III. pag. 436. Miscellan. Lipsiens. nova tom. I. par. I. pag.* 84. [c] 1470. 1472. [d] 1476. 1480. [e] *Lib. III. pag.* 127.
[f] *Pag. DCCCLII.* 9. [g] *Tom. II. pag. DCCLI.* 8.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
tia nostrae aetatis velit referre, hodieque pulcris ejus operibus Veronae extantibus. Laeva is manu pinxit, quod de	*num e Venetiâ nostrae aetatis* [1] *vellet referre* [2], *pulcris ejus operibus hodieque Veronae extantibus* [3]*: laevâ is manu pinxit, quod de*

ANNOTATIONES.

(1) *E Venetiâ nostrae aetatis*. Vt Plinium Veronensibus adscriberet illustris Scipio Marchio Maffejus rem novissimo argumento evincere opinatur, mutilatoque *aetatis* verbo inconcinnam Pliniani loci immutationem intentavit, ac *Turpilium Equitem Romanum e Venetiâ nostrâ* legit; idque per haec defendit (*a*) „ Ora una osservazione addurrò ancora, che per quanto a me ne pare, „ finisce di assicurar questo fatto. Dove narra Plinio, „ che la Pittura fu prima esercitata da persone illustri, „ ma da Pacuvio in giù non si vide mai piu in mani „ nobili, eccettuando un certo Turpilio del paese Ve„ neto, che fu Cavalier Romano, ed aveva dipinto con „ la man sinistra, così nelle stampe si legge „. *Nisi forte quis Turpilium Equitem Romanum e Venetia nostrae aetatis velit referre, hodieque ejus operibus Veronae extantibus* „ che viene a dire: se per avventura non voglia „ taluno addurre dalla Venezia Turpilio Cavalier Ro„ mano del nostro tempo, avendosi fino in oggi delle „ sue pitture in Verona. Ognun vede come ripugna „ il notar qui Plinio, che si conservassero fino allora „ lavori di persona pur allor vissuta, e che sarebbe un „ parlar ridicolo il dire *rimangono fino a questo tempo* „ *pitture di Turpilio uomo del nostro tempo*. Egli è però „ ben chiaro che la parola *aetatis* non c' entra, e ci fu „ malamente intrusa, di che non farà maraviglia chi „ sa cosa sian manuscritti. Non fa anche buon suono, „ nè molto Latino quella giacitura di parole *e Venetia* „ *nostrae aetatis*. Però indubitato parmi, che Plinio „ scrivesse così: *nisi forte quis Turpilium equitem Roma*„ *num e Venetia nostra velit referre*: con chè ne di Co„ mo, dove non arrivò la Venezia, si puo pretender „ piu, ne di Roma. Non questo solo passo ho osser„ vato in Plinio, dove la impropria giacitura delle pa„ role fa la spia dell' esservi state intruse. Sovviemmi „ del seguente luogo. *Aviaria primus instituit inclusis om*„ *nium generum avibus M. Laelius Strabo Brundusii Eque*„ *stris ordinis*. Tal passo dal nostro Pastrengo si riferi„ sce così. „ *M. Laelius Strabo aviaria inclusis omnium generum avibus Brundusii primus instituit*. Elumbem hanc Maffei argumentationem ipsimet auctori apud virum nobilissimum Antonium Comitem Simonettam olim ostendere non unicâ vice curavi. Et sanè, ubi integra Plinii verba reddidisset, illorum sensus non erat allatâ versione indicandus, sed potiùs in hanc speciem. *Dopo queste* (cioè la pittura di Fabio) *fu tenuta in molto pregio l' opera del Poeta Pacuvio. Era egli figliuolo di una sorella d' Ennio, ed accrebbe splendore a quest' arte in Roma coll' applauso, che gli resero i Teatri. Dopo di lui non si vidde esercitata da mani nobili, se non forse taluno volesse comprendervi Turpilio Cavalier Romano della Venezia. che fiorì nell' età nostra, e le di cui belle pitture in oggi si veggono in Verona*. Ego hisce verbis non planè intelligo, quòd Veronae illius picturas, qui *tunc* vixisset, asservari innuatur. Sed pulcra Turpilii opera (qui non paucis ante annis floruerat) *hodie*, nempe Plinio prodente Veronae extitisse. Turpilium igitur haud modico tempore ad plures transiisse, Claudio, & fortasse Cajo, vel Tiberio imperantibus, conjicio; idque etiam ostendere conabor, nam Plinius quando eventus suae accommodat aetati, unsquam ad Vespasiani imperium provocavit. Cum res Neronis, sive ad ejus principatum spectantes attingeret: legimus: *nostra vidit aetas* (*b*)*: nostra cognovit aetas* (*c*)*: nostrae aetatis insaniam ex picturâ non omittam. Nero Princeps jusserat Colossaeum se pingi* (*d*). Poppaeam illius conjugem *nostrâ aetate* florentem describit (*e*). Verùm non haec sola, sed quaecumque ipso adolescente contigissent, ad suam retulit aetatem: occurrit laudato volumine (*f*)*: nostra aetas fortior fuit. Claudii Principatu servus ejus Drusillanus*. Illustravimus in Plinii vitâ notam sententiam ex VII. (*g*) *Procerissimum hominum aetas nostra Divo Claudio Principe Gabbaram nomine ---- vidit*. Nostrae aetatis nomine tempora quoque Caj, & Tiberii denotare scio, ubi scripsit (*h*) de insitione: *nostra aetas correxit, ut gallicâ uteretur terebrâ, quae excavat, nec urit*. Constat enim ante Claudii principatum hujusmodi instrumentum villicis inserviens fuisse inventum, quum Junius Columella, qui ante Claudii imperium vixit, eoque regnante clarus habebatur: *Nos terebram*, inquit, (*i*), *quam gallicam dicimus, ad hanc insitionem commenti longè habiliorem, atque utiliorem comperimus*.

Poterat igitur Turpilius suae aetatis pictoribus a Plinio annumerari, licèt quinquaginta ante annis obiisset: subdititium porrò *aetatis* verbum quâ ratione ostendet Maffejus, omnibus omnino membranis, atque editis libris obstantibus? Quo pacto vocabulum Plinio tot locis receptum, hoc loco expungendum, ut illum *e Venetiâ nostrâ* scripsisse statuamus; quique tam brevibus verbis Veronam in Orbis descriptione attingit (*k*)*:* nunc se inde ortum quâ de causâ potuit innuere?

Quid porrò incongruum in dictionum texturâ*: e Venetiâ nostrae aetatis*, appareat, fateor me ignorare. Vuicus haec reprobat Maffejus; omnes cum Francisco Junio probant (*l*).

(2) *Vellet referre*. Ita Princeps editio, & Ambrosiani codices. In primo etiam altera subditur lectio *bellè referet*, cujus indicia habes in aliis membranis. Ita edidit Aleriensis Episcopus. Gelenius: *velit referre*, inquit, *melius quam belle referat suffragantibus antiquis exemplaribus*.

(3) *Extantibus*. Sequor laudatae impressionis verborum digestionem, quae numerosior apparet. Hic Turpilius, ni fallor, Romae minimè innotuerat, unde Plinius scripsit, *nisi forte quis Turpilium ---- vellet referre*. Illius igitur opera ubi extarent, memoravit, quae dicta non eâ ratione accipere debemus, quasi Veronae a multis seculis viderentur. Turpilius certè post Pacuvium inclaruit. Poëta CL. annis ante Plinii ortum versus scenae dabat: quare non incongruum erit statuere Turpilium post Pacuvii obitum vixisse; itemque ad Plinii aetatem pervenisse. Neque enim verbum *exsto*, necessariò importat longissimi temporis permansionem. *Extat*, inquit Plinius (*m*) *oratio Vitellii, quâ reum Pisonem ejus sceleris coarguit*. Orationem, ut Germanici Caesaris mortem ulcisceretur, quatuor ante Plinii nativitatem annis exaravit P. Vitellius, operisque auctorem videre potuit Plinius, cum post Sejani necem in custodiâ morbo perierit. teste Suetonio (*n*). Constat hunc Auli Vitellii Caesaris patruum fuisse, unde hallucinatur Harduinus, ubi Imperatoris genitorem affirmat (*o*).

Eodem igitur pacto, quo extantem Vitellii orationem di-

(a) *Veron. illustrat. par. II. lib. I. in Plinio*. (b) *Lib. III.* 103. (c) *Lib. II.* 83.
(d) *Lib. XXXV.* 7. (e) *Lib. XXXIII.* 11. (f) *Lib. XXXIII.* (g) *Lib. V. pag.* 143. & 144.
(h) *Lib. XVII.* 15. (i) *Lib. IV.* 17. *vide Harduin ad allat. Plin. loc.*
(k) *Lib. III.* (l) *Catalog. pag.* 219. [m] *Lib. XI.* (n) *In Vitellio II.*
(o) *Apud Plin. tom. I. lib. XI. pag.* 626.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione:
de nullo ante memoratur. Parvis gloriabatur tabellis, extinctus nuper in longa senecta, Antistius Labeo Praetorius, etiam Proconsulatu Provinciae Narbonensis functus. Sed ea res in risu, & contumelia erat.	*de nullo antea memoratur. Parvis gloriabatur tabellis* [1] *extinctus nuper in longâ senectâ Aterius Labeo* [2] *Praetorius, etiam Proconsulatu Provinciae Narbonensis* [3] *functus; sed ea res in risu & contumeliâ* [4] *erat.*
Ex Harduin. IX. pag. 691.	
Ab hoc artis fores apertas Zeuxis Hera-	*Ab hoc artis fores apertas Zeuxis He-*

ANNOTATIONES.

dixit; ita & Veronae extantia Turpilii opera celebravit. Tradit Plinius in Rhodiorum insulâ extare Acagantis, Boethi, & Myos opera (*a*): nempe quod eo scribente horum omnium caalaturae apud Rhodios visebantur (*b*).

Ad ultima, quae a Pastregio cive suo desumit Maffejus, dicendum, quòd hic de aviariis differens ea a Plinio accipit, quae sibi tantùm erant necessaria, neque ob hanc reticentiam reliqua a Naturalis historiae corpore veniunt expungenda. Praeterquamquod multa exscribentibus excidunt, & factum hoc ipsissimo loco probat Maffejus legens apud Plinium *hodieque ejus operibus*, quando reddere debebat: *hodieque pulcris* (sive *pulchris*) *ejus operibus*; quo epitheto Turpilii labores elevantur.

(1) *Parvis gloriabatur tabellis*. Haec verba permulti Turpilio adaptant ab antiquis impressoribus decepti, & praesertim a Johanne Spirense, qui nullâ incisione sententiam Aterio Labeoni, sive Tedio' spectantem superiori annectit periodo. Omnium deterior erit conditio Pellegrini Orlandi, qui in Pictorum syllabo hujusmodi vulgavit (*c*) „ *Turpilio di Venezia e Cavaliere Romano dipinse colla mano sinistra bellissime tavolette, molte delle quali si ritrovano ai Nostri giorni in Venezia, ed in Verona Plin. lib. 35. cap. 4. Sandrat. fol. 83.* „ Primo loco Venetias urbem tantis post Turpilium seculis conditam pro Venetâ Provinciâ accipit; secundo Plinii verba eà affert ratione, ut Turpilii picturas Venetiis, ac Veronae adhuc conspiciendas innuere videatur. Joachim Sandratus Turpilium quidem primum Venetum pictorem in titulo appellavit (*d*), & multa satis malè, de more, affert; non tamen asseruit ab Orlando illi affata. En Germani pictoris verba „ LXXXVII. TVRPILIVS

„ De hoc ita Plinius lib. 35. cap. 4. Post Pacuvium „ non est tractata ars ista honestis manibus: sed ea res „ in risu & jam contumeliâ erat. Nisi forte quis Turpilium Equitem Romanum e Venetia, Nostrae aetatis velit referre; hodieq; pulchris ejus operibus Veronae extantibus. Laevâ is manu pinxit, quod de nullo ante memoratur „ Quae de Aterio Labeone praedicantur, tanquam in risu & contumeliâ habito, ad Turpilium contra omnium librorum fidem spectare tradit. Sed mirum non erit Sandratum in Latinis, Graecisque literis parum doctum multa perperam reddidisse, cum de Callimacho, cujus supra meminimus. *Idem sculpter*, inquit, *περίτεχνος quasi artis subtiliator* --- *at Vitruvius lib. 4. cap. 1. κακότεχνος legit quasi malevolus*.

(2) *Aterius Labeo*. Haec est Aleriensis Episcopi, Beroaldi, & communis lectio. In editione Principe occurrit *S. Tedius ab eo*. Spurii praenomen solâ literâ S. reddi quandoque in antiquis codicibus adnotavi. Tedii Romanum nomen esse constat ex antiquorum elogiis (*e*); illud tamen *ab eo*, tanquam post Turpilium vixerit, minùs placet, unde Aterii Labeonis nomen cognomenque reciperem. Antistii gentiliciam appellationem ex Mss. restituisse asserit Harduinus (*f*); nihilque ad Plinium adjecit, nisi quia de Antistio Labeone in auctorum indice dixisse memorat. Verùm quaecumque congessit, contra ipsum faciunt. Quâ enim ratione fieri potest, ut qui oblatum ab Augusto Consulatum recusavit, eo quia studiis maximè vacaret (*g*): cujus arbitrio legendum Senatum ipsemet Augustus permiserat (*h*), ad Vespasiani usque imperium pervenerit? Hunc Augusti coaevum fuisse constat, cum in Senatûs lectione M. Lepidum Augusti hostem, & tum exulantem, Triumvirum dixisset (*i*); unde ab Horatio, ut Caesari assentaretur, notatus apparet (*k*), ubi cecinit

--- *Labeone insanior inter*
Sanos dicatur

Ex quibus Flacci verbis Antistium Labeonem jam vitâ functum colligerem. Haud ignoro, quòd ab Heineccio (*l*), aliisque legitur apud vatem *Labieno*. Verùm ego cum Beroaldo (*m*), Glandorpio (*n*), Dacerio (*o*), Gravinâ (*p*), & eruditorum choro, de Antistio Labeone Poetam loqui affirmarem. Vtcumque se res habeat, certum est hoc loco illius nomen in Naturali historiâ recipi minimè posse, cum Tacitus (*q*), Dio (*r*) Gellius (*s*) Divus Augustinus (*t*), Fulgentius Placiades (*v*), & praesertim Pomponius J. C., qui tanta de Antistio collegit (*x*), nusquam illum Nestoreos annos attigisse vulgaverint. Id certè Plinius, ubi de Longaevis agit (*y*), minimè omisisset. Taciti, & Dionis testimonio constat, eum ipsum Antistium (qui Consulatum recusasse dicitur a Pomponio Juris Consulto) in summi petitione magistratus posthabitum Atejo Capitoni. Hunc fasces gestasse scimus anno V. C. 758. (*z*), a quo ad Plinium Nat. hist. libros edentem 72. numerantur anni.

(3) *Provinciae Narbonensis*. Nemo tale munus Antistio Labeoni attribuit; unde hac etiam de causâ Antistii appellatio expungenda.

(4) *In risu & contumeliâ*. Editio Princeps *in risu etiam contumelia*. Alii legunt *in risu, & jam contumelia* (*aa*). Planior recentiorum videtur scriptura. Haec ultima a Plinio narrata iterum non sinunt, ut de Antistio viro adeò

(a) *Lib. XXXIII. 12.* (b) *Vide Dominici version. pag. 5055.* (c) Abecedario.
(d) *Lib. I. par. II. cap. VI. pag. 83.* (e) *Vide Glandorp. Onomastic. pag. 830.*
(f) *Tom. II. in indic. emendat. pag. 829.* (g) *Vid. Pompon. ff. lib. 1. de Origin. Juris.*
(h) *Dio lib. LIV.* (i) *Sueton. in August. LIV.* (k) *Lib. I. satyr. III. vers. 82. & 83.*
(l) *Vide Philipp. Vicat. Vocabular. utriusque Juris tom. I. pag.* 108. (m) *Ad allat. Sueton. locum.*
(n) *Onomastic. pag. 63. edition. Francofurd. ann.* 1583. (o) Œuvres d'Horace *tom. VI. pag.* 220.
(p) *De ortu & progressu Juris Civil. pag. 46.* (q) *Annal. lib. III.* (r) *Lib. LIV.*
(s) *Lib. XIII. 10. & 12.* (t) *De Civit. Dei lib. VIII.* (v) *Apud Citat. Glandorp.*
(x) *Lib. II. de orig. Juris.* (y) *Lib. VII. 49.* (z) *Vid. Disquisit. lib. IV. pag. 84. & 85.*
(aa) 1470. 1472. 1483. *&c.*

Ex Harduin.

racleotes intravit, Olympiadis nonagesimae quintae anno quarto, audentemque jam aliquid penicillum (de hoc enim adhuc loquimur) ad magnam gloriam perduxit, a quibusdam falso in LXXXIX. Olympiade positus, cum fuisse necesse est Demophilum Himaereum, & Nesceam Thasium : quoniam utrius eorum discipulus fuerit, ambigitur. In eum Apollodorus supra dictus versus fecit, artem ipsis ablatam Zeuxin ferre secum.

Opes quoque tantas acquisivit, ut in ostentatione earum, Olympiae aureis litteris in palliorum tesseris intextum nomen suum ostentarit. Postea donare opera sua instituit, quod ea nullo satis digno pretio permutari posse diceret, si-

Ex nostrâ recensione.

Heracleotes [1] *intravit, Olympiadis XCV. anno IIII.* [2], *audentemque* [3] *jam aliquid penicillum (de hoc enim adhuc loquimur) ad magnam gloriam perduxit ; a quibusdam falsò* [4] *LXXXIX. Olympiade* [5] *positus, cum fuisse necesse est Demophilum Himeraeum, & Nesceam Thasium* [6]*: quoniam utrius eorum discipulus fuerit, ambigitur. In eum Apollodorus suprascriptus* [7] *versus fecit, artem ipsis* [8] *ablatam Zeuxin ferre secum. Opes quoque tantas acquisivit, ut in ostentatione earum, Olympiae aureis literis in palliorum tesseris insertum* [9] *nomen suum ostentaret* [10]. *Postea donare opera sua instituit, quod nullo precio satis dignè permutare* [11] *posse diceret, sicuti Al-*

ANNOTATIONES.

adeò docto, & temporis parcissimo Nostrum loqui posse affirmabimus. Qui enim tot volumina (& si Pomponio credimus CCCC.) reliquit : numquid parvis, iisque insulsis, gloriari voluit tabellis, ut in risu, itemque hominum contumeliâ haberetur? Illum saltem Plinius ob eximiam Juris scientiam laudandum dixisset. Nescio, unde Glandorpius (qui Aterium cum reliquis in Naturali historiâ legit) hunc non malum fuisse pictorem affirmaverit.

(1) *Heracleotes. De Zeuxis patria*, inquit Harduinus (*a*), *consentiunt Aelianus lib. 4. Var. hist. cap. 12. Cicero lib. 2. de Invent. aliique. Tzetzes nihilominus Chiliad. 8. hist. 196. Ephesium facit. Quae porro ea Heraclea sit, in tanta cognominum urbium multitudine, quae praeclaris illius monumentis atque picturis gloriantur ex aequo statuere haud in promptu est*. Haec omnia Harduinus a Carolo Dato desumens, mutuum non reddit. Vt illius indolem propius agnoscas, consule Italum scriptorem in Zeuxidis vitâ, ubi quòd Heracleotes fuerit : *convenire*, ait (*b*), *Elian. Var. stor. lib. 4. c. 12. l. 14. 17. e 46. Cicer. lib. 2. d' Invenz. in Princip. Aristid. t. 3. a 552. ---- solamente Gio. Tzetze nella Chil. 8. st. 196. n. 388. le fece d' Efeso. Molte furono le Città nominate Eraclea in Grecia, in Sicilia, in Calauria, onde il determinare qual fosse la patria di Zeusi è molto difficile, ne si puo così facilmente conghietturare, avendo egli in tutte queste Provincie fatte molte pitture.*

(2) *XCV. anno IIII.* Ex I. Ambrosiano codice. In II. iisdem notis Olympias redditur, sed anni numerus desideratur. Editio Princeps *XCV. anno quarto*. Subsecutae*: nonagesimae quintae anno quarto* (*c*). Is igitur annus, sive characteribus, sive notis reddatur, satis ex membranis, & communi assensu firmatur.

(3) *Audentemque*. Miror Plinii elegantiam in iis, quibus ex ingenio spiritum addit. Codex II. Ambrosianus, & Princeps editio *audientemque*.

(4) *Falsò*. Nescio, unde in I. Ambrosiano irrepserit *phasio*. In Spirensis impressione *faiso*. In hâc sanè plures cubant errores.

(5) *LXXXIX. Olympiade*. Debetur haec restitutio Aleriensi Antistiti, & Carolo Dato, qui etiam in Vaticano exemplari legi LXXIX. adnotavit. Harduinus Dati nomen oblitus, Vaticano codici Regium, aliosque addit, in quibus perperam LXXIX. occurrit. Cum Romana impressio, caeteraeque praeseferant *in octogesima nona Olympiade* : & in allati temporis subsidium exhibemus primum Ambrosianum, ubi paribus elementis occurrit. Corrigendae Guarini membranae, in quibus *falso LXXnona*; itemque numerus in editione Principe emendandus. Praepositio *in* deest tum apud Spirensem, tum apud Guarinum, nec eam agnoscunt aliae membranae.

(6) *Thasium*. In editione Principe *Demophylum Himerum & Nescam tasium*. Haec, uti sequentia emendatione indigent.

(7) *Suprascriptus*. Sequor editionem Principem; in aliis cum Harduino *supra dictus*. Vtrumque vocabulum in Mss. desiderari monet Dalecampius. Id putarem ex amanuensis incuriâ accidisse.

(8) *Ipsis*. Harduinus fortasse legendum *ipsius*, scilicet Apollodori, coniecit. Datus id nominis ex Vaticano exemplari reposuerat (*d*). Nihil immuto, legoque *ipsis*, tanquam Apollodorus versibus cecinerit, Zenxin Demophilo & Neseae majorem in pingendo apparuisse.

(9) *Insertum*. Ex laudatâ Principe impressione; ita etiam in Regio 2. inveniri testatur Harduinus, & paria ex M. & V. innuit Dalecampius; itemque ex pluribus membranis Gronovius.

(10) *Ostentaret*. Cum celebratâ impressione, antiquioribus typographis, iisdemque Dalecampii testimoniis. Gronovius communem a recentioribus adoptatam lectionem retractans, haud aequis auribus in Plinio accipi posse affirmat, *in ostentatione ostentavit*; unde restituendum conjecit. *Opes quoque tantas adquisivit, ut in ostentationem earum Olympiae aureis litteris in palliorum tesseris insertum nomen suum gestaret*. Putarem Plinio ad majora tendenti vocabulorum affinitatem aufugisse; vel ubi *tautologiam* subducere vellemus, potiùs *ostenderet* pro *ostentaret*

(a) *Pag. 691. num. 5.* (b) Postille alla vita di Zeusi *pag.* 14.
(c) 1470. 1472. 1476. (d) Postille alla vita di Zeusi *pag.* 18.

Ex Harduin.

ſicuti Alcmenam Agragantinis, Pana Archelao. Fecit & Penelopen, in qua pinxiſſe mores videtur: & athletam. Adeoque ſibi in illo placuit, ut verſum ſubſcriberet celebrem ex eo, Inviſurum aliquem facilius, quam imitaturum. Magnificus eſt Juppiter ejus in throno, adſtantibus diis: & Hercules infans dracones ſtrangulans, Alcmena matre coram pavente & Amphitryone. Deprehenditur tamen Zeuxis grandior in capitibus, articuliſque: alioqui tantus diligentia, ut Agragantinis facturus tabulam

Ex noſtrâ recenſione.

Alcmenam Agragantinis [1], *Pana Archelao. Fecit & Penelopen (in quâ pinxiſſe mores* [2] *videtur) & Atalantam* [3]; *adeoque in illâ ſibi complacuit* [4], *ut verſum ſubſcriberet celebrem, ex quo* [5]: *inviſurum aliquem facilius, quàm imitaturum. Magnificus* [6] *eſt &* [7] *Juppiter ejus in throno adſtantibus Diis, & Hercules infans dracones ſtrangulans* [8] *Alcmenâ matre coram pavente, & Amphitryone. Reprehenditur* [9] *tamen ceu* [10] *grandior in capitibus, articuliſque: alioqui tantus diligentiâ, ut Agrãntinis* [11] *facturus ta-*

ANNOTATIONES.

taret reponendum; cum facilior in affinibus elementis amanuenſium error cubare potuerit. Verùm contra omnium exemplarium fidem nihil inverto, cum a Plinio id etiam aliquâ ratione ſcribi potuerit. Vbi haec minùs probet Gronovius: alii in viro latinas literas colente faſtidient locum *inſanabiliter* depravatum ſupra allatum (*a*), cujus dictionis exemplum apud idoneos ſcriptores non inveni.

(11) *Permutare*. Editioni Principi adhaereo in hoc aliiſque ſuperioribus vocabulis. Nempe ipſe Zeuxis dicebat ſe non poſſe ullo precio, ſatis dignè opera ſua permutare; quâ de re illum intolerandae ſuperbiae reum pronunciarem.

(1) *Agragantinis*. Johannes Spirenſis, & reliqui typographi reddunt *Agrigentinis*. Ex allatis pag. 148. Harduini ſcripturam adopto. Caeterum utrâque ratione ſcribitur Populi, & Vrbis nomen.

(2) *Mores*. Ex nonnullis codicibus *amores* reponere intentavit Hermolaus, cui omni jure Datus refragatur. Neque enim putarem illorum accuſationibus accedendum, qui impudicam Penelopen fecerunt, quando communis fama, & ipſiſſima haec Plinii ſententia Vlyſſi perfidelem eam fuiſſe teſtantur. Quid enim nobiliùs quàm mores pingere, ut vitam ipſi tabulae Zeuxin dediſſe intelligamus? Conſule hoc loco Datum, atque Harduinum.

(3) *Atalantam*. Id vocabuli in antiquiſſimo Vaticano codice apparens minimè diſplicebat Carolo Dato. Optaſſet tamen, ut in aliquo alio exemplari legeretur. Quid Mediolanenſes Membranae habeant, oblitus ſum in hâc voce inquirere. In editione Principe corruptè apparet *athlean*. Suſpicor literam *h* pro *a* ingeſtam, poſtea in athletae vocabulum ipſam appellationem detorſiſſe. Vt Atalantae potiùs, quàm athletae nomen recipiam, facit Plinii ſtylus, & ipſa ratio. Dixiſſet enim de tabulâ (quam caeteris praetuliſſe Zeuxis videtur) cujuſnam eſſet ſtupenda imago; neque ſanè athletam in genere, ſed virum fortiſſimum (puta Milonem Crotoniatem) tum a pictore exhibitum conjicerem.

Ad ea, quae Datus congerit ignorari de Zeuxide, quòd Atalantam pinxerit: objiciam, id etiam de athletâ accidere, ubi vox a Plinio ſit amovenda. Quod certum eſt, Naturalis hiſtoria Romanis Graeciſque omnibus (quorum habeamus opera) venit praehabenda, cum ſola nobis picturam, ſtatuariam, & reliquas priſcorum artes ab oblivionis injuriâ vindicaverit.

(4) *Complacuit*. In editione Principe *adeo in illo ſibi complacuit*.

(5) *Ex quo*. Haec pariter a primigeniâ impreſſione excerpta meliùs ſibi cohaerent. Apollodori verſiculum patrio eloquio reddidit Datus.

Fra chi l' invidi più, che chi l' imiti.

Exſcribitur etiam ab Harduino: haud inſolito tamen Gallis fato, minùs rectè. De hujus verſiculi difficultate in vertendo, ac lepore conſule eximium Datum (*b*).

(6) *Magnificus*. Sic libri omnes cum Harduino, qui adnotavit Pintiano magis placere: *Magni factus eſt*, ſibi non item. Pintianus veriorem allatam judicavit lectionem, & poſtea ſtatim addidit „ Quid ſi neutro modo „ legatur, ſed *magnis ſuffragiis eſt Juppiter* „. Vtrumque infelici conjecturâ, ut omnes dignoſcent.

(7) *Eſt &*. Particulam & (quae etiam ſignificat) optimè agnoſcit Veneta Princeps; illamque in M. extantem non ignoravit Dalecampius.

(8) *Strangulans*. Fortaſſis Zeuxidis tabulam imitatus eſt, qui Herculanenſibus pinxit Herculem infantem geminos angues utrâque manu ſuffocantem. Alcmena certè pavens, & Amphitryo ibi pingitur. Juppiter tamen, & reliqui Dii minimè apparent; quâ de re conſule picturas Herculanenſes (*c*).

(9) *Reprehenditur*. Omni jure in hâc reſtitutione accedendum Carolo Dato, qui illam ex Vaticano exemplari induxit, quamvis modico vitio ediderit *reprenditur* (*d*). Ita etiam videtur legiſſe Paullus Dinus in pictorum dialogo; pro quo ſufficiet Datus, qui Zeuxin Quintiliani teſtimonio aliquâ ratione defendi poſſe non ignoravit.

(10) *Ceu*. Adverbium *tanquam* ſignificat, atque ita legitur abſque Zeuxidis nomine in Ambroſiano II. exemplari, in editione Principe, in laudato Vaticano codice, cui ſubſcribit Datus, & Johannes Baptiſta Adrianus in epiſtolâ ad Georgium Vaſarium. Verae lectionis indicia etiam eruuntur ex Chiffletii membranis, ubi corruptè *ſeu grandior*: conjicio exſcriptores ex *ceu* feciſſe *Zeuxis*; cujus nomen ex ſuperioribus verbis ſubaudiendum. Nullâ magis particulâ gaudet Plinius, quàm *ceu* ut *tanquam* ſignificet. Cum tot tantaque de Zeuxi, antiquis pictoribus ſtatuariis, architectis collegerit Plinius: illius nomen ubique cum honoris praefatione recenſebitur ab iis, qui de laudatis artibus agunt. Vnde mirum ſemper evadet Combaeum Gallum paucis ante annis portatile lexicon edidiſſe (*e*); Pliniumque in ſyllabo auctorum minimè recenſere, quando ſublato Naturalis hiſtoriae praeſidio, nihil propemodum de veterum in artibus ſtudio dignoſceremus, ut videre eſt apud Franciſcum Junium, Sandratum, Orlandum.

(a) *Pag.* 175. *num.* 4. (b) Poſtille pag. 9. (c) *Tom. I. tab. VII. pag.* 34. *& ſeq.*
(d) *Cit. pag.* 18. (e) Dictionnaire portatif des beaux arts --- par M. la Combe. A Paris M. DCC. L. IX.

Ex Harduin.

lam, quam in templo Junionis Laciniae publicè dicarent, inspexerit virgines eorum nudas, & quinque elegerit, ut quod in quaque laudatissimum esset, pictura redderet. Pinxit & monochromata ex albo,

Ex nostrâ recensione.

tabulam, quam in templo Junonis Laciniae publicè dicarent [1], *inspexit* [2] *virgines eorum nudas, & V. elegit, ut quod in quacumque* [3] *laudatissimum esset pictura redderet. Pinxit & monochromata* [4] *ex albo,*

AD XXXVI. LIBRVM

Ex Harduin. V. pag. 731.

Invenio & Canachum laudatum inter statuarios, fecisse marmorea. Nec Sauron atque Batrachum obliterari convenit, qui fecere templa Octaviae porticibus inclusa, natione ipsi Lacones. Quidam & opibus praepotentes fuisse eos putant, ac sua impensa construxisse, inscriptionem sperantes. Qua nega-ta

Invenio & Canachum [5] *laudatum inter statuarios, fecisse marmorea* [6]. *Nec Sauram* [7], *atque Batrachum obliterari* [8] *convenit* [9], *qui fecere templa Octaviae* [10] *porticibus inclusa, natione & ipsos Lacones* [11]. *Quidam & opibus praepotentes fuisse eos putant, ac suâ impensâ construxisse* [12] *inscriptionem sperantes* [13]: *quâ ne-*

ANNOTATIONES.

(11) *Agragantinis*. Nescio, cur hoc loco Datus (qui eum reliquis legit *Agrigentinis*) Plinium arguat (*a*), eo quia Agragantum Siciliae oppidum sit: Junonis verò Laciniae templum in Calabriâ viseretur. Fortasse Siculi Junonem Laciniam toto tum orbe celeberrimam, ipsisque finitimam donis ornare minimè poterant? Adnotaverat ante Datum Dalecampius ex Cicerone (*b*) allatam virginum inspectionem Crotone a Zeuxi factam; inde critices argumentum primò deduxit Datus. Verùm tunc Helenam pinxit Zeuxis; & fortassis ab Agragantinis Crotoniatae impulsi, eundem pictorem postea conduxerunt, qui exemplum (a nostris moribus abhorrens) iteravit. Agragantini, ut optimè interpretatur Harduinus *tabulam faciendam locarant, quam in templo Junonis Laciniae, quod prope Crotonem in Italia fuit, ex voto facto dedicarent. Simile Zeuxidis factum refert & Cicero, lib. 2. de Invent. num. 1. cum vellent Crotoniatae templum illud ipsum Junonis egregiis picturis locupletare; atque ita ex selectis quinque virginibus Helenam pinxisse tum dicitur. Quamnam Agrigentinis picturam expresserit, non constat ..De Junonis Laciniae ara lib. 2. sect. CXI. pag.* 123.
Si hanc sub dio collocatam secundo volumine non ignoravit Plinius: quisnam aequus judex, illam in Siciliâ posuisse hoc loco affirmabit? Numquid Misenensis classis Praefectus Calabriae, Siciliaeque litora potuit ignorare? Desinat igitur Datus eos arguere, qui Plinii auctoritatem sequuntur: neque item sibimet refragatur Lipsius, ubi Zeuxin Agrigentinis Junonem pinxisse (*c*), atque alibi Helenam reddidisse (*d*) scribit; cum hoc Crotoniatis, primum Agragantinis conveniat. Reprehensionem unicè meretur Lipsius, quòd tuoc Junonem a Zeuxi expressam asserat, quando satis eâ de re non constat.

(1) *Dicarent*. Ita meliùs cum Aleriense, Beroaldo, & reliquis, quàm *dicaret* a Joh. Spirense vulgatum, cum dedicatio oppidanos, non pictorem respiciat.

(2) *Inspexit*. Hâc in voce Spirensi adhaereo, neque *inspexerit* rejicio.

(3) *Quacumque*. A Venetâ Principe discedo, obi minùs rectè *quocumque*.

(4) *Monochromata*. In memoratâ impressione perperam *monocromatos*: lega *monochromatos*, quod etiam potast recipi, ut antea *monochromaton picturam* (*e*), Zeuxidis monochromata ex albo scitè Datus interpretatur *chiari scuri di bianco*.

(5) *Canachum*. Praeclarissima hujus opera commemorat Plinius lib. XXXIV. obi consula Dalecampium, qui alia ex Pausaniâ subjecit. Post Dalecampium Harduinus (*f*).

(6) *Marmorea*. Quae enim supra retulerat, erant ex aere, uti constat de Apolline Philesio.

(7) *Sauram*. Non ignota fuit haec scriptura ex M. Dalecampio, quae apparet in I. Ambrosiano, & mihi Pliniana videtur, cum ipsius nominis reddat rationem, ut infra constabit: Graeci siquidem Lacertam σαύραν; Lacertum verò σαῦρον appellant. Ex ignoratâ membranarum scripturâ cum reliquis legit *sauron* vir doctissimus Philippus a Turre (*g*). Editio Princeps *saurum*.

(8) *Obliterari*. Codd. Ambrosiani, & recentiora Plinii exemplaria. Veteres editiones *oblitterari* (*h*).

(9) *Convenit*. Vnâ voce omnes libri; unde nescio, cur *oportet* reddiderit Franciscus Blanchinius (*i*).

(10) *Octaviae*. Nempe Junonis, & Apollinis, ut opportunè animadvertit Harduinus. In Ambrosiano II. codice, atque editione Principe perperam pro *Octaviae* occurrit CC. *viae*. In I. *prelecle vie*.

(11) *Et ipsos Lacones*. Sequor I. Ambrosianum exemplar. In II. *& ipsi*, uti apud primigenios typographos (*k*). Vtrâque ratione liberum tibi erit legere, dummodo particulam *&* recipias. Dalecampius etiam *& ipsi* ex V. adnotavit. Caeterum ex communiori scripturâ frigesceret sententia *natione ipsi Lacones*; Pliniusque potiùs scripsisset *natione Lacones*; quare *& ipsi Lacones* di-

(a) *Pag.* 26. (b) *Lib. II. de Invent.* (c) *Politic. lib. I.*
(d) *Var. Lection. lib. III.* 4. (e) *Lib. XXXV.* 5. (f) *Lib. XXXIV.* 8. *pag.* 665.
(g) *Monument. veter. Antii de Inscript. M. Aquilii pag.* 119. (h) 1469. 1470. 1472. 1476.
(i) *De Lapide Antiati.* (k) 1469. 1470. 1472.

ta, hoc tamen alio loco, & modo usurpasse. Sunt certe etiamnum in columnarum spiris inscalpta nominum eorum argumenta, lacerta atque rana.	*negatâ, hoc tamen alio loco & modo* [1] *usurpasse: sunt certè etiamnum in columnarum epistyliis* [2] *insculpta* [3] *nominum eorum argumento* [4] *Lacerta* [5], *atque Rana* [6].
Ex Harduin. VIII. pag. 735.	
Circa Syenem vero Thebaïdis Syenites, quem ante pyropoecilon vocabant.	*Circa Syenem* [7] *verò Thebaidis* [8] *Syenites* [9], *quem ante pyrrhopoecilon* [10] *vocabant.*
XIV. Trabes ex eo fecere reges quodam	*Trabes ex eo fecere Reges*

ANNOTATIONES.

dicuntur, cum ad Lacedaemoniam spectaret etiam Canachus, quamvis ab aliis Sicyonius dicatur.

(12) *Construxisse*. Editio Princeps *construxisse fecisse*. Nempe pactâ tantùm ad operis absolutionem mercede.

(13) *Sperantes*. Consule hoc loco laudatum Philippum a Turre.

(1) *Alio loco, & modo*. Deest *& modo* in editione Principe. Dalecampius ex Mss. adnotavit *alio modo usurpasse*.

(2) *Epistyliis*. Uniter membranae, & primigenii typographi legunt, idque etiam non ignoravit Dalecampius. Porrò Lacertam, & Ranam ob nominis argumentum potiùs in columnarum epistyliis, quàm in spiris locasse operis ratio, & aspectus caussa innuit.

(3) *Insculpta*. Editio Princeps.

(4) *Argumento*. Cod. I. Ambrosian. Ita & Dalecampius in operis corpore, addens legi etiam *argumenta* ex Mss. Vera Ambrosiani exemplaris lectio. Occurrit sequenti volumine: *Aëtites lapides etiam argumento nominis magnam famam habent* (a).

(5) *Lacerta*. Cum apud Plinium Lacerta, non Lacertus occurrat: Saura, non Sauros erit nominis argumento, uti paullò ante restituimus.

(6) *Rana*. Quae Graecis Βάτραχος.
Cum ad restitutionum coronidem properemus, quaecumque ad Obeliscos pertinent illustrare decrevimus, ut Plinium (qui unicus recundita de iis tradidit) Philologi, & machinalis scientiae cupidi possint intelligere. Haec ubi a nobis pristino nitori sint reddita, boni consulant legentes.

(7) *Syenem*. Ita latinâ methodo legunt vetusta exemplaria, quorum duo ex Divi Marci Florentinâ bibliothecâ, & alterum Ferdinandi I. Neapolis Regis a Politiano collata secundae Romanae editioni anni 1473. ibique pariter, uti in priore (b), & Parmensibus (c) *Syenem* invenio. Mancus hoc loco hiat I. Ambrosianus codex. In II. occurrit *Sienem*, ut in Principe impressione.

(8) *Thebaidis*. Editio primigenia, & II. Ambrosianus codex *in Thebaicis*.

(9) *Syenites*. Hanc vocem non omni ex parte tutam judicamus, cum in vetustis membranis diversae etiam occurrant lectiones. Codices Politiano noti habent *simites*. Conveniunt Romae, & Parmae cusa exemplaria, & plerumque typographi, qui ante Hermolai Barbari castigationes Plinium vulgarunt. In II. Ambrosiano, atque in editione Principe invenio *signites*. Barbarus, qui secundae Venetae impressioni, ut monuimus, limam adhibuit: *scribi*, ait, *etiam potest syenites; ex Plinio inferius hoc volumine: quia & pyrrhopoecilos a varietate dicebatur. Invenio enim exemplaria, in quibus signites, quasi pro stygmites legatur*. Adnotavi in operis corpore receptum a Palmario *simites* (d); additumque in orâ paginae *syenites*, vel *stygmites*. Eandem lectionem sequitur Alexander Benedictus, qui ad marginem subjecit vel *syenites* (e). Quousque meliora emergant, Hermolai sequemur conjecturas, cum in Aegyptio labyrintho columnas e syenite marmore positas paullò infra Noster testetur (f).

(10) *Pyrrhopoecilon*. Laudata a Politiano sequor exemplaria, & Barbarum, quamvis in castigationibus Cremonae editis (g) occurrat *Pyropoecilos*. Haec scriptura etiam recipi potest, & absque ullo discrimine apparet in Romanâ impressione anni 1473., Politiani annotationibus illustri. Haec tamen una est ex illis castigationibus, quas reprobavit Domitius Calderinus adversus Brotheum grammaticum; & sanè in Romanâ primigeniâ legimus *pyrrhopoecilon*, uti in Parmensi, & traducibus. Tutior igitur nostra videtur scriptura, cum etiam communi eruditorum suffragio inveniam in Naturali historiâ (h): *Thebaicum, quem pyrrhopoecilon appellavimus aliqui psaronium vocant*. Hâc igitur de caussâ Aleriensi Episcopo, ac Barbaro subscribam, quibus conveniunt Erasmi, Gelenii, P. Manutii, & Dalecampii impressiones: accedunt Parisienses typographi (i): quodque apud me potioris est auctoritatis Blasius Caryophilus, qui elegantissimum de antiquis marmoribus edidit opusculum (k). Neque a primâ compositi verbi parte distat Baudinius in luculentis de Obelisco Caesaris Augusti commentariis (l). Favet etymologia, ut a πυῤῥὸς deducatur, quod rubro colori in flavum abeunti adaptant. Neque enim officit aspirationis nota a Latinis addita, cum haec a sermonis indole oriatur, & Romanis *Pyrrhus* Rex, qui Graecis Πύῤῥος. Cum igitur ποικίλος *varium, maculosum* significet: erit πυῤῥοποίκιλος *rufis maculis distinctus*, cum haec in durissimo abundent marmore. Laudatus Baudinius „ Appellatur vulgo *granito*, eo „ quod granis constet; utque ab aliis hujusmodi lapidi„ bus secernatur, potissimus illi, ac peculiaris adjungi„ tur color, & vulgo *granito rosso* appellatur „.
Haec satis esse possunt contra Harduini opinionem qui: Πυροποίκιλον, ait (m), *punctis varii coloris distinctum & varium*; & infra etiam ex Mss. legendum monet *pyropoecilon* (n). Paullulum emendabis II. Ambrosianum codicem, ubi *pyrropocilon*, atque editionem Principem, in quâ *pyrrhopocilon*.

(a) *Lib. XXXVI.* 21. (b) 1470. (c) 1476. 1480. (d) 1497. 1499.
(e) 1507. *fol.* 267. (f) *Lib. XXXVI.* 13. (g) *Anno* 1495. *per Carol. a Darleriis*.
(h) *Lib. XXXVI.* 22. (i) *Ann.* 1526. *fol.* CCCCCX. (k) *Pag.* 41. (l) *Cap. IV. pag.* 13.
(m) *Pag.* 735. *num.* 6. (n) *Pag.* 752. *num.* 4.

Ex Harduin.

dam certamine, obeliſcos vocantes, Solis numini ſacratos. Radiorum ejus argumentum in effigie eſt, & ita ſignificatur nomine Aegyptio.

Primus omnium id inſtituit Meſtres, qui in Solis urbe regnabat, ſomnio juſſus: hoc ipſum inſcriptum in eo: etenim ſcalpturae illae effigieſque, quas vidimus, Aegyptiae ſunt litterae.

Poſtea & alii regum in ſupra dicta urbe. Sothis quatuor numero, quadragenûm octonûm cubitorum longitudine. Ramiſes autem is, quo regnante Ilium

Ex noſtrâ recenſione.

ges quodam certamine Obeliſcos vocantes Solis numini ſacratos. Radiorum ejus argumentum in effigie eſt, & ita ſignificatur nomine Aegyptio. Primus omnium id inſtituit Mitres [1], *qui in Solis urbe* [2] *regnabat, ſomnio juſſus, & hoc ipſum* [3] *inſcriptum eſt in eo* [4]. *Etenim ſcalpturae* [5] *illae effigieſve, quas vidimus, Aegyptiae ſunt literae. Poſtea & alii* [6] *Regum in ſupradictâ urbe. Sochis* [7] *IIII. numero* [8] *quadragenum & octorum* [9] *cubitorum longitudine. Ramiſes* [10] *autem is, quo regnante Ilium*

ANNOTATIONES.

(1) *Mitres*. Regii ſecundi codicis teſtimonio, & Vaticanorum auctoritate ad Kircherum provocans Harduinus Mitris appellationi Meſtren ſubſtituit. Huic acceſſiſſe videtur Bandinius (*a*). Concinit ſecundum ex Politiani exemplaribus; neque multum diſtare videtur itidem ſecundum Ambroſianum, ubi *meſtires qui regnabat in ſolis urbe*. Eadem verba occurrunt in editione Principe. Reliqua exemplaria vetuſtam, & penè ab omnibus adoptatam lectionem fovent, quae etiam in Medicaeis membranis effulget, quamvis per *y mytres* reddatur. *Mitris, ſeu Mithris* nomen frequens ſatis apud Aegyptios occurrit. Mithra, Sol, ſive Solis epitheton antiquiſſimo Regi appellationem indidiſſe conjicio, cum ſuperſtitioſo falſi Numinis cultu adeò teneretur. Philippus a Turre vir ille doctiſſimus: *quippe*, inquit (*b*), *auctore Plinio Mitres Rex fuit Aegyptiorum, qui primus Obeliſcos fecit, nec juvat ſequi Kircherum, qui lib. I. de orig. Obeliſc. legit Meſtres*.

(2) *Solis urbe*. Docet Plinius eſſe *Arabiae conterminum claritatis eximiae Solis oppidum* (*c*); inde enim urbs vocatur *Heliopolis*; in cujus ſitu adhuc obeliſcum aſſurgere teſtatur Pigafetta (*d*), & nuperrimè teſtis ocularis Fridericus Nordenius (*e*).

(3) *Et hoc ipſum*. Noſtri codices, Laurentianus, & vetuſtiores typographi.

(4) *In eo*. Plinio haec prodente pauca quaedam de reconditis Aegyptiorum literis innotuiſſe, utique credam, pleraque tamen omnino ignota affirmabo. Nonnulli ex antiquariis, qui inſigni audaciâ ſacros Aegyptiorum explicant characteres, & tantâ ſibi invicem opponuntur contrarietate, cur ab hoc Miſtogogi minimè incipiunt, ubi operis ratio proponitur? Libenter enim ſcirem quâ ratione Neoterici integras illas notas percipiant, quarum poteſtas etiam in terrâ ſuâ unicis ſacerdotibus innoteſcebat; unde ignorabiles ab Apulejo vocantur (*f*). Solus igitur ſibi perſuadeat Joſeph Vulpius has doctiſſimè Kircherum ſuum interpretari (*g*). Fridericus Nordenius, cujus paullò ante meminimus, quique Aegyptum paucis ab hinc annis Friderici Daniae Regis juſſu peragravit: ante conditam Alexandriam hieroglyphicas ſcientias deperditas (*h*), imò ignoratas cum Perſae Aegyptum in ſervitutem redigêre (*i*), teſtatur. Vbi aliqua recentiſſimi ſcriptoris auctoritati demas, ſemper conſtabit eos omnes nugari, qui Aegyptiorum myſteria, ignorabilibus ſignis expreſſa, confidenter interpretantur.

(5) *Scalpturae*. Editio Princeps, & vetuſta exempla quaedam *ſculptutae*.

(6) *Et alii*. Laurentianus, codex II. Ambroſianus, atque editio Princeps & *aliorum* minùs rectè.

(7) *Sochis*. Sochidis nomen recipio Chiffletiani exemplaris, Palmarii, Benedicti, Gelenii, Eraſmi, Pariſienſ. typographorum (*k*), aliorumque teſtimonio. Adde Riccardianum codicem, qui infra Campi Martii obeliſcum a Sochide exciſum teſtatur (*l*). Subſcribit Herodotus, apud quem Barbaro adnotante Σωχις appellatur. Recedendum igitur a multis exemplaribus, in quibus *ſothis* (*m*): a Laurentiano, ubi *eſotis*; itemque ab Ambroſiano II., & Principe editione legentibus *ephotis*. Ingenuè faſſus eſt Harduinus, quòd in ſuis codicibus apparet *ſochis*.

(8) *IIII. numero*. Adhaereo ſiglis Principis editionis, & Ambroſiani II. codicis. In Laurentiano item per notas *IV. numero*.

(9) *Quadragenum & octonum*. Iiſdem auctoritatibus lego. In Laurentiano *quadragenorum & octonum*.

(10) *Ramiſes*. Optandum eſſet, quod Aegyptiorum Regum nomina in Plinianis codicibus extarent, prout illa Auctor vulgavit. Opportunè monet Harduinus hunc a Tacito Rhamſen vocari, a Diodoro ſiculo Ρέμφιν, a Joſepho Ramphem, ab Herodoto Rampſintum. Neſcio, cur Harduinus Joſephum Flavium, & Herodotum Graecè ſcribentes latinis nominibus reddat. Aegyptiorum Regum ſeriem ſubjiciam ex additionibus ad Divum Juſtinum, quae Pliniano Ramiſi, nonnulliſque aliis lucem addet. Videtur enim, quòd hic a Graeco ſcriptore vocetur Rhameſſes Ραμεσσης. Latina verſio in hanc ſpeciem legitur (*n*). *Moſes autem Dux fuit Judaeorum, qui ejecti ſunt ex terra Aegypti a Rege Pharaone, cujus nomen fuit Amaſis. Is, ut ajunt, poſt exactum Populum regnavit annis 25. & menſibus 4., ut ſupputat Manethos. Huic ſucceſſit Chebron, qui regnavit annis 13. Huic Amenophis, qui regnavit annis 20. menſibus 7. Huic ſoror nomine Ameſſa, quae regnavit annis 21. & menſe 1. Poſt hanc Mephres. Poſt hunc Metrammuthoſis annis 20. & menſibus 20. Poſt hunc Tythmoſes annis 9. & menſibus 8. Huic ſucceſſit Damenophis, qui regnavit annis 30. & menſibus 10. Huic ſucceſſit Orus, qui regnavit annis* 35.

[a] *Praef. pag. VIII.* [b] *De Mithrâ cap. V. pag. 216. vide & pag. 155. 156.*
[c] *Lib. VI. 29.* [d] Diſcorſo intorno all' hiſtoria dell' Aguglia.
[e] Norden Voyage d' Egypte & de Nubie *tom. I. tabul. XXXIX.* [f] *Aſini lib. II.*
[g] *Vet. Lat. tom. IX. lib. XVI. 11. pag. 219.* [h] *Pag. 7.* [i] *Pag. 73. & 74.*
[k] *Vid. edit. an. 1526.* [l] *Vid. Bandin. Praefat. pag. XVIII.*
[m] 1470. 1473. [n] *Lib. III. pag. 419. num. 20.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
um captum est, quadraginta cubitorum. Idem digressus inde, ubi fuit Mnevidis regia, posuit alium, longitudine undecenis pedibus, per latera cubitis quatuor. Opus id fecisse dicuntur CXX. M. hominum. Ipse rex, cum subrecturus es-	*um capta est* [1] *XL. cubitorum* [2]. *Idem digressus inde, ubi fuit Mnevidis regia* [3], *posuit alium longitudine undecentenis pedibus* [4], *per latera cubitis quatuor. Opus id fecisse dicuntur* $\overline{XX}$. *hominum* [5]. *Ipse Rex cum subrecturus* [6] *es-*

ANNOTATIONES.

35. *& mensibus 5. Huic filia, quae regnavit annis 10. & mensibus 3. Huic Rhamesses, qui regnavit anno 1. & mensibus 4. Huic successit Amenophis, qui regnavit annis 19. & mensibus 6. Post hunc Thressus & Rhamesses annis 10. quos ferunt habuisse plurimas copias equestres & navales. At Hebraei quidem post proprias gentis suae aetates, cum eo tempore in Aegypto advenae essent, a rege, ut dictum est Tethmosi, in servitutem addicti sunt, eique extruxerunt urbes munitas Peitho, & Rhamesen, & On, quae Heliopis* (ite). Cum ad Manethonem provocet, nil mirum si Ethnicus scriptor nonnulla Moysi narret opposita, a quibus Christiana abhorret persuasio. Vbi reliqua Thebarum, & inferioris Aegypti Regum nomina opes, consule Lengletum [*a*] J. Vaillantium &c.

(1) *Capta est*. Ita Laurentianus, Ambros. II. & Princeps editio: subaudi *urbs capta est*.

(2) *XL. cubitorum*. Ex laudatis codicibus, & Principe editione.

(3) *Mnevidis Regia*. Contendit hoc loco Bargaeus [*b*], quòd pro Mnevidis regiâ legendum esset *Memnonis regia*. Accedit Bandinius. Ne illos sequar, facit unisona membranarum conformatio. Error enim Johannis Spirensis facilè emendatur, cum ibi *Nievidis* litera *M* in *Ni* abierit. Reliqua exemplaria *Mnevidis* legunt. Ad de Plinii verba, *ubi fuit*, quae innuunt Mnevidis regiam, ipso haec prodente, non amplius extitisse, & fanè oppidum e Cambyse incensum probant sequentia. Contra Vespasiano imperante celebrabatur *Abydon Memnonis regiâ, & Osiris templo inclytum* [*c*]. Non inficias eam, quòd Strabo Memnonis regiam in Abydo visendam laudans, celeberrimam urbem in tenue pagum abiisse scribit [*d*]. Verùm nihil de Osiris templo ingerens, dicendum videtur, vel Graecum geographum hanc Aegypti partem cum amico Praefecto Aelio Gallo minimè peragrasse, vel post mortem Strabonis aliquid priscae dignitatis Abydon recuperasse. Aequo judicio colligit Harduinus Mnevidis regiam haud procul Heliopoli quaerendam, cum in Solis oppido Mnevis bos coleretur, uti Apis apud Memphitas [*e*]. Obliviscitur tamen laudis Dalecampio concedendae, qui *apud Heliopolim*, ait [*f*]: *Mnevis bos, non aliter colebatur, quam Apis apud Memphitas. Strabo lib. 17. Diodorus lib. 2.* Aegyptii utrosque Reges ob accepta beneficia ex hominibus Deos fecere; & subinde irridendo cultu in bovem commutarunt. Fuit enim Apis medicinae inventor, ut nonnulli ferebant [*g*]. Alii utrumque ex Mose conflatum putant.

(4) *Vndecentenis pedibus*. Mirandum sanè, quòd veram scripturam in Romanâ, aliisque editionibus nitentem [*h*] recentiores typographi labente XV. seculo corruperint [*i*], ut multos subinde librarios in palmarem errorem adducerent. Fatendum in II. Ambrosiano, Laurentiano, atque in Principe impressione ineptè legi *undenis*. Id ex depravati alicujus apographi scripturâ effluxisse conjicio, in quo contractae notae *undecenis* irrepserant; Angel. Politianus editum undecenteois, lineolâ elementis, *cent*, substractâ signavit. Item Alexander Benedictus *undecenis* vulgans, margini *undecentenis* apposuit. Recepti ab Harduino vocabuli ineptiam Polydorus Virgilius, ac post eum Angelus Bargaeus, cum tot ab hinc annis praecavissent: illud omnino a Naturali historiâ expungendum venit. Bargaei verba referre minimè pigeat, cum a Bandinio pariter moneantur [*k*]: *Quomodo fieri potest, ut is lapis Obeliscus sit, cujus latera in senos pedes pateant, altitudo in undenos tantum assurgat, & quoniam facilis lapsus est in numeris, in quibus & apud Plinium, & apud alios erratum saepissime deprehendimus, non temere fortassis a nobis, & si pro undenis, undecentenis reposuerimus. Sic enim fiet, ut ejus altitudo sexaginta sex cubitorum sit, latitudo quatuor. Et ita etiam Plinii locum legit Polydorus Virgilius, quod a me postquam locum restituissem, animadversum est.* Addam Bargaeo, quòd ad sanandum ulcus, & calamo exaratis, & impressis etiam exemplaribus uti poterat; unde Auctorem ita scripsisse omnibus constaret. Elegans hujus numeri imminutio frequenter in Naturali historiâ occurrit: *peruerunt tamen eis annis undecentum* [*l*], atque alibi *undevigimi, undequadragies, undesexaginta &c.* Plinius igitur hoc loco *undecentenis* scripsit, ut Obelisci altitudinem pedum nonaginta novem indicaret.

(5) $\overline{XX}$. *hominum*. Aleriensis Antistitis, Barbari, Palmarii, Alexandri Benedicti, aliorumque codices legunt *XX. milia* (seu *millia*) *hominum*. Iis accedunt Erasmus, Gelenius, Manutius, Dalecampius, Parisienses typographi [*m*] unà cum vetustis permultis impressionibus [*n*]. Concedimus Harduino Riccardianum, & Ambrosianum II. exemplar ejus scripturae suffragari: neque Principem editionem differre, ubi *centum XX. m. hominum*. Verùm cum rectae argumentationi multò plures faveant libri, in quibus summa characteribus excipitur, *& viginti milia* (seu *millia*) *hominum* referant: hic numerus apud Plinium unicè recipiendus, quamvis ad Romanam impressionem addiderit Politianus $\overline{CXX}$. Et sanè cum viginti hominum millia ad urbem condendam satis videantur: multò magis ad unius (maximi licet) Obelisci structuram sufficient. Laetor Bandinium nobis concinere, qui *ex Plinio*, ait [*o*], *habemus Ramisem XX. hominum millia in excidendo, asportando, statuendoque Obelisco adhibuisse*. Addidit infra [*p*] *hominum XX. ---- ---- in aliis Mss. codicibus XXX. millium legi*.

Primus Ambrosianus, post adnotatam lacunam, unicè legit CXXI. forrassis nota I. pro X. irrepsit. Lineola tamen superior desideratur, ut CXXI. vel CXXX. mille designaret. Colligerem ipsam lineolam numeris superimponendam, in literam C. abiisse, ut ex $\overline{XX}$ fecerint Amanuenses CXX. certè in Laurentiano legitur *CXX. hominum*. Vtcumque se res habeat, Harduinus, iique omnes, quibus centum millia hominum operi adjecisse placuit, intelligere utique debebant ad formandam (ut ipsi legunt) *undenis pedibus* assurgentem molem, neque XX. homines

(a) *Tom. I. pag. 133. & seq.* (b) *De Obelisc. pag. 39. vid. Band. Praef. pag. XVII.*
(c) *Plin. lib. VI. 29.* (d) *Lib. XVII. pag. 1167.* (e) *Tom. II. pag. 735. num. 8.*
(f) *Ad hunc Plin. lib. XXXVI. 8.* (g) *Vid. Clement. Alexandrin. lib. I. Stromat.*
(h) 1470. *& traduces* 1483. 1491. (i) 1496. 1497. 1499. 1519.
(k) *Vid. Bandin. praefat. pag. XIII.* (l) *Lib. X. in fin.* (m) *Edit. an.* 1526.
(n) 1470. 1473. 1476. 1472. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519.
(o) *Cap. VII. pag. 37.* (p) *Cap. VIII. pag. 41.*

Ex Harduin.

effet, vereretur que ne machinae ponderi non fufficerent, quo majus periculum curae artificum denunciaret, filium fuum adalligavit cacumini, ut falus ejus apud molientes prodeffet & lapidi. Hac admiratione operis effectum eft, ut cum oppidum id expugnaret Cambyfes rex, ventumque effet incendio ad crepidines obelifci, extingui ignem juberet molis reverentia, qui urbis nullam habuerat.

Sunt & alii duo, unus a Smarre pofitus, alter ab Eraphio, fine notis, quadra-

Ex noftrâ recenfione.

effet, vereretur que ne machinae ponderi non fufficerent, quo maturiùs (1) *periculum curae artificum denunciaret, filium fuum adalligavit cacumini, ut falus ejus apud molientes prodeffet & lapidi* (2). *Hâc admiratione operis effectum eft, ut cum oppidum id expugnaret Cambyfes Rex* (3); *ventumque effet incendio* (4) *ad crepidines Obelifci, extingui ignem juberet molis reverentiâ, qui urbis* (5) *nullam habuerat.*

Sunt & alii duo, unus a Zmarre (6) *pofitus, alter a Phio* (7) *finè notis* (8), *qua-*

ANNOTATIONES.

nes neceffarii; unde ab immani opificum numero imminutae altitudinis falfitatem percipere tenebantur. Ab errantium fyllabo excipiendus tamen Politianus, qui pro inftituto fuo profitetur, ne illa quidem de veteribus omififfe, quae liquebat effe corrupta: *fcilicet ut conjecturae locus emendaturo fupereffet*.

(6) *Subrecturus*. Ambrofiani codices, veteres typographi (*a*), Palmarius, Benedictus, Erafmus, Dalecampius, Manutii pater, & filius cum Harduino habent *fubrecturus*; iifque libenter accedo. In Laurentiano *erecturus* (*b*). In Riccardiano minùs rectè *fuprepturus* (*c*).

(1) *Maturiùs*. Hâc in voce Riccardiano fubfcribam exemplari, cui ex integro conveniunt gemina Ambrofiana, membranaeque Alexandro Benedicto, & Dalecampio notae, atque alter ex codicibus a Politiano volutatis: impreffi libri habent *majus*. Voces a *maturo* deductas plures habere fignificationes non ignorant eruditi. *Maturè* pro *velociter* Plinium dixiffe ex Hermolao Barbaro adnotavimus [*d*]. Hoc loco magnâ tum vi, tum prudentiâ agendum importare colligerem; unde adverbio Nigidianam interpretationem adapto [*e*], ne Obelifci ftatuminatio vel nimiâ feftinatione, vel inconcinnâ tarditate fruftaretur. Hinc Dominicus Fontana infignis Architectus Obelifci pofitionem ad buccinae, & Campani aeris fonitum direxit, cum Vaticanum collocaret; & tali pacto tempora, quibus laborandum, quibufve ceffandum definivit.

(2) *Et lapidi*. Ita Ambrofiana exemplaria, Riccardianum, Laurentianum, & Princeps editio. Membranae tamen a Politiano infpectae, aliae antiquae editiones, Barbarus, Palmarius, Benedictus, Erafmus, Gelenius, Manutius pater & filius particulam *&* non agnofcunt. Notandum hoc loco Regis filium cacumini adalligatum fatis oftendere molem undenis pedibus longè majorem fuiffe. Neque enim in modicâ ftatuendâ trabe Rex tali artificio ufus effet: neque Regis filius lapidis verticem, fed dimidium, vel paullò infra (receptâ Harduini fcripturâ) occupaffet.

(3) *Cambyfes Rex*. Is creditur, qui Affuerus in facris literis appellatur. Hâc in re fidem meam minimè obftringam, cum ex rebus geftis Affuerus bonis Principibus: Cambyfes cruentis potiùs bellatoribus annumerandus videatur. De Cambyfe in Obelifcos furente plures egerunt, quos inter Antonius Maria Gratianus [*f*].

(4) *Effet incendio*. Veneta Princeps *ventumque habeset incendium*. Ita & I. Ambrofianus. II. *incendium* pariter agnofcit. Vnus faltem a Politiano collatus *incendiie*. Difcedendum a Spirenfis impreffione, apud quem alia emendanda.

(5) *Vrbis*. Viden ut oppidum, atque urbs per fynonymiam accipiantur. Confer dicta hoc libro pag. 13. 19. 81.

(6) *Zmarre*. Mira codicum inconftantia in hoc, uti in reliquis Aegyptiorum Principum nominibus; unde haud leve ftudiofis lectoribus damnum emergit. Plinius enim, qui folus tot antiquorum Regum appellationes uniter proferens, chronico incedit ordine, quantam, ut monuimus, prifcae hiftoriae lucem adderet, ubi non vitiata a librariis, fed quae ipfe vulgavit nomina legerentur. Sequor Principem editionem & I. Ambrofianum exemplar, ubi *Zmarre*. Fortaffe idem in II. legendum, in quo per contractam notam *ž Marre*. In Riccardiano *Zmarare*. In Laurentian. *Zmare* corruptè, ut opinor, a *Zmarre*. Romanae editioni *Myrne* addidit Politianus ex codice A. *Zmarne*. Parifienfes typographi *Smarne*. Apud Palmarium *Smarre*, *Marre*, & *Menophi*. Beroaldus Alerienfi Antiftiti convenit legens *Myrne* [*g*]. Alexander Benedictus *Smarre* [*h*]. Huic accedit Dalecampius; & poftquam Sochidem, & Mitrem Herodoto, & Diodoro ignotos (quamvis perperam) affirmavit: *ne hujus quidem*, ait, *aut Eraphii*, *Nectabidis*, *Mefpheaeque ---- inter Aegyptios reges ulla apud Herodotum, aut Diodorum mentio*; Harduinus conjicit, quòd *Smarres* ipfi, is fit, qui ab Eufebio in Chronico *Amarres Aetiops vocatur*. Diverfa legit Hermolaus, qui poftquam vetuftos Plinianos codices habere ait *unus a Smarre pofitus, alter ab Eraphio*, addidit „ Aelianus inter Aegyp„ ti reges Marrem: Eufebius Merrem vocavit: qui „ nufquam Phion aut Eraphion nominat: fed Menophin: & filium Jonis Epaphon „.

(7) *Phio*. Haec eft fcriptura Riccardiani, & I. Ambrofiani, quibus accedunt vetuftiora typis impreffa exemplaria [*i*] (dempto Principe) ubi uniter *araphio*. Codex B. Politiani *Araphio* cum II. Ambrofiano. Laurentianus *a Raphio*. Palmarius, Benedictus, aliique *ab Eraphio* [*k*]. In editione Hackiorum *ab Eraphito* [*l*]. Harduinus de hoc Rege, *qui*, ait, *Vaphres ab Eufebio in Chronico appellatur, ut nonnulli putant*.

(8) *Sinè notis*. Vterque codex Ambrofianus, & Princeps editio *finè votis*, quòd etiam recipi poteft.

(a) 1469. 1470. 1476. (b) *Vid. Bandin. Praefat. pag. XVII.*
(c) *Cit. Bandin. cap. VIII. pag.* 41. (d) *Vide hujus libri pag.* 177.
(e) *Vid. Gellium lib. X.* 11. (f) *Lib. VII. pag.* 215. (g) *Parm.* 1476. *Ven.* 1483. 1491.
(h) 1507. *fol.* 267. (i) 1470. 1472. 1473. 1483. 1491. 1496.
(k) *Parif.* 1526. *Lugd.* 1548. *Venet.* 1559. (l) *Tom. III. pag.* 648.

Ex Harduin.

dragenum octonûm cubitorum. Alexandriae statuit unum octoginta cubitorum Ptolemaeus Philadelphus, quem exciderat Nectabis rex purum: majusque opus fuit in devehendo statuendove multo, quam in excidendo. A Satyro architecto aliqui devectum tradunt rate: Callisthenes a Phoenice, fossa perdu-

cta

Ex nostrâ recensione.

quadragenûm octonûm [1] *cubitorum Alexandriae statuit unum octuagenûm* [2] *cubitorum Ptolemaeus Philadelphus, quem exciderat* Necthebis [3] *Rex purum* [4]; *majusque opus in devehendo statuendoque multò fuit* [5], *quàm in excidendo. Aliqui devectum tradunt a Satyro* [6] *architecto. Rate Callixenus* [7] *a Phoenice fos-*

sâ

ANNOTATIONES.

(1) *Quadragenûm octonûm*. In I. Ambrosiano xlviii. xxx. fortasse error in malè compactis siglis cubat, & quadragenûm octonûm cubitorum augenda supputatio.

(2) *Octuagenûm*. II. Ambrosianus, & Princeps editio. Riccardianus & Laurentianus per notas LXXX.

(3) *Necthebis*. Ex Politiani membranis, & II. Ambrosiano. Editio Princeps: *exciderat eum Ne thebis rex;* quod restituendum *Necthebis*. In I. Ambrosiano deteriori scripturâ *quem thebis esse dixi*. Qui apud Harduinum, & plerosque typographos *Nectabis* vocatur (*a*): a vetustioribus modò *Necthabis* (*b*), modò *Nectabilis* innuitur (*c*). Vbi Gelenii restitutio de Aegyptio labyrintho esset recipienda, *Nectabis* omnino appellandus veniret. Legit enim ibi (*d*): *refecit ---- pauca ---- Circammon spado Nectabis regis ante Alexandrum Magnum annis quingentis*. Verùm cum allata nomina in vetustis exemplaribus diversâ ratione occurrant; atque aliae contra Gelenium difficultates emergant: dubitari potest etiam hoc loco de antiquissimi nominis genuinâ scripturâ. In Riccardiano, & Medicaeo legitur absque aspiratione *Nectebis*, quod etiam ex indiciis Ambrosiani I. & Venetae Spirensis editionis inducerem. Laudatus Blasius Caryophilus haec Plinii verba illustrans: *Nectabis*, ait (*e*), *vel Nectanebus rex Aegypti anno 1. Olym. CIII. A. M. 3582. principatum obtinuit annos XVIII. ut habet Africanus, vel XII. ut Diodorus, ab Artaxerse post in Aethiopiam pulsus*. Falsus igitur est etiam in hâc parte Dalecampius, quando & allati Principis nomen Diodoro Siculo ignotum affirmavit. Hunc procul dubio eum esse conjicio, qui *Nectabenis* ab Eusebio appellatur in Chronico. Alexis apud Athenaeum mentionem ingerit Bochoris, ejusque patris Neochabis Regum Aegyptiorum (*f*). Hic fortasse Plinio *Nectabis*, ut legit Dalecampius; qui ex Plutarcho refert Nectabenis defectionem, cum Tachidis Aegyptiorum Regis, ejusque patruelis principatum invasit, quemque Agiselai ope, fugato Tacho, & Mendesio obtinuit (*g*). Miror, quòd cum tanta ad hujus nominis restitutionem apud Plinium collegerint eruditi, nemo eorum, quòd sciam, ad Cornelium Nepotem provocaverit, qui de Chabriâ Atheniensi: *Nectanebum*, inquit (*h*), *adjutum profectus, regnum ei constituit*. Notavit Magius, quòd in Petri Danielis codice *Nectebenin* apparet, Gebhardus, quòd a Plutarcho Νεκτανάβιν perpetuò vocetur, a Polyeno (*i*) Νεκτάναβον, idemque perhibere Chabriam Thamo adfuisse: *& Thamus erit, quem Plutarchus, aliique Tachum appellant* (*k*).

Sunt, qui putent Chabriae vitam non Cornelio Nepoti, sed Probo adscribendam, quos inter Lambinus; unde ad ea, quae absque dubio Nepoti attribuenda, & Agiselaum attingunt: *Hic quum ex Aegypto reverteretur, donatus a Rege Nectanebe ducentis viginti talentis:* subdit interpres *Nectanebe* legendum, non ut habent Veneta exemplaria *Nathabide* (*l*). Ex iis omnibus *Necthebis* eâdem ratione scribi posse (saltem apud Plinium ita legendum) colligo, cum incerta etiam ex aliis appareat appellatio; quamvis non ignorem Johan. Michaëlem Heusingerum pro Nectanabi pugnasse (*m*). Sed quae ex Cornelio Nepote, & Graecis affirmat dicta, non omnino sunt certa, nihilque de Plinianâ lectione adnotavit.

(4) *Purum*. Quod superiori aequivalet *sinè notis*, vel *sinè votis*.

(5) *Fuit*. Sequor membranarum ordinem, qui in idem collineat. Emendanda Princeps editio, ubi *statuendo ne est*.

(6) *Satyro*. Nonnulli codices habent *Natyro*, uti Riccardianus, & gemini Politiano noti, quos distinguit literâ A. & B. Parum differt I. Ambrosianus, ubi *Natiro*; II. cum editione Principe *Vatiro*. Verùm horum nulla, quòd sciam, apud veteres memoria. Contra Satyrus Architectus Ptolemaei Philadelphi aetate vixit, utpote qui a Rege jussus Philotram urbem (ita in sororis gratiam nuncupatam) Strabone teste aedificavit (*n*). Locum Harduino aufugisse notat Baudinius. De illustri hocce Architecto legimus apud Vitruvium (*o*). *De Mausoleo Satyrus, & Pytheus edidere volumen*. Sententiam jam à pluribus allatam invenies a Fabricio in Vitruvii auctorum indice opportunè memoratam (*p*). Cum igitur summopere nobiles Satyri artes a Vitruvio celebrentur: hunc loco ignoti Vatiri, Natiri, seu Natyri Alexandriae Obeliscum deduxisse affirmabimus. Id operis Satyro Architecto attribuunt eruditi, quos inter Junius (*q*), Harduinus (*r*), Orlandus (*s*). Alius, ejusdem nominis, Poëtae, qui de gemmis scripsit triplici loco meminit Plinius (*t*). Fortasse ex eâdem gente fuit Satyrus Rhodiorum legationis ad Romanos Princeps tempore Persei Regis, de quo Livius (*v*).

Quod in recensione nostrâ minimè spernendum, est diversus verborum ordo, ab Ambrosianis codicibus, atque editione Principe, aliisque impressionibus petitus, unde sequentium sensus nitidissimè apparet; emendandi procul dubio recentiores Naturalis historiae castigatores, qui satis malè cuderunt *devectum tradunt rate. Callixenus &c.*

(7) *Rate Callixenus*. Subaudi *tradit*, ex solitâ Plinii brevitate,

(a) *Vid. edit.* 1526. *&c.* (b) 1470. 1473. 1476. 1479.
(c) 1491. (d) *Lib. XXXVI.* 13.
(e) *De antiq. marmorib. pag.* 83. (f) *Lib. X.* 3. *pag.* 418.
(g) *Plutarch. in Agiselao & Dalecamp. apud Plin.*
(h) *Pag.* 86. *per errorem, quae esse debet* 186. (i) *Lib. II.* (k) *Cit. edit. Cornel. Nepot.*
(l) *Allat. edit. Cornel. Nepot. pag.* 266. *in Agiselao.* (m) *Observat. Antibarbar. pag.* 335.
(n) *Lib. XVII.* (o) *Lib. VII. Prooem.* (p) *Bib. Latin. l.* 17.
(q) *Catalog. pag.* 194. (r) *Tom. II. pag.* 735. (s) Abecedario *pag.* 32.
(t) *Vid. Harduin. in Auctor. indice tom. I.* (v) *Lib. XLII.*

Ex Harduin.

ctâ usque ad jacentem obeliscum e Nilo. Navesque duas in latitudinem patulas, pedalibus ex eodem lapide ad rationem geminati per duplicem mensuram ponderis oneratas, ita ut subirent obeliscum pendentem extremitatibus suis in ripis utrimque: postea egestis later-

Ex nostrâ recensione.

sâ perductâ [1] *usque ad jacentem Obeliscum Nilo* [2]*; navesque duas in latitudinem patulas* [3] *pedalibus spatiis* [4] *ex eodem lapide ad rationem* [5] *geminati per duplicem mensuram ponderis oneratas* [6]*; ita ut subiret* [7] *Obeliscum, pendentem extremitatibus suis, in ripis utrimque: postea egestis later-*

ANNOTATIONES.

tate. Plures vetustae editiones legunt. *Rate, ut Callixenus dixit* (a). Id pariter in Politiani codicibus extitisse suspicor, cum nihil in folii margine addiderit. Certè, *ut dixit*, in I. Ambrosiano apparet; Desideratur tamen in membranis Riccardiorum, Laurentianae, aliisque; unde suspicor Scholiastis expositionem in operis corpore migrasse. Pressiorem igitur Plinii sententiam exhibet Veneta Princeps, ubi *rate Calistenus fossa perductum*. In hâc minùs rectè deducentis nomen redditur. Illud restituunt recentiores; interpunctionem tamen immutantes, historiam vulnerarunt, ut inter multos agunt Gelenius (b), Paullus Manutius (c), Dalecampius (d), apud quos legimus. *A Satyro Architecto aliqui devectum tradunt rate, Callixenus a Phoenice*. Quânam aliâ ratione poterat Obeliscus à tam dissitis provinciis admoveri? Nostra igitur restitutio optimè Plinii dictis respondet; nam illorum opinione indicatâ, qui devehendo Obelisco Satyrum praefuisse scribunt: longiùs Callixeni sententiam persequitur, eo quia ipsius asportationis historiam literis demandaverat; ibique Phoenix mirandae inventionis auctor celebrabatur. Lectionem *Rate, e Phoenice, fossâ perductâ* in antiquis omnibus inveniendam, egregiè comprobant sequentia *navesque duas*; cum particula *que* navibus adnectat mutuatam a Callixeno narrationem. Succosi igitur, strictique styli sensus erit, suppositas fuisse rati duas naves, eamque ex geminato utrimque pondere elevasse, ut tali pacto sublimior pendentem Obeliscum subiret. Callixeni nomen retinendum Riccardianus, Ambrosianus I. Politiani codices, & impressa penè omnia exemplaria ostendunt, ut nullo pacto audiendus sit Harduinus, a quo in operis corpore inductus *Callisthenes*, & inutili oratione perperam defensus, cum vixerit ante Ptolemaei tempora, ut egregiè probat Caryophilus (e). Neque juvat Harduinum ad pennâ exaratos codices provocare (in quibus non putaverim Callisthenis appellationem ità exactè reddi, ut de genuinâ scripturâ dubitari non possit). Vidimus in editione Principe *Calistenus*. In Ambrosiano II. occurrit *Calistanus*. In Laurentiano *Callisteris*; statuoque emendandas voces, tum ex aliis membranis, tum etiam (quod magis ad rem facit) ex chronicis historiarum supputationibus. Acta, quae Plinius a Callixeno mutuavit: illustris Architectus posteritati sacraverat in libris de Alexandriâ, uti colligi potest ex Athenaei quinto volumine, ubi ejus verba de maximâ Ptolemaei Philopatoris navi (quam postea Phoenix immissu mari deduxit) longiùs persequitur (f). Phoenicem porrò Architectum, & Callixenum Rhodium eâdem prope aetate floruisse, ex congestis non tantùm Athenaei, sed Plutarchi, Arriani, & Curtii testimoniis habes in laudato Caryophili opere, cujus laborem ob oculos habuisse Bandinium suspicarer.

(1) *Fossâ perductâ*. Editio Princeps, & II. Ambrosianum exemplar *fossa perductum*. Laurentianum haud spernendâ lectiona *fossa producta*.

(2) *Nilo*. Sequor Riccardianum, & Laurentian. exemplaria, atque editionem Principem. Gemini Ambrosiani codices *in Nilo*.

(3) *Patulas*. Notandum naves *in latitudinem patulas* ab Architecto volitas, ne solita Navium altitudo rati Obeliscum subeunti officeret: nec ipsa Ratis (unda Italis *Zatta*, & *Zattera*, Gallis *Radeau*) quae asseribus junctis vel tignis componebatur, patulis tantùm navibus erat superimponenda: sed iis etiam, quae latissimam haberent alvum. Inde majus in fossâ spatium occupabant, ne carina immersa a saburrali sacomate vinceretur, ut hoc loco opportunè collegit Franciscus Tortosia foecondo vir ingenio. In Venetâ editione anni 1491. invenio *navesque duas in latitudinem parvulas*. Quamvis in Naturali historiâ reperiam Protogenem *parvulas naves longas* pinxisse (g), itemque apud Caesarem *naviculam parvulam* (h): certum est hoc loco *patulas* unicè legendum, corruptumque fuisse vocabulum Blavi typographi incuriâ, qui *parvulas* ingessit.

(4) *Pedalibus spatiis*. Aleriensis Antistitis, Barbari, Palmarii, Laurentianum, aliosque codices sequi lubet, itemque antiquiores editiones (demptâ tamen Principe) in quibus exactè *pedalibus spatiis*, siva *spaciis*. Ita etiam legunt Landinus, Bruciolus, Dominicus; quamquam hoc loco nihil omnino ex Plinii verbis perceperint, fatali transcribentium sorte. Persaepe in Naturali historiâ memorantur *pedalia intervalla*, & in libri XXXI. coronide occurrit *pedali non minùs spatio*. Harduini lectionem adhuc non improbo; tumque subaudiendum *spatiis*, siva *laterculis*, ut ipse monet. Harduino suffragantur Ambrosiani codices, atque Princeps editio; in quibus omnibus τὸ *spatiis* desideratur. Videtur mihi, quòd concinnior ex Aleriensis Episcopi scripturâ oriatur sensus, ut pedalium multiforme vocabulum necessariae in praesantiarum reddatur significationi. Pedalia spatia mensuram figuramque ostendunt, unde geminati ponderis supputatio ad Obeliscum comparata artifici constaret, cum ex unius spatii mole quaelibet oriatur multiplicatio; ideoque hâc ratione intelliges, cur ex eodem lapide spatia delegerit, ne discrepans alienigenae materiei pondus supputationis eluderet experimentum. Atque haec adversus Gelenii opinionem dicta sint, qui primus *spatiis* redundare adnotavit.

(5) *Ad rationem*. Codex I. Ambrosianus *hac ratione*. Notavit Dalecampius legi etiam *ac ratione*.

(6) *Oneratas*. Duplici namque aequali pondere geminae naves depressae, dextrâ laevâque parte ratis tabulato parallelae efficiebantur.

(7) *Subiret*. Riccardianum sequor exemplar. In Ambrosianis, uti in antiquioribus editis *subirent* (i): in aliis *subissent* (k). Noviter ingesta lectio mihi verior apparet,

(a) 1470. 1472. 1473. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519.
(b) *Vide edition. Frobenior. & tradunes. Lugdun.* 1548. *col.* 928.
(c) *Venet.* 1559. *col.* 928. (d) *Lugdun.* 1587. *Colon. Allobrog.* 1615. *pag.* 713.
(e) *De Marmorib. pag.* 84. (f) *Lib. V.* 10. *pag.* 204. & 205.
(g) *Lib. XXXV.* 10. *Harduino ex typographi errore XVIII.*
(h) *Lib. III. de Bello Gallic.* (i) 1469. 1470. 1472. 1473. 1507. 1526. 1548. 1559.
(k) 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1519.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
terculis allevatas naves excepiſſe onus ſtatutum. Exciſos autem ſex tales in mon-	*terculis* (1), *allevatis navibus* (2) *excepiſſe onus* (3), *Statutum* (4) *autem exciſis ſex*

ANNOTATIONES.

ret, cum rati Obeliſcus utrâque parte tradatur impoſitus, unde haec egeſtis navium laterculis elevata propius trabem exciperet in hanc ſpeciem.



(1) *Laterculis*. Legi *Lapillis* in V. monet Dalecampius: id ego nullibi inveni, atque ubi etiam in aliquo exemplari occurreret, inepta vox eſſet Amanuenſis oſcitantiae tribuenda.

(2) *Allevatis navibus*. Ex laudati Riccardiani codicis indiciis, itemque ex Politiani membranis, & II. Ambroſiano, in quibus *allevatis navis*. In editione Principe *alleviatis navis*. Neque Dalecampii, & Harduini lectionem improbo *allevatas naves*, neque veterem *allevatâ nave* (a), cum haec omnia rati ſuppoſita navigium, & naves dici poſſint. In Medicaeo, ſive Laurentiano *adleviatas naves*.

(3) *Excepiſſe onus*. Quantùm huc uſque a germano candore Plinii verba fuerint deturbata aequus & ſciens lector diſpiciet. Vitiosâ primùm interpunctione navibus *ſtatutum onus* ingerentes, nec Plinianam, nec mihi facilè percipiendam ſyntaxin ſuppoſuerunt. Illud enim *ſtatutum* oneri minimè neceſſarium, cum Auctor ratione expoſitâ, quâ commiſſus rati Obeliſcus; aliâ periodo ad ſtatuminationem pergat. Notandum ſecundò recentiores typographos veteribus poſthabendos, ex ſenis talis, nempe ſex pedamentis (quibus Phoenix in Arſinoeo immanem trabem commendavit) totidem Obeliſcos in eodem monte exciſos ſomniaſſe. Omitto plebejum videri *ſex tales*, ut ſex alios laudato ſimiles indicaret; intolerandâ inſuper hallucinatione, & contra narrationis ordinem ſeni adduntur Obeliſci, quando de Phoenice agitur, qui Obeliſcum non a ſe, ſed longè an-

(a) 1470. 1472. 1473. 1476. 1480. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. &c.

Ex Harduin.

monte eodem, & artificem donatum talentis quinquaginta: Hic fuit in Arſinoëo poſitus a rege ſupra dicto, munus amoris in conjugem, eamdemque ſororum Arſinoën. Inde eum navalibus incom-

Ex noſtrâ recenſione.

ſex talis (1) *e monte eodem*, *& artificem* (2) *donatum talentis L. Hic fuit in Arſinoëo* (3) *poſitus* (4) *ab Rege ſupradicto*, *munus amoris in conjuge*, *eademque ſorore Arſinoe* (5). *Inde eum navalibus incommo-*

ANNOTATIONES.

antea Nectebi regnante exciſum, devexit, fundavitque ſex talis, ideſt pedamentis ex eodem monte reſecatis, ut moris erat. Mirum in modum ratio, & vetuſta exemplaria noſtram firmant opinionem. Editio Princeps legit *allevlatis navis excepiſſe onus. Exciſos autem ſeſtalis e monte eodem*. Poſuiſſe Spirenſem *ſeſtalis* loco *ſex talis* oſtendunt membranae infra adducendae, & Romanae (*a*), Venetae (*b*), ac Parmenſes editiones (*c*) ubi *exciſos* ---- *ſex talis* invenies. Adde, quòd notiones a Plinio deſumptae noſtram firmant reſtitutionem. *Abies*, inquit (*d*), *admirationis praecipuae viſa eſt in Navi, quae ex Aegypto Caj Principis juſſu Obeliſcum in Vaticano Circo ſtatutum, quatuorque truncos lapidis ejuſdem ad ſuſtinendum eum adduxit, quâ nave nihil admirabilius viſum in mari certum eſt*.

Viden, ut Phoenix ad decentiùs fortiùſque ſtatuminandum Obeliſcum ſex ejuſdem lapidis pedamenta exciderit, atque opere conſumato talentis numero L. fuerit donatus. Neque enim hujuſmodi tribuenda Nectebi, uti Bandinio videtur, quem a falsâ ſex parium Obeliſcorum lectione irretitum ſuſpicarer (*e*).

Loco adfecto medicinam faciet II. Ambroſianus codex, ubi nitidiſſimè legitur: *ſex talis e monte eodem*. Lucem etiam addet I., ubi licèt corruptè: *& allevatis majus cepiſſe onus. Statutum autem in ſexiall monte*. Integra hoc loco Riccardiani vetuſtiſſimi exemplaris verba ſubjiciam, ubi magna in excerpendo prudentia evadit neceſſaria, cum multa perperam, quaedam ritè deſcripta ita inveniantur.

Sunt & alii duo unus a Zmrare poſitus alteraphio ſine notis quadragenum octonum cubitorum. Alexandriae ſtatuit unum Ptolomaeus Philadelphus LXXX. cubitorum cecideraт eum Nectebis Rex purum, majuſque opus in devehendo ſtatuendove multo eſt quam in excidendo Natyro Architecto alioqui devectum tradunt rate Callixenus aphonice foſſa perducta uſque adjacentem obeliſcum Nilo, naveſque duas in latitudinem patulas pedalibus ex eodem lapide ad rationem geminati per duplicem menſuram ponderis honeratas, ita ut ſubiret obeliſcum pendentem extremitatibus ſuis in ripis utrinque poſtea egeſtes laterculis adlevatis navis excepiſſe onus ſtatutum autem in ſex talis e monte eodem & artificum donatum talentis L.

Integra hujus codicis verba exſcripſimus, & reliqua ſuis locis addentur, ut ſtudioſi poſſint excerpere, quae eis magis opportuna videbuntur, ubi a nobis vel tentata, vel reſtituta minùs probaverint. Id tamen firmiter eredo, quòd ab impreſſis recedent, ubi *excepiſſe onus ſtatutum. Exciſos* &c. Hinc Politianus vitioſam ſuſtulit interpunctionem, atque ex membranis legit *excepiſſe onus. Statutum autem in ſex talis*. Alia lectionum monſtra, ut in variantibus apud Benedictum omitto, gaudeoque novo teſtimonio annotationes auxiſſe: nam poſtquam locum reſtituiſſem, Aloyſius Comes Laurentius Chriſtianiſſimi Regis in Etruriâ orator, Obeliſcorum hiſtoriam a Politiano membranis collatam ſummâ diligentiâ exſcribendam curavit, operam conferente Marchione Abate Nicolinio, qui invidendum poſſidet theſaurum, ut XI. volumine dicemus.

(4) *Statutum*. Id vocabuli deſideratur in II. Ambroſiano, atque editione Principe: ab aliis recipitur, videturque neceſſarium.

(1) *Exciſis ſex talis*. Codices membranacei hoc loco emendandi. Quid legat Riccardianus jam habes, ubi *exciſis* deſideratur. Scripturam I. Ambroſiani pariter retulimus, parùm a Riccardiano diſſitam. Reliqua exemplaria, ubi *exciſos*, emendanda, niſi legere velis *exciſos ſex talos*, quòd minùs placet, nam ſtatutum, ſex talis Obeliſcum a Plinio indigitari utique percipio.

(2) *Et artificem*. Particula & deſideratur in Guarini codice, & Principe editione, itemque in vetuſtioribus impreſſionibus.

(3) *Arſinoëo*. Corrupta, ut plurimum, in hâc voce ſunt recentiora exemplaria: editio Princeps *hic Obeliſcus in Arſionoe fuit poſitus*. Reſtitutio debetur Alerienſi Antiſtiti, qui in Romanâ impreſſione vulgavit *Arſinoeo*. Laudandus etiam Gronovius, qui ex Voſſii membranis *Hic fuit in Arſinoeo poſitus ab Rege ſupradicto*: „ Nuſ„ quam, inquit (*f*), *τὸ autem obeliſcus*, quae ab aliquo „ male ſedulo eſſe allita mihi exploratum eſt. Ἀρσινόειον „ eſt monumentum Arſinoes. Academicus, Menapius „ & Gudian. *Hic fuit conditus a Rege ſupradicto*. Vn„ de etiam diſcere eſt, ut in Plinio graſſati ſunt „ Ante Gronovium emendationem intentaverat Pintianus, qui ſcribendum *Arſineo*, hoc eſt Arſinoes templo, ut Iſeum templum Iſidis, & plura hujuſmodi indicavit (*g*). Defuit Pintiano membranarum auxilium, ut ex illis rectiùs nomen per *oë* vulgaret. Harduinus utriuſque interpretis nomina oblitus 'Αρσινόειον appellatum eâdem ratione, quâ Iſeum Iſidis monumentum affirmavit (*h*); vocemque ipſam ex Mſs. reſtituiſſe gloriatur (*i*). Nos diverſâ methodo incedentes debitam Pintiano, & Gronovio laudem tribuimus. Dalecampius parum feliciter ex V. adnotaverat *in Arſinoës portu*. Voſſiano codici ſubſcribunt laudatae a Politiano membranae, & Riccardianum exemplar, ubi: *Hic fuit in Arſinoeo poſitus ab Rege ſupradicto munus amoris in conjuge, eademque ſorore Arſinoe inde eum navalibus incommodum maximus quidem praefectus Aegypti tranſtulit in forum reciſo cacumine dum vult faſtigium addere auratum quod poſtea omiſit*.

Ptolemaeus igitur Philadelphus uxori, eidemque ſorori ſuae monumentum condens, illud a defunctae nomine Arſinoëum appellavit. Confer, quae refert Plinius libro XXXIV. de Dinochare Architecto, qui *Alexandriae Arſinoes templum concameratum inchoaverat, ut in ipſo ſimulacrum ejus e ferro pendere in aëre videretur*.

(4) *Poſitus*. Praeter codices a Gronovio allatos, ubi *conditus*, eandem vocem inveni in I. Ambroſiano; illam quoque ex M. retulit in orâ libri Dalecampius: legendum cum Riccardiano, aliiſque *poſitus ab Rege ſupradicto*.

(5) *Arſinoe*. Quae accuſandi caſu Harduinus, latino in membranis omnibus a me viſis, itemque in primigeniis editionibus invenio. Neque illa ab operis corpore deturbare voluit Dalecampius, quamvis & aliam lectio-

(a) 1470. 1473. (b) 1472. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519.
(c) 1476. 1480. (d) *Lib. XVI. 40. Hard. Vide Diſq. noſtras hoc libro IX. pag.* 128. *&* 129.
(e) *Cap. IV. pag.* 34. (f) *Hack. tom. III. Plin. pag.* 843.
(g) *Conſule hanc edit. tom. III. pag.* 649. (h) *Pag.* 736. *num.* 17.
(i) *In indic. emendat. pag.* 831.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
commodum Maximus quidam Praefectus Aegypti transtulit in forum, reciso cacumine, dum vult fastigium addere auratum, quod postea omisit. Et alii duo sunt Alexandriae ad portum, in Caesaris templo, quos excidit Mestres rex quadragenûm binûm cubitorum. Super omnia accessit difficultas mari Romam devehendi, spectatis admodum navibus. Divus Augustus priorem	*modum* (1) *Maximus quidam* (2) *Praefectus Aegypti transtulit in forum reciso cacumine, dum vult fastigium addere auratum, quod postea amisit* (3)*: & alii duo sunt Alexandriae ad portum* (4) *in Caesaris templo, quos excidit Mestres* (5) *Rex quadragenum binum cubitorum. Super omnia accessit difficultas mari* (6) *Romam devehendi* (7)*: e spectatis admodum navibus, Divus Augustus eam, quae priorem*

ANNOTATIONES.

ctionem ad voluminis marginem indicaverit. Harduinus folito membranarum perfugio in emendationem syllabo utitur. Puto illi Pintianum, & Dalecampium unicè illuxisse: Gronovium audiamus „ Melius accu „ sandi casu fore censet Pintianus: *in conjugem eandemque sororem*. Non ego. Vide quae ad Senecae „ quarti Nat. Quaest. praefationem scripsimus. „ Gronovio igitur omnino accedendum; legoque apud Ciceronem (*a*), eâdem Plinianâ ratione: *In te bene merito grati essent*. Haec nostrae respondent scripturae, tum magis quòd hoc loco de Arsinoe defunctâ sermo habetur. Conjugem porrò eandemque sororem Ptolemaei inauit Plinius, non unicè ad Aegypt. Princ. mores respicient, quibus hujusmodi in usu erant matrimonia: sed ut Arsinoen Ptolemaei uxorem ab Arsinoe alterâ sorore distingueret, quae Lysimacho Macedonum Regi nupserat. De utrâque non uno loco Pausanias, qui adnotavit Ptolemaeum Arsinoes germanae sororis amore captum, eam sibi matrimonio junxisse; idque non ea Graecorum, sed Aegyptiae terrae, cui imperabat, lege fecisse (*b*). Videtur tamen similia catis hominibus quandoque displicuisse; notatque Athenaeus Sotadis dicterium in Ptolemaeum ob sororis nuptias; cujus in gratiam (si Deipnosophistarum auctori credimus) occisus fuit (*c*).

(1) *Navalibus incommodum*. Ex hisce verbis fortassis orta lectio a Dalecampio memorata: *in Arsinoes portu*. Sed poterat Obeliscus Arsinoëum exornare navalibus esse incommodus, quòd circa litus assurgeret, quin portum ipsum ab Arsinoes appellatione dictum arbitrario statuamus.

(2) *Maximus quidam*. Maximi cognomen multis Romanis gentibus commune, frequens in Fabiis evasit. Ad hos certè Aegypti Praefectus minimè spectabat, cum sibi ignotam gentiliciam appellationem Plinius ostendat ea verbis *Maximus quidam*. In Ambrosian. codicib. atque in editione Principe minùs rectè *Maximus quidem*.

(3) *Amisit*. A verustit omnibus typographis adoptatum libentiur recipio, quàm a Gelenio, Paullo Manutio, Dalecampio, atque recentioribus inductum *omisit*. Membranae tamen non deerunt, in quibus *omisit*, cum id verbi ex suis adnotaverit Politianus, & occurrat in Riccardiano exemplari. Verùm gemina Ambrosiana rectiùs habent *amisit*, & ita etiam legendum videtur in Laurentiano, ubi corruptè *admisit*. Voluisse Praefectum Obelisco fastigium addere, & postea ab incoepto opere destitisse, minùs videtur probabile. Contra superadditum, temporis & ventorum injuriâ amisisse, facili negocio intelligimus. Velim probaret Bandinius, qui oppositae adhaesit lectioni (*d*).

(4) *Ad portum*. Gelenius legendum jussit *in portu*, contra membranarum, & editorum voluminum fidem. Alterum ex iis obeliscis adhuc superesse Pigafetta XVI. seculi scriptor tradit (*e*); illumque omnino vera protulisse ostendit Nordenius; vocaturque in hanc diem *Obeliscus Cleopatrae* (*f*); videturque nomen inde accepisse, quòd trabem in Caesaris gratiam inibi posuerit Cleopatra.

(5) *Mestres*. Ob stupendam exemplarium pugnam *Mestres* cum Harduino legerem, cum illi accedat Riccardianum, ubi *Mestreus*. Videtur, quòd una redundet literula; idemque erit Romanâ terminatione *Mestreus*, ac *Mestres*. Gemini Ambrosiani codices, atque editio Princeps *Mestires*. Laurentianus *Mestyres*, a quo via differt alter a Politiano volutatus, ubi *Mestires*. Nescio igitur, cur in Obelisci Augustaei commentario ingeratur (*g*). *Editi praeseferunt Mesphees praeter Harduinum. Codd. vero legunt Mestres*. Ab editis excipienda editio Princeps. In reliqeis occurrit *Mesphees* (*h*).
Quod certè deducendum putarem, si *Mestres* ab Harduino hoc loco adoptatus in fuit, & Pintiani codicibus apparet rectè; indicio erit, ut coguatam dictionem supernè expungamus; ideoque Plinium Obeliscorum historiam a Mitre, qui primus eos excidit, pulcherrimâ narratione exorsum, nunc de alio Rege sermonem habere: cum mirandas trabes suis Principibus adscribens, quantùm fieri potuit chronicis temporibus innixus procedat. Vbi enim de geminis Regibus eandem appellationem gestantibus loqueretur, unum, vel alterum cognomine, vel aliquâ distingueret epithetâ. Fortassis hic tantâ varietate in Plinii codicibus recensitus, erit *Mephres*, cujus ex additionibus ad Dieum Justinum meminimus.

(6) *Mari*. Codex Laurentianus, & II. Ambrosianus *maris*, quae lectio minimè displicet.

(7) *Devehendi*. Miseram doctissimi Plinii conditionem hoc loco iterum indolemus, cum vitiosâ intercisione corruptis amputatisque verbis narratio perdatur. Qui lepor, & sensus: *devehendi spectatis admodum navibus. Divus Augustus priorem advexerat miraculique gratia Puteolis navalibus perpetuis dicaverat*! Videtur enim Obeliscum Puteolis fuisse dicatum, & ita vertunt parum commodi interpretes (*i*), quando de Navi omnino agitur. Aliquam tamen Plinium vertentes merentur excusationem, cum non desint codices, ubi legitur: *sed incendio consumptus est*, quod in Romanis (& traducibus) impressionibus irrepsit, ubi Politianus ex codice A. addidit *consumpta ea est*. Plinius narratâ difficultate *mari Romam devehendi*; id operis spectatis admodum navibus ab Augusto, & Cajo peractum describit, cum his

(a) *Epist. famil. lib. III.* 18. (b) *Lib. I. pag.* 6.
(c) *Athenaeus lib. XIV.* 4. *pag.* 620. *&* 621. (d) *Cap. XIII. pag.* 63.
(e) Discors. *pag.* 7. (f) *Tom. I. tabul. XXXIX.* (g) *Praef. pag. XVIII.*
(h) 1487. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519. 1526. 1548. 1559. *&c.*
(i) *Vide Landini, Brucioli, & Dominici versiones hoc loco.*

Ex Harduin.

rem advexerat, miraculique gratia Puteolis navalibus perpetuis dicaverat: sed incendio consumpta ea est. Divus Claudius aliquot post annos asservatam, qua Caïus Caesar importaverat, omnibus quae unquam in mari visae sunt, mirabiliorem, turribus Puteolano ex pulvere exaedificatis, perductam Ostiam, portus gratia mersit: alia ex hoc cura navium, quae Tiberi subvehant. Quo experimento patuit, non minus aquarum huic

Ex nostrâ recensione.

rem advexerat, miraculi gratiâ [1], *Puteolis* [2], *navalibus perpetuis dicaverat; sed incendio consumpta est* [3]. *Divus Claudius aliquot post annos adservatam eam* [4], *quâ* [5] *C. Caesar importaverat, omnibus quae unquam in mari visa sunt* [6] *mirabiliorem, turribus puteolano* [7] *ex pulvere exaedificatis, perductam Ostiam portûs gratiâ mersit. Alia ex hoc cura navium, quae Tiberi subvehebant* [8]: *quo experimento palam fit* [9] *non*

ANNOTATIONES.

hic unum, Augustus duo Romae Obeliscos deduxisset. Navim, quâ priorem advexerat Augustus, Puteolis ad perpetua navalia dedicaverat: alteram verò navim (quâ Obeliscum in Vaticano positum Cajus importaverat) asservatam, & post aliquos annos Ostiensis portûs gratiâ a Claudio mersam. Typographi edentes *asservatum eum, quem* &c. magnum Plinio vulnus intulerunt (*a*). Legimus in Riccardiano. *Et alii duo Alexandriae ad portum in Caesaris templo quos excidit Mesfreus Rex quadragenum binum cubitorum super omnia accessit difficultas mari Roma devehendis spectatis admodum navibus. Divus Augustus eam priorem advexerat miraculi gratia puteolis perpetuis navalibus dicaverat incendio consumpta ea est. Divus Claudius aliquod post annos adservatamque qua C. Caesar importaverat, omnibus quae unquam in mari visa sunt mirabiliorem in turribus Puteolis ex pulvere exaedificatis perductam Ostiam portus gratia mersit. Alia ex hoc cura Navium, quae Tyberis subvehant, quo experimento patescit non minus aquarum huic communia esse quam Nilo.* Ex hoc igitur codice, ubi bona quaedam multis malis permixta, restituendum videtur: *e spectatis*, cum *s.* adjectum vocabulo *devehendi*, particulae *e* perperam successerit. Lectionem firmat ratio, & sequentia. Item geminum Ambrosianum exemplar, in quibus legimus: *eam que priorem advexerat.* Nec differt Princeps editio, quamvis ineptè jungat duas voces, reddatque *eamq; priorem:* ubi restitues *eam, quae priorem advexerat*, nisi legere mavis *priores*, cum Augustus duos Obeliscos Plinio teste importaverit, quorum unum in Circo Maximo, alterum in Campo Martio collocavit. E Solis urbe utrumque repetito itinere, eâdemque navi advectum censerem, cum Noster de unâ tantùm incendio consumptâ loquatur, nec duplicem afferat Ammianus Marcellinus (*b*). Caeterum cum editis libris respondeant membranae, atque uniter *priorem* exhibeant, sententiam Plinio relinquimus; quae etiam sustinetur, cum priorem Obeliscum Augustus importaverit.

(1) *Miraculi gratiâ.* Codices Riccardianus, Medicaeus, gemini Ambrosiani, editio Princeps, & vetustiora exemplaria (*c*); Gelenius induxit *miraculique gratia*.

(2) *Puteolis.* Ita, non *Puteolisque*, ut in nonnullis exemplaribus occurrit (*d*). Loquitur Plinius de celebri olim oppido, V. a Neapoli lapide, de quo in Geographicis (*e*); *Puteoli colonia Dicaearchia dicti.* Si plura quaeris consule Puteolanam historiam Julii Caesaris Capacii (*f*).

(3) *Consumpta est.* Haec est scriptura codd. Ambrosianorum, & Principis editionis: redundat enim *ea*; putoque Amanuensium oculos deceptos a sequentibus *adservatam eam.* In Laurentiano legimus *consumata*. In Aleriensis Episcopi, aliisque exemplaribus omnino perperam *consumptus est* (*g*). Neque enim de Obelisco agitur, sed de navi.

(4) *Adservatam eam.* Hoc loco *eam* Plinio restituo ex utroque Ambrosiano; ex editione Princ., ubi *asservatam eam*. Necessarium siquidem evadit pronomen, cum de alterâ navi loquatur. Exemplaria, ubi legitur *consumptus est*, pariter habent asservatum *eum* (*h*): alia antiqua *asservatam eam* (*i*).

(5) *Quâ.* Vides, ut cognata sententia respondet superiori: dicit hoc loco, *quâ C. Caesar importaverat*: eâdem igitur ratione supra *eam, quae priorem* (Obeliscum) *advexerat*.

(6) *Visa sunt.* Antiquam lectionem, quam non unicè Romana, & subsecuta exemplaria (*k*), sed Riccardianae, Medicaeae, & Politiani membranae fovent, veriorem judico, cum narratis vim addat; & haec non solùm caeteris navibus, sed omnibus in mari actis mirabilior evaserit: exempli gratiâ, spectanda magis esset ponte, quo Xerses ex Asiâ in Europam duxit exercitum, & recentiore, quo idem Cajus Caesar Puteolanas moles & Bajanum sinum conjunxerat. Nostra opinio ipsiusmet Plinii verbis supra allatis firmatur: *quâ navi nil admirabilius visum in mari* certum est (*l*). Admiratio porrò tum ab ipsâ navis magnitudine, tum ex impositis tabulato tribus molibus puteolano e pulvere constructis oriebatur. Hinc machinas omnes mari commissas potuit superare. Caeterum lectorem ignorare non sinam, quòd Ambrosiani codices *vise*: editio Princeps *vise* reddiderunt.

(7) *Puteolano.* Riccardianus codex, Ambrosiani, & vetustae editiones habent *puteolis*. Qui huic adhaerere vellet scripturae *turres puteolas* accipiet pro puteolanis, ut *Samnis ursa* apud Silium Italicum (*m*). Politianus crucem vocabulo superinduxit; unde *puteolis* suspicari possumus hoc loco effluxisse ex contractâ dictione *puteol. ex pulvere*. Vtcumque se res habeat, turres, non Puteolis, sed Ostiae fabricatas monuimus ex restitutâ libri XVI. sententiâ, unde hanc periodum tornamus, *quae unquam in mari visa sunt mirabiliorem, perductam Ostiam turribus puteolano ex pulvere exaedificatis*.

(8) *Subvehebant.* Discedo a Riccardiano exemplari, a Politiani membranis A. & B., ab editione Principe, legentibus *subvehant*. Rectior mihi videtur scriptura utriusque Ambrosiani codicis, cui accedunt Romanae, & aliae

(a) 1470. 1472. 1473. 1483. (b) *Lib. XVII.* 4.
(c) 1470. 1472. 1473. 1476. 1479. 1483. 1491. 1497. 1499. *&c.*
(d) 1491. 1496. 1507. 1519. (e) *Lib. III.* 5. (f) *Editam Neapol. ann.* 1604.
(g) 1470. 1472. 1473. 1483. 1491. 1496. 1499. 1507. 1519. (h) 1470. 1472. 1473. 1483. 1491.
(i) 1497. 1499. 1507. 1519. 1526. (k) 1470. 1472. 1473. 1476. 1480. 1483. *&c.*
(l) *Lib. XVI.* 41. (m) *Lib. IV. vers.* 560.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
huic amni esse, quam Nilo. Is autem obeliscus, quem Divus Augustus in Circo magno statuit, excisus est a rege Semneserteo, quo regnante Pythagoras in Aegypto fuit, centum viginti quinque pedum, & dodrantis prae-	*non minùs aquarum huic communia* [1] *esse quàm Nilo. Is autem Obeliscus, quem Divus Augustus in Circo Magno* [2] *posuit* [3], *excisus est a Rege Semetempserteo* [4], *quo regnante Pythagoras in Aegypto fuit* [5], *XXCII. pedum & dodrantis* [6], *prae-*

aliae vetustiores impressiones (*a*). In Laurentiano, sive Medicaeo *subveherent*; idque etiam in V. adnotavit Dalecampius; quare vel *subveherent*, vel *subvehebant* adoptandum censerem. Neque enim de re praesenti sermo incidit, ut *subvehant* cum recentioribus recipiam.

(9) *Palam fit*. Vterque Ambrosianus, Princeps editio, & veteres nonnulli typographi (*b*). Gelenius vulgavit (nullâ propositâ ratione) *patuit*. Conjiciendum, quòd aequiparabile vocabulum in suis codicibus invenerit: ita legitur in Laurentiano. In Riccardiano *patescit*. In Dalecampii membranis *palam fit*, & *palam fuit*, quae ultima scriptura occurrit in Romanâ primâ, & Parmensi (*c*).

(1) *Communia*. Riccardiano accedentes, caeteris obsistimus, in quibus haud ita rectè *non minùs aquarum huic amni esse*. Colligerem amanuenses ex vocabulo *communia* fecisse *amni*. Auctor sanè non intelligit eandem in Tibride aquarum profunditatem & copiam adesse, uti in Nilo: sed in Ausonio flumine aeque, ac in Africano eam aquarum molem adesse, quae ferendis sufficeret Obeliscis. Sic myrrha ab Arabis, & Troglodytis culta, utrisque communis dicitur (*d*), & Crocodili amphibii *vita, in aquâ terrâque communis* describitur (*e*). Suspicatur Bandinius, Plinii locum mendosum esse, & in hanc speciem supplendum (*f*): *cum alia subiret cura navium, quae Tiberi obeliscos subveherent, has construere tentarunt, forma, & magnitudine ad instar earum, quibus per Nilum ad mare devecti fuerant: quo experimento patuit, non minus aquarum huic amni esse, quam Nilo*. Multa ex iis Plinium ob oculos habuisse utique credam, quae tamen non extorquenda ex notâ orationis parsimoniâ, quâ a verbosis abhorret, tum magis cum legentibus sufficiant relata; neque ullum crispatae laciniae indicium in membranis inveniamus.

(2) *In Circo Magno*. Hunc fractum in molitione asserunt Fulvius Vrsinus, & Bartholomaeus Marlianus. Verè aliquod damni passus videtur; idque potiùs sequioribus seculis accidisse colligerem; ideoque post Augusti, & Plinii tempora, quando eum Constantius Magni Constantini F. amovit, cum alterum longè maximum advexit, & in Augustei locum statuminavit (*g*).

(3) *Posuit*. Cum Riccardiano, aliisque membranis. In veteribus editionibus *constituit* (*h*); idque ex M. etiam adnotavit Dalecampius. Gelenius, & Manutius *statuit* cum Harduino: omnia in idem collineant.

(4) *Semetenpserteo*. In difficili hujus Regis nomine solita, imò inextricabilis concertatio. Codex Riccardianus sic legit. *Is autem oboeliscus, quem Divus Augustus in Circo magno statuit, excisus est a Rege Semetnpserteo, quo regnante Pythagoras in Aegypto fuit XXCV. pedum & dodrantis praeter basim ejusdem lapidis. Is vero, quem in Campo Marcio IX. pedum in ora a Sochide inscribi ambo rerum nature interpretationem Aegyptiorum philosophio continent*. Politiani membranae A. & B. *Semetnpserteo*, scripturâ ad Riccardianum accedente, cum litera tantum *e* desideretur. Medicaeus *Semenpserteo*. I. Ambrosianus *Semiserteo*. II. *Semeserteo*. Editio Princeps *Semenserteo*. Alerienfis Episcopus, & subsecutae impressiones, ut plurimum, *Semneserteo*, cum Gelenio, Manutio, Dalecampio, Harduino. Palmarius *Semneferteo* (*i*). In ignoto nomine potiùs Riccardiano subscribo omnium antiquiori, a quo non multùm differunt vetustissimi Politiani codices: ubi si recta est lectio, ineffabilis appellatio ipsorum tantùm Aegyptiorum linguis erit pronuncianda. Kircherus rectiùs, atque ad Aegyptii sermonis indolem *Psammamirteum* scribendum monet (*k*); sodalis sui auctoritatem neque approbans, neque rejiciens affert Harduinus. Bandinius: *Mestraei*, inquit (*l*), *vestigiis qui successerunt Principes institere, certatim ad sepulchrorum, Templorumque ornatum ejusmodi immanes lapides erigendo, ad* Psammeticum *usque* (*quem Plinius* Semneserteum *vocat*, Flaminii *obelisci auctorem*). Vt a viro docto allata (saltem ex Plinii sententiâ) minimè recipiam, jubent Nostri verba, qui unum ab altero Principe omnino separavit, cum paullò infra ab Herodoto affirmari testetur, Aegyptiacum Labyrinthum Regum opus esse, *novissimeque Psammetici* (*m*). Aliqua etiam in hoc reddendo nomine exemplarium differentia; modica tamen, atque facili negocio componenda. Si igitur de Semneserreo hîc loquitur (ut pleraeque habent impressiones) alius fuit a Psammetico. Parum tamen typographis hocce in nomine fidendum, cum unus alium exscribat, & facilis sit oculorum lapsus in tam complicato elementorum ordine. Exemplo erit editio Coloniae Allobrogum, sive Genevae anni 1615. quae cum *Semneserteo* per Dalecampium adoptato recipere debuisset, reddidit *Senneserteo*.

(5) *Fuit*. Notat ex Laërtio Dalecampius Pythagoram in Aegypto proficiscentem a Polycrate Sami tyranno per literas Amasidi Regi fuisse commendatum. Haec Plinio facilè possumus conciliare, cum Polycrates Amasidi quidem scripserit; sed hic moriens Semetempserteo, seu ut aliis dicitur, Psaminiteo regnum reliquerit. Nodus omnis scinderetur, si hunc ipsissimum Regem Amasim quoque dictum cum Reinero Reineccio suspicaremur (*n*).

(6) *XXCII. pedum & dodrantis*. Non hujusmodi notis, sed aliquâ ratione affinibus, nempe XXCV. (octuagesimum quintum numerum describentibus) usi sunt Politianus ex laudatis membranis, & illustris Marchio Polenus, amicus olim noster, qui eas invenit in Venetae bibliothecae exemplari, quod olim Bessarionis Cardinalis fuit (*o*). Pari methodo in optimis Mss. reperiri innuit Bandinius (*p*); & signanter in Riccardiano (*q*); quamvis antea ejusdem codicis verba exscribens afferat LXXXV. (*r*), quae notae licèt ipsissimum importent numerum: hoc loco tamen pro Plinianis minimè accipiam,

(a) 1470. 1472. 1473. 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519.
(b) 1483. 1491. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519. (c) 1470. 1476.
(d) *Lib. XII.* 13. (e) *Lib. XXVIII.* 8. (f) *Cap. VII. pag.* 39.
(g) *Vid. Anton. Mar. Gratian. lib. VII. pag.* 215. *Kircher. in Obelis. Pamph. Praenet.* (h) 1469. 1470. 1476. 1483. 1491. *&c.* (i) *Vid. edition. ann.* 1497. (k) *De origin. Obeliscor.* (l) *Praef. pag. IX.*
(m) *Lib. XXXVI.* 13. (n) *Vid. edit. Plin. ann.* 1669. *tom. III. pag.* 650. *notâ* a.
(o) *Vide Epistol. Poleni ad Bandin. num. I. fol. VI.* (p) *Cit. Epistol. fol. VI.*
(q) *Cap. XI. pag.* 64. (r) *Praef. pag. XVIII.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
praeter basim ejusdem lapidis: Is vero, qui	*praeter basim ejusdem lapidis. Is verò, quem*

ANNOTATIONES.

piam, unde amanuensium, & typographorum errore, siglarum non summam, sed configurationem immutatam conjicere debemus, dum XXCV. & LXXXV. idem important. Fatemur gravissimis tantùm de caussis literulas in Plinio immutandas: unde Nostri erit instituti hoc loco ostendere, nihil aliud ab antiquis amanuensibus peractum, quàm rectas II. dualis numeri figuras in fine adligatas, in V. quinarium abiisse; ita ut pro XXCII. irrepserit XXCV. Hanc signandi rationem neoterici exscriptores minimè intelligentes, praepositâ centesimi notâ, in CXXV. longè majore flagitio corruperunt, ut in utroque Ambrosiano exemplari apparet. Prima certae hujus restitutionis laus debetur Jacobo Stuarto, peritissimo mathematico, gaudeoque ei concinnere faciendo testimonio Rogerium Joseph Boscovichium in iisdem studiis nemini secundum. Ipsius Britanni viri sententiam ponam, quam hàc ratione apud Bandinium invenies (*a*): *At hic jam statim innotescit, quam facile hic numerus in illum 125. sit a librariis commutatus. Si in vetustis codicibus scriptum fuit XXCII. admodum facile in primis transposita notula C pro XXC. scribi potuit CXX. Et quidem hujus transpositionis habemus nonnullos Florentinos Riccardianae, ac Laurentianae Bibliothecae codices; in quibus, ut ex amici litteris ad me Florentia datis nuper accepi, habetur XXCV. licet editiones omnes passim habeant CXXV. Deinde binae litterae II nonnihil inclinatae admodum facile abire potuerunt in V. Hoc autem pacto salva Plinii fide, ejusque loco consentiente cum re ipsa, jam habebitur XXCII. cum dodrante, pro quo suum illud CXXV. cum dodrante corrupti codices, atque editiones e corruptis codicibus derivatae, nobis obtrudunt.*

Nunc Plinii verba, Publii Victoris libello de Regionibus Vrbis Romae comparanda, ut tali pacto omnia magis congruere ostendamus. Sed quanta & hîc concertatio? Neque solùm de auctore loquor. Sunt enim, qui opus P. Victori unicè tribuunt, ut in antiquis editionibus videre est (*b*); alii Sexto Rufo, & P. Victori. Vtrumque Valentiani, & Valentis Principatu floruisse conjiciunt eruditi (*c*). Verùm difficultas in eo sistit, ut quae Rufus, & Victor, vel quicumque alius fuerit opusculi auctor, collegit, elicere possimus.

In exemplari ab Andreâ Asulano Aldi socerô, Venetiis cuso, anno 1518. legimus (*d*):

OBELISCI *Magni VI. II. in circo maximo. major est pedum*. CXXXII. *Minor pedum* LXXXVIII. *semis. unus in Vaticano pedum*. LXXII. *unus in campo martio ped.* LXXII. *duo in mausoleo Augusti pares singuli ped.* XLII. *semis. OBELISCI parvi* XLII. *in plerisque sunt notae Aegyptiorum.*

In recentioribus editionibus hujusmodi occurrunt (*e*). *Obelisci magni sex. Duo in Circo Maximo, major est pedum* CXXXI. *semis, minor pedum* LXXXVIII. *semis: unus in Vaticano pedum* LXXII: *unus in Campo Martio ped.* LXXII: *duo in Mausoleo Augusti pares singuli pedes* XLII. *semis. In Insula Tyberis unus. Obelisci parvi quadraginta duo. In plerisque sunt notae Aegyptiorum.*

Apparet ex discrepantiis hoc loco, & alibi nullum hujus voluminis exemplum ad nos integrum pervenisse, ut animadvertit Muratorius (*f*). Alteram habemus Vrbis Romae descriptionem, cujus auctor sive Victor, sive alius, floruisse videtur sub Honorio, aut Valentiniano III. Augustis. Hanc Pancirolius, & post Pancirolium, uti ineditam, protulit Philippus Labbeus (*Labbe*). Ea geminis demum Vaticanae exemplis laudatus Muratorius; ubi hujusmodi invenies (*g*).

Ex I. codice

OBELISCI V.
IN CIRCO MAXIMO VNVS, ALTVS PEDES OCTOGINTA OCTO SEMIS.
IN VATICANO VNVS, ALTVS PEDES SEPTVAGINTA VNVM.
IN CAMPO MARTIO VNVS, ALTVS PEDES OCTOGINTA DVOS SEMIS.
IN MAVSOLEO AVGVSTI DVO, SINGVLI PEDES OCTOGINTA DVOS SEMIS.

Ex II. codice

OBELISCI VI.
IN CIRCO MAXIMO DVO. MINOR HABET PEDES LXXXVIII .-S-. MAIOR HABET PEDES CXXII. ·S-
IN CAMPO MARTIO VNVS, ALTVS PEDES LXXII.-S-.
IN VATICANO VNVS ALTVS PEDES LXXV.
IN MAVSOLEO AVGVSTI II. ALTI SINGVLI PEDES XLII.-S·.

Omissis omnibus, quae ad praesentem quaestionem non spectant, ex memoratis Obeliscis videntur Plinii aevo extitisse; minor Circi; alter in Vaticano, & ultimus in Campo statuminati. Minor Circi, qui Augusteus, pedum $88\frac{1}{2}$ in omnibus exemplis dicitur: ipsissimo Obelisco nos ex Plinio pedes $82\frac{1}{4}$ assignavimus. Multa ad haec possunt afferri, & primò quidem, si tantam in Plinii codicibus indolemus discrepantiam: multa quoque in allatis Vrbis Romae descriptionibus culpabimus: sive auctoribus, sive notariis imputanda. Quantùm enim inter se differant, ipse lector inveniet. Certum conjicerem pedum altitudinem per siglas exceptam, subinde characteribus redditam, errandi occasionem praebuisse. Collegit diligentissimus Stuartus hosce numeros, vel apud ipsum auctorem parum accuratos, vel subinde variâ forte transcribentium corruptos, suamque in depravatis notis affert devinationem, cui tamen vix insistit, additque. *Ipsa potius, quam proposui, mensura facem praeseferet ad restituenda loca etiam vitio librariorum omnino corrupta* (*h*).

Quod liquidò constat, Obeliscus (cui ex Plinio XXCII. pedes cum dodrante assignavimus) is est, quem Sixtus V. anno Christianae Aerae cIↄIↄLXXXIX. ante Portam Flaminiam collocavit (*i*), cuique Mercatus, & Kircherus CX. palmos Romanos attribuunt. Quare cum ex iis pedum XXCII. cum dodrante summa conficiatur, ut invictè ostendit numquam satis laudatus Stuartus (*k*): Plinium auctorem incomparabilem a Kircheri calumniâ vindicabimus, tum magis quòd Stuarti verbis utar, ubi Nostri caussam suscipiens. „ En igitur, *inquit*, admirabilem quendam sane mensurarum „ consensum, quo quid aptius ad evincendum proposi-

„ tum

(a) *Pag. LXXX.* (b) *edit. Venet. And. Asulan. an.* 1518. *pag.* 201.
(c) *Vide Panvinium Nardin. Rom. vet. Panciroll. apud Graev. tom. III. Murator. Nov. Thes. tom. IV. pag. MMCXXV. Bandin. cap. XI. pag. 63.*
(d) *Fol.* 212. *B.* (e) *Vid. Graev. tom. III. Bandin. cit. pag. 63.*
(f) *Cit. pag. MMCXXV.* (g) *Pag. MMCXXXII.* (h) *Pag. LXXXII.*
(i) *Mercat. cap. XIV. Kircher. de Obelisco Pamph. lib. I.* (k) *Pag. LXXXI. & seq.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
qui est in Campo Martio, novem pe-	*quem* [1] *in Campo Martio*, *IX. pedum*
Tom. II. di-	B b 2 *mi-*

ANNOTATIONES.

„ tum desiderari possit, ego sane non video. Si hasce „ mensuras habuisset prae manibus Kircherus, mitius „ utique egisset cum Plinio, ubi propositis palmis illis 110. „: *Vnde miror*, inquit, *quid Plinio in mentem venerit, quod altitudinem ejus* 120. *pedum asserat* ---- *sed qui Plinium attente legerit, eum in multis similibus deliquisse reperiet*.

Summâ teneor admiratione, quòd Plinium in tradendis mensuris incuriosum affirmet Kircherus, quando ipse Romanum palmum minùs rectè Plinianae supputationi contulit, ut Plinium hujus Obelisci mensuram CXX. pedibus circumscripsisse somniaret.

Minimè igitur sollicitandus hoc loco Diodorus, ut cogitemus numerum XLI., quem Graeci elementis μα designant; ab ejus exscriptoribus in CXX., nempe literis ρκ, desiguratum. Primò fatetur ipsemet Bandinius numerum CXX. in vetustissimis Laurentianae codicibus apparere (*a*). Secundò hanc literarum convenientiam, & facilem lapsum inter elementa μα & ρκ nequaquam invenio; unde in re, quae non a mathematicis figuris, sed ex obviâ oculorum inspectione dependet; a Stuarto (*b*), aliisque ei subscribentibus discedam. Illustris tamen scriptor omnimodâ in hoc dignus evadit excusatione, cum apud Plinium a corruptâ deceptus fuerit voce; ideoque a Sesostride excisum Obeliscum judicaverit, quem Sochidi omni jure restituimus.

Quae verò contra Salamae opinionem collegit Bandinius, non tanti judicarem, ut oppositae multiplicisque argumentationis bonitatem infringerent. Certat eruditus amicus noster Sesostrin non Thebis, sed Heliopoli; ibique Obeliscos, non columnas statuminasse. Columnarum nomine Obeliscos apud Salamam Arabo idiomate scribentem denotari quis vetat? quando Obeliscos columnarum appellatione etiam indigitari ostendit inscriptio a Theodosio Imperatore Obelisco supposita, cum illum Constantinopoli in Hippodromo statuminaret, quae incipit: ΚΙΟ'ΝΑ ΤΕΤΡΑΠΛΕΥΡΟΝ &c. *Columnam quadrilateram semper terrae incubans onus* (*c*)
Solus erigere Theodosius Imperator
Ausus est &c.

Columnas Obeliscorum loco a Mose statutas, e cujus vertice umbra in suppositam decidens scapham Solis cursus exactè redderet, legimus apud Apionem Grammaticum (*d*). Iis quamvis, ut a Mose peractis, adversetur Joseph Flavius, nulla tamen in oppositum adfertur ratio, ut columnas pro Obeliscis minimè intelligamus apud Salamam; certè, quae de Mose narrantur ad gnomonis usum exactè pertinent, magnamque habent cum Plinianis congruentiam, ut Parisienses Academici adnotarunt (*e*): Italus itidem Polyhistor Paullus Paciaudius haec illustrans vulgavit (*f*): *Aegyptios ad dierum noctiumque magnitudines, Solisque umbras capiendas, lapideas illas ingentes moles in basi quadrata, sensim a proceritate in excelsum gracilescentes, Obeliscos videlicet habuisse verisimillimum duco*.

Ipsi Obelisci a Kirchero definiuntur *Columnae hieroglyphicae quadrilaterae sensim versus apicem gracilescentes &, deinde in parvam pyramidem truncatae* (*g*).

Quinam fuerit Obeliscorum usus paullò infra investigandus: interim adversus Bandinium, caeterosque omnes ostendendum, a nemine antiquorum affirmari Sesostrin in Heliopolitanâ urbe Obeliscos posuisse. Diodorus postquam hujus Regis bella & triumphos recensuit: ad ea, quae ad pacem spectant conversus, de celeberrimo Principe affirmat, primùm a Diis orsum, in cunctis Aegypti oppidis Deo templum (quem praecipuè singuli colerent) aedificasse; additque patrio idiomate (*h*): *navigium praeterea cedrinum* CCLXXXX. *cubitos longum extrinsecus auro, intrinsecus argento obductum hoc Deo, quem Thebaei religiosissime colebant, dedicavit. Duos insuper Obeliscos e duro lapide CXX. cubitorum altitudine, quibus potentiae magnitudinem & nationum debellatarum numerum inseri jussit*.

Ex iis verbis Obeliscos a Sesostri Thebis positos inter primos colligunt Mercatus (*i*), & Bargaeus (*k*); illisque longâ argumentatione adhaeret Stuartus (*l*); cui utique hâc in re subscribam. Ab eo tamen satis dissentio, ubi apertam Strabonis torquet sententiam, ut a Solis oppido geminos Obeliscos Romam deductos negaret. Strabo cum de Heliopoli loqueretur, illam omnino desertam asserit: habere tamen pervetustum templum Aegyptio more structum, *quod multis manifestis indiciis Cambysis insaniam ac sacrilegia demonstrat, qui templa partim igni, partim ferro devastavit mutilans, excidens, comburens, quemadmodum & Obeliscos, quorum duo Romam delati sunt non omnino corrupti. Alii adhuc ibi, & Thebis sunt, quae nunc Diospolis nominatur, alii stantes admodum igni exesi, alii jacentes* (*m*). Quis enim non videt Strabonem potiùs de Heliopoli, quàm de aliâ urbe loqui; itemque e Solis oppido duos Obeliscos Romam deductos? In hujus codicibus Heliopolim pro Diospoli irrepsisse ii credant, qui supposititium Sesostris nomen in Plinii exemplaribus recipiunt. Verùm optimae membranae Sochidem praeseferunt, iisque faciles, veraeque, non emendicatae, favent mensurae. Hâc ratione nullo opus erit artificio, ut primùm Thebis, subinde Heliopoli easdem translatas trabes dicamus, ut innuere vellet Stuartus (*n*); cum genuinâ insistentes scripturâ Diodorum, Strabonem, Plinium, Ammianum, sibi invicem amicare facillimum evadat.

De Strabone tamen notandum, quòd Graecus iste Geographus multa affirmat, unde Aegyptum vel ab eo minimè lustratam, vel rerum oblitum innuunt. Haud ignoro magnifica admodum de suis peregrinationibus ingerere, cum in comitatu esset Aelii Galli apud Aegyptios Praefecti. Aliqua supra attigimus, ubi desertam innuit Heliopolim, quam Plinius Strabone recentior urbem claritatis eximiae asserit, postquam Aegyptum multis ignobilibus urbibus, suis temporibus, refertam testatur (*o*). Cambysem infinita Aegyptiis damna intulisse utique scimus; sed Obeliscis, saltem insignioribus parcentem innuunt Plinii verba, ex quibus didicimus, molis undecentenis pedibus assurgentis reverentiâ motum, extingui ignem jussisse, qui Vrbis nullam habuerat.

Vbi satis probatum fuerit importatum ab Augusto Obeliscum a Sochide antea excisum: labantur necesse est illustris Mathematici argumenta, quibus ex XXXII. seculorum fluxu totidem minuta addere jubet Nostrae Eclipticae, ut deinde tantus oriatur consensus, unde, *ne unius quidem minuti error supersit* (*p*). Doctè haec quidem omnia; sed cum falso incedant principio, Sesostriani Obelisci statuminationem nusquam evincent.

Alterius Vaticani utpotè in molitione fracti altitudinem Plinius minimè retulit. Nunc ad ultimum in Campo Martio accedendum, quem cum novem pedum minorem fuisse tradit, in pedes $73\frac{3}{4}$ assurgebat. In hoc igitur Obelisco ad constituendam pedum septuaginta

(a) *Cap. XI. pag.* 62. (b) *Pag. LXXXVII.* (c) *Vide collect. Jo. Tacuini pag. LXXIX.*
(d) *Vid. Joseph. Flavium contra Apion. lib. II.* (e) *Tom. II.* Histoire de l'Academie Royale des inscriptions, & belles lettres *pag.* 210. *vid. Bandin. pag. LXVIII.* (f) *Monument. Pelop. tom. I. pag.* 39.
(g) *De Obelisc. Pamphil. lib. I.* 6. (h) *Lib. I.* (i) Degli Obelischi.
(k) *De Obelisc.* (l) *Pag. C. & seq.* (m) *Lib. XVII. pag.* 1158.
(n) *Pag. C.* (o) *Lib. V.* 9. (p) *Fol. XCVII.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
dibus minor, a Seſoſtride. Inſcripti ambo-	*minor* [1] *a Sochide* [2]. *Inſcriptam* [3] *am-*

ANNOTATIONES.

ginta quetuor celſitudinem dodrans deſiderabatur, quod cum emergat ex tribus aequis portionibus, unius tantùm pedis & quadrentis, Victoris, ac Plinii menſurae diſtebuot. Dodrans enim, ut omnes ſciunt, ex tribus eequis portionibus conſtat, exempli gratiâ novem ad duodecim, quedragintaquinque ad ſexaginta. Hinc *dodrantes horarum* pro ternis quadraotibus eleganter Plinius uſurpat (*a*). Falſum fuiſſe amanuenſem, qui in I. Vaticano codice ſcripſit: IN CAMPO MARTIO VNVS, ALTVS PEDES OCTVAGINTA DVOS SEMIS, omnes intelligunt, tum ex altero codice, tum ex antiquis, & recentioribus P. Victoris impreſſionibus; quibus addes exemplar ab Angelo Roſſiâ exaratum, in quo menſura pedum LXX. occurrit (*b*). Cum igitur extanti Obeliſco Plinii, & Victoris menſurae ſatis accedant: moleſtas, neque multùm inter ſe diſſitat, Ebutiani, Stetiliani, Colotiani, Capponiani pedis menſuras evitabimus. Interim Rodulphino Venuto occurrendum, qui in elaborato opere, ubi Romanas antiquitates breviario deſcribit, haec tanquam a Plinio tranſlata vulgavit (*c*): *Augusto fece collocare nel Campo Marzio il maggiore di quegli Obeliſchi alta cente undici piedi ſenza contare il piedeſtallo. Feceli fare i fundamenti profonde quant'ere l'eltezza dell' Obeliſco, ed eſſendo ſteto drizzeto ſopra que' fondamenti gli fece ſegnare al piede una linea meridiana, le cui diviſioni fatte con laſtre di bronzo incaſtrete in quadrate di marmo, le quali moſtraſſero l'accreſcere, e lo ſminaire dell' ombre ognidì a mezzo giorno, ſeconde la differenza delle ſtagioni. E per indicare con piu preciſione tal differenza fece porre une palle nell' eſtremità dell' Obeliſco.*

Miror in opere poſt Bandinii commentarium abſoluto, ac nupertimè publiceto, calami feſtinentis lapſu plura irrepſiſſe, quae auctor morte interceptus emendare non valuit. Major dicitur, qui minor ex Obeliſcis ab Augusto importatis erat appellandus. Trabi centum undecim pedes, demptâ baſi, attribuuntur, cum longè alia ex Plinii codicibus oriatur menſure, ſive vulgatam CXXV. & dodrantis, ſive reſtitutam XXCV. & dodrantis, ſive noſtram XXCII. & dodrantis recipias. Neque ipſa annotatio operis corpori ſatis convenit, cum ſequenti folio legamus. *L'Obeliſco è lungo XCV. palmi Romani, la baſe era il pezzo più conſervato, ed in piedi alte palmi XIX ----- In tutto queſt' Obeliſco era alto palmi CXII.* Videtur, quòd juxta noviſſimam Venuti ſupputationem trabis baſiſque altitudo non CXII. ſed CXIV. palmorum emergere debuiſſet.

(1) *Lapidis*. Nota baſim ejuſdem lapidis advectam; ut talos ad Obeliſcorum ſtatuminationem exciſos fuiſſe intelligas.

(1) *Quem*. Sequor Riccardianum codicem, ubi ſubaudiendum ex ſuperiori narratione *ſtatuit*. In aliis legitur *is vero, qui eſt* (*d*): verbum *eſt* in aliquibus exemplaribus deſideratur. Occurrit etiam ineptè: *Is vero quae in Campo* (*e*): unde *quae* loco *quem* ab exſcriptoribus inductum poſſumus ſuſpicari.

(1) *IX. pedum minor*. Codd. I. Ambroſ. Riccardianus, Medicaeus, Academicus, Gudianus legunt *IX. pedum*. Adde veteres librarios (*f*), & Principem editionem, in quâ aliis notis, nempe *VIIII. pedum*, idem numerus occurrit, uti in II. Ambroſiano. Ita Plinium ſcripſiſſe affirmarem, cum veteres omnes menſuras ſupra gignendi caſu reddiderit. In voce *minor*, & ſequentibus prodigioſa, nulloque jungenda nexu ab amanuenſibus ſuppoſita invenio. I. Ambroſ. *IX. pedum eſt amerosfotide inſcriptus*. II. Ambroſ. *VIIII. pedum eſt in horas a ſeſotide inſcriptus*. Huic editio Princeps accedit. Vidimus Riccardianum exhibere *IX. pedum in ora a Sochide*. In Medicaeo legimus. *IX. pedum in horas a Seſotide*. Joh. Fr. Gronovius lectionem *novem pedibus minor e Seſoſtride* eſſe Hermolai Barbari affirmat. In Academico *IX. pedum eſt amerosocida*. In Gudian. & Meoap. *pedum eſt amerosotide*. In Voſſiano *IX. peduminor aſſeſothide*. At capite 11. Acad. Men. & Gud. *quem fecerat Soſodis filius*, vel *Seſodis*. Voſſian. *quem fecerat Seſoſidis filius Noncoreus*. Ex iis deduxit ſcribendum *novem ped. humilior a Seſoſide*. Nam & *Seſeſin* Seſooſinque dixerunt (*g*).

De Regis nomine proximè agemus. Nunc verba Gronovii ad trutinam revocanda: *novem pedum*, non *pedibus* ediderunt typographi Plinium ex Hermolai caſtigatione invulgantes (*h*): *novem pedum minor* apparet in membranis Epiſcopi Alerienſis, Beroaldi, & in eorum impreſſionibus, & traducibus (*i*): neque aliud addidit Hermolaus praeterquamquod pro *a Seſotide* ſubſtituit *a Seſoſtride*; hocque etiam cap. 11. caſtigandum opinatur. Minùs rectè a Gronovio ſupponitur *humilior*, cum *minor*, genuina vox in membranis niteat, & hujus bonitas ex Voſſiano etiam deducatur, ubi *peduminor* loco *pedū minor*: pro quo ultimo vocabulo ineptiſſimi Notarii ingeſſerunt *in ore*, & ſimilia, quae reſtituuntur *minor &c*.

(2) *A Sochide*. Ut Sochidis nomen Riccardiani exemplaris auctoritate, aliorumque indiciis exhibeam, impellunt exactae ipſius Obeliſci menſurae. Facit etiam Kircheri conjecture, qui Campi Martii Obeliſcum a Sothide (ita enim ipſe legebat) ex menſionum convenientiâ exciſum teſtabatur. E contrario Seſoſtrianos Obeliſcos in Thebis ruinis jacentes monet; quod & Salames Arabs probat.

Bandinius, cum inſigni commentario Campi Obeliſcum nobilitaret, totis artubus nititur, ut trabem Magno Seſoſtri adſcribat. Hujus quidem nomen (diverſâ paullulum inflexione) in recentioribus Plinii editionibus invenio: ſed *Seſoſtride* inductum a Barbaro vidimus, cum antea *Seſotide* [*k*] vulgatum adnotaret. Poterat poſſe Romae editum fuiſſe *Sothide* [*l*]. Primum Seſoſtridis nomen apparuit ex caſtigationibus Hermolai Barbari, curante Palmario [*m*] & corruptè in exemplari Veneto anni 1499. *Seſoſtridei*. Alexander Benedictus ſubinde edidit e *Seſoſtride* [*n*], quam rationem ſequentes calcographi avidè amplexati, alius & longè diverſi Regis nomen inocularunt. Haud ignoro, quòd Maximi Aegyptiorum Principis appellationes diverſâ reddantur methodo; eumque *Seſoſtridem*, *Seſootidem*, *Sethotidem* quoque nominari, ut poſt Marshamum, alioſque vetuſtiores notat Bandinius; ſed id pariter compertum habeo, quòd *Seſoſtris* dicatur recto caſu: cecinit Valerius Flaccus

----- ----- *cum prime Seſoſtris*
Intulerit Rex bella Getis [*o*].

Hanc methodum ſequitur Plinius, unde Romano caſu ſcripſit *Victo Seſoſtri Aegypti Rege tam ſuperbo* [*p*]. Ita enim cum Alexandro Benedicto, Pariſienſibus typographis [*q*], Durando [*r*], etiam ex indiciis editionis Principis, ex Hermolai reſtitutione lego. Verùm ubi etiam cum aliis ſcriberes *Seſoſtre*: ſi de eodem Principe in Obeliſcorum narratione ſermo eſſet apud Plinium

(a) *Lib. XXVIII.* 25. (b) *Vid. Bandin. cap. XI. pag.* 64.
(c) *Part. II. cap. III. pag.* 59. *not. I.* (d) 1470. 1476. 1483. 1499. 1507.
(e) *Vid. edit. Pariſ. ann.* 1526. *fol. CCCCCXI.* (f) 1483. 1491.
(g) *Vid. edition. Hack. tom. III. pag.* 844. (h) 1497. 1519. (i) 1470. 1472. 1473. 1476. *&c.*
(k) 1470. 1476. (l) 1473. (m) 1497. (n) 1507. *fol.* 267. (o) *Vid. Commentar. Pii Bonon. ad C. Val. Flacc.*
(p) *Lib. XXXIII.* 3. (q) *An.* 1526. (r) *Ad tit. Plin. lib. pag.* 200.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
bo rerum naturae interpretationem Aegyptiorum Philoſophiâ continent. XV.	*ambo rerum Naturae interpretationem Aegyptiorum opere Philoſophico* [1] *continent. Ei*

ANNOTATIONES.

nium, utique hoc loco ſeripſiſſet: *Is vero, quem in Campo ---- a Seſoſtri*, vel *Seſoſtre*. Cum igitur diverſâ satione, neque Plinio familiari, nullisque notâ membranis hoc loco recentiores Hermolao duce induxerint *Seſoſtride* (*a*): hujuſmodi a *Sothide*, *Seſoſide*, ſimilibuſque pariter corruptis derivarunt. Omni igitur jure *a Sochide* Riccardiani codicis, & rectae argumentationis auxilio reſtituendum; cum hunc poſt alios Reges in Solis urbe quatuor Obaliſcos poſuiſſe ſupre adnotaverimus. Duos inda divulſos Auguſtum in Circo, & Campo ſtatuminaſſe, Plinio mirum in modum conveniens tradit Ammianus Marcellinus (*b*): *Octavianus Auguſtus Obeliſcos duos ex Heliopolitanâ civitate tranſtulit Aegyptiâ, quorum unus in Circo Maximo, alter in Campo locatus eſt Martio*. Horum igitur prior axciſus a Rege Semempſerteo in Circo locatus, unus erit ax multis, quam alii Regum in Heliopolis oppido poſuerant: Gnomonicus verò, IX. pedum minor, alter ex Sochidianis praefectò dicendus, Regis nomine, & menſorarum satione invicem ſuffragantibus. Huic enim quadraganum octonum cubitorum altitudo tribuitur: quare cum ex ſeſquipede cubitus emergat: duodequinquaginta cubiti pedes ſeptuaginta duos efficient 48: ---

24: ---

72: ---

Tali pacto eluditur longior, & abſtruſa cubitorum ad diverſos pedes ſuppotatio, Pliniumque in Obeliſcorum altitudine deſcribendâ ſemper iiſdem menſuris uti intelligimus. Cum igitur omnino cohaereant cubiti XLVIII. pedibus LXXII. Campi Obeliſcum Sochidi vindicabimus, quamvis a Stuarto (*c*), cum eruditorum pleriſque, haud ſatis Plinii dicta perpendentibus, ad Seſoſtrim referatur. Modica porrò differentia a pedibus $73\frac{3}{4}$ ad pedes $72\frac{1}{2}$ pluribus ax cauſſis oriri potuit, ſive ob pilae amiſſionem, ſive ob ſuperventos Vrbit tremoses, ſive ob tantorum annorum lapſum a Veſpaſiani imperio ad Valentiniani & Valentis principatum, ſive ob minus ſcrupuloſum Victoris calculum, cui *ſemis* vocabulum ubique ſrequens. Hujus certè Obeliſci menſura definitur a Stuarto in pedes Anglicanos 71. uncias $5\frac{1}{2}$ ſive pedes 71. 458 $\frac{2}{3}$ (*d*). A Montuclâ pedibus 70. Gallicis circumſcribitur (*e*). Haec ſanè oſtendunt nullo pacto potuiſſe Obeliſcum ad Seſoſtrin pertinere, cum geminos a ſuperbo Rega elevatos in CXX. cubitorum altitudinam ſurrexiſſe Diodorus teſtetur (*f*). Neque enim veriſimilis mihi videtur conjectatio, quòd Auguſtus ad fractos conſugerit Obeliſcos, aut laeſam ignibus partem abſciderit, ut Bandinius opinatur (*g*), quando integros Magnanimus Caeſar in ſui poteſtatem habebat. Adde, quòd Plinius ſcriptor omnium diligentiſſimus hujuſmodi minimè praetermiſiſſet. Ex Marcellini verbis inſuper colligerim, quòd integris unicè trabibus utendum ſibi Auguſtus propoſuerit; atque ex iis etiam probaſſe credimus Campi Obeliſcum non a Seſoſtri, ſed a Sochide exciſum.

Quae de hieroglyphicis notis tradit Bandinius, non tanti profectò erunt, ut Seſoſtrin Sochidi praeponamus. Licèt enim res in Obeliſcis deſcriptas neminem Romanorum (etiam Plinii aetate) adamuſſim explicare potuiſſe ſtatuam: aliqua tamen occurrunt, quae ax antiquorum teſtimonio innoteſcunt. Soli ſacratas trabes Plinius, aliique teſtantur. Neque ab Aegyptiorum uſu diſceſſit Auguſtus, qui Campi Obeliſcum eidem Numini dicavit; cujus etiam indicium in ſcarabaeo, apicè proximo, intuemur; cuique animali Solis operum ſimilitudinem ineſſe ad excuſandos Gentis ſuae ritus Apion Grammaticus vulgavit (*h*). Caetera verò (quamvis a Kirchero ſomniculosè interpretata) ſanae mentis homines plerumque ignorare, ſateantur neceſſa eſt. His tamen vel adoptatis, vel rejectis, certiſſimè adhuc affirmo, nuſquam Noſtri Obeliſci figuras ad Seſoſtriani imperii magnitudinem, multoque minùs ad debellatorum hoſtium numerum, provincias, urbeſque captas, poſſe deduci, quae omnia in duobus ejus Obeliſcis inſculpta tradit Diodorus, & communi potiùs, non myſterioſo, idiomate seddita credo, ut ab omnibus, non a ſolis Sacerdotibus, legerentur. Longè igitur diverſi Obeliſci ab Auguſto Romano deducti, qui inſcriptam ambo rerum Naturae interpretationem Aegyptiorum opera Philoſophico continebant.

(3) *Inſcriptam*. Ex codd. Alerienſis Epiſcopi, Beroaldi, Barbari, Palmarii, Benedicti. In I. Ambroſiano perperam *inſcriptus*, & ſuperioribus jungitur tanquam a Rege axcidenta *inſcriptus*. Id verbi pariter occurrit in II. atque editiona Principe. Gelenius vulgavit *inſcripti*, quod etiam recipi poteſt; indeque ſortaſſis Riccardiani depravatum *inſcribi* efflux.t. Caeterum cum pleraque axemplaria habeant *inſcriptus*; corruptae dictioni genuinam *inſcriptam* ſubſtituemus, cum in ſupra laudatis codicibus appareat; ipſamque indigitet *interpretationem*. Haec lectio teſta Dalecampio, ab aliis etiam fuit adoptata.

(1) *Opere Philoſophico*. In editione Johannis Spirenſit. *Ambo rerum naturae interpretationem Aegyptiorum opere & phyloſophiae continent*. Subſcribunt Alerienſis Epiſcopus, Beroaldus, & traduces impreſſiones, emendatâ orthographiâ, in voce *philoſophiae*. Hermolaus Barbarus affirmat apertius in vetuſtis codicibus legi. *Ambo rerum interpretationem Aegyptiorum philoſophiae continent*. Hanc pariter antiquam eſſe lectionem innuit Palmarius. Alexandas Benedictus vulgavit: *rerum interpretationem Aegyptiorum opere & philoſophiae*. Gelenius induxit opera *philoſophiae*, unde Gronovius τὸ *opera* neque in Hermolai, neque in Pintiani codicibus, neque in quatuor ſuis adeſſe animadvertit: addit tamen in Voſſiano exbare *philoſopha*; unde ſortaſſis *Aegyptiorum philoſophorum*, vel *philoſophiâ*, ut Pintiano placuit, vulgandum. Hiſce verbis, *rerum Naturae* recepiſſe innuit, cum in Gelenii, Manutii, Dalecampii libris, nullâ adjectâ animadverſione appareant. Ita Plinium ſcripſiſſe credo, non tantùm Riccardiani, Medicaei, aliorumque axemplarium auctoritate, ſed ipſarum myſterioſâ notarum ratione. Cohaeret Noſtri ſtylus, legimuſque II. volumine (*i*). *Macti ingenio ---- Caeli interpretes, rerumque Naturae capaces*. Fatendum tamen in utroque Ambroſiano *Naturae* vocabulum deſiderari. Legimus in I. *Ambo rerum interpretationem egyptiorum phi continent*. In II. depravatiore ſcripturâ. *Ambo retinere interpretationem opere & phie continent*. Illud *retinere* ax contractis dictionibus *rer. nãtre* ortum ſuſpicor.

Ex memoratis Guarini Veronenſis membranis; itemque ex variis lectionibus apud Dalecampium, (ubi *operſa* invenies) *opere philoſophico* meliùs narrationi quadrare ſuſpicor; indeque oritur medicina depravatu *philoſophio*, quod non in Riccardiano tantùm; ſed etiam in

(a) 1519. 1548. 1559. *&c.* (b) *Lib. XVII. 4.* (c) *Pag. LXXIX.*
(d) *Pag. XC.* (e) Hiſtoire des Mathématiques *tom. I. par. III. lib. I. pag. 409.*
(f) *Lib. I. cap. I.* (g) *Apud Plin. lib. XXX. 11. juxta Harduin.*
(h) *Lib. II. 12. pag. 79. Harduin.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
XV. Ei, qui est in Campo, Divus Augustus addidit mirabilem usum, ad deprehendendas Solis umbras, dierumque ac noctium ita magnitudines, strato lapi-	*Ei, qui est in Campo* [1] *Divus Augustus* [2] *addidit mirabilem usum* [3] *ad deprehendendas Solis umbras, dierumque ac noctium horas* [4], *magnitudine strato lapi-*

ANNOTATIONES.

in aliis calamo exaratis libris occurrit teste Harduino. Et sanè memoratum Aegyptiorum Sacerdotum opus reconditam rerum Naturae interpretationem importabat.

Plinii mentem hoc loco minimè sollicitandam reor, cum philosophicam Aegyptiorum interpretationem eo pacto ponere videatur, ut de analogiae veritate disputare noluerit. Hujusmodi, quae diluendis Bargaei objectis sufficiunt, utinam Bandinius probaret, & Stuartus. Hic enim (postea Bandinius) nullâ Sochidis habitâ mentione gesta potiùs Sesostris, quam Aegyptiorum philosophiam in utroque Obelisco inscripta conjecit (*a*).

(1) *In Campo*. Subaudi ex notâ brevitate *Martio*, quod additamentum ex superioribus patet.

(2) *Divus Augustus*. Ita scribe, non *D. Augustus;* quamvis reprobata lectio in codice Riccardiano appareat. Invenitur etiam apud Boscovichium, typographi, vel calami errore. Contraria enim est Harduinianae editioni, quam Boscovichius sequi profitetur (*b*): unde ipsissimâ ex causâ emendanda venit in notionibus Benedicto XIV. exhibitis (*c*). Romani literâ D, *Decimi* praenomen reddebant; ideoque nota diverso usui dicata ad hunc locum non pertinet.

(3) *Mirabilem usum*. Colligerem ex iis laudatum Obeliscum in Aegypti terrâ gnomonis vices minimè praestitisse, cum mirabilis usus ab Augusto tantùm additus describatur. Quâ de causâ Obeliscos primùm excisos, ut Solis numini sacrarentur: deinde horum nonnullos (non tamen omnes) ad capiendas Solis umbras, dierumque ac noctium horas indicandas (puta Thebis, Heliopoli, Alexandriae) inservisse compertum habeo. Ex utroque usu, & figurâ videtur eis nomen obvenisse, cum Obeliscus Aegyptiâ voce Solis radium importet teste Ammiano Marcellino (*d*), cujus auctoritati adde Plinii verba: *Radiorum ejus argumentum in effigie est, & ita significatur nomine Aegyptio*.

Laus hoc loco Augusto tributa, & Mathematici ad deprehendendas Solis umbras labor non sinunt, ut Scipionis Maffej opinioni accedam, ubi Campi Obeliscum pro gnomone etiam in Aegypto stetisse conjicit (*e*). Neque enim hujusmodi omisisset Plinius scriptor omnium diligentissimus. Quod velim adnotares, est usus mirabilis deprehendendis Solis umbris, dierum, & noctium horis adjectum, ut omnibus perpensis emergat sciothericum horologium a Plinio describi, non unicè lineam illam, quam Neoterici *meridianam* vocant, quamvis Mathematicorum chorus a Bandinio rogatus ad meridianum tempus designandum Augusti, & Manilii facta circumscribant. Vt verum fatear, nemo eorum difficillimam Plinii sententiam ab Amanuensibus deformatam, pluribus membranis, eâ quâ oportebat diligentiâ, studuit conferre. Mathematicis enim prius necesse est scire, quae Plinius scripsit, antequam de admirando Obelisci usu disceptent. Fatendum etiam in calamo exaratis libris multa cubare menda: ex multiplici tamen eorum inspectione aliqua orietur medicina; eamque, si non ego, aliquis propositis remediis inveniet.

Riccardianus codex vexatum locum ita reddit. *Ei, qui est in Campo, D. Augustus addidit mirabilem usum ad deprehendendas Solis umbras dierumque annotium ita magnitudines strato lapide ad magnitudinem Obelisci cui par fieret umbrarum & confecte die sexta hora, paulatimque per regulas quae sunt ex aere inclusae singulis diebus decresceret, ac rursus augesceret. Digna cognitu res ingenio Facundin' L. Mathematicus apici auratam pilam addidit, cujus vertice umbra colligeretur in se ipsa alias enormiter jaculante apice ratione, ut ferunt a capite hominis intellecta.*

Codex I. Ambrosianus.

Ei qui in Campo Divus Augustus addidit mirabilem usum ad deprehendendas Solis umbras dierumque ac noctium horas magnitu. strato lapide ad magnitudinem Obelisci cui par fieri umbrarum effectus dies & horas paulatimque per regulas que sunt ex ere incluse singulis diebus decrescere ac rursus augescere. Digna cognitu res & ingenio facundo. Manilius Mathematicus apicis auratam pallam addidit, cujus vertice umbra colligeretur in se ipsa aliam Solem imitari jaculante apice ratione ut ferunt a capite hominis intellecta.

Codex II. Ambrosian.

Ei qui est in Campo Divus Augustus addidit mirabilem usum ad deprehendendas Solis umbras dierumque ac noctium horas magnitudine strato lapide ad magnitudinem Obelisci, cui par fieret umbrarum effectus dies & horas, paulatimque per regulas quae sunt ex aere inclusae singulis diebus decrescere ac rursus augescere. Digna cognitu res & ingenio facundo. Manilius Mathematicus apici auratam pilam addidit cujus vertice umbra colligeretur in semetipsam, alias incrementa jaculante apice, ratione, ut ferunt a capite hominis intellecta.

Convenit huic codici editio Princeps, demptis duobus verbis, nempe *paulatim per regulas*, & typographico vitio *icendio facundo*. Ne lectori taedio simus, integras aliorum exemplarium scripturas ingerere omittimus; sufficietque ad eas in retractandis Plinianis locis provocare.

(4) *Dirumque ac noctium horas*. Scripsisse Plinium *dierumque ac noctium* statuo ex geminis Ambrosianis, omnibus Politiani, Vaticanis 1951. 1953., Aleriensis Episcopi, Beroaldi, Dalecampii, aliorumque codicibus. Accedunt veteres typographi (*f*); faventque indicia Riccardiani exemplaris; ubi corruptè *dierumque annotium*. Recepta pariter fuit haec lectio a Gelenio, Paullo Manutio, & Dalecampio. Harduinus modicâ differentiâ vulgavit: *dierum ac noctium;* idque in Vaticanis apparet 1950. 1952. 1954. 1955. itemque ita legit Flavius Blondus (*g*). Parum igitur interest, quo modo scribas, dum restitutio praesertim stat, ut non *ita*, sed *horas* a Plinio scias memorari, ipsomet Blondo, editione Principe, Ambrosianis, Vaticanis 1950. 1952. 1953. 1955. faventibus exemplaribus. Corruptum esse in hâc & sequenti voce codicem Riccardianum aequus lector intelliget; prorsusque ignoro quâ ratione ineptum vocabulum Harduino fucum objecerit (*h*). Neque enim Plinius eodem loco, eodemque vocabulo, diversâ uteretur significatione, ut magnitudines dierum ac noctium, ad magnitudinem Obelisci compararet. Magnitudines dierum ac noctium annuam decurrentem inaequalitatem

(a) *Fol. C.* (b) *Vide Boscovich. epist. ad Bandin. num. III. fol. XIV.*
(c) *Cit. Bandin. fol. LXXI.* notizie per l'Obelisco. (d) *Lib. XVII.* 4.
(e) *Epist. ad Badin. num. VI. fol. XLVII.* (f) 1469. 1470. 1472. 1473. 1476.
(g) *Rom. instaurat. lib. II. num. LXXV. Vide Bandin. Praefat. pag. XVIII.*
(h) *Tom. II. in indic. emendat. pag.* 831.

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
pide ad magnitudinem obeliſci, cui par fieret umbra, brumae confectae die, ſexta hora, paulatimque per regulas (quae ſunt	*pide ad magnitudinem Obeliſci* [1], *cui par fieret* [2] *umbra brumae confectae die, ſextâ horâ* [3]; *paulatimque per regulas, quae ſunt*

ANNOTATIONES.

tem important, non igitur ipſiſſimo vocabulo conſerendae ad Obeliſci magnitudinem, ubi certam in ſtrato lapide menſuram deſignat. Alerienſis Epiſcopus, & plerique poſt illum ediderant: *dierumque ac noctium magnitudines: ſtrato lapide ad Obeliſci magnitudinem*. Hanc lectionem, quamvis Harduinianae minùs diſſonam, atque a Regiâ Pariſienſi humaniorum literarum Academiâ receptam (*a*), ab innumeris adoptatam (*b*): noſtrae deteriorem judico, cum de pavimenti magnitudine ad Obeliſcum comparatâ agatur.

Dalecampius hunc locum hiſce verbis reddit: *dierumque ac noctium magnitudines etiam, ac horas ſtrato lapide ad Obeliſci magnitudinem, cui par fieret umbrarum ejectus, paulatimque &c.* (*c*). De adjectis, reſecatiſque ipſe viderit, dum nobis ſufficiet ex ſuis etiam membranis *horas* Plinio reſtituiſſe. Vtinam & Weidlero (qui locum, quemadmodum plurimos paſſim, mendoſum agnovit) conſtitiſſet Plinium vulgaſſe: *dierumque ac noctium horas*; haec enim poterat praeponere, & conjecturis praeferre, ubi Noſtrum ſequentem in modum ſcripſiſſe cogitavit: *ſtrato lapide ad umbrae Obeliſci magnitudinem, cui par fieret umbra, bruma* (hieme) *confecta fere hora ſexta* (*d*).

(1) *Obeliſci*. Si igitur non dierum ac noctium magnitudines, ſed *horas* ſpeciatim indigitabat Obeliſcus, & magnitudine conſtratus lapis ad Obeliſci magnitudinem fuit; non adeò impervium erit Mathematicis intelligere Plinium de Solari horologio loqui, quando omnia breviſſimè quidem, ſed egregiè deſcribit. Labatùr igitur neceſſe eſt Poleni conjectura (*e*): concident Boſcovichii argumentationes, qui Romae degens, & poteſtatem Vaticanorum exemplarium inſpiciendi habens, cum Harduino unicè legit: *dierumque ac noctium ita magnitudines* (*f*). Vbi *horas* in membranis apparere compertum habuiſſet, non utique ei dicendum erat: *nullam horarum mentionem feciſſe Plinium, praeter unicam horam ſextam, ſaltem ſi melioris notae codices, & optimas quaſque editiones conſulimus* (*g*). Habebat Romae Vaticanos ſibi obſiſtentes, habet Mediolani Ambroſianos, Principem editionem in Divi Victoris, & Archintaeâ bibliothecâ. Camettus fortaſſe, ubi & ipſe horarum mentionem recipiat: horologium, ſi non a Maſoo inventum, ſaltem Plinianum & Solare narrationi adaptabit (*h*). Marinonius ex horarum vocabulo (*i*), itemque Maffejus (*k*) exprimi horologium inveniet. Iis addo Muratorium (*l*), & Boſium (*m*), Wolfium (*n*), Heinſiumque (*o*). Eulerus demum, ſi veram Plinii mentem ex ſcripturâ attigiſſet, egregiam illius narrationem, non imperfectam (ut agit) judicaſſet in epiſtolâ ad Marinonium: cum Plinius totiùs ſideralis ſcientiae gnarus alibi appareat, ut poſt Zieglerum, alioſque Mathematicos Weidleros agnovit (*p*).

(2) *Par fieret*. Explicat Harduinus quantam umbram Obeliſcus ille die brumae in meridie faciebat, tantum erat lapideum illud ſtratum, mediâ ſui parte, quâ horam ſignabat. Nitidiùs Plinii mentem reddidiſſet adnotando, quòd in Venetiae regione, ſive tractu aequinotii die umbra gnomoni *par fit*, ſed in Vrbe Româ gnomonis nona pars *umbrae deeſt*. Hoc non aufugit Zieglero, & Dalecampio. Velim, quòd Mathematici perpenderent ex allatâ obſervatione minui ſtrati lapidis longitudinem, cum Obeliſco cubitorum $48\frac{3}{4}$ nonam partem deducentes, umbra reſpondeat cubitis $43\frac{1}{4}\frac{10}{12}$.

(3) *Sextâ horâ*. Corruptum fuiſſe a Romanis editionibus Plinii locum primus omnium ſubodoravit Brotheus ille Grammaticus, in quem ſcripſit Calderinus; poſt Brotheum Hermolaus. Vulgaverat enim Epiſcopus Alerienſis: *cui par fieret umbrarum Romae confecto die ſexta hora* (*q*): hinc Barbarus legendum monuit *umbrae*, non *umbrarum*, cum ſequeretur *decreſceret & augeſceret*. Hujus vocis reſtitutionem poterat Barbarus accipere a Romanâ II. impreſſione, in quâ legimus *umbra* (*r*). Ad ſequentia emendanda ex Romanis codicibus Barbaro non ſuppeterant opportuna indicia, quae poſtea ex Scaligeri (*s*), & Salmaſii (*t*) animadverſionibus innotuerunt. In antiquis plerumque exemplaribus cubant dictionum monſtra. Codex Riccardianus *umbrarum & confecte die hora ſexta*.

Vindobonenſis *obumbrarum, & confectum dies ſexta hora*.

I. Ambroſianus *cui par fieri umbrarum effectus dies & horas*.

Pariter legunt *umbrarum effectus* Vaticani 1950. 1952. 1954., atque ut conjicio 1955., pro quo (typographico errore) occurrit apud Bandinium 1855. (*v*).

Ambroſianus II. *cui par fieret umbrarum effectus dies & horas*.

Laurentianus, & Vaticanus 1951. *Vmbrarum Romae confecto die*.

Vaticanus 1559. Palatinus: *Romae umbrarum confecto die*.

Codex A. ſive I. Politiani: *Vmbra Romae confecto die*.

Codex B. ſive II. *umbra tum Romae*.

Ex indiciis horum vera unicè apparet II. Regii codicis lectio *brumae confectae die ſextâ horâ*. Regio II. alia etiam addit exemplaria Harduinus, quae tamen minimè recenſet. Scaligerum in ſuae ſcripturae teſtimonium quoque adducit; recedendumque monet ab hactenus editis, ubi *Romae confecto die*. Non ita omnes vulgaſſe conſtat ex Principe impreſſione. *Brumae confectus dies*, ait Harduinus, *appellatur is, quo bruma committitur. Sic. lib. 16. ſect. 36. Sidus confectum Plinius, pro peracto ſolſtitio dixit, quod & alibi ab eo uſurpatum ex indice intelliges*. Hujuſmodi Salmaſius ante illum adnotaverat legens *brumae confectae die, hora ſextâ*, docenſque Plinium intelligere diem, quo bruma committitur.

Singularis eſt ad hunc Plinii locum Scipionis Maffej animadverſio, cujus verba, ut a Bandinio latinâ linguâ redduntur, & ego ponam (*x*): „ Vt ex ordine umbra Obeliſci poſſet obſervari, marmorea ſolo regula „ incluſa fuit, non ad Gnomonis altitudinem producta, ut male nonnulli opinati ſunt, ſed inſtar ejus „ um-

(a) *Tom. III. pag. 177.* (b) *Vid. Giraldum de Poët. Dialog. IV. Nardin. lib. VI. 5. Marlian. Vrb. Rom. lib. V. 6.*
(c) *Vid. edition. Hack. tom. III. pag. 650.*
(d) *Conſul. epiſtol. Weidler. ad Marinon. apud Bandinium num. X. fol. LX.*
(e) *Cit. oper. Bandin. epiſt. I. fol. III.* (f) *Epiſt. III. fol. XIV.*
(g) *Fol. XVII.* (h) *Epiſt. IV. fol. XL.* (i) *Epiſt. V. fol. XLI.*
(k) *Epiſt. VI. fol. XLIV.* (l) *Epiſt. VII. fol. LIV.* (m) *Commercii Epiſtolici pag. 58. & apud Bandin. epiſt. VIII. fol. LVI.* (n) *Epiſt. XI. fol. LXI.* (o) *Epiſt. XII. fol. LXII.*
(p) *Citat. epiſt. ad Marinonium.* (q) 1470. 1472. (r) 1473. (s) *Annotat. ad Manil.*
(t) *Plinian. Exercit. in Solin.* (v) *Praefat. fol. XIX.* (x) *Cit. epiſt. ad Bandin. fol. XLV.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
sunt ex aere inclusae) singulis diebus decresceret, ac rursus augesceret: digna cognitu res ingenio fecundo Mathematici. Apici auratam pilam addidit, cujus.	*sunt ex aere inclusae, singulis diebus decresceret, ac rursus augesceret* [1]. *Digna cognitu res & ingenio foecundo Manilii Mathematici* [2], *Is apici* [3] *auratam pilam ad-*

ANNOTATIONES.

„ umbrae, quae brumae die ab ipso projiciebatur, „ quando nimirum totius anni umbra omnium longissima est: *Strato lapide ad Obelisci magnitudinem, cui par fieret umbra Romae, confecto die, sexta hora.*
„ Perspicuum est, in hisce verbis typographos lapsos „ esse, cum eorum verborum non percipiatur sensus, „ parique modo de qua die loquatur *Plinius* non eruatur. Quod cum in *Manilium Scaliger* animadvertisset (*a*), vocem *Romae*, non immutatis *confecto die*, in „ *brumae* convertit. Aliquantisper autem *Harduinus* „ dissentit, dum scribit *brumae confectae die*. Ejusmo„ di castigationes Latinorum usu, qui *Brumam*, hye„ male Solstitium, nuncupabant, ac *Plinii* auctoritate con„ firmari videntur, qui variis in locis *sidus confectum* „ peractum Solstitium appellat. Cum tamen mos apud „ Latinos non obtinuisset Solstitii punctum *confecta Bru*„ *ma*, seu *confecto Brumae die* nuncupandi, & huic „ loco recte convenire non videatur *Brumae die confe*„ *cto*, ideo hisce restitutionibus non adquiesco. Ait „ *Harduinus*, quod *Brumae confectae dies appellatur is*, „ *quo Bruma committitur*; at illius interpretatio, meo „ quidem judicio, textu ipso non minus obscura mihi „ videtur. Re quidem vera ego probabilius, censeo, „ sic *Plinium* scripsisse: *cui par fieret umbra Romae bru*„ *mali die sexta hora*. Vnum tantum verbum immuta„ tur, eoque sensus facile, & perspicue intelligitur. „ *Romae* vocem mutandam non esse ex eo patet, quod „ propter varias in diversis telluris regionibus umbras, „ Veteres cum de Gnomonis umbris loquebantur, ur„ bem prudenter addere consueverant. *Vitruvius* scri„ bit (*b*). *Vmbra Gnomonis aequinoctialis, alia magnitu*„ *dine est Athenis, alia Alexandriae, alia Romae*. Hye„ malis solstitii dies appellabatur *dies brumalis*, non „ autem *dies Brumae confectae*. *Vitruvius* ipse (*c*) *dies* „ *aequinoctialis, brumalisque*, ut aequinoctii hyemalis„ que Solistitii (legerem ego Solstitii) diem indicet. „ *Manilius* quoque inquit.

Ternis fuerit si longior horis
Brumali nox forte die.....

„ Ex quibus *brumali die*, non *brumae confectae*, vel „ *brumae confecto die*, in *Plinio* legendum esse videtur; „ eoque magis, quia non de peracto illarum XXIV. „ horarum spatio, in quod intervallum, seu tempus „ Solstitium cadit, sermo est, sed brumali tantum pun„ cto agitur. *Sexta hora Plinius* addit, quod idem erat „ ac si meridiem indicasset; quia tunc quavis anni tem„ pestate in XII. horas, aestate longiores, hyeme ve„ ro breviores, dies singuli dividebantur. Vnde disci„ mus tunc temporis vulgo fuisse creditum, quemad„ modum & apud nos ab imperitis fertur, Solistitium „ semper Meridiei puncto contingere.
Vt iis omnibus occurram, reddo parum negocii inesse, quòd vocem *Romae* non immutaverit Scaliger, cum manifestè inducta fuerit ex depravato *brumae* vocabulo. Quamvis enim *Romae* dictio in nonnullis codicibus appareat: in plerisque, eisque melioris notae desideratur. Vetustissimus Politiani legens *rume*, indicio quoque est, quòd primum desideretur elementum, ut *brume*, antiquo more, restituamus. Neque enim Plinius referre voluit, quòd par omnino *brumali die Romae* fieret umbra, quando nonam partem deesse supra adnotavit (*d*). Neque vox *Romae* ingerenda, cum Obeliscum in Campo Martio locatum, in Vrbe rerum dominâ stetisse satis superque innotescat.
Quid porrò difficultatis inveniat, ut *brumae confectae* dies a Latinis usurpari non possit hoc loco, fateor minimè intelligere. Si Plinius de solstitio peracto agens: *nec alio argumento*, ait (*e*), *certius intelligitur sidus confectum:* cur exacto hyemali tempori, minimè conveniet *brumae confectae* appellatio? Sic decimo octavo volumine, ut confectam hyemem describeret: *ex hoc deinde*, inquit (*f*), *rapiendi convehendique fructus alios atque alios tempus, & praeparandi se contra saevam feramque hiemem: decebatque hoc discrimen indubitatis notis signasse Naturam. Quamobrem eas manibus ipsis agricolarum ingessit, vertique jussit ipsa die folia, & esse confecti sideris signum*. Consulendus hoc loco Harduinus, qui Varronis, aliorumque affert testimonia, & Gellii praesertim, ubi *vulgo*, inquit (*g*), *& scriptum & creditum est, folia olearum arborum brumali & solstitiali die converti ----- quod nobis quoque semel atque iterum experire volentibus ita esse propemodum visum est*.
(1) *Ac rursus augesceret*. In I. Ambrosiano vidimus *par fieri ----- decrescere ac rursus augescere*. In II. pariter *decrescere ac rursus augescere;* quam scriptionem modicâ differentiâ retinent Vaticani codices 1950. 1952. 1954. 1955. 1957. Addit Bandinius „ si ita legimus intelli„ gendum est *incipit* (*h*) „ Vbi aliquis primo ex Ambrosianis adhaereret: neque verbum *incipit* necessarium evadit. Caeterum meliorem judico Riccardiani exemplaris texturam, cui favent Politiani, Chiffletii, Dalecampii, Vossii, & Gronovii membranae. Haec parvula decrementa, & incrementa magis convenire umbris meridianis, quàm horariis statuit Bosius (*i*). Verùm ubi superioribus Plinii dictis comparentur, horariam quoque rationem importare facilè intelligent Mathematici. Graeci, Romani, imò pleraeque gentes naturalem diem in XII. aequales horas dividebant, eâdemque ratione noctes metiebantur (*k*). Hinc patet, quòd horae decrescere, ac rursus augescere debebant, cum aestivae hybernis longè majores evaderent, & solo aequinoctii tempore dies noctibus pares fiant (*l*).
(2) *Ingenio foecundo Manilii Mathematici*. Harduinus asserit Mss. codices non indicare quisnam ille fuerit Mathematicus, & typos interpolatos exhibere: *& ingenio fecundo. Manlius Mathematicus*. Quare cum illi religio fuerit ab antiquorum exemplarium fide minimè desciscere, gentiliciam Mathematici appellationem expungit; & vidisse hoc Pintianum non reticet. Vidit post Pintianum haec etiam Salmasius, qui scribendum jussit *digna cognitu res, & ingenio facundo Mathematici*. Bandinius Plinii verba ita censet restituenda: *digna cognitu res ingenio Facundimini L. Mathematici*. Medicaei, & Riccardiani praesertim vestigiis innititur illudque *Fa-*

(a) *Pag. CLIV.* (b) *Lib. IX.* 4. (c) *Lib. IX.* 8. (d) *Lib. II.*
(e) *Lib. XVI.* 24. (f) *Lib. XVIII.* 28. *ex edit. Harduin. pag.* 157.
(g) *Lib. IX.* 17. (h) *Praef. fol. XIX.* (i) *Commer. epistolic. pag.* 9.
(k) *Vide Calmet.* Dictionnair. *in voce* Hoeures. *Zuzzar.* dissertaz. *pag.* 83.
(l) *Vid. Praefat. ad tom. III.* Pitture d' Ercolano *pag. XII.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
jus umbra vertice colligeretur in ſe ipſa	*addidit, cujus vertice umbra* [1] *colligeretur in ſe*

ANNOTATIONES.

Facundin' non aliâ ratione quàm *Facundini*: L. verò, *Liberti* reddendum conjicit exemplo ab antiquorum elogiis petito: *& profectò*, addit (*a*), *foecundi, aut facondi ut in aliis Mſs. legitur, epithetum, mathematico minimè convenit, ſed poetae, vel oratori; praeterquamquod ſe ab iis quod adlegat laudandis, Plinius plerumque abſtinet. Animadvertendum denique eſt ſeſe in ſublimioribus doctrinis exercere conſueviſſe libertos, ut ex multis hiſtoriae locis apparet: qua propter ne mirum inde videatur, quod Libertus celebris meridianae, de qua agimus, auctor extiterit.*

Vt legam *foecundo ingenio* cum impreſſis penè omnibus, & Vaticanis codicibus 1951. 1952. 1957. facit Plinii indoles, qui ſaepeſaepius debitam ingeniis dicavit epithecam. Hinc plures *ingenii majeſtate*, *ingenii magnitudine*, *ingenii non importuni*, *ſagacis ingenii*, *ingenio audaci* memorandos deſcribit (*b*). Cum in temperatis regionibus *ingenia foecunda*, *totiuſque Naturae capacia* inveniri affirmavit (*c*): non certè ad Poëtas unicè, aut Oratores provocat; ſed illos innuit, quos Galli appellant *des Genies*, unde omni jure Mathematici totius Naturae capacis ingenium tanquam foecundum celebratur, utpote qui ſuas ſpeculationes ad mirabilem uſum redigerat. Sic de Architecto Dinochare Alexandriam *pluribus modis mutante*, id *memorabili ingenio* feciſſe praedicavit (*d*).

Canſſatius Manilii foecundum ingenium appellavit, cum res adeò difficiles, & Romanis ignotas indagaret. Vbi verò hic Manilius alia, & fortaſſis orbem ſcientiarum eſſet complexus: ob ingenii foecunditatem ab omnibus laudes extorquet. Quare *ingenio foecundo* Plinium ſcripſiſſe utique colligerem, niſi mavis utriuſque Ambroſiani, aliorumque exemplarium, & Principis editionis ſcripturam ſequi, ubi *facundo ingenio*; idque per methaphoram argutè dictum accipias; utque ſilens horologium docere, ita etiam inanimatum gnomonem ex facundo Architecti ingenio omnibus loqui intelligemus. Epitheton igitur ingenio additum minimè expungam, quamvis in Vaticanis codd. 1590. 1594. 1595. deſideretur, cum memorata dictio narratis inſerviat rebus; atque in Ambroſianis, Politiani, aliiſque appareat membranis; itemque reſtituenda ſit ex Medicaei, & Riccardiani veſtigiis, ubi *Facundin' L.* pro *facundo ingenio* irrepſiſſe ex contractâ *ingenii* voce potiùs affirmarem. Neque enim Bandinii conjecturae poſſum accedere, ut tali ſcripturâ Facundinus Libertus ritè indigitetur. Novi in elogiis notam L. *Libertum* ſignificare; ſed eâdem ratione *Lucii* praenomen redditur, quòd hoc loco poſt Facundini appellationem ſtare non poteſt, ubi nec rei inſervit ad Libertinam Architecti originem oſtendendam. Neque enim tali notâ utitur Plinius, ut Libertum aliquem deſignet, quin Haeri nomen addat. Omitto notiſſimos, ut Lenaeum Pompejo (*e*), Lauream Ciceroni (*f*), Calliſtum Claudio (*g*) ſpectantes, cum omnibus ſervitute liberatis Patroni additum nomen in Naturali hiſtoriâ invenies. Neque illud etiam praetereundum, quòd in allatis exemplis, aliiſque Libertina conditio nullis notis breviatur. Quâ igitur ratione celebratiſſimum, ut Bandinius innuit, Architectum (*b*) aridâ *Facundini L.* appellatione voluit Plinius deſignare? Vbi enim ad Auguſtum ſpectaſſet, *Julii* ſaltem, vel alio cognato gentilicio nomine erat denotandus. Quis denique hic Facundinus, cujus cognomen neque in Auguſtalium Libertorum ſepulcreto, nec alibi emergit; imò neminem Romanorum, Libertorumque ſimili praecipuâ appellatione vocitari in Gruteri, & Muratorii ſyllabis invenio. Facundinum igitur omni jure a Naturali hiſtoriâ arcendum putaverim, quidquid illum Gerardus Boſius Bandinio ſubſcribens receperit (*i*).

Vt demum ad Mathematici appellationem accedamus, illam omnino ex operis dignitate, atque ex Plinii methodo adoptare convenit, quidquid in aliquibus deſideretur exemplaribus. Velim adnotaſſent Pintianus, Salmaſius, Harduinus Noſtrum de Fabii Veſtalis ſilentio indolere, quòd artificis nomen primi horologii apud Romanos conditoris praetermiſerit (*k*). Fortiori igitur argumentatione ſtatuendum tanti ſtupendique operis conditorem propriâ appellatione a Plinio indicari: quam ei notiſſimam ob temporum vicinitatem fuiſſe, utique colligimus.

An verò *Manilius*, *Manlius*, vel *Mannius*; aut *Manilii*, *Manlii*, *Mannii* in Naturali hiſtoriâ verbum ſit recipiendum, haud facilè ſtatuerim. *Manilius* in Ambroſianis codicibus, & Principe editione occurrit; huncque eum eſſe Manilium puto, quem Gerberus, poſtea Sylveſter Papa II., de aſtrologiâ ſcripſiſſe affirmat (*l*). Manilii nomen apud Plinium legebant eruditi, Julii II. Pontificis principatu (*m*): quibus adde Nigrum apud Malvaſiam (ubi mirandi horologii gnomonem attingit) illumque celebrem Vrbanum Praetorem fuiſſe pronunciat (*n*). Pro Manilio itidem ſtetiſſe videtur Polenus (*o*). Alii conjiciunt hunc Manilium eum ipſiſſimum eſſe, qui de Aſtronomiâ poëticum opus concinnavit. Sed hoc quoque loco quaeſtio ex queſtione oritur. Crinitus vatis nomen *Mallium* fuiſſe aſſerit, atque ita etiam legit apud Plinium (*p*). Voſſius Manilium, & Manlium in hujus Poëtae codicibus inveniri teſtatur (*q*); cui Quenſtedtius (*r*), aliique ſubſcribunt. Johannes Albertus Fabricius M. Manilium (non diverſum fortaſſe a Manlio Mathematico, de quo hoc loco agit Plinius) in Latinâ bibliothecâ affirmavit (*s*), addiditque Gerberi ſuperius allati teſtimonium, qui ad M. Manilium de Aſtrologiâ ſcribentem provocavit. Neque ulla in hoc eſſe poteſt difficultas, cum veteres Aſtrologum, Aſtronomumque per ſynonymiam non uno loco uſurpent.

Contra Harduinus Manilium, cujus Aſtronomicos libros habemus, omnino alium judicans, neque *enim*, ait (t), *Auguſti aetate, ut putat Scaliger, ſed Conſtantini M. vixiſſe putant eruditi*. Hujus opinionis fuit olim Voſſius; nec multùm abfuit Gervatius, qui Aſtronomicorum auctorem eum eſſe Manilium Theodorum conjecit, qui ob ſyderalem ſapientiam Claudiani meruit panegyricum (*u*). Voſſius tamen a primâ receſſit opinione, vatemque Manilium *iterum iterumque Auguſti temporibus* floruiſſe affirmavit. Haec omnia nimii ne ſimus, juſtae diſſertationi dicabimus; ſufficietque inpraeſentiarum noſſe Manilii Poëtae tempora ad Auguſti imperium omnino referenda, ut egregiè Fayus oſtendit (*x*); Johannes Matthias Geſnerus (rei difficultate ut puto motus) haec praetermittit illuſtranda; legoque apud ipſum (*y*). *Et qui eſt in Campo, Divus Auguſtus addidit mirabilem uſum ad deprehendendas Solis umbras, dierumque ac noctium magnitudines, ſtrato lapide ad Obeliſci magnitudinem, cui par fieret umbra brumae confectae die ſexta hora, paulatimque per regulas (quae ſunt ex*

aere

(a) *Cap. XIII. pag. 76. & 77.* (b) *Conſule indicem Harduin.* (c) *Lib. II. 78.*
(d) *Lib. V.* (e) *Lib. XXV. initio.* (f) *Lib. XXVIII. 2.* (g) *Lib. XXXVI. 7.*
(h) *Cap. XII. 60.* (i) *De Obeliſc. pag. 32. vid. epiſt. VIII. ad Bandin. fol. LV.*
(k) *Lib. VII. 60.* (l) *Epiſt. XIII.* (m) *Vid. Bandin.* notizie *pag. LXXI.*
(n) *Marm. Felſ. pag. 292.* (o) *Epiſt. I. pag. I. apud Bandin.* (p) *De Poet. Lat. lib III.*
(q) *De Poetis Latin.* (r) *Dialog. de Patriis illuſt. Viror. pag. 507.* (s) *Lib. I. 18.*
(t) *In Indic. Auctor. apud Plin. tom. I. pag. 62.* (u) *Vid. annot. ad lib. III. Sylvar. Pap. Statii.*
(x) *In M. Manilii vitâ.* (y) *Pag. 1013.*)

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
ipsa, alias enormiter jaculante apice, ratione (ut ferunt) a capite hominis intellecta. Haec observatio triginta jam fere annis non	*se ipsâ* [1]; *alias enormiter incrementa jaculante apice; ratione, ut ferunt, a capite hominis intellectâ* [2]. *Haec dierum observatio* [3] *XXX. jam ferè annis* [4] *non*

ANNOTATIONES.

aere inclusae) singulis diebus decresceret ac rursus augesceret, digna cognitu res & ingenio secundo --- --- --- Haec observatio triginta jam fere annis non congruit.

(3) *Is apici*. Cum Politiani membranis, atque ex indiciis Ricasdiani & Medicaei. Legendum igitur antea *Manlii Mathematici*.

(t) *Cujus vertice umbra*. Laudata Politiani exemplaria, codex Riccardianus, Ambrosiani, Aleriensis Episcopi, veteres typographi (*a*). In Vaticanis 1950. 1952. 1955. 1957. minus rectè *cujus vertice cum umbra*.

(1) *Colligeretur in se ipsâ*. Haec est lectio I. Ambrosiani, & Riccardiani. Ita prorsus etiam Vossianus cum Salmasio, & Gronovio. Pintianus *in ipsâ*. Ambrosianus II., Aleriensis Episcopus (*b*), aliique innumeri *in semetipsam*; quod occurrit etiam in Laurentiano sive Medicaeo, & Vaticano 1951. & Principe editione.

Quomodo id sit molitus Manilius, aruditus dubitare asserit Dalecampius, an pilam sic imposuerit, ut exiaret tota humani capitis similitudine, an inseverit, & exculpto lapide demissam conjunxerit, an de lapide resecuerit, quantum pilae altitudo addebat. Hoc ultimum ab interprete Pliniano rejicitur, cum Obeliscos ob religionem sacros haberet antiquitas. Nescio, cur similia Dalecampius a Zieglero prolata adoptaverit, quando paullò ante Maximi apud Aegyptios Praefecti ob oculos habebat exemplum, qui Obeliscum navalibus incommodum reciso cacumine in Alexandriae forum statuminavit. Pilam humani capitis figuram exhibuisse minimè testatur Plinius, sed rationem ad Solis umbas capiendas Architectum, ut vulgo ferebatur, ab humani capitis figurâ deduxisse. Hanc pilam perforatam fuisse scribit Oddius (*c*), unde partium superiorum umbram in subjectis collectam juxta diversa incrementa, cum aliis mirandis ingenii operibus, praeseferret. Nullas argumento addidit rationes: Bandinius statuit, quòd uti regulae in pavimento cavatae ex aere constabant: ex aere quoque pilam, auro Architectus supervestiverit (*d*). Pilam Caj Obelisco impositam describens Pigafetta, haec patrio idiomate vulgavit. *E questo pomo di rame finissimo, e coperto di fogli d'oro --- non è mescolato l'oro col metallo, ma soprapposto, ed il rame è dorato con molte coperte e lame d'oro* (*e*). Ex cupro igitur esse potuit pila, quam Manilius gnomonico addidit Obelisco: quamquam non ignorem Ammiani Marcellini verba, ex quibus colligunt Eruditi aliorum etiam Obeliscorum vertici pilam fuisse impositam, eamque aeneam, auro eiseumductam: *Sphaera superimponitur ahenea, aureis laminis nitens* (*f*).

(2) *Intellectâ*. Mirum semper evadet, quòd cum haec Plinii verba aperta sint, illa minimè intelligens Montucla virum sapientissimum iniquo arguat judicio in hanc speciem (*g*): *Le mathematicien Manlius qui dirigea cet ouvrage, termina l'obelisque par un globe, non pour lui donner de la ressemblance avec la figure humaine, comme le dit Pline souvent peu heureux dans ses conjectures, mais afin que le sommet de l'obélisque étant censé au centre de ce globe, le milieu, de l'ombre, qu'il projetteroit, designât la hauteur du centre du Soleil.*

Quisnam aequo animo ferre poterit, ut Plinium perperam accusans Montucla, Romanorum doctissimum saepe numero in conjecturis infelicem affirmet; quando ipse tam insignis Mathematicus Plinii dicta non percipit? *ratione, ut ferunt, a capite hominis intellectâ*, numquid interpretandum, ut globo similitudinem humanae figurae tribueret? *pour lui donner de la ressemblance avec la figure humaine*. In hisce profectò reddendis Montuclam alibi mentem detorsisse fatendum erit, nisi illum Latinae linguae omnino rudem judicare velimus. Fortasse ex Dalecampii additamentis fuit deceptus, qui rationem scrutatus, quo modo id molitus fuerit Architectus, dubitat: *an pilam sic imposuerit, ut extaret tota humani capitis similitudine* (*h*). Hujus conjecturae ineptiam paullò ante rejecimus; Montucla humani capitis similitudine minimè contentus integram hominis figuram dōmitans ex Plinio inducit; quando incompatabilis sagacitatis Vir, ut mirandi effectus non caussam tantùm, sed notionis originem persequeretur: adjecit Mathematicum pilam Obelisco imposuisse, consilio capto ab ejus umbrae aspectu, quae ab humano capite projicitur. Haec non unicè Boscovichius (*i*), & reliqui Mathematicis studiis insignes (*k*), sed quisquis primoribus labiis Latiale attigit idioma, satis intelliget.

Ut sequentes ad Campi Obeliscum lectiones restituamus, scripturam Riccardiani, utriusque Ambrosiani, aliorumque exemplarium subjiciemus, e quorum omnium indiciis multa adhuc emendanda lector intelligat, cum membranas omnes pluribus mendis deformatas indoleamus.

Ex codice Riccardian.

Haec desfarvatio XXX. jam fere annis non congruit sive Solis ipsius dissono cursu, & caeli aliqua ratione mutata, sive universa tellure a centro suo aliquid emota ut deprehendi & aliis in locis accipio, sive urbis tremoribus ibi tantum gnomone intorto, sive inundotionibus Tyberis sedimento molis facto quamquam ad altitudine impositione res in terram quoque dicuntur acta fundamenta.

Ex cod. I. Ambros.

Haec dies XXX. jam fere annis non congruit, sive Solis ipsius dissono cursu, & celi aliqua ratione mutata, sive universa tellure aliquid a centro suo emota ut deprehendi & in aliis locis accipio, sive Urbis tremoribus ibi tantum gnomone intorto sive inundationibus tiberis & imenso facto mol' q q aptitudinis impositione inter quoz dicantur jacta fundamenta.

Ex cod. II. Ambros.

Haec observatio XXX. jam fere annis non congruit sive Solis ipsius dissono cursu, & caeli aliqua ratione mutata, sive universa tellure a centro suo aliquid emota, ut deprehendi & aliis in locis accipio sive urbis tremoribus ibi tantum gnomone intorto, sive inundotionibus tiberis sedimento facta molis qq. aptitudinis impositione interra quoque dicantur jacta fundamenta.

(3) *Dierum observatio*. In Politiani codicibus *dierum* vocabulum desidarari videtur ex suppositâ ad vocem lineolâ,

(a) 1469. 1470. 1472. 1473. (b) 1470. 1472. 1473.
(c) *In praefat. De Solaribus horologiis*. (d) *Cap. XIII. pag.* 73.
(e) Discorso intorno all' historia dell' agnglia. (f) *Lib. XVII.* 4.
(g) Histoire des Mathematiques *tom. I. pae. III. lib. I. pag.* 407. & 408.
(h) *Vide edition. Hack. tom. III. pag.* 650.
(i) *Epist. III. ad Bandin. fol. XXVI.* (k) *Marinon. epist. V. fol. XLII.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
non congruit, sive Solis ipsius dissono cursu, & caeli aliqua ratione mutato, sive universa tellure aliquid a centro suo dimota, ut deprehendi & in aliis locis accipio: sive Vrbis tremoribus ibi tantum gnomone intorto: sive inundationibus Tiberis sedimento molis facto: quanquam ad altitudinem impositi oneris in terram quoque dicantur acta fun-	*non congruit, sive Solis ipsius dissono cursu, & caeli aliquâ ratione mutato* [1], *sive universâ tellure a centro suo aliquid emota* [2], *ut deprehendi & aliis in locis* [3] *accipio* [4], *sive Vrbis tremoribus* [5] *ibi tantùm* [6] *gnomone intorto, sive inundationibus Tiberis sedimento molis facto* [7]; *quamquam ad altitudinem impositi oneris* [8] *in terrâ* [9] *quoque dicantur acta fun-*
Tom. II. da-	C c 2 *da-*

ANNOTATIONES.

olà, quâ in re II. Ambrosiano conveniunt. Verùm cum in Aleriensis Episcopi, Beroaldi, Barbari, Palmarii, Benedicti, aliorumque exemplaribus appareat: illam libenter reciperem, cum ad dierum praesertim inaequalitatem gnomon inserviret. Indicia hujus lectionis quoqua habemus in Riccardiano, ubi ex contractis notis *dier. obser.* fortasse irrepsit *deseruntio*. In I. Ambrosiano, loco *dierum* legitur corruptè *dies*. In Vaticano 1950. *haec in dies*. Optimè in alio ejusdem bibliothecae 1955. *haec dierum*.

(4) *XXX. jam ferè annis*. Codices Riccardianus, Ambrosiani, editio Princeps, Parisienses typographi &c. (a) Si igitur Plinio prodente haec observatio XXX. jam ferè annis non constabat: circa annum V. Conditae 800. Gnomonis umbram officio suo defuisse colligimus; ideoque mirabilem illius usum vidit Plinius, usque ad aetatis suae vicesimum quintum (b). Boscovichius alias addit conjecturas, de quibus ipse rogetur (c). Quâ ratione nostra annorum supputatio differat a Muratorio (d), & Poleno (e), intelliges ex tempore Naturalis historiae confectae; idque satis in Plinianis tabulis, & ipsiusmet Plinii vitâ probavimus; unde longè magis a Boscovichii opinione recedendum, qui Plinium circa annum vulgaris aerae 70. scripsisse affirmat (f): quando manifestè probatur Plinium Naturali historiae supremam imposuisse manum anno V. C. 830., qui Christi 78. Vulgaris aerae 80. respondet (g).

(1) *Mutato*. Axis Mundi, & polorum diurnae vertiginis in tellure mutationem accidere potuisse ex Marinonio intelliges (h). Boscovichius haec omnia attingens: *Plinius*, inquit (i), *prudenter omnino suspicari poterat, mutationem aliquam in Solis motu extitisse; neque enim ipsum terrere debuit, quod liberum Naturae indagatorem terrebit nunquam, ne ad ipsos quidem Solares motus translatum Virgilianum illud.*

. . . . . „ Solem quis dicere falsum
„ Audeat?

Terram e centro suo dimotam esse, id quidem tum temporis minus verisimile censeri poterat. At in Newtonianorum de mutua corporum omnium gravitate sententia nil magis Naturae consonum.

(2) *Aliquid emota*. Textum sequor Riccardiani exemplaris: *emota* pariter legimus in Ambrosianis, & Politiani codicibus, ac Principe editione. Praeter ea, quae congerit Boscovichius, consule Newtonianae Astronomiae mechanicam, & Stuartum; unde colligitur potuisse observationes minimè congruere, vel ex nimio alicujus Cometae accessu, vel ex aliquâ in ipsius terrae partibus commutatione (k). In diversa abierunt Polenus (l), aliique Mathematici (m), asserentes quòd ubi etiam Tellus (per hypothesim) inter Planetas collocaretur, & juxta Copernicum motus aliquis in telluris axe inesset; admissâ etiam mutuâ inter Planetas attractione, unde certis temporibus oscillationes, & motuum pertubationes oriruntur: adeò tamen haec omnia exigua forent, ut minimè conferrent ad illas mutationes explicandas.

(3) *Et aliis in locis*. Codex Riccardian.

(4) *Accipio*. Vide quantâ incedat cautelâ Plinius, similia ab aliis (externis conjicerem auctoribus tradita) non dissimulans.

(5) *Vrbis tremoribus*. Peculiari Romae terraemotu. Ita enim procul dubio intelligendum. Consule, quae tradidit libro II. ubi urbem Romam tremuisse scribit (n).

(6) *Ibi tantùm*. Emendandum censerem: *ibi tanto gnomone intorto*.

(7) *Molis facto*. Affirmat Polenus minimè verisimile, quòd Tiberis inundationes eâ ratione terram subierint, ut gnomon aliquâ ex parte declinaverit, cum aqua in terram densam & compactam (cujusmodi ea erat) ad magnam profunditatem penetrare nequierit. Non diffitetur tamen per occultas venas ad ipsa fundamenta accedere potuisse. Et sanè sufficit, ut aliquae adessent rimae, quae exundante Tiberi illius aquas reciperent, ut sensim fundamentis subrepisse intelligamus. Aquae in terris omnibus circa amnes positis inveniuntur, cum ad fluviorum libellum accedimus, quidquid tellurem ex aliquo colle fodiamus. Quid igitur de Campo circa Tiberim statuendum? Tanta fuit aquae vis, quae in excavando Obelisci stylobata emergebat, ut binis antliis (o). Haec omnia conjecturam ad Tiberis inundationes spectantem verisimillimam indicant.

Iterum in Naturae mystem consurgit Montucla hisce verbis ---- *Ce monument fut de peu de durée, & il y avoit 30. ans, au temps de Pline, qu'il ne remplissoit plus sa destination. Cet Historien en soupçonne trois causes, comme un changement du cours dans le Soleil, un déplacement de la terre, ou l'affaissement de la base de l'Obelisque, mais il eût montré plus de discernement à accumuler moins de conjectures, & à s'en tenir à le derniere qui est la seule vraisemblable.* Similia contradictionis libidine Montuclam congessisse utique compertum habeo; atque interim ex Plinianis conjecturis peculiares Vrbis tremores obliviscitur, quos gnomonem potuisse intorquere omnes sciunt. Haec, & ultima ad Tiberinas inundationes pertinens, caeteris probabilior videtur; quamvis & aliae minimè sint exsibilandae.

(8) *Ad altitudinem impositi oneris*. Monstra dictionum in calamo exaratis, editisque exemplaribus hoc loco appa-

rent

(a) *Ann.* 1516. *pag.* CCCCCXI. (b) *Vid. Tabulas Plinian. pag.* 97.
(c) *Vid. Epist. III. ad Bandin. fol. XXVIII.* (d) *Annal. tom. I. ad ann. Christi* 77. *pag.* 310.
(e) *Epist. I. ad Bandin. fol. VII.* (f) *Fol. XXX.* (g) *Vid. Tabul. Plin. pag.* 108.
(h) *Epist. ad Bandin. IV. fol. XLII.* (i) *Epist. ad Bandin. III. fol. XXXI.*
(k) *Epist. apud Bandin. XIII. fol. XCVI.* (l) *Epist. ad Bandin. I. fol. IX.*
(m) *Vid. epistolas ad Bandin.* (n) *Lib. II. 84. ex Harduin.* (o) *Vid. Stuart. fol. LXXVIII.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
damenta. Tertius Romae in Vaticano Caïi & Ne-	*damenta* [1]. *Tertius est in Vaticano* [2] *Caj, & Neronis Principum* [3] *Circo:*

ANNOTATIONES.

rent. Riccardianum: *ad altitudine impositione res in terram*. Politianus ex membranis A. & B. *adaltitudine impositione*. Codd. Vaticani 1953. 1954. 1955. *aptitudinis impositione in terram*. Cod. I. Ambrosianus: *aptitudinis impositione intra quoz.*, quae ultimae contractae voces effluunt ex *in terrâ quoque*, ut in II. apparet. Vaticanus 1553. *altitudines impositione*, unde emendandum videtur *ad altitudinem impositi oneris*: illud enim *impositione* corruptum fuit ex breviatâ dictione *impositi one*; itemque *impositione res*, vel *impositae rei* (ut habent Aleriensis Episcopi editiones) depravatum ex *impositi oris*, nempe *oneris* vocabulo. Caeterum ubi evincere possemus Plinium *ad altitudinem*, sive *aptitudinem* scripsisse, meliùs utrumque vocabulum congrueret orationi: verùm eum *altitudinis*, & *aptitudinis* voces idoneis scriptoribus ignotas credam, nihil hoc loco immutabo, quousque nitidiora emergant; eâ etiam ratione impulsus, quòd Harduinus *impositi oneris* legi in II. Regio codice affirmet, uti etiam in Pintiani exemplo. In Hispani tamen interpretis apographo occurrit: *quamquam ad altitudinem impositione rei*, unde ipse scribendum monuit, *quamquam ad altitudinem impositi oneris*.

(9) *In terrâ*. Cum II. Ambrosiano, & I. indiciis: non rejiciens communiorem scripturam *in terram*, a pennâ exaratis codicibus, atque editis, ut plurimum, amplexatam. Non sinam tamen lectorem ignorare quòd Princeps impressio legit *in terra*.

Vltimò non praetereundum sub ipso Obelisci stylobate extitisse basim quadratam ex marmore quòd novitiâ latinâ voce *Caepinum* appellabimus, cum a nobis patrio eloquio *Cipollaccio*, & *Cipollino* reddatur. Subtus interior, & quadrata itidem basis ex geminis ejusdem lapidis truncis cernebatur. Paullùm diversa tradit Bandinius, cui utpote oculari testi magis fidendum. En verba (*a*). „ Integra stylobatae soliditate detecta, quae est palmorum XIX $\frac{3}{4}$ nullum in ejus vertice coronae vestigium observatum fuit, inferius tamen patere coepit circa basim marmorea projectura $\frac{3}{4}$ unius palmi, basim primam efformans ex indiviso marmore, quod vulgo *Bardiglio* vocant, elaboratam, cujus altitudo palm. erat III. $\frac{1}{4}$, latitudo vero, uti ajunt, quadrata, cujusvis lateris longitudine erat palm. XIV. Huic primae basi consimilis altera visebatur, eamdem projecturam efficiens, eodemque marmore constabat, alta quidem palm. III. $\frac{5}{6}$, sed latitudinem, ut ajunt, quadratam habens palm. XV. Ea vero ex duabus, iisdemque aequalibus componebatur partibus, mutuo firmiterque connexis.

Reliqua consule apud laudatum Bandinium, qui etiam „ Tiburtinâ, *ait*, basi detecta ex eodem marmore stratum inferius repertum est, quod, prout ex fossione liquere potuit, circa tertiam hanc basim palmos IX. complectebatur. Hujusmodi autem strati pars quaevis sub aquae libellam palmis V. extabat, adeo ut ad marmora, Tiburtinos lapides, ac basim eruendam, necesse fuerit multorum hominum opera in aquis anthliarum ope educendis uti. „

Vbi Marlianus adnotavit ex Ovidio Campum Martialem diversum fuisse a Campo Martio: animadvertit, quòd si aquae Tiberis Campum Martium occupassent; Equiria in Martiali Campo fiebant (*b*). Constat igitur Campum Martium Tiberis inundationibus fuisse obnoxium; ideoque iis sedimentum moli factum, probabili admodum conjecturâ, possumus suspicari.

(1) *Acta fundamenta*. Hâc in voce Harduino, & Pintiano accedo. Notaverat acutissimus Hispanus in suo exemplari legi *acta*, non *jacta*. Videtur quòd idem occurrat in II. Regio codice, quamvis Harduini verba non admodum aperta sint. Nos *acta* praeseferre Riccardianum codicem, & Politiani membranas testamus; unde hanc scripturam tantis firmatam praesidiis, & magis texturae consonam communiori praetulimus, quam caeteroquin favent Vaticana, & Ambrosiana exemplaria, ac vetustiores editiones (*c*). In nonnullis tamen irrepsit *icta* (*d*); idque loco *acta* ingestum conjicerem. Caeterum haec fundamenta nusquam cum Harduino interpretabor Obelisci magnitudini fuisse paria. Hujus etiam sententia eo minus probabilis redditur, quòd Campi Obelisco altitudinem palmorum CXVI. & dodrantis attribuit. Neque enim unum inveniet Architectum, qui Turrim Campanariam in palmos 516. $\frac{3}{4}$ assurgentem, actis pari mensurâ fundamentis statuminet. Sufficit igitur, ut fundamenta palmis 73. $\frac{1}{4}$ responderent; quae vera fuit Obelisci altitudo.

(2) *Tertius est in Vaticano*. Editio Princeps, codices Aleriensis Episcopi, Beroaldi, Barbari, Palmarii, Benedicti, Dalecampii ita legunt. Gelenio substituere placuit: *Tertius Romae in Vaticano*; idque rectiùs stare affirmat, eo quia sequenti versu in codicibus emendasis legatur: *fractus in molitione*, non *in molitudine ejus*. Sed quid connexum inter utramque castigationem inveniat, profectò ignoro. Fractum in molitione Obeliscum utique recipio: verùm illud *Romae* manifestè redundat, cum Vaticanus Circus non alibi esse potuerit, & tertium hunc ex Obeliscis memoratu dignis usque adscribentem Plinium fuisse omnes intelligant. Fatendum tamen in Riccardiano exemplari, aliisque membranis *Romae* dictionem occurrere.

Vt sectionem circa suppositum basi marmor claudamus: addendum, marmor, quod neotericâ latinâ voce *Carpinum* diximus; & aliquibus patrio idiomate *Cipollacio*, & *Cipollino* appellatur: videtur a Vasario hisce verbis in duplicem speciem distingui postquam de Ophite locutus est (*e*). *Piu tenera poi di questa è il Cipollaccio, pietra che si cava in diversi luoghi; il quale è di color verde acerbo & gialletto, & ha dentro alcune macchie nere quadre alquanto grossette, & si veggono di questa sorte in piu luoghi colonne grosse & sottili, & porte, & altri ornamenti; ma non figure. Questa piglia il pulimento come il porfido, & il serpentino, & anchora si sega come le altre sorti di pietra dette di sopra, & se ne trovano in Roma infiniti pezzi sotterrati nelle ruine.* Paullò infra (*f*). *Sono nelle montagne di Carrara, nella Carfagniana vicino a i monti di Luni molte sorti di marmi, come marmi neri, & alcuni che traggono in bigio, & altri che sono mischiati di rosso, & alcuni altri che sono con vene bigie, che sono crosta sopra i marmi bianchi, perche non son purgati, anzi offesi dal tempo, dall'acqua, & dalla terra piglian quel colore. Cavansi anchora altre specie di marmi, che son chiamati Cipollini, & Saligni, & Campanini, & mischiati & per lo piu una sorte di marmi bian-*

(a) *Cap. XX. pag.* 106. (b) *Vrbis Romae topograph. lib. IV. cap. XII. col.* 147. *tom. III. collection. Graevii.*
(c) 1469. 1470. 1472. 1473. 1476. 1496. 1497. 1499. 1507. 1519. *&c.*
(d) 1483. 1491. (e) *Tom. I. Vite &c. in Proemio de Architecturâ pag.* 25. *&* 26. *edit. Florent. ann.* 1550.
(f) *Pag.* 29.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
Neronis Principum Circo, ex omnibus unus omnino factus est imitatione ejus, quem	*eo: ex omnibus unus* [1] *fractus* [2] *in molitione ejus* [3]*: quem fecerat Seso-*

ANNOTATIONES.

bianchissimi, & lattati, che sono gentili e in tutta perfettione per far le figure.

Gimma cum Vasarii dicta ob oculos haberet, addit Imperati descriptionem ac subinde caepinum candidum etiam inveniri tradit (*a*)*: Il Celano nelle notizie di Napoli fa menzione del Cipollaccio bianco, di cui trovò un pavimento ---- come ancora le sette colonne dello stesso marmo ---- (b). Il marmo bigio, o pardiglio così detto dal suo colore, ha goccie saligne, come il Greco ---- (c). I marmi Cipollini sono di un altra spezie di grana (come gli descrive lo stesso Vasari) ---- e per lo più pendono in verdiccio.*

Optandum esset, ut de hisce marmoribus *Cipollaccio*, *Cipollino*, *Pardiglio*, sive *Bardiglio* Florentini Academici in linguae Etruscae thesauro aliqua attigissent.

(3) *Principum*. Quem Plinius *Cajum* juxta veterum scriptorum usum: Suetonius, & post illum recentiores *Caligulam* appellant, ut pluribus locis monuimus. Conjecit Harduinus hunc Circum a Cajo coeptum, subinde a Nerone fuisse perfectum; idque haud obscurâ Taciti auctoritate, cujus verba affert (*d*)*: clausumque valle Vaticanâ spatium, in quo equos Nero regeret haud promiscuo spectaculo*. Haec ante Harduinum attigerat Lipsius, qui ad allata Taciti verba credidit id a Plinio denotari lib. XXXVI. *Tertius Obeliscus Romae in Vaticano, Caj, ac Neronis principum Circo* (*e*). Plinii verba aliquâ incuriâ a Lipsio reddi ostendunt nostrae animadversiones. Harduinum Lipsii scrinia compilare lector intelliget.

(1) *Ex omnibus unus*. Codices Ambrosiani, Politiani, & penè omnes impressores addunt cum Harduino adverbium *omnino*. Quod mihi omnino expungendum videtur. Harduinus legens: *ex omnibus unus omnino factus est imitatione ejus, quem fecerat Sesostridis filius*, locum integerrimâ fide repraesentasse ait ex Colb. 3., veter. Dalecampii, & Vaticanis quoque exemplaribus teste Mattio lib. 2. origin. cap. 14. & Kirchero lib. 1. de origine Obeliscorum cap. 9. (*f*). Quantâ oscitantiâ, & perperam omnia confundat, & falsò permisceat Harduinus, proximè ostendemus. Pro nunc sufficiat nosse vocabulum *omnino* in Dalecampii codice, & in omnibus Vaticanis desiderari; Principi igitur editioni adhaereo, ubi *ex omnibus unus fractus* invenio. Amanuensium oculos superiori verbo *omnibus* haerentes, insulsè *omnino* addiderunt. In aliquibus exemplaribus corruptâ dictione occurrit *omnimo* (*g*); in aliis *omnio* (*h*).

(2) *Fractus*. Ita cum Ambrosiano I. & duobus Vaticanis. Codices Aleriensis Episcopi (*i*), Beroaldi (*k*), Hermolai Barbari (*l*), Palmarii (*m*), Benedicti (*n*), Parisienses typographi (*o*). Vbi cum II. Ambrosiano, Riccardiano, altero Vaticano, aliisque permultis legas *fractus est* (*p*), oportet orationis initio scribere *Tertius in Vaticano* &c.

(3) *In molitione ejus*. Pronomen *ejus* desideratur in codd. Politiani, & Riccardiano, tribus Vaticanis; sed in aliis ejusdem bibliothecae, uti in Ambrosianis, & antiquis editis omnibus recipitur; unde potiùs iis quàm Gelenio accederem, cujus lectionem in operis corpore afferens Dalecampius, alteram addidit in orâ libri: *ex omnibus unus factus imitatione ejus*. Locus nunc poscit, ut ostendamus integerrimam Harduini fidem undique concidere, cum neque Dalecampii dicta, neque veteres editiones, & Romanos codices apud Kircherum consulat; sed arbitrario *factus est imitatione ejus, quem fecerat* &c. scripsisse Plinium sibi persuadeat.

Kircherus de Obeliscis (non eo capite, uti apud Harduinum) sed VIII. „ variae sunt, *inquit* (*q*), controversiae circa haec verba Plinii ob diversitatem sensuum, quae in Vaticanis exemplaribus leguntur, quae post Mercatum, Gelenium, Pigafettam a me recogniti sic se habent „

„ Primum, ita habet: *Ex omnibus unus factus imitatione ejus, quem fecerat Sesostridis filius Noncorius*. „

„ Secundum sic: *Ex omnibus illius stractus imitatione, quem fecerat Sesosidis filius Nuncorius*. „

„ Tertium sic: *Ex omnibus unus fractus imitatione ejus, quem fecerat Sesodis filius Nonchorius*. „

„ Quartum: *Ex omnibus fractus in mollitudine, quam fecerat Sesosidis filius Noncorius*. „

„ Quintum: *Ex omnibus fractus in molitione ejus, quem fecerat Sesosidis filius Nuncorius*. „

„ Sextum: *Ex omnibus unus omninò fractus est in molitione, quem fecerat Sesosidis filius Noncorius*. „

Antequam Kircheri animadversiones ad allatas scripturas proferam, juvabit attigisse, Plinii nitorem & stylum minimè sapere *factus est ---- quem fecerat*. Adde quòd diligentissimus auctor non praetermisisset illius nomen, qui memorati Aegyptii Regis Obeliscum esset imitatus: *factus imitatione, & stractus imitatione*, corrupta ex vocibus *fractus in molitione*, statim intelligo. In I. Ambrosiano occurrit *fractus imitatione ejus*, uti in III. Vaticano, unde unum tantùm verbum ibi depravatum agnoscimus. *Fractus immitatione* (sic) in variantibus addidit Alexander Benedictus, cum in operis corpore vulgaret *in molitudine ejus* (*r*); quod insulsum verbum in aliis etiam impressionibus apparet (*s*); sed corruptum a *molitione* literarum ductus ostendit.

Codex Riccardianus hanc fovet lectionem, ubi legitur. *Tertius Romae in Vaticano Gai & Neronis principum Circo ex omnibus unus omnino fractus est in molicione, quem fecerat Sesosidis filius Noncorei ejusdem remanet & alius, quem post cecitatem viso reddito ex oraculo Soli sacravit*.

Iterum igitur Harduini confidentiam arguemus, qui postquam ad Vaticanos codices provocavit (ex quibus ne unus quidem ex integro suam habet lectionem) caeteros nempe editos, cum Regio 2. exhibere fatetur: *fractus est in molitione, quem*, idque „ haud dubie mutile ac falso. Nam qui videre, & exploravere, integrum adhuc esse pronunciant „. Nunc Kircherum audiamus verba omnia Vaticanorum exemplarium perpendentem „ Si verus, *ait*, est sensus primi exemplaris, „ sequitur falsam esse relationem Plinii, videlicet, O„ beliscum hunc non à Nuncorio, sed ab alio quodam „ Rege erectum esse. Secundi exemplaris sensus, uti „ difficilis est captu, ita jure veluti suo reprobandus. „ Tertium exemplar monstrat plures à Noncorio ere„ ctos Obeliscos in erectionis negotio fractos esse, quòd „ contradicit Plinio. Quartum ostendit Obeliscum fuis„ se materiae friabilis. & proinde ruptum, quod di„ ci nulla ratione potest. Quintum & sextum aperte „ asserunt fuisse in ipso erectionis opere confractum, „ quam sententiam nos verisimiliorem acceptamus. Fra„ ctum enim fuisse hunc Obeliscum in superiori sui par„ te, praeter inditia manifestae ruptuare, ipsa quoque pro-

(a) Storia Natural. *tom. II. 2. artic. 3. pag. 16. num. 39.* (b) *Pag. 27. num. 69.*
(c) *Artic. 7. pag. 30. num. 84.* (d) *Lib. XIV. Annal.*
(e) *Ad lib. XIV. Annal. num. 32. pag. 204. edition. Antuerp. anni 1600.*
(f) *Hard. Plinii tom. II. not. & emendat. ad lib. VXXXVI. num. IX. pag. 761.*
(g) 1476. (h) 1507. (i) *Vid. edition.* 1470. 1472. (k) 1476.
(l) 1497. (m) 1499. 1519. (n) 1507. (o) 1526. (p) *Vid. Gelen. Paul. Manut. Dalecamp.*
(q) *Pag.* 71. (r) 1507. (s) 1497. 1499. 1519.

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
quem fecerat Sesostridis filius Nuncoreus.	*sostridis* [1] *filius Non-coreus* [2]. *Ejusdem*

ANNOTATIONES.

„ proportio Obelisci luculenter ostendit; cum longitudo ed besis letus minime decuple, sicuti in omnibus alils Obeliscis reperiatur. Quòd si ullum certè luculentissimum indicium est alicujus in superiori Obelisci parte ruptuare sactee, cùm enim dicti Obelisci basis 12. palmorum comperietur, altitudo ejus juxte decuplam proportionem, quam infime Obeliscorum letitudo ad altitudinem eorundem habet, 120. pedum foret. Cum jam vero eltitudo ejus non reperiatur nisi 108., juxte proportionem omnibus Obeliscis communem pars ebrupta necesserio fuit 12. palmorum alte. Quod vero in prima sui erectione ruptus sit, ee verbis Plinii constat, *unus ex omnibus fractus in molitione*. Pleraque ex iis accepit Kircherus a Mercato, qui elegentissimum opus de Obeliscis Romae extantibus vulgevit. Indolebet doctus hie Praesul neminem inter vetustus scriptores inveniri, qui ubi Plinio comperaretur, indigniori eb amenuensibus ratione habitus fuisset; ideoque medicinam & ipse qualemcumque a Vaticenis codicibus petiit: in iis, patrio idiomate, diversum a Kirchero ordinem secutus, paullulum etiam diverse circa lectiones edeotavit in hanc speciem (*a*): nempe in I. Vaticanae bibliothecae eeemplari occurrere: *ex omnibus illius stratus imitatione, quem feeerat Sesodis filius Noncoreus*; ibique emendationis loco additum *stratus imitatione*.

In duubus aliis codicibus (quorum elter ad Nicolaum Perotum, sive ut ipse & plerique scribunt Perottum, Archiepiscopum Sipontinum, spectevit) legitur: *ex omnibus unus fractus imitatione ejus, quem fecerat Sesodis filius Nonchoreus*.

In quarto codice: *ex omnibus unus factus imitatione ejus, quem fecerat Sesodis filius Noncoreus*.

Quintum codicem vetustum, aliisque omnibus longè emendetiorem (quemque multùm commendebat Peullus Manutius) habere uti in impressis: *ex omnibus unus, omnino fractus est in molitione ejus, quem fecerat Sesodis filius Noncoreus*.

Aliud ejusdem Vaticanae bibliothecae exemplar valdè recens, sed eb optimo, & vetusto epographo deductum, atque e docto viro emendatum; ideoque hâc de caussâ integerrimem: *unus ex omnibus fractus in molitione ejus, quem fecerat Sesosidis filius Noncoreus*.


Si Mercati lectiones ex iisdem codicibus desumptee Kirchero conferentur: apparet primum Mercati exempler secundo apud Kircherum respondere. Anonymi, qui Aristerchi provinciam suscepit, emendatio omnino deeidicula per se concidit; & fortasse hâc de causâ a Kirchero praetermittitur.

Secundum & tertium Mercati, erit primo & tertio Kircheri conferendum, quemvis in Noncorei, & Sesosidis nominibus alique adsit differentie: quae si non ex legentium, ex typographorum incuriâ fortasse effluxit.

Quartum Mercati, diversum suspicor a tertio Kircheriano, cujus sopra meminimus.

Quintum Mercati, est Kirchero sextum, quamvis Mercato *Noncoreus*, Kirchero *Nuncorius* inibi Regis nomen appareet: sextum Mercati, quinto Kircheri respondet, unde Mercato ignotum colligitur exempler quarto loco per Kircherum elleto: vel quia Sixto V. regnante non adhuc ad Veticanem bibliothecam delelum, vel quie malè in ordinem (uti etiam in hanc diem) digestum. Asserit enim Mercatus in quibusdam codicibus (quos tamen non ettigerat) legi *mollitudine ejus*; gaudeoque tantum virum nobis subscribere, cum *mollitudine* conflatam ex *molitione* vocem egnovit. Neque enim necesse est pluribus rejicere dictionem doctissimae Obelisci meteriei omnino oppositam, ideoque a Plinii dictis undique abhorrentem. Reliquarum lectionum ineptias a Kirchero rudi Minervâ indicatas, maejori diligentiâ, & acumine a Merceto explosas apud illum consule. Ex utriusque sententiâ, ex ipsâ narrationis teeturâ, ex membranarum indiciis hunc Non-corei Obeliscum fractum in molitione intelliges.

Id accidisse cum a Nun-coreo stetuminaretur, colligunt Mercatus, Kircherus, eliique; quâ in re fidem meam non obstringam, cum tale infortunium Cejo potiùs eccidisse suspicer. Hic enim Augusti geste superaturus, longè majorem Obeliscum importans: *quatuor truncos lapidis ejusdem ad sustinendum eum adduxit* (*b*): ususque est Nave, *quâ nihil admirabilius visum in Mari*. Non igitur mutiletum, sed integrum delegit Obeliscum, quem in statuminatione ejus frectum Romee colligerem. Vbi tamen in Aegypto ruptum, & fortesse jacentem melueris credere: adhuc non finem te ignorare, quod Veticani Circi Obeliscus a Semetempserteo, & Sochide excisos longè exsuperet, ut extantes docent mensurae, & meis oculis ipsemet vidi. Hunc Sixtus V. Dominici Fontenae Tribulis mei operâ in Divi Petri latissimâ areâ collocevit; quâ de re illius temporis scriptores Bargaeus, & Pigafetta, & Mercatus latissimè egerunt. Extet in Museo nostro aereus nummus, ubi Architecti effigies hujusmodi epigraphe: DOMINICVS FONTANA A MELLINO NOVOCOMEN. AGRI: in posticâ parte



Optandum fuisset, ut Fontena Mathemeticis studiis, & mechinali scientiâ illustris virum melioris doctrinee, & peritiorem invenisset moneterium. Cadere enim necesse eret C. CAESARIS &c.

(1) *Sesostridis*. Hujus Regis nomen ita gignendi casu cum recentioribus scribo, ubi vere sit lectio, quòd elibi *Sesostris* (c), Rectus eesus: & *Sesostre*, vel *Sesostri* Romenus (*d*) fuerit Plinio. Caeterum & *Sesostris* gignendi casu posset hoc loco accipi ee mulrorum exemplarium indiciis invicem sibi comparatis. Vbi verò vetustiores membranas sequemur: antea *Sesosis*, vel *Sesosidis* Recto casu: & Romano, *Sesose*, vel *Sesoside* a Plinio reddi statuendum esset. Hoc loco in Ambrosiano II., Politia-

[a] De gli Obelischi di Roma *cap. XV. pag.* 181.
[b] *Plin. XVI.* 40. *vide hujus volum. pag.* 128. & 129.
[d] *Lib. XXXIII.* 3.
[c] *Lib. VI.* 29. *bis.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
us. Ejuſdem remanet & alius centum cubitorum, quem poſt coecitatem viſu reddito, ex oraculo Soli ſacravit.	*dem remanet* [1] *& alius C. cubitorum*; [2] *quem poſt caecitatem* [3] *viſu reddito, ex oraculo Soli ſacravit.*
Ex Harduin. XXV. pag. 756.	
LX. Pavimenta originem apud Graecos habent elaborata arte, picturae ratio-	*Pavimenta* [4] *originem habent apud Graecos elaboratâ arte* [5], *picturae ratio-*

ANNOTATIONES.

litiani, & Voſſii membranis, editione Principe, & ſubſecutis typographis *Seſoſidis* legimus (*a*). In iis libris tanquam Noncorei pater innuitur. In Riccardiano, uti filius. In Vaticanis codicibus juxta Mercatum *Seſoſidis*, & *Seſodis* apparet. Si Kirchero ſtamus in uno tantùm exemplari occurrit *Seſoſtridis*. In Ambroſiano I. legitur *Seſodis*: ita vel *Soſodis* habent Academicus, Menapianus, Gudianus; unde Gronovio *Seſodidis* placuit reſtituere (*b*). Praeter ea, quae adnotavimus paginâ 196. non ignorant eruditi, quòd diverſâ ratione ab antiquis Scriptoribus celeberrimi Principis nomen redditur: neque ipſiſſimi auctoris ſibi conveniunt exemplaria. Σεσόωσιν ſuâ aetate legebat apud Diodorum Siculum Johannes Tzetzes (*c*); quamvis a Bibliothecae auctore aliter ſcriptum nonnulli contendant, ut videre eſt apud Henricum Stephanum, Rhodomanum, & Weſſelingium (*d*). Divus Juſtinus Martyr hunc Σεσόγχωσιν appellavit (*e*). Caeterum cum a Latinis *Seſoſtris*, plerumque dicatur (*f*), itemque Σέσωστριν ſcribat Ariſtoteles (*g*), Pauſanias (*h*), Aelianus (*i*): hanc lectionem tutiorem judicamus; niſi *Seſoſtris*, & *Seſoſis* diverſa ſint nomina, & utrumque (uti aliae appellationes) a ſuperbo Rege uſurpatum dicere malueris. Huic opinioni favet Suidas, qui Σεσόωσιν proprium eſſe nomen tradit, nec cujus dicit; at Σέσωστρις illi Rex Aegypti (*k*). Adde, quòd laudatus Princeps, Sethoſis, & Rameſſes etiam vocatus fuit teſte Scaligero ad Euſebium; videturque Juſtinus Vexoris nomine Seſoſtrin innuere (*l*): quae omnia Syncelli opinionem comprobant, in Aegypti Regibus haud inſolens, ut duplici, triplicique appellatione inſignes reperiantur (*m*).

Contendit Mercatus, quòd Seſoſtridis loco in emendatioribus libris legitur *Seſochis*, & *Seſoſis*, itemque *Seſochis* a Plinio reddi veriſimilius judicavit (*n*). Si hujuſmodi vera eſſent: robur illius, & Marſahami opinioni accederet, ut qui in Sacris Literis *Seſac* dicitur, a Plinio *Seſochis* appellaretur. Contraria tamen invaluit ſententia, ut Seſoſtridis (ſeu quâcumque aliâ ratione ſuperbi Regis nomen ſcribas) tempora ante Roboami aetatem ſtatuantur (*o*).

(2) *Non-coreus*. Sequor utrumque Ambroſianum codicem & Principem editionem, in quibus *Non coreus* apparet: videtur enim nomen ex duabus dictionibus conflatum. Kircherus, qui (ut Muratorii verbis utar (*p*)) tot ingenioſa ſomnia de Aegyptiorum hieroglyphicis vulgavit: corruptè apud Plinium legi *Nuncorius* tradit, cum *Momphercur* eſſet appellandus [*q*]; ſed hujuſmodi cum aliis Aegyptiorum nominibus conferenda, quae Kircherus malè in Latinis ſcriptoribus reddita ſibi perſuadet, quando Romani juxta ipſorum idioma barbaras appellationes tornabant: potiùs enim Mercato accederem, ut *Nepher-cheres* appellaretur: quâ de re alibi.

(1) *Ejuſdem remanet*. Manifeſtè haec verba indicant Obeliſcum a Cajo in Vaticano Circo ſtatutum ad Non-coreum ſpectaſſe, cum ejuſdem & alius remaneret.

(2) C. *cubitorum*. Ex laudatis Ambroſianis codicibus, atque editione Principe; in aliis per elementa *centum cubitorum* ſcribitur. Hanc methodum ſequitur Harduinus, cujus verba exſcribit Bandinius in operis ſui praefatione; malè tamen a typographo hoc loco habetur, cum menſuram *centum cubitorum* omiſerit [*r*].

(3) *Poſt caecitatem*. Quem Non-coreum Plinius dicit, Diodorus Siculus Seooſin, ſive Seſoſtrin II. appellavit, cum paterno aſſumpto nomine poſt decimum Regni annum, Oraculi monitu viſum recuperaſſe ſcribat [*s*]. Hinc Heliopoli, ut Deo gratias redderet, binos ſaxi Obeliſcos, ad octo cubitorum latitudinem, & centum longitudinem dedicavit. Neque a Diodoro Siculo multùm differt Herodotus, qui tamen hunc Seſoſtridis filium, Φερῶν [*t*], ſeu ut Harduinus, aliique legunt Φερῶνα, vocavit. Videtur quòd Pharaonis additamentum, Regibus omnibus Aegyptiis commune, in Pheronem Graecus hiſtoricus commutatum ſpeciali titulo Seſoſtridis filio dicaverit; quâ de re a Mercato arguitur, ubi animadvertit quòd Pheron Herodoto, Seſooſis Diodoro, Non coreus Plinio, Nepher cheres Euſebio, nominibus eidem Regi conveniunt: Pheron enim eſt Pharao, qui *Coreus* Plinio, *Cheres* ab Euſebio dicitur; itemque Latina appellatio *Non*, ab aliâ *Nepher* deducitur. Weſſelingius adnotavit, quòd etiam memoratus Princeps ab Euſebio Φχρεῦ vocatur.

Haec omnia oſtendunt diverſis nominibus Graecos, diverſis Romanos ad ipſiſſimos Reges provocaſſe; neque eaſdem appellationes paribus elementis reddunt, quarum originem Kircherus Avorum aetate ita perſequitur, ut pleraque ex arbitrio venditet, ut alibi fuſiùs monuimus.

(4) *Pavimenta*. Qui pavimenta conſtruebant *Pavimentarii* dicti fuerunt; quâ voce Latinae linguae theſauros augere oportet, poſtquam artifices ex tabulâ Antii repertâ innotuerunt. Hanc in Muſeo Albano repoſitam illuſtravit Gorius [*u*], a quo aliam deſumit Furiettus [*x*] in hanc ſpeciem:

GENIO COLLEGI
PAVIMENTARIORVM
M. ALFIVS ONESIMVS
DEDIC. K. MART.
M. SIL. L. NORB. COS.

Conſulum integrae appellationes ſunt
M. Junius Silanus;
L. Norbanus Flaccus Balbus:
Faſces geſtarunt anno V. C. 721. [*y*]. De illis Plinius

[a] 1470. 1472. 1476. [b] *Vid. edition. Hackior. tom. III. pag.* 884. [c] *Chiliad. II. pag.* 84.
[d] *Conſule Diod. Sicul. Biblioth. lib. I. pag.* 63. *ex edition. Weſſeling.* [e] *Paraeneſ. ad Graecoſ.*
[f] *Vid. Valer. Flacc. lib. V. Lucan. lib. X.* [g] *Politicor. lib. VII.* [h] *Lib. I. Attic. pag.* 40.
[i] *Lib. XII.* 4. [k] *Vide Henric. Stephan. apud Diodor. Sicul. lib. I. pag.* 62. [l] *Lib. I. initio.*
[m] *Conſule citat. Diodori edition. curante Weſſelingio pag.* 63., *& Marſahamum in Canone Aegyptiac. ſec. XIV.*
[n] De gli Obeliſchi *pag.* 255. [o] *Vid. Bandin. cap. II. pag.* 5. *& ſeq.* [p] Annal. *tom. X. par. II. pag.* 329.
[q] *Obeliſc. Pamphil. pag.* 71. [r] *Praefat. pag. XIX.* [s] *Biblioth. lib. I. pag.* 69.
[t] *Lib. II. Euterpe pag.* 163. *edition. Amſtel. ann.* 1763. [u] *Annot. ad inſcript. Don. claſs.* 1. *pag.* 64.
[x] *De Muſiv. cap.* 1. *pag.* 10. [y] *Vid. Diſquiſ. lib. IV. pag.* 86.

Ex Harduin.

tione, donec lithostrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Sosus, qui Pergami stravit quem vocant asaroton oecon, quoniam purgamenta coenae in pavimento, quaeque everri solent, veluti relicta, fecerat parvis e testulis tinctisque in varios colores. Mirabi-

Ex nostrâ recensione.

tione, donec lithostrata [1] *expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Sosus* [2], *qui Pergami stravit* [3], *quem vocant Asaroton oecon* [4]; *quoniam purgamenta coenae in pavimento quae converri solent* [5], *velut* [6] *relicta, fecerat parvis e testulis* [7] *tinctisque in varios colores. Mirabi-*

ANNOTATIONES.

nius *In nostro aevo*, inquit [a], *M. Junio Silano, & L. Balbo Coss.* &c.

(5) *Elaboratâ arte.* Ita distinguenda verba, ut pavimenta sint artis elaboratae ed picturae rationem. Superiore libro de Plastice affirmat: *elaboratam hanc artem Italiae & maximè Etruriae* &c. [b].

(1) *Lithostrota.* Corruptae in hâc voce apparent antiquae editiones [c]. Sed facilis emergit medicina, cum paullò infra in memoratis impressionibus rectè *lithostrota* describantur: Λιθόστρωτον Graeci dixere a λίθος *lapis*, & στρωτὸς *stratus*. Si plura optas, praeter Harduinum, habes doctiss. Furiettum, ubi antiquorum omnia, & plura recentium testimonia invenies [d].

(2) *Sosus.* Editio Princeps legit *Solus*. Episcopus Aleriensis [e], & Beroaldus [f] perperam *celeberrimus fuit hoc generosus*. Postea & alii *gerosus* [g]. Hermolaus Barbarus, qui suas adhibuit castigationes Venetae secundae editioni (quae anno 1472. prodiit), ubi, *celeberrimus fuit hoc generosus:* veterem lectionem asseverat *celeberrimus in hoc genere Sosus*. Addit tamen in Romanis codicibus extare *Zenodorus, non Sosus, omnique artificis ejus nomen est, qui Pergami stravit.* Hinc impressores Plinium ex Barbari castigationibus edentes *Sosum* in operis corpore receperunt, adjectâ ad oram libri *Zenodori* appellatione [h]. Inter mendosas editiones commemorat Furiettus Romanam [i], & Parmensem Andreae Portiliae [k]: ubi *celeberrimus in hoc generosus;* & sanè id depravatum videtur a junctis duobus verbis *genere sosus*.

Caeterum, an certissimè Sosi nomen sit reponendum, non auserim affirmare. Reprobat laudatus Furiettus Raphaelem Volaterranum [l], & Petrum Crinitum [m], qui Zenodotum legunt; itemque illustre Parmensium decus Marium Grapaldum, qui in opere eximio de partibus aedium Xenodotum a Plinio memorari tradit [n]. Haec omnia nomina Graeca sunt; utque verem Pavimentarii appellationem eliciamus, oporteret Riccardianum, Toletanum, Carbonarinum, & Gottorpiensem codices invicem conferre. Certè etiam *Solus* vox e Graecis petita potuit artifici convenire. Σόλος enim *Discum* sonat. Interim meliori ratione *Sosus* (quàm reliquas dictiones) hoc loco appareat, cum artifex apud Graecos Asiaticos vixisse constet, & Lilium ii Σῦσον Phoenicum idiomate appellaverint.

(3) *Stravit.* Ita omnino legendum non *statuit*, uti in operis corpore nonnulli typographi faciunt [o].

(4) *Asaroton oecon.* Voces ipsas explicat Plinius. Corruptae apparuerunt in editione Principe, ubi *asarocon deton.* Primum vocabulum pariter vitiatum reddiderant Romani typographi. Restitutio debetur Hermolao Barbaro, qui Plinii dicta Vitruvii [p], Papinii Statii [q], & Apollinaris Sidonii [r] testimoniis illustravit. Harduinus nullâ habitâ Barbari mentione Ἀσάρωτος οἶκος, inquit, *domum sonat, quam verrere scopis omiserint, ab α & σαίρω: nam in iis pavimentis quasi purgamenta coenae remansissent humi, sic erant depicta. Usi hac voce Sidonius, aliique. Papinius in primis, lib. I. Sil.* &c. Habes & Furiettum haec ipsissime fusiùs tractantem [s].

(5) *Quae converri solent.* Hermolai Barbari codicibus, & quidem vetustis, hoc loco accedo, cum propius actum Scoparii denotet *converrere* quàm *everrere*,; licèt utrumque dicatur, cum a sordibus pavimenta purgantur. Antiquae editiones minùs rectè *in pavimento quoque everri* [t]. Palmarius [v], & Benedictus [x] legunt, *quae converti solent*. Ita & Parisienses typographi [y].

(6) *Velut.* Editio Princeps.

(7) *Parvis e testulis.* In hâc voce sibi conveniunt omnia exemplaria. Salmasius tamen ex veteri libro substituendum *tesserulis* judicavit [z]. Innititur etiam Lucilii auctoritate (ad quem respexisse putat Plinium) iis carminibus, quae tali pacto ab Harduino referuntur [aa].

Lexes compostae, ut tesserulae omnes
Arte pavimento, atque emblemate vermiculata.

Miror Harduinum, qui receptae adhaeret lectioni, & Salmasio infensior plus aequo apparet saepiuscule, nihil adversus tentatam scripturam apportare. Hanc rejecit auctor commentarii ad antiqua Tigurina marmora [bb]. Contra Salmasii emendationem totis artubus tuetur Furiettus, ut ostenderet opus ipsissimum a Plinio laudatum, sibi obvenisse: erutum nempe in Villae Hadrianae ruderibus anno 1737. [cc]. Argumentationibus Viri Clarissimi non obsisterem, nisi addidisset [dd]: *potuit Plinius falli, vel ut periti falluntur, nisi longo musivorum usu fuerit edocti.* Haec enim, subjecit ut mirabilem columbam, ejusque in canthari labro scabentes sese, possidere comprobaret. Verùm omnino gratis similia congerit, cum in nullâ magis Naturalis historiae parte, quàm in paviendi origine, & progressu Plinius adamussim instructus appareat.

Quare veritatis amore impulsus, postquam eruditissimum illius librum ab auctore dono accepi, & musivarias columbas in ejus aedibus invectas diligentissimè inspexi: in

(a) *Lib. II. 87.* (b) *Lib. XXXV. 12.* (c) 1469. 1470. 1472. 1483. 1491. *&c.*
(d) *Pag. 16. & sequent.* (e) 1470. 1472. (f) 1476. (g) 1491.
(h) *Vide edition.* 1497. 1499. 1519. (i) 1470. (k) 1481.
(l) *Lib. XXVII. de Paviment.* (m) *Lib. XXIII. de honestâ disciplinâ.*
(n) *Lib. II. in verbo* Pavimente. (o) *Vid. edition. Hack. tom. III. pag. 687.*
(p) *Lib. V. 9. ubi Barbarus legit* Asaroton oecon. (q) *Sylvar. lib. I.*
(r) *In Narbone.* (s) *Pag. 17. & 18.* (t) 1469. 1470. 1472.
(v) *Vid. edition.* 1497. (x) 1507. *fol.* 271. B. (y) 1526. *fol.* CCCCCIX.
(z) *Exercit. Plinian. pag.* 1214. (aa) *Tom. II. Plin. pag. 756. num. 4.*
(bb) *Tom. VII. §. 4. Amoenit. Schelhornii.* (cc) *Vid. Furiett. cap. II. pag. 29.*
(dd) *Pag. 34.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
bilis ibi columba bibens, & aquam umbra capitis infuſcans. Apricantur aliae ſcabentes ſeſe in canthari labro.	*bilis ibi columba bibens, & aquam umbrâ capitis infuſcans* [1]. *Apricantur aliae ſcabentes ſeſe* [2] *in canthari labro.*

A D XXXVII. L I B R V M

Ex Harduin. II. pag. 767.	
VII. Eadem victoria primum in Vrbem murrhina invexit: primuſque Pompeïus lapides & pocula ex eo triumpho	*Eadem victoria primùm in Vrbem murrina* [3] *invexit; primuſque Pompejus VI. pocula* [4] *ex eo triumpho,*

ANNOTATIONES.

in hoc opere multa quidem cum recitatis a Plinio congruere; diverſum tamen a Pergamenſi eſſe conjicerem. Neque enim adeò excellens mihi videtur, ut ab aliis tunc temporis ſuperari minimè potuerit. Aliquid igitur vatibus indulgendum, ubi illud magnificè extollunt, ut agit illuſtris Poëta Franciſcus Xaverius Bettinellius de Muſivis Noſtrae aetatis canens [a]:

Da far che al ſecol noſtro invidia porti
L' antica etade, e che non vantin ſole
Quelle colombe lor Plinio, e Furietti.

Neque enim ullam habeo difficultatem, quòd e Pergamenſi Aſiatico oppido in Italiam transferre potuerit Hadrianus nobiliſſimum opus. Sed quâ de cauſâ integrum aſaroton oecon non aſportavit, ut purgamenta coenae quaſi relicta, quaeque columbas & cantharum circumſtabant in ſumptuoſiſſimâ villâ uniter viſerentur?

(1) *Infuſcans.* Haec adamuſſim conveniunt cum Furietti Muſivo, nam porrecto collo Columba in canthari meditullio aquam obumbrat [b].

(2) *Scabentes ſeſe.* Hoc loco ſatis diſtat Pliniana narratio a Furietti Muſivo, cum ibi unica ſit columba, quae ſe roſtro ſcabit, duaeque aliae in canthari labro verè apricentur. Fatendum tamen, quòd praeter allatam lectionem (quae eſt editionis Principis, Gelenii, & recentiorum) aliae longè diverſae occurrunt. Romana, & Parmenſia exemplaria habent: *Mirabilis ibi columba bibens & aquam umbra capitis infuſcans abripiente alia eſcam. Dentes videres in canthari labro. Apricantur aliae ſcabentes ſeſe.* Haec ſcriptura minimè diſplicet, ubi repugnantes Columbis *dentes*; magiſque in Venetâ anni 1496. *dentes virides*, emendes. Magnus Hermolaus veterem lectionem non *dentes*, ſed *ludentes*, aut *lavantes* eſſe affirmat; quâ annotatione *abripiente aliâ eſcam* adoptat. Verba ſanè Plinii ſtylum redolent, & libri ſequentis initio de annulo Polycratis Samii legimus: *illum piſcis --- eſcae vice raptum ---- Fortunae inſidiantis manu vice reddidit.* Hinc Johannes Baptiſta Palmarius edidit [c]: *columba bibens: & aquam umbra capitis infuſcans abripiente alia eſcam. Ludentes videres in canthari labro. Apricantur aliae ſcabentes ſeſe.* Subſcribit Alexander Benedictus, addens in orâ libri *vel lavantes* [d]. Accedunt Palmario Pariſienſes typographi [e], quorum ſcriptura Dalecampium non latuit. Oſcitanter igitur Harduinus *ſcabentes ſe ſe* in omnibus editis cum Regio 2. codice apparere ſcripſit, cum *lavantes*, non unicè in Colbertino 3., ſed apud alios etiam occurrat; quodque magis eſt *abripiente*, & ſequentia.

Vbi haec verba ad Plinium ſpectarent, evidens erit detectas a Furietto Columbas, eas non eſſe, quae in Naturali hiſtoriâ hoc loco celebrantur. Omitto caelati juvenis imperfectam figuram in canthari latere extantem, de quâ nihil Plinius: Muſivum ipſum opus lapillis marmoreis, & nonnullis etiam vitreis teſſeris conflatum [f]: differt ab opere, quod parvis e teſtulis, tinctiſque in varios colores eformaretur. Haec omnia invicem comparata ſatis oſtendunt, alias eſſe columbas a Plinio laudatas ab iis quas Furiettus ex Tiburtinae villae ruderibus in lucem eduxit. Sententiae Noſtrae accedit Franciſcus Jaquerius inſignis Mathematicus, totiuſque antiquitatis ſtudioſiſſimus, & Franciſcus Pecheuſius nobiliſſimus pictor, qui extans opus Plinio minimè convenire arbitrantur.

(3) *Murrina.* De hujus nominis ſcribendi ratione variâ conſule, quae collegimus pag. 164. num. 8. Certè in utroque Ambroſiano codice legitur *murrina*, uti in Alerienſis Epiſcopi, & Beroaldi exemplaribus. Nec tamen rejicio, qui *murrhina*, editis, ac membranis quamplurimis faventibus, ſcribunt, atque ego ipſe olim ita a Plinio vulgatum credidi, cum nondum Ambroſiana exemplaria ad hunc locum inſpexiſſem: variant enim in hac voce Latinorum, & Graecorum codices. De aquâ Nonacrinâ Pauſanias [g] narrat illius vî vaſa omnia ſive vitrea, ſive cryſtallina, ſive murrina frangi; in graecâ texturâ ϗ μοῤῥία, ubi Camerarius legere mault μοῤῥία [h]. Notat Sylburgius ea vaſa a Latinis murrhina, & murrhea appellari, lapidemque a Martiali murrham vocari [i].

----- ----- ardenti murrha phalerno
Convenit, & melior fit ſapor inde mero.

Hinc ad Plinium convertitur; nihilque apud Graecos lexicographos de hoc lapide inveniſſe teſtatur.

(4) *VI. pocula.* Sequor Ambroſianum II. codicem, Alerienſis, Beroaldi, Landini, aliorumque membranas, editionem Principem, & vetuſtiores iiſdem impreſſiones [k]. Harduinus cum *lapides & pocula* in operis corpore ingereret; adhaerere profitetur Mſs. Reg. 2. & Colbert. 3. Veteri Dalecampiano exemplari, aliiſque: addit typos hactenus vulgatos ſolùm exhibere *Pompejus ſex pocula:* inſigni admodum interpolatione *: nam ex ſex poculis abacos & vaſa eſcaria, id quod ſtatim affirmatur a Plinio, conflata nunquam, aut conflari unquam poſſe quis credat* [l]*?*

Harduini lectionem in I. Ambroſiano codice inveni. Putarem notas VI. in Johannis Spirenſis exemplari ni-

tere

(a) *Vide* Verſi ſciolti di Diodoro Delfico *Milano* 1755. *pag.* 45.
(b) *Vide Tabulam ad pag.* 30. (c) 1497. 1499. 1519. (d) *Fol.* 271. *B. edition. ann.* 1507.
(e) *Fol.* CCCCCXIX. *edit. ann.* 1526. (f) *Vid. Furiett. pag.* 33.
(g) *Lib. VIII. Arcad. pag.* 251. (h) *Vid. Sylburg. ad hunc locum pag.* 446.
(i) *Lib. VIV.* (k) 1470. 1472. 1476. 1479.
(l) *Vid. not. & emendat. ad XXXVII. lib. pag.* 797. *num. III.*

Ex Harduin.	Ex noſtrâ recenſione.
Capitolino Jovi dicavit: quae protinus ad hominum uſum tranſiere, abacis etiam eſcariiſque vaſis inde expetitis. Excreſcitque in dies ejus rei luxus, murrhino LXX. talentis empto, capaci plane ad ſextarios tres calice. Potavit ex eo ante hos annos Conſularis, ob amorem abroſo illius margine, ut tamen injuria illa pretium augeret: neque eſt hodie murrhini alterius praeſtantior indicatura ------- T. Petronius Conſularis mo-	*Capitolino Jovi dicavit, quae protinus* [1] *ad hominum uſum* [2] *tranſiere, abacis etiam eſcariiſque vaſis inde* [3] *expetitis. Excreſcit* [4] *in dies ejus rei luxus murrino* $\overline{LXXX}$. *H-S.* [5] *empto, capaci planè ad ſextarios tres* [6]*: calice potavit ex eo* [7] *ante hos annos Conſularis, ob amorem abroſo* [8] *ejus margine, ut tamen injuria illa precium augeret. Neque eſt hodie murrini alterius praeſtantior indicatura* [9] ------- *T. Petronius Conſularis mo-*

ANNOTATIONES.

tentes: ab aliis poſtea characteribus *ſex* redditas, uti in Romanis, Parmenſibus, ſubſecutiſque editionibus: ſenſim in *lapides* fuiſſe deformatas. Ad illa, quae congerit Harduinus, objicerem Plinii narrationem in eo ſiſtere, ut legentibus aperiret poſt Pompejanum triumphum murrina in hominum uſum tranſiiſſe, nempe poſtquam ſex pocula Jovi dicaverat Pompejus: rei novitate, & figurae eximiâ pulchritudine moti Romanorum Principes abacos, & eſcaria vaſa ſibi voluerint comparare. Neque enim credendum eſt, ut ea, quae Deorum Maximo Pompejus dicaverat, contra illius voluntatem, atque conſuetudinem in civium uſus diſtraherentur. Adde quòd ſtatim Hiſtoricus ſubdit murrina privatorum uſibus inſerviiſſe.

Non multùm a noſtrâ interpretatione diſtat eruditiſſimus Fridericus Eheregotius Saxius, qui *e lapide*, inquit, *Murrha non e templo, quod Harduinus intellexerat*; antiquam tamen lectionem improbat Saxius, eo quia ſex pocula non dignum ſuperbiâ Ponticâ, & tot Regum inſtructâ gazâ judicavit donarium: tum magis quòd duo millia murrinorum a Pompejo fuiſſe inventa ex Appiani Alexandrini teſtimonio intelligamus (*a*). Reſtituendum igitur conjecit *capides & pocula*: faſſus tamen nullum ſibi hâc in re librorum eſſe praeſidium. Reſpondeo, quòd ubi etiam duo millia murrinorum in regiâ gazâ Pompejus inveniſſet: non certè ea omnia ſecum Romam advexit. Caeterum id Plinius adnotaſſet, ubi precioſiora ex eo triumpho enumerat. Credendum enim, Pompejum inſignibus retentis murrinis, quod reliquum erat ducibus militibuſque donaſſe: iis poculis, in itinere, profectionibus, expeditionibuſque cum Româ diſceſſiſſet uſum Pompejum, affirmat Dalecampius, quâ in re fidem meam non obſtringo.

Vt demum potius ſex pocula, quàm lapides, aut capides recipiam, facit Plinii indoles, qui numerum in re noviſſimâ, atque a Pompejo primùm advectâ non omiſiſſet. Adde, quòd capides ad pocula ipſa ſpectant, cum verè ſint pocula anſis munita.

(1) *Protinus*. Etiam *protenus* legi in orâ libri adnotavit Fridericus Saxius.

(2) *Vſum*. Nempe murrina alia a militibus Pompejanis advecta, & ſubinde a potentioribus Romanis civibus ex Aſiaticis regionibus petita.

(3) *Inde*. Ex Orientis regionibus.

(4) *Excreſcit*. Ita editio Princeps; videturque rectiùs ſtare, quàm ab aliis receptum *excreſcitque*, cum multò recentius ſit Conſularis illius exemplum, qui Plinio vivente ex precioſiſſimo Murrino potavit.

(5) $\overline{LXXX}$. *H S*. Nempe ſeſtertiorum octoginta mille. In editione Principe legitur LXXX. Iıb. numerum millenarium ſubaudies in notis LXXX. quibus ſuperimponenda deeſt lineola. Sequentes ſiglae inductae loco Iıs. quibus etiam in veteribus libris ſeſtertiûm figura redditur. Haec aliis conferantur exemplaribus, in quibus LXXX. *ſeſtertiis* editum invenies (*b*).

Harduinus *LXX. talentis* ex codice 2. Regio, & Colb. 3. vetuſtoque Dalecampii erratum ſuſtuliſſe profitetur; quamvis vulgati hactenus typi LXXX. *ſeſtertiis* nullo tamen ſuffragante codice exhibeant (*c*).

Hâc in re fallitur Harduinus, cum Ambroſiana exemplaria, Chiffletii, & pleraque, ut opinor, murrini Romae empti precium ſeſtertiis deſignent; idque Plinio magis convenit, qui talenta externis, nempe Graecis, Aſiaticis, Aegyptiis negociis, & ponderibus adaptat. Nobis ſubſcribit Fridericus Saxius.

(6) *Sextarios tres*. Nempe uncias Mediolanenſes quadraginta quinque, cum ſextarius unciis quindecim reſpondeat (*d*).

(7) *Calice potavit ex eo*. Sequor II. Ambroſianum codicem, & Principem editionem; a quâ vix diſtant antiqua exemplaria Alerienſis Epiſcopi, & Beroaldi, aliorumque, cum legamus: *caliceque potavit ex eo* (*e*). Recentioris ſcripturae ineptiam vidit laudatus Saxius; dubitavitque τὸ *calice* redundare, cum calix ea vaſis pars ſit habenda, cui Neoterici ventris nomen fecere, ut Bayſius quoque vidit in libro de vaſculis. Defuit Saxio membranarum, vel ſaltem vetuſtarum editionum inſpectio, in quibus a *calice* novae periodus initium deſumitur. Bonam ſcripturam vitiavit Gelenius, poſt Gelenium Pariſienſes typographi (*f*), Paullus Manutius, & Dalecampius.

(8) *Abroſo*. Harduino conveniunt uterque codex Ambroſianus, editio Princeps, & M. Dalecampii. Ille tamen in operis corpore edidit cum recentioribus *obroſo*. Dalecampio adſtipulatur Fridericus Saxius. Verùm non hîc agitur de Conſulari, qui calicem dentibus obroſiſſet: ſed murrini ſextarios tres metientis labrum juſſit *abrodi*, ut faciliùs biberet; nam quamvis lapidis rara eſſet craſſitudo; haec tamen communibus major, bibenti evadebat incommoda. Antiquae aliae editiones habent *abraſo* (*g*); iis etiam poteris adhaerere. Viri Conſularis nomen a Plinio reticetur: putarem, ne amici hominis ſtultitiam appoſitis gentiliciis appellationibus magis damnaret.

(9) *Praeſtantior indicatura*. Valoris & aeſtimationis nempe argumentum. De hâc voce conſule quae adnotavimus in Plinii praefatione (*h*).

(a) *Hiſtor. Mithridatic.*
(b) 1472. 1476. 1483. 1491. 1499. 1507. 1519.
(c) *Pag. 767. num. 3.*
(d) *Vide quae adnotavi pag.* 122. *num.* 2.
(e) 1470. 1476. 1483. 1491.
(f) *Pag.* CCCCCXXII.
(g) 1483. 1491.
(h) *Tom. I. lib. VIII. pag.* 265. *num.* 6.

Ex Harduin.

moriturus, invidia Neronis Principis, ut mensam ejus exhaeredaret, trullam murrhinam tercentis talentis emptam fregit, sed Nero, ut par erat Principem, vicit omnes, tercentis talentis capidem unam parando. Memoranda res tanti Imperatorem patremque patriae bibisse.

VIII. Oriens murrhina mittit. Inveniuntur enim ibi in pluribus locis, nec insignibus maximè Parthici regni: praecipue tamen in Carmania. Humorem putant sub terra calore densari. Ampli-

Ex nostrâ recensione.

moriturus invidiâ (1) *Neronis Principis, ut mensam ejus exhaeredaret, trullam murrinam* (2), CCC. *H-S.* (3) *emptam, fregit: sed Nero (ut par erat Principem facere* (4) *), vicit omnes* CCCC. *H-S* (5) *capidem unam* (6) *parando. Memoranda res tanti Imperatorem* (7) *Patremque Patriae ebibisse* (8). *Oriens murrina* (9) *mittit. Inveniuntur* (10) *enim ibi in pluribus locis, nec insignibus: maximè* (11) *Parthici Regni: praecipua* (12) *tamen in Carmaniâ* (13). *Humorem putant sub terrâ* (14) *calore densari* (15), *ampli-*

ANNOTATIONES.

(1) *Moriturus invidiâ*. A Nerone nullâ justâ caussâ mori jussus.

(2) *Trullam murrinam*. Codex II. Ambrosianus cum editione Principe malè legunt *unam murrinam*. Rectiùs in I. laudatae bibliothecae, aliisque exemplaribus *trullam murrinam*. Hoc loco Plinius innuit vas liquoribus continendis idoneum; quâ significatione *Trulla* plerumque accipitur. Scribitur etiam unico *l*. In semifracto Comensium monumento, quod Benedictus Jovius in lucem eduxit, legimus (*a*):

QVI . OB . HVNC . HONOREM
SIBI . HABITVM . LARGITI
SVNT . TRVLAS . ARG. DVAS

Trulis etiam frumenta recipi solita docet Olympiodorus apud Photium, ubi narrat, quòd Gothi annonae charitate oppressi, cum a Wandalis triticum recipere cogerentur, modicam illius quantitatem, quam *trulam* appellabant, aureâ monetâ sibi comparare cogebantur; unde Gothi a Wandalis postea *Truli* dicti sunt (*b*). Haec addere poteris lexicographis ad vocem *Trulla*, de quâ multa eruditè Alciatus (*c*), & Laelius Bisciola (*d*).

(3) *CC. H-S.* Editio Princeps, uti supra, CCC Iib: quas notas pro sestertiis tercentis millibus accipies, cum reliquae etiam impressiones habeant: CCC. *sestertiis*. Harduinus reposuit *talentis*. *Sic*, inquit (*e*), *Mss. omnes. Monetae Gallicae Floreni seu librae sunt* 720000. *Attica talenta ubique interpretor. Libri hactenus editi, & hoc loco, & eo qui proxime sequitur*, tercentis sestertiis *legunt, nullo adstipulante veteri exemplari*. Vltimam vocem typographicâ incuriâ corruptam emendabis; legesque *exemplari*: haec Harduinum non afficiet; ipsum arguent Ambrosiani codices ubi CCC. H-S. invenio: quibus notis, vel CCC. *Sestertiûm* intelliges, vel additâ lineolâ CCC. H-S. *tercenta millia sestertia* reddi compertum habebis.

(4) *Principem facere*. Vterque Ambrosianus apographus, & Princeps editio: haec irrisorio calamo arguiè attingit Plinius, ut ostendunt sequentia, quae ab Imperatoris, & Patris Patriae titulis abhorrent.

(5) *CCCC. H S.* Aleriensis Episcopi membranae, Beroaldi, & traduces impressiones (*f*) legunt CCCC. *sestertiis*, unde minùs rectè Harduino excidit in editis libris occurrere CCC. *sestertiis*. Succrescit enim Plinii oratio; & quamvis de capide loquatur: hanc Neroni pluris stetisse docet, quàm trullam a Petronio emptam Codex II. Ambrosianus malè hoc loco habet C. *Sexstertiis*. editio Princeps C. Iib. Inde fortassis ineptus aliquis Aristarchi provinciam suscipiens *sestertiis* supposuit *talenta*.

(6) *Capidem unam*. Τὸ *unam* deest in II. Ambrosiano.

(7) *Imperatorem*. Emendanda hocce in vocabulo editio Princeps, ubi malè *Imperatoris*.

(8) *Ebibisse*. Sequor Ambrosiana exemplaria, & Principem editionem. In aliis legimus *bibisse*. Nostra scriptura, & verbum *ebibo* plus ostendit, quasi Nero non unicè vinum, sed capidis valorem simul hauriret.

(9) *Murrina*. Ita absque aspiratione vocabulum redditur in geminis Ambrosianis exemplaribus. Accedunt codices Aleriensis Episcopi, & Beroaldi (*g*). Consule, quae de variâ hujus vocis scripturâ attulimus pag. 164. num. 8.

(10) *Inveniuntur*. Iterum Johannis Spirensis impressionem castigabis, ubi: *Oriens murrhinam mittit. Invenitur &c.*

(11) *Maximè*. Adverbium *maximè* non agnoscunt plures antiquae editiones, & fortassis redundat. Recipitur tamen a Johanne Spirense, ab Ambrosianis codicibus, & a doctis ut plurimum; Guibertus iis accensendus uti Saxius, Gorius, Ephemerides literatorum Romae anni 1748. (*h*). Murrina in Parthico Regno effodi ostendemus paullò infra; neque Plinio opponitur celebratus Propertii versiculus (*i*)

Murreaque in Parthis pocula cocta focis,

De cujus sensu, & scripturâ haud modicae apud eruditos occurrunt controversiae.

(12) *Praecipua*. Cum editione Principe, & Ambrosianae membranis; referturque ad murrina amplioris figurae, & melioris notae.

(13) *Carmaniâ*. Vicarus apud Plinium legit: *praecipue tamen in Germaniâ* (*k*); sed dissita adeò ab Asiaticis regionibus Europaea Provincia contra Plinii mentem inducitur, qui murrina ante Mithridaticam Pompei victo-

(a) *Inscript. Mss. pag.* 14. *vide & Gruter. & Appian. collectiones.*
(b) *Vid. Tillemont. Hist. Imper. tom. V. pag.* 633. *&* 634.
(c) *Parerg. Juris. lib. VII.* 3. *pag.* 55. (d) *Hor. subcesiv. lib. VIII.* 8. *pag.* 587. *quae typogr. err.* 387. *inscribitur.*
(e) *Pag.* 767. *num.* 12. (f) 1470. 1472. 1476. 1479. 1481. 1491. 1507.
(g) *Vide edition. ann.* 1470. 1476. (h) *Vide Gorium symbol tom. X. pag.* 226.
(i) *Lib. IV. eleg.* 5. *vers.* 26. *edition. Patav. ann.* 1755. *tom. II. pag.* 1033.
(k) *Vocabul. juris tom. III. edition. Neapol. ann.* 1760. *pag.* 191.

Ex Harduin.

plitudine nuſquam parvos excedunt abacos: craſſitudine raro, quanta dictum eſt vaſi potorio. Splendor his ſine viribus

Ex noſtrâ recenſione.

plitudine nuſquam parvos excedunt abacos: craſſitudine rarò (1), *quanta dictum eſt* (2) *vaſi potorio* (3). *Splendor iis ſinè vi-*

ANNOTATIONES.

ctoriam Romanis ignota, atque ab Oriente mitti affirmavit. Fortaſſe ſcriptores (qui barbarâ dictione operi titulum fecere: *Vocabularium Juris*:) murrina, pro onyce, ſeu Chalcedonio accipiunt. In hâc ſententiâ fuit Georgius Agricola, qui Chalcedonium in Germaniâ paſſim inveniri, atque onycem appellari teſtatur; idemque ac Plinii murrinam eſſe credit. Fortaſſe apud Vicatum typographico errore irrepſit *Germania* pro *Carmania*. Sed neſcio, an pariter librario objiciendum corruptum Propertii verſiculum in hanc formam allatum: *Murrea quae in Partheis pocula cocta facis*.

(14) *Sub terrâ*. Editio Princeps *ſub terram putant*.

(15) *Calore denſari*. Hujuſmodi, & quae ſequuntur, ſatis ſuperque oſtendunt murrinos calices ex lapideâ, foſſili: gemmeâ, fragilique materiâ tornari; unde Cardani (*a*), Julii Caeſaris Scaligeri (*b*), Benedicti Varchii (*c*), Pancirolii (*d*), Bulengeri (*e*), aliorumque frigeſcit opinio, qui priſcorum murrina neotericis *porcellanis* reſpondere credunt. Horum ſententiae videtur acceſſiſſe Joſeph Secundus (*f*); quòd miror, cum ſatis exploſa ſit a Nicolao Guiberto (*g*), & longâ argumentatione refellatur poſt Harduinum, & Joh. Matthiam Geſnerum (*h*) a Friderico Saxio (*i*), ubi eruditiſſimè Salmaſio (*k*), & Pitiſco (*l*) itidem occurrit, eo quia uterque antiqua murrina a novitiis *porcellanis* imitari affirmarunt. Magis tamen demiror, Guiberti, & Saxii argumenta (& a Gretſero, & Radero per Harduinum allata) (*m*) praetermiſiſſe Johannem Antonium Vulpium, cum Propertii locum paucis ante annis illuſtraret. Fateor quòd recepta plerumque Propertii lectio fornaces & caminos Parthorum videtur innuere, ut Janus Brovkhuſius animadvertit (*n*): affert tamen Salmaſii emendationem, qui non *pocula cocta focis*; ſed ex fide veterum librorum reddit: *pocla coacta ſuis*. Hanc Brovkhuſius rejecit, quòd in nullo exemplari illud *ſuis* inveniat. Verùm & ipſe fallitur, cum ante Salmaſium Turnebus ediderit (*o*):

Murrheaque in Parthis pocula cocta ſuis:

Si pocla coacta ſuis recipimus, optimè cum Plinio conſpirat vates, tanquam calore denſari murrina & ipſe ſcribat, & τῷ *ſuis* reſpondeat in locis non inſignibus Parthici Regni: idem dicendum, ubi legas *pocula cocta ſuis*: cum aliquâ ratione de Solis radiis poëticè dicta poſſint accipi, quando haec Oratoribus communia evadunt. Solibus fructum Indicae ficus coctum deſcribit Plinius (*p*): & colles optimam percoquere meſſem ſororis filius teſtatur (*q*). Conſule ad hunc locum Ciceronem, Lucretium, Ovidium, Statium in Cortii, & Longolii recenſione (*r*).

Haec mihi longè meliora, & Propertii ſcientiae magis conſona videntur, quàm cum Vicato aliiſque, *pocula cocta focis* accipere pro fictilibus vaſis; quamvis non ignorem laudatum Saxium haec etiam interpretari, ut potuerit *Propertius intelligere murrea factitia, quae igne, quemadmodum reliqua vitra gemmas aemulantia, ad imitationem verae murrae coquebantur* (*s*). De iis conſule Plinium, & quae ex Plinio protulit Guibertus.

Statuendum igitur omnino murrina vaſa ex gemmeâ lapideâque materiâ conflari, ut undique hallucinetur Michael Mercatus (quem perperam *Mercatorem* appellat Harduinus), ubi murrina ex humore e myrrae arbore defluente effici prodit. Hunc ſequitur Baronius teſte Harduino; & certè ad annum Chriſti 34. (*t*) conjecit ex murrâ ſeu myrrâ, & aromatum generibus murrina vaſa conflari. In viam tamen rediit, ut Gorius animadvertit [*v*].

Petrus Bellonius murrina ex aliquo concharum genere facta opinabatur [*x*]; eumque omni ratione falli oſtendit Guibertus [*y*]. Boetius a Booto [*Boot*] ſuſpicatur Sardoniches genus eſſe [*z*]; cui pariter validis argumentationibus occurrit Saxius [*aa*]. Gorius, qui Saxii opus recudit, aliqua in praefatione attingere debebat, quando murrina conſtaſſe credit ex gemmeo lapide, quem hodie *Achatem Sardonicen* dicimus [*bb*]: hanc opinionem tuetur Jannonus a Sancto Laurentio [*cc*](quam laudat Nicolaus Galeottus [*dd*]) *extat*, inquit, *in meo muſeo inſigne fragmentum potorii vaſculi murrhini ex Achate Sardonice*: hujuſmodi ſi vera eſſent, omnis dubitatio de medio tolleretur; ſed adhuc reſponderi poſſet fragmenta a Gorio, & Galeotto allata ad Achatem Sardonicen ſpectare: haec tamen a Murrinis longè differre. Fuiſſe Murrinos calices ex gemmeo lapide ſatis ex Plinio. & Senecâ Philoſopho conſtat; ubi *murrina vaſa* Benedictus Varchius *tazze di Porcellana* interpretatur, torquens procul dubio Senecae verba, qui *capacibus gemmis* luxurioſos homines inter ſe propinare teſtatur [*ee*]. Quiſnam capaces gemmas, *tazze di porcellana*, fictile opus, ritè aemulabitur? A Varchii igitur interpretatione omnino recedendum; & potiùs cum Bayſio affirmarem, nulla nunc eſſe ea vaſa, vel nobis ignota [*ff*]. In hanc ſententiam migrat Romanorum literatorum Ephemeris ad annum 1748. ubi poſtquam ab antiquis tradita recolligit, haec addit (*gg*): *Da quanto ſi è detto ſin qui, ſi conoſce quel che non erano i vaſi murrini, ma quale foſſe la materia onde erano formati rimane tuttavia a noi oſcuriſſimo*.

(1) *Rarò*. Sequor Principem editionem, aliaſque ex vetuſtis (*hh*). Gelenius edidit *rarò*, quod in idem collineat; occurritque in I. Ambroſiano codice, atque a recentioribus adoptatur, itemque legitur in Romanâ impreſſione, & traducibus. Guibertus nobis ſubſcribit. Abſolutum hoc ablativum eſt Plinio perfamiliare: *craſſitudine pedali, pollicari, digitali* &c. (*ii*): & etiam legimus *craſſitudine tantâ augetur* (*kk*).

(2) *Dictum eſt*. Saxius legere mault *dicta*.

(3) *Potorio*. Ex ſolitâ verborum parſimoniâ intelliges raram

[a] *De ſubtilit. lib. V.* [b] *Exercitat. in Cardan.* 92.
[c] *In Senecae verſione Italicâ de Beneficiis lib. VII.* 9. [d] *De veter. amiſſion. VII.*
[e] *De conviviis VI.* 13. [f] Relazion. ſtorica dell' Iſola di Capri *pag.* 17.
[g] *De Murrinis cap. VI. & VII.* [h] *Ad Plin. XXXIII. pag.* 815. *num.* 10.
[i] *De Murrinis pag.* 152. [k] *Exercitat. in Solin. tom. I. pag.* 144.
[l] *In Auguſto LXXI. & in Lexico, in verbo* Vaſa Murrina. [m] *Vide Rader. in Martial. lib. XIV. & Harduin. cit. pag.* 767. *num. I.* [n] *Vide citat. Vulpii edition. verſ.* 25. *pag.* 1034.
[o] *Adverſar. VIII.* 1. [p] *Lib. XII.* 5. [q] *Lib. V.* 6. [r] *Pag.* 339.
[s] *De Murrin. pag. III.* [t] *Annal. tom. I. ann. Chriſt.* 34 *num.* 97.
[v] *Vid. Praefat. ad volum. V. ſymbol. Decad. Roman. pag.* 11. [x] *Lib. II. Obſervat.* 7.
[y] *Cap. IX. pag.* 79. [z] *De Gemmis.* [aa] *Pag.* 140. & 141. [bb] *Praefat. pag. IV.*
[cc] *Tom. V. Academ. Cortonenſ. cap. IX. pag* 45. [dd] *De Gemmis* §. *XVII.*
[ee] *Citat. lib. VII. 9. de Beneficiis.* (ff) *De Vaſculis* (gg) Articolo *XI. pag.* 230.
[hh] 1470. 1472. 1476. 1483. 1491. 1499. 1497. 1499. 1507. 1519.
[ii] *Vid. Indicem Harduin. pag.* 981. (kk) *Lib. XVI.* 34.

Ex Harduin.

bus: nitorque verius, quam splendor. Sed in pretio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candoremque, & tertium ex utroque ignescentem, veluti per transitum coloris, in purpura, aut rubescente lacteo. Sunt qui maxime in iis laudent extremitates, & quosdam colorum repercussus, quales in caelesti arcu spectantur. His maculae pingues placent: translucere quidquam, aut pallere, vitium est. Item sales, verrucaeque non eminentes, sed ut in corpore etiam plerumque sessiles. Aliqua & in odore commendatio est.

IX. Contraria huic causa crystallum facit, gelu vehementiore concreto. Non aliubi certe reperitur, quam ubi maxime hibernae nives rigent: glaciem-

que

Ex nostrâ recensione.

viribus, nitorque potiùs (1) *quàm splendor; sed in precio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram* (2) *candoremque, & tertium ex utroque ignescente* (3), *veluti per transitum coloris in purpurâ a rubescente lacteo* (4). *Sunt qui maximè in his laudant* (5) *extremitates, & quosdam colorum repercussus, quales in caelesti arcu spectantur. His maculae pingues placent: translucere quicquam* (6), *aut pallere, vitium est. Item sales, verrucaeque non eminentes, sed ut in corpore etiam plerumque sessiles* (7). *Aliqua & in odore commendatio* (8) *est. Contraria huic caussa crystallum facit, gelu vehementiore concreto* (9). *Non alicubi* (10) *certè reperitur, quàm ubi maximè hybernae nives rigent* (11); *glaciem-*

que

ANNOTATIONES.

ram esse murrinorum crassitudinem, ut tornari possint in eam formam vasis potorii, cujus calicem paulò ante dixit capacem sextariorum trium: haec optimè attingit Harduinus; sed Itali interpretes, uti alii etiam Cisalpini, perperam Plinii verba quibuscumque potoriis vasis adaptant. Sufficit perpendere sensum ea vocibus *quantùm dicta est*.

(1) *Potiùs*. Codices Ambrosiani, editio Princeps, & V. apud Dalecampium.

(2) *In purpuram*. Editio Princeps *in purpura*.

(3) *Ignescente*. Mss. & vetusta exemplaria. Ex utriusque coloris mistione tertius quidam oriebatur, cum lacteus sensim rubescens ad purpuram accederet.

(4) *A rubescente lacteo*. Sequor codicis I. Ambrosiani lectionem, quae mihi caeteris melior videtur. Harduinus inducens *in purpurâ, aut rubescente lacteo:* sic Mss. omnes reddere affirmat, cum in editis corruptè appareat: *purpura rubescente, aut lacte candescente* (a). Hinc Divi Isidori Hispalensis Antistitis sententiam exscribit, qui cum hunc locum totidem alioqui verbis exprimeret: voces eas omnino neglexit. *Varietas ejus*, inquit (b), *in purpuram candoremque & ignem, cum quibusdam colorum repercussionibus, quales in caelesti arcu spectantur*.

Non omnes pennâ exaratos codices Harduino subscribere ostendit I. Ambrosianus. In II. legimus *in purpura rubescente, aut lacte candescente*, quae satis impressis voluminibus conveniunt, nisi quia in iis particula *in* desideratur. Editio Veneta anni 1516. a Saxio Harduinianae collata ad marginem addit *purpura ignescente*. Locum in vulgatis corruptum fatetur Saxius: deteriora tamen ab Harduino substituta pronunciat (c). Sperarem, quòd ubi Germanus invenisset *in purpurâ a rubescente lacteo:* haec a Viro docto minimè rejicerentur. Dalecampius ad libri oram ex veteri exemplari adnotavit *purpura candescente aut lacte rubescente:* id certè minùs dissonum videtur; quàm hucusque vulgata.

(5) *In his laudant*. Ambros. exemplaria, editio Princeps, Dalecampius ex Mss., quae lectio magis recta apparet, etiam ob sequentia. *His maculae pingues placent*.

(6) *Quicquam*. Hanc orthographiam sequitur Gronovius, cui adstipulantur veteres typographi, & omnium primus in Plinio cudendo Johannes Spirensis.

(7) *Sessiles*. Minimè prominentes: sic *pira sessilia, sessili folio brassica, sessiles lactucae*, quia projectae quasi sedere videantur (d).

(8) *Commendatio*. Notandum, quòd cum tanta ad Murrina vasa spectantia coagesserit Plinius; ex quâ materiâ constarent, non adhuc intelligamus. Murrina in Parthorum regionibus, itemque in Carmaniâ (quae Parthorum regnum ad Septentriones attingit, & *Carman* ab Arabis scriptoribus (e), ab aliis *Kermann* appellatur) in hanc diem inveniri utique crederem.

(9) *Concreto*. Consule, quae adnotavimus libro VII. pag. 235. ubi Crystallum eam succum esse, qui vi frigoris in extimis montium jugis coalescit, ex Plinio testamur. Haec cum Harduinus tractaret, atque a Dalecampio surripiens sua faceret: *Glaciem*, inquit (f), *intellige non caelestem aquam, in extimis montium jugis, sed succum potius in terrae visceribus, atque inter cautes, uti mox dicetur, vehementiore gelu concretam* (emenda *concretum*): *frigoris vi conglutinatum & coactum*. Haec in Plinii defensionem dicta apparent. Contra lego apud Dalecampium (g) *Fallitur Plinius. Cristallus fit a lapidescente succo, quem sub terris, aut inter gelidas rupium venas frigiditas vehemens glaciat, & durat. Vide Agricolam lib. 6. Fossilium*. Sed Plinius egregiè defenditur per haec, si humor ille non quidem lapidescens, sed in gemmam omnium tenerrimam coactus, in glaciem prius, deinde in crystallum formetur.

(10) *Non alicubi*. Nostri codices ita legunt. *Non alibi* Ambrosiana exemplaria. *Nec alibi* Princeps editio. Dalecampii codex *non alibi: nec aliubi* Aleriensis Episcopus, & traduces impressiones: non *aliubi* Gelenius, Manutius, Dalecampius, & recentiores.

(11) *Rigent*. Ita exemplaria omnia: fortasse *rigere* esset le-

gen-

(a) *Pag. 767. sect. VIII. num. 5.* (b) *Origin. lib. XVI. 12.* (c) *Pag. 194.*
(d) *Consule indicem Harduini.* (e) *Vide Martinaerium in voce* Carmanie.
(f) *Hubnerus* Buch von *Asia pag. 467.*

Ex Harduin.	Ex nostrâ recensione.
que esse certum est: unde & nomen Graeci dedere. Oriens & hanc mittit, quoniam Indicae nulla praefertur. Nascitur & in Asia vilissima circa Alabanda, & Orthosiam, finitimisque montibus, item in Cypro. Sed laudata in Europae Alpium jugis ----- ----- Cornelius Bocchus & in Lusitania nasci perquam mirandi ponderis Ammaënsibus jugis, depressis ad libramentum aquae puteis. XXV.	*que esse certum est* [1], *unde* [2] *& nomen Graeci dedere. Oriens & hanc mittit, sed Indicae* [3] *nulla praefertur. Nascitur & in Asiâ vilissimu circa Alabandam* [4], *& Orthosiam* [5], *finitimisque montibus, item in Cypro: sed laudata in Europae Alpium jugis* [6] ----- ----- *Cornelius Bocchus* [7] *& in Lusitaniâ nasci* [8] *perquam mirandi ponderis immensis jugis* [9], *depressis ad libramentum aquae* [10] *puteis. Prin-*

ANNOTATIONES.

gendum, quod conjecturae loco tantùm subjicio, neque vocem emendo. Consule dicta libro VII. pag. 233. num. 1.

(1) *Certum est*. Certum est humorem illum sub terrâ concretum esse glaciem; qui porrò sit humor, quibusque praesertim ex partibus confletur, ignotum *chemicis* suo loco pronunciavimus. Videntur mihi Plinii dicta non omni jure a Neotericorum plerisque convelli, ut longo verborum apparatu facit Gimma, arguens Majolum, Scaligerum, Brasavolam, Marbodeum, Gorraeum, Rolandum, eo quia Graecis & Romanis subscribant; itemque Plinio. Marbodeus tamen utramque refert sententiam, ut notat Harduinus (*a*).

Pars negat, & multis perhibent in partibus Orbis
Crystallum nasci, qua non vis frigoris ulla est,
Nec glacialis hiems.

Plinius caeteris cautior tradita a Graecis aperuit; humoremque sub terrâ glaciari testatur.

(2) *Vnde*. Editio Princeps *inde*.

(3) *Sed Indicae*. Codices omnes per me inspecti, editio Princeps, & reliquae. Harduinus ex Regio 2. & Colbert. 3. aliisque restituisse gloriatur *quoniam indicae*, tanquam sententia sit, etiam in Oriente gigni Crystallum; idque ex eo argumento constare, quòd vulgo Crystallo indicae nulla praefertur (*b*). Omnia gratis omnino, ut satis ex ipso Plinio ostendimus (*c*).

(4) *Alabandam*. Cum Aleriensis Episcopi, aliorumque codicibus. I. Ambrosianus *circa Alabas & Orthosiam*. II. *circa Alabandum & arachosiam*. Editio Princeps *circa Alabandum & Aracos*. Restituo *Alabandam*, cum ita etiam a Strabone singulari numero appelletur Ἀλάβανδα (*d*); itemque *Orthosiam* legendum, cum paullò infra Noster de Alabandicis carbunculis in Orthosiâ caute nascentibus loquatur. Consule, quae adnotavimus lib. VII. num. 3. Benedictus Jovius in Gemulâ fonte Sanctae Margheritae ad hunc Plinii locum respiciens:

Non Adamas, non Gutta maris, non vitrea gemma
Clarior est illo, non Alpibus, aut Alabandis.

(5) *Orthosiam*. Ad Eleuteram amnem sita, de quâ Plinius lib. V. 20. consule ibi Harduinum.

(6) *Jugis*. Et praesertim in Comensi territorio, & Dioecesi. Praeter adnotata libro VII. ad Lavezariam Vallem spectantia: consule Petrum Paullum Paravicinum, atque Andream Baccium. In Masini confiniis (qui locus thermis nobilitatur) montes assurgunt perpetuis nivibus horrentes; gignuntque *crystallum gemmarum instar splendidissimam magnis massis exangularibus* (*e*). In Livo monte supra Domasium Crystallus alba, flava, & nigra invenitur, quod Caspari Scanagattae Viro Nobili, & sedulo Naturae indagatori nosse debeo.

(7) *Bocchus*. Notat Harduinus, quòd in aliquibus codicibus legitur *Cornelius Nepos*, sed perperam. Id omni ratione affirmat: sed cum laudatum Bocchum in hujus libri indice monet, praesidium quaerit a monumento, quòd ipse suppostitium esse mordicus contendebat. Quae ex laudato volumine subinde affert, omnino evincunt Cornelium Bocchum de gemmis scripsisse, non autem Cornelium Nepotem, quamvis *Nepos* legatur in Dalecampii, & I. Ambrosianae exemplari. In II. occurrit *Bochus*. Editio Princeps, & subsecutae meliori scripturâ *Bocchus*.

(8) *Nasci*. Cum Principe editione, & plerisque. Desideratur tamen verbum *nasci* in Episcopi Aleriensis codice, ejusque editionibus, quae reticentia minimè improbanda, cum vix duobus antea versibus ex Jubae Regis auctoritate tradat Crystallum *in quâdam insulâ rubri Maris ante Arabiam sitâ nasci*.

(9) *Immensis jugis*. Salmasius legendum conjecit *in Lunensibus jugis*, eo quia Lunae promontorium in Lusitaniâ occurrat, nec respuit, ubi *Anensibus jugis* induceretur, nempe unde Ana fluvius oritur (*f*). Vtrumque rejecit Harduinus: primum satis audacis conjecturae damnat, tanquam unicè ex Ptolemaeo detortum, qui Lunae promontorium in Lusitaniâ agnovit. Secundum respuit, cum Ana fluvius non in Lusitaniâ, sed in Citeriore Hispaniâ oriatur. Hinc novissimus interpres Ammaensia juga inducit, eo quia Ammienses, sive Ammaenses in Lusitaniâ populos agnovit apud Plinium lib. IV. sect. 35. (*g*).

Prima Salmasii restitutio haud satis tuta apparet, nimiumque distat a membranis, editisque, ubi *immensis jugis*. Secunda non ideo exsibilanda, eo quia deceptus fuerit de primâ Anae fluvii origine; sed *Anensia juga* etiam appellare quis vetat montes, circa quos in Lusitaniâ amnis decurrit. Videntur haec juvari a scripturâ II. Regii exemplaris, ubi *Annensibus*, & Colbertini III. in quo *Amnensibus*. Caeterum cum provinciam jam auctor prodat, cur *immensa juga* minimè recipiemus dictione Plinio admodum conveniente. Sic juga in Caelum elata, in nubes excedentia, perpetua, summa, vasta, in Naturali historiâ celebrantur (*h*). Harduinus, cum de Ammiensibus stipendiariis populis in Lusitaniae descriptione loqueretur, nusquam a Plinio Ammaënses dictos etiam suspicabatur. Affert enim in subsidium Ammiensium Ptolemaei auctoritatem, in cujus Mss. codicibus Ἀμμαία. Ptolemaeo suffragatur inscriptio apud Gruterum in oppido (quod *Portallegrum* novitii scriptores appellant) ubi MVNICIP. AMMAI (*i*). Elogium Plinii temporibus longè recentius, cum eo scribente Ammienses inter Stipendiarios recenserentur. Haec omnia

(a) *Libro de lapid. pre. cap. XXIII.* (b) *Emendat. VI. pap. 797.*
(c) *Citat. lib. VII. pag. 233. num. 2.* (d) *Lib. XIII. pag. 878. & alibi.*
(e) *Vide Andreae Baccii de Thermis lib. IV. 11.* (f) *In Solin. pag. 407.*
(g) *Emendat. IV. pag. 797.* (h) *Vide indicem Harduin. pag. 1086.*
(i) *Pag. CCLVII.*

Ex Harduin. VII. pag. 779.

XXV. Principatum habent carbunculi, a similitudine ignium appellati, cum ipsi non sentiant ignes, ob id a quibusdam acausti vocati. Horum genera Indici, & Garamantici, quos & Carchedonios vocant propter opulentiam Carthaginis magnae. Adjiciunt Aethiopicos & Alabandicos in Orthosia caute nascentes, sed qui perficiantur Alabandis.

LIV.

Ex nostrâ recensione.

Principatum habent carbunculi [1] *a similitudine ignium vocati* [2]*: cum ipsi non sentiant ignes* [3]*, ob id a quibusdam apyrustae* [4] *appellati. Horum genera Indici, & Garamantici, quos & Carchedonios* [5] *vocavere* [6] *propter opulentiam* [7] *Carthaginis Magnae. Adjiciunt Aethiopicos, & Alabandicos in Orthosiae caute* [8] *nascentes: sed qui persiciantur, Alabandicos.*

Ex-

ANNOTATIONES.

omnia minimè evincunt, ut Ammaënsia juga hoc loco a Plinio memorari statuamus, tum magis quòd paria paullò infra tractans de hyacinthis: *Bocchus*, ait, *auctor est & in Hispaniâ repertas: quo in loco Crystallum dicit ad libramentum aquae puteis depressis. ——— ——— & Crysolithum XII. pondo a se visam.*
Lusitaniam esse Hispaniae partem omnes noscunt, traditque ipsemet Plinius (*a*); unde utràque comparatâ sententiâ, jugis ignota imposuisse nomina, contra omnium exemplarium fidem minimè credam.

(10) *Libramentum aquae*. Quantum effodere aquae permittunt non scaturientes, juxta Dalecampium. Longè meliùs Claudius Salmasius puteos ad librandam aquam depressos explicavit, ubi nempe fodiuntur scrobes, vel putei ad aquae libramentum: quae longiùs persequitur Harduinus hoc loco, & lib. XXXI. section. 31. Plinii mentem minimè assecuti sunt Landinus, Bruciolus, Dominicus, qui puteus a decidente aquâ cavatos reddiderunt. Loquitur Auctor de puteis ad aquae libramentum *al livello dell' acqua* effussis.

(1) *Carbunculi*. Disputatur ab eruditis, an carbunculi eae sint gemmae, quae ab Italis *Rubini* appellantur. Iis carbunculos adscribit Harduinus: negat post longam indaginem Gimma (*b*). Putarem, quòd apud antiquos Carbunculorum lato nomine, etiam Neotericorum *Rubini* comprehenderentur. Hudie gemmiferi mangones utramque speciem distinguunt.

(2) *Vocati*. Rectiùs hoc loco cum Salmasio legitur *vocati*, quàm infra. Minùs rectè in Principe editione: *a similitudine ignium appellati cum ipsi non sentiant ob id a quibusdam apyruste appellati*. Nomen igitur a carbonibus sortiti, illud adhuc apud Italos retinent, & *Carbonchii*, atque etiam *Carboni* vocitantur. Plinio subscribit Facius ab Vbertis, ubi de gemmis cecinit (*c*):
Il nobile Carbone all' Vom più costa.

(3) *Ignes*. Hocce vocabulum a Johanne Spirense praetermissum, ab aliis codicibus receptum, Plinii mentem, & rem ipsam nitidiùs explicat, ideoque omnino legendum.

(4) *Apyrustae*. Hermolaus Barbarus antiquam lectionem non *apyrustae*, sed *acrusti* esse pronunciavit, unde cum Theophrastus apyrosos & acaustos appellari eos tradat: statuit quòd hîc *apyroti*, vel *acausti* restituendum veniat. Cum vetusta omnia exemplaria Venetum Princeps, Romana, Parmensia, Tarvisinum habeant *apyrustae*; cum vox optimè rei conveniat: hanc antiquam esse lectionem pronunciarem, quam ab operis corpore amovere ausi non sunt Palmarius (*d*), & Benedictus (*e*); quamvis Barbari conjecturis ad oram paginae indicatis. Gelenius *apyroti* vulgans Paullum Manutium, & Dalecampium sectatores habuit. Galius tamen interpres videtur, quòd in Fuxensi codice ἀκαύστους: in suo *acrustes* invenerit, unde restituendum conjecit *acausti*. Harduinus ignoratis primigeniae, & Romanae editionum lectionibus, haec in restitutionis, ut ipse credit, defensionem vulgavit (*f*): „ Prius legebatur *apyroti vocati*. Parmensis editio *apyrustae*. Antiqua codicum „ veterum lectio, ipso Barbaro teste, *acrusti*: nos ἀκαύστους „ scripsimus Theophrasto auctore lib. περὶ λίθων. ——— „ Inanis Salmasii conjectura in Solin. legentis *pyropi*. „ Constat ex iis Harduinum ex Dalecampii annotationibus proficere, vetustiores impressiones, uti Venetam Principem, ignorasse, Romanam hoc loco minimè consuluisse, cum ad Parmensem iis recentiorem unicè provocet. Fatemur Salmasii opinionem Plinii dicta torquere, ubi legit: *ob id a quibusdam pyropi appellati*, explicatque „ non dicit apyrosos vocatos, quod ignes non „ sentiant, sed pyropos ab ignium similitudine: carbunculi, inquit, a similitudine ignium vocati, cum „ tamen ignes non sentiant: *ob id*, idest ob eam ignium similitudinem pyropi a quibusdam vocati &c.
Quis non videt obscurissima opposito vocabulo reddi a castigatore importuno, quae per se patent? Igitur *apyrustae*, ex particulâ negativâ α & πῦρ *ignis*, composita vox effluxit, eo quia ignem non sentirent. Si πύρωσις a Graecis dicitur exploratio per ignem facta: cur *apyrustae* non erunt carbunculi per ignem, quo non laeduntur, maximè explorandi?

(5) *Carchedonios*. Eo quia Carthagine deferrerentur ad Europae provincias, si Theophrastu credimus. Ait enim gemmam, quae vocatur carbunculus, ex quo & sigilla sculpuntur, atque uri nescius, colore rubro ardentis carbonis specie, si ad Solem ponatur preciosissimus ——— nam valde parvus quadraginta aureis aestimatur ἄγεται δ' αὕτη ἐκ Καρχηδόνος καὶ Μασσαλίας: *Fertur hic Carthagine & Massiliâ* (*g*). Vides, ut a Graecis Carthago Καρχηδὼν appellabatur. Ex hoc Plinii libro & graecâ supellectili putavit Guibertus in Apocalypsi Carchedonium pro Chalcedonio legendum (*h*). De Chalcedonio vide Gimmam (*i*).

(6) *Vocavere*. Ex editione Principe & codicibus antiquioribus Aleriensis, Beroaldi &c. Ita & Dalecampius, qui cum ex Fuxensi, & M. ad oram adnotasset *vocant*: Harduinum habuit sectatorem.

7) *Propter opulentiam*. Hujusmodi satis ostendunt, non apud Carthaginem Carbunculos nasci, sed cum inibi tanquam ad emporium Carbunculi deferrentur, postea a Poenis nomen Carchedunii acceperunt. Consule Harduinum hoc loco.

(8) *Orthosiae caute*. Editio Princeps corruptè legit *in orcosia caute*. Codices Aleriensis Episcopi *in Orthosiaca caute*. Ad eludendam syllabarum reciprocationem scribi posset: *in caute Orthosiacâ*.

(1) *Alabandicos*. Orthosiam, & Alabandam finitima esse oppida ex Graecis Geographis, Plinioque constat. Igitur

(a) *Lib. IV.* 21. (b) *Tom. I. lib. II. 4. artic. 2. pag.* 229. (c) Dittamondo *V.* 19.
(d) 1497. 1499. (e) 1507. (f) *Not. & emendat. XIV. pag.* 798.
(g) *De lapidibus pag.* 393. *Daniele Furlano interprete.*
(h) *De Murrinis cap. X. pag.* 88. (i) *Lib. II. X. 1. pag.* 255.

Ex Harduin. IX. & X. pag. 786.	Ex noſtrâ recenſione.
LIV. Expoſitis per genera colorum principalium gemmis, reliquas litterarum ordine explicabimus.	*Expoſitis per genera colorum principalium generibus, reliquas literarum ordine explicabimus* [1].
Achates in magna fuit auctoritate nunc in nulla. Reperta primum in Sicilia juxta flumen ejuſdem nominis, poſtea plurimis locis, excedens amplitudine, varietatibus numeroſa. Multa & cognomina ejus.	*Achates in magnâ* [2] *fuit auctoritate, nunc in nullâ* [3]. *Reperta primùm in Siciliâ juxta flumen ejuſdem nominis, poſtea plurimis locis, excedens amplitudine numeroſâ* [5]*; varietatibus diverſis* [6] *mutantibus cognomina ejus.*

ANNOTATIONES.

tur carbunculos ex Orthoſiacâ rupe Alabandam delatos innuit; *Alabandicos* lego, veteres ſecutus typographos & codices, cum nectatur ſuperiori periodo ----- *vocavere Alabandicos* eos, qui apud Alabandam perficiebantur. Notavit Dalecampius, quòd hoc carbunculi genus adhuc a gemmarum venditoribus vocatur *Alabandines*, & *Almandines*. Conſule Magnum Encyclopaediae opus in voce *Almandine*, ubi alia invenies ex Plinio nitorem accipientia.

(1) *Explicabimus*. Vt haec per ſe nota indocto lemmate onerarent plerique ex Plinianis typographis, ſciſſo libro aſſuerunt: *de quibuſdam gemmis per Alphabeti ordinem* (*a*): quae voces non modò Noſtrum auctorem malè afficiunt, ſed ab ejus eloquii puritate maximè abhorrent.

Neque unicè deſiderantur in Princibus editionibus, Venetâ (*b*), & Romanâ (*c*); ſed in ipſius operis elencho edidit Spirenſis primo volumine: *de incipientibus per A*; meliùſque uterque Ambroſianus codex, & Alerienſis Epiſcopus: *de quibuſdam gemmis incipientibus ab A*. Emendandi igitur lexicographi, qui *Alphabeti* vocabulum Plinio ſupponunt, quando Tertullianum parentem unicè agnoſcit.

(2) *Achates in magnâ*. Ambroſianae apographa, & communis lectio. In editione Principe *Achates magnâ*.

(3) *Nullâ*. Iiſdem auctoritatibus. Gelenius *nunc in nulla eſt*. Hunc ſequitur Fortunius Licetus. Vidimus alibi Plinium ſcripſiſſe *nullo nunc in honore eſt*.

(4) *Achates*. Affirmat Harduinus, quòd haec totidem verbis reddit Solinus; provocatque ad V. Polyhiſtoris ſectionem, ubi nihil invenies. X capite editionis Aldi tributae lego (*d*): *Achaten lapidem Sicilia primum edidit in Achatis fluminis ripis repertum, non vilem, cum ibi tantum inveniretur*. Haec quidem a Plinio deſumit Solinus, ſed non ipſiſſimis verbis.

(5) *Amplitudine numeroſâ*. Haec eſt ſcriptura codicum antiquorum, & Plinii, apud quem Harduinus ignorare non poterat occurrere *amplitudine mirabili, conſpicuâ, longiſſimâ, quàm maximâ* (*e*). Recentiores ediderunt *excedens amplitudine, numeroſa varietatibus*. Ita etiam legit Licetus (*f*). Adnotaverat Dalecampius ex Fuxenſi codice diverſam a vulgatâ ſcripturam in hanc ſpeciem: *varietatibus numeroſa. Multa & cognomina ejus*. Rem novam ſtatim Harduinus adoptat, atque ex Mſs. reſtituiſſe gloriatur.

(6) *Varietatibus diverſis*. In editione Principe deeſt τὸ *diverſis*.

(a) 1472. 1476. 1479. 1480. 1481. 1483. 1491. (b) 1469. (c) 1470. (d) *Ann.* 1518. *fol.* 63.
(e) *Conſule indicem Harduini*. (f) *Gemmar. annular. cap.* CLXI. *pag.* 589.

FINIS LIBRI NONI

DISQVISITIONVM PLINIANARVM

LIBER DECIMVS

De Naturalis hiſtoriae calamo exaratis codicibus.

QVâ ratione & diligentiâ incedendum ſit, ut Plinium novo aemulemur eloquio, vel priſtinae lectioni reſtituamus, ſuperioribus libris oſtendiſſe confiderem, niſi propriae tenuitatis conſcius longè meliora a poſteris adornanda pro certo haberem. Venturis tamen aetatibus ſinceri laboris ſpecimen dediſſe conjicio; atque ubi Nepotes, non arbitrario, ſed melioribus Plinii codicibus adhaerentes, veram ſcribentis indolem pervadant, utiliſſimam prae cunctis Reipublicae literariae operam navabunt. Quare haud alienum ab inſtituto noſtro judicavimus, reſtitutionibus, tentamentis, conjecturis addere calamo exarata Naturalis hiſtoriae volumina, quorum notionem habuimus; ut tot tantiſque memoratis exemplaribus, faciliori negocio poſſint eruditi incredibiles amanuenſium errores confodere; cum id nondum ex integro a doctis praeſtitum indoleamus; tum magis quòd Harduinus incredibili audaciâ longè plura corruperit, quòd emendaverit. Perjucundae igitur cognitionis hoc volumen legentibus futurum ſperarem, cum nemo ſimilia peculiari tractaverit methodo; audiamque Naturae ſtudioſis ſalivam moviſſe tot calamo exarata volumina, quibus ad emendandam Plinii praefationem uſi ſumus, unde uberiorem illorum notionem, quaſi ſuo jure depoſcunt. Iis igitur in praeſentiarum faciemus ſatis; & quamvis multa a nobis praetermiſſa fateamur: nihilotamenminus longè majora, quàm ab omnibus undique ſcriptoribus congeſta ſint, unico exhibemus conſpectu. Novocomenſium cauſsae bonitas hoc etiam ſyllabo comprobatur, cum in pleriſque, iiſque antiquioribus, Naturalis hiſtoriae codicibus Patriae noſtrae civibus Plinius annumeretur: ſive librorum titulum, ſive Tranquilli, aut Hieronymi teſtimonia operi adjecta inſpiciamus.

Daniel Morhofius indignum prorſus judicavit, nondum Plinianam editionem, ſuo, doctoque ſeculo dignam prodiiſſe [1], atque in tenebris macularum

ANNOTATIONES.

(1) Neſcio quâ ratione haec reliquis Morhofii dictis cohaereant, cum Harduini emendationes, quae anno 1685. apparuerunt, ſummopere laudaverit; quamvis noviſſimum interpretem prioribus infenſiorem non reticeat (*a*). Caeterum cum Harduinus Naturalem hiſtoriam retractans primum Auctori librum ſecundis curis ademerit, & infinita pro ingenii libidine ingeſſerit: ampliſſimam adhuc provinciam eruditis relinquit; e quorum ſelecto numero, ubi aliquis Plinio manus admoveat, haud parum ſibi laudis comparabit, tum magis ſi codicibus melioris notae inſiſtat. Caritas enim non eo uſque proceſſit, ut nos ad inopiam deducat; & ipſemet Morhofius exemplar in Gottorpienſi bibliothecâ aſſervatum maximi faciendum indigitavit; noſque eruditis L. & ampliùs, manuſcriptos codices ſuppeditamus.

(a) *Polyhiſtor. literar. tom. I. lib. IV. cap. XIII. pag. 891.*

suarum tam pulchrum opus delituisse: *Neque enim*, addit (*a*), *ullum ex veteribus auctoribus adesse credo, qui foedioribus erroribus sit oppletus* [1], *queis non sine magno labore medicinam adhiberi potest; Nec suppetit ea Mss. codicum copia, quibus supplere hos defectus possimus, nam & qui adsunt codices corruptissimi sunt, si Jos. Scaligero, & Tanaquillo Fabro fides* (*b*), *a descriptoribus, Monachis, ut plurimum Benedictinis, imperitissimis harum rerum depravati.*

Hujusmodi tamen Scaligeri, & reliquorum querelae, a livore, quo cucullatos prosequebantur, originem deducentes, brevioribus gyaris coërcendae: cum Monachorum diligentiae multa debeamus exemplaria, in quorum gratiam auctores ad nostram usque aetatem pervenerunt: cum permulti Naturalis historiae codices, quamvis Scaligero, Fabro, & Morhofio ignoti asserventur; haec tam difficilis medela fortasse invenietur, ubi Her. Barbari, Gelenii, Pintiani, Dalecampii, Harduini, aliorumque laboribus conferantur. Haud ignoro hos quoque codices passim depravatos, multam legentibus restitutionum dubietatem relinquere; nihilotamenminus, cum non omnes in iisdem dictionibus peccent: quae ex unius, aut alterius praesidio minimè assequuntur, multis juvantibus obtinebunt studiosi, qui Aegyptiorum veluti opibus suffarcinati, novissimae Plinianae emendationi insudaverint.

Vt ad rem nostram propius accedamus, codicum omnium, quorum notitiam nacti sumus, peculiari syllabo, & eâ ratione exhibebimus, ut quid ab iis sperandum sit, omnes dignoscant. A Mediolanensibus initium deducam, cum ex iis potissimum Plinianae nostrae Disquisitiones, & castigationum pleraeque originem habuerint.

Codices Mediolanenses.

Tria, neque plura quòd sciam, Naturalis historiae exemplaria calamo exarata Mediolani asservantur, quorum duo in Ambrosianâ, alterum in Pertusatinâ bibliothecâ in praesens visuntur. Hi omnes nitidissimis in membranis descripti, licèt haud satis antiqui, rarâ felicitate, a primi voluminis initio usque ad supremam coronidem lectores minimè destituunt. Nostrâ diligentiâ amanuensium, vel castigatorum nomina nunc primùm ab oblivionis injuriâ vindicantur.

Codex I. bibliothecae Ambrosianae membranaceus, exscriptus anno CIƆCCCLXXXII. *a Fratre Petro Ticinensi.*

Antiquius florentissimae, atque utilissimae hujus Bibliothecae Plinianum exemplar, maximo folio comprehensum, literâ E notatur, & Arabico numero 91. distinguitur. De apographi vetustate cum, me adhuc juvene, apud eruditos viros Casparem Berettam, & Joseph Antonium Saxium Ambrosianae Praefectum disputaretur (nullum siquidem amanuensis indicium in primis, atque ultimis libri foliis apparet) litem ego praecidi, cum a quodam Fratre Petro Ticinensi, anno CIƆCCCLXXXII. exaratum indigitaverim: initio siquidem Pli-

ANNOTATIONES.

(1) Praeter alibi a nobis allata confer Michaelem Mercatum (*c*), Carolum Datum (*d*), & doctum J. C. Natalem Cimaliam (*e*).

(a) *Polyhist. literar. tom. I. lib. IV. cap. XIII. pag.* 890. (b) *Prima Scaligerian. pag.* 20.
(c) De gli Obelischi *cap. XV. pag.* 180. & 181. (d) Vite de i Pittori Prefaz. (e) *Antiquit. Venusin. Pag.* 283.

Pliniani libri tricesimi quinti se ipsum scribentem pinxit ineptâ hujusmodi epigraphe in epicycli modum appositâ:

Frater . Petrus de Papia . me fecit .
1382

Hunc ex brevioris cuculli formâ, & nigricantis togae colore ad caligatam Divi Francisci familiam spectasse nonnulli conjiciebant. Verùm interioris candidae tunicae, & pendentis ad latera corrigiae indicia Fratrem Petrum Augustinianum coenobitam ostendunt, ut Balthassar Oltrocchius, vir omnibus literis eruditus [1], animadvertit, qui codicem in Sancti Petri Aurei monasterio conscriptum suspicatur, cum XIV. seculi initio Augustiâni Eremitae memorati Ticinensis coenobii possessionem fuerint indepti (*a*).

Primo folio illustris familiae insignia apparent: Leo nempe gradiens aurei coloris malum cydoniam (auream itidem ut videtur) praeseferens caeruleae areae superpositus. Scuto imminet Michael Archangelus ensem dextrâ, & bilancem sinistrâ perstringens. Adsunt verba IO: IO. Hujusmodi ad Nobilem virum, cui volumen Petrus obtulerat, utique spectant, cui autem tribuenda sint, haud facilè dixerim [2].

Duplici columellâ Plinii verba exhibentur, & librorum exordia egregiis ornata picturis ab exscriptore condecorantur. Initium desumitur a celebri Suetoniano elogio

VITA PLINII EX CATHALOGO [3] VIRORVM ILLVSTRIVM TRANQVILLI.

Plinius Secundus Novocomensis [4] *equestribus militiis industriè functus &c.*

Antonius Olgiatus Ambrosianae tum nascentis Bibliothecae Praefectus in primo adjecto folio haec adnotavit: *Plinii Naturalis historiae libri XXXVII. Codex magnâ diligentiâ conscriptus ------ Felicibus auspiciis Illmi. Card. Federici Borrbomaei Archiep. Mediolani. Olgiatus vidit anno 1603.*

Multa nos apud Plinium ex memorato exemplari suis locis attulimus, ubi bona malis & mediocribus mixta adesse satis superque lector intelliget [5].

Codex II. Bibliothecae Ambrosianae membranacaeus a Guarino Veronense, & Guilelmo Capello emendatus anno CIƆCCCCXXXIII.

Alter eidem Bibliothecae attributus Naturalis historiae codex literâ D signatur,

ANNOTATIONES.

(1) Balthassar Oltrocchius Ambrosianae Bibliothecae Praepositus.

(2) Haec eadem insignia occurrunt ad calcem libri XXVI. Ad Francisci Sfortiae progenitores aliquâ ratione traduci posse suspicarer

(3) *Cathalogus*, sive ut in II. Ambrosiano *Catalogus* pro syllabo, aut Elencho usurpatur ab amanuense, sed parum latinè dicitur. Elogium post Plinii mortem exaratum, titulum praeseferebat: *Libri virorum illustrium*. Amanuenses igitur Suetonii dicta compendio restringentes haec volumina *catalogos* appellarunt. Qui Regiae Pariĕnsis bibliothecae syllabum conflavit hâc voce quidèm utitur; sed Graecos potiùs quàm Romanos scriptores sibi faventes poterit nominare.

(4) *Novocomensis*: Non omittam ad primi voluminis exitum haec inveniri: *explicit tabula Gaii Plinii Secundi oratoris Veronensis super libris Naturalis historie*. Velim adnotarent Veronenses quâ incedam fide; itemque cucullatum, qui ipsis ineptâ additione Plinium adscribit, non ausum fuisse *Novocomensis* dictionem a Suetonii opusculo subducere.

(5) Haec de omnibus exemplaribus etiam praedicentur, tum magis de vetustioribus, quae invicem conferre oportet, cum non ubique in ipsissimis vocibus corrupta sint.

(a) *Vid. Justi Fontanini Disquisit. de Corpore Sancti Augustini pag. 344. num. 8.*

tur, notâque barbarici numeri 531. distinguitur. Maximo ingentique membranaceo folio conflatur, initiumque desumit a Junioris Plinii epistolâ per haec verba: *C. Plinius Macro suo salutem*: alia subinde ad Tacitum subsequitur, ac demum

VITA PLINII EX CATALOGO VIRORVM ILLVSTRIVM TRANQVILLI

PLINIVS SECVNDVS NOVOCOMENSIS *equestribus militiis &c.*

Qui bus castigatoribus, quove itidem tempore descriptus fuerit, apertè ex appositis ad ultimi voluminis exitum verbis eruitur, quae hujusmodi sunt.

EMENDAVIT C. V. GVARINVS VERONEÑ
ADIVVANTE GVILELMO CAPELLO VIRO
PRESTANTI ATQVE ERVDITISSIMO
FERRARIAE IN AVLA PRINCIPIS ANNO
INCARNATI VERBI M. CCCCXXXIII. VI.
KLAS SEPTEMBRES

Hic codex, quem Ambrosianum II. & Guarinianum a primigenio castigatore appellamus, genuinam Plinii lectionem inquirentibus quandoque suppeditat; quamvis adhuc post Guarini & Capelli castigationes multiplici errorum labe conspurcatus appareat: nullis ditatur annotationibus; initiumque Guarinus haud satis rectè fecit hujusmodi verbis:

Proœmium sive Epistola ad Vespasianum. Libros Naturalis historiae &c. Post ultima praefationis verba legimus:

C. Plinii Secundi incipit Historiarum mundi elencbos librorum omnium XXXVII. liber unus quasi primus continetur &c.

Inde libri in sectiones margineo, Romanoque numero partiuntur, nullâ tamen capitum factâ mentione. De utroque Plinianae historiae castigatore, & praesertim Guarino Veronense, cui tantum Graecae Latinaeque literae debent, alibi sermonem habebimus. Profecisse Guarinum ex Angeli Decembrii annotationibus (de quibus suo loco) haud levibus conjecturis arguimus. Vtriusque Ambrosiani codicis notitiam habuit Monsoconius, apud quem legimus (a): *Plinii senioris historia naturalis pergam. bis. Observationes in eam duo volumina bomb.* Quid ultimis hisce verbis designet, prorsus ignoro. Neque enim in Ambrosianâ bibliothecâ adsunt, neque tunc temporis extabant bombycina observationum in Naturalem historiam commentaria, ut constat ex syllabo apud Clarissimum Oltrocchium Bibliothecae Praefectum. Vtriusque Pliniani codicis lectiones suis locis attulimus, hosque Scipioni Maffejo, cum nondum de restituendâ Naturali historiâ cogitarem anno CIƆIƆCCXXXVI., & Jacobo Facciolato anno CIƆIƆCCLV. Viris celeberrimis ostendi.

Epitome historiae Naturalis auctore Ludovico a Guastis scripta anno CIƆCCCCXXII.

Locus admonet, antequam a nobilissimâ digrediamur bibliothecâ, ut geminis Plinii exemplaribus, ejusdem Naturalis historiae epitomen jungamus, quae ibidem asservatur, & auctorem Ludovicum a Guastis agnoscit, qui illam anno CIƆCCCCXXII. exaravit, inscripsitque Paullo Guinisio Lucensium Tyranno. Membranaceum Ambrosianum codicem Guastii apographum judico, cum Auctoris aevo exaratum sit, & nonnulla desiderentur, quae aliis postmodum volumi-

ANNOTATIONES.

(a) *Tom. I. Biblioth. fol. 512. col. 2. C.*

minibus fuerunt adjecta. Primâ enim paginâ ad marginem hujusmodi ab imperito amanuense subjiciuntur. *Epitoma naturalis historiae breviate* [1] *per Ludovicum de Guastis*. Auctoris verò titulus est. *Ad illustrem Principem*. Caetera, quibus Paullus Guinisius Lucensium Dominus designatur in Ambrosiano codice desiderantur [2]; verum haec ex aliis Guastii exemplaribus ostenduntur, & praesertim ex volumine in bibliothecâ Sancti Bartholomaei Fesulani prope Florentiam asservato, cujus notitiam mihi praebuit Vbaldus Mons-latices [3] eidem coenobio, cum summo imperio praepositus. Mecoenatem suum hisce verbis alloquitur Ludovicus.

„ Etsi compertum habeo Illustrissime Princeps, tot in Orbe terrarum esse „ volumina, ut homini longaevo ad illa legenda nec vita sufficiat, attamen „ quia operae precium est, aliquod posteris quod profit, vel oblectet adjcere „ & animadvertere. Ego Ludovicus de Guastis Plinii opus mirificum omni „ scientiarum refertum munere, vel sermonis difficultate, aut scriptorum imperitia [4] librum omnibus fere mortalibus incognitum esse: ne tanti viri labores periissent in irritum, decrevi illius dicta ad brevem a prolixo [5], ad facilem a difficili sermonem reducere, ut ne dum paucis doctis, sed & parvis „ imbutis literis liceat undique volumen hoc transcurrere, in quo pauca de „ multis excerpta videlicet plura memoratu digna scribere institui „

„ Accipe igitur hunc librum Princeps illustris, & dignum praecor judices „ inter tuos commentarios residere, quo fiat huic facilior apud ceteros transitus, cum idem Tibi noverint non displicuisse, opusculum licet materno satis „ stylo [6] compositum, nam sic mens ab institutione prima fuit, ut non paucis, sed ut omnibus inserviret, quod tamen scio plurimos [7] & omnis laudis „ expertes si non palam taciturnitate quadam improbaturos. Eos igitur silere „ jube, ne livore librum ad tuam Excellentiam editum carpant, quem per te „ tueri precor Illf. Princeps ---- Praetermissâ Plinianâ ad Titum praefatione statim a secundo Naturalis historiae libro hisce verbis: *mundum & coelum*, Ludovicus exorditur. Hunc Lucensium Principem saepe in operis corpore alloquitur; sibique libro XI. argumenta quaedam proponit, additque de suo aliqua, ut ad illud Plinii, quòd homo septem diebus absque cibo vivere possit. *Potest homo*, ait, *per dies* VII. *sine cibo*, *ulterius non*. *potu autem vidi ego Ludovicus hominem carentem diebus XXXX*. Occurrunt librorum maximè initiis breviffimae excursiones: ad operis verò totius calcem. *Explicit Epithoma* [8] *libri XXXVII. historie naturalis breviate per Ludovicum de Guastis ad Illustrem*.

Statimque *ad Praefatum illustrem epistola*.

„ Cur tibi non nisi phama [9] mihi cognito Princeps illustris adscribendum potius

ANNOTATIONES.

(1) *Breviate*. Sic.
(2) *Desiderantur*. Fortassa sublata fuerunt, na Philippi Mariae Viceeomitis Mediolanensium Principis odium possidantibus parerent, eo quia Paullus Guinisius tetro carceri Mediolani mancipatus, supremum diem obierit, ut paullò infra attingemus.
(3) *Mons-latices*. *Don Vbaldo Montelatici*.
(4) *Imperitiâ*. Notandum parum docto illo seculo, adhuc apitomes auctoram da amanuensium imperitiâ conqueri.
(5) *A prolixo*. In librorum initio, inque morum castigatione Plinium Oratorem agere utique concedimus. Scientias verò breviter, & quasi punctis dasignare totis hisce voluminibus comprobavimus.
(6) *Stylo*. Praeter orthographiae peccata, quae seculi vitio videntur Ludovico tribuenda, aliqua adsunt in amanuensem potiùs congerenda, exempli gratiâ scriptum est *stillo* pro *stylo*.
(7) *Plurimos*. Mss. refert *Plinios*, cum locus certè poscat *plurimos*, & sequentia ex Plinii praefatione desumat.
(8) *Epithoma* ---- *historie* ---- *breviate*. Sic.
(9) *Phama*. Auctor minimè ad Lucenses pertinet, cum Paullum Guinisium *phama* sibi unicè notum innuat.

„ tius hac opus putaverim, quam ulli inter tot Orbis primates, ſi cui forte vertatur in dubium preſto eſt ratio. Nam dum tripartiti Orbis [1] globum ingenti cum oblectatione contemplarer, reſpiceremque ad anguſtas fauces, per quas ſe fundens Oceanus, mediterraneum efficit mare, animo tranſgreſſus in Africam ſub Atlante uſque ad nudos Garamantes, & Libicos [2] veniens, demum ad inſignem contemplandam Aſiam verſus mirà conſpexi, quae eo quod alio in loco ad laudem tuam, ſi Dii Immortales faverint, in manuali artificio [3] dicturus ſum, praetereo. Sed quoniam haec idiomatis comentio [4] forma & moribus nobis fecit deſormia, regreſſuſque ſum ad Europae ſinum percurrens Germanos & Gallos uſque ad Gadetanum [5] Oceanum: demum totam luſtrans Italiam, & quinam illam laude digni Principes colerent, mente conſpicerem; & licet in hac multos proceres tum genere illuſtres, quam rerum a ſe geſtarum gloria eſſe profitear, nullum tibi praeferendum cenſui, nec adulatum putes. Ego enim non illorum imperia numero, non clientelas, non genus, non gazas (quidquid tamen abunde haec ſuppetant). Sed ea, quae animo tuo virtus ineſt omnibus perfecta numeris, eam ſtudiorum ſolerciam, quà ſine nulla animi requies, nullum ſtabile oblectamen ingens eſt. Ea tuae maturae virtutis indicia, per quam Vrbi tuae [6] praeſides tam modeſtè, ut nemo prudentius. O te felicem, o inſignem hac cura Principem, quem tot illuſtravit Natura muneribus, & hoc praecipuè quod ſumma cum veneratione conſpico, ut poſthabitis ceteris ſtudium colas. Nam hoc, cum reliqua Fortunae ſubjaceant, nec eripi, nec ſurripi poteſt. Non naufragio, vel incendio amittitur, non tempeſtatum, neque temporum pertubacione mutatur. Te igitur cum his viderim conſpicuum rebus, quae perrara in Principibus ſunt, ceteris praetuli, cum aliquid de Naturali hiſtoria Plinii per formam epithomatis traducturus forem, in quo ſi brevitatem aſpicies, vel latinum a Plinio varium, opuſque multis difformitatibus implicitum, excuſet haec precor tua benignitas juſtiſſime Princeps, nam niſi breve eſſet, Epithoma non foret, niſi lucidum, Plinius erat, niſi varium Naturae opera non referret, quae inexcogitatos & novos ſemper foetus inducit. Noſti enim quam ſit in illis edendis ejus mira ſolercia. Recipe igitur precor hunc librum, & quidquid defectus eſt, tua inſigni moderatione corripias [7]. Nec aſperneris muneris parvitatem exigui Clementiſſime Princeps. Sed id ſuo cum auctore ea benevolentia ſuſcipe, qua arbitrari potes eſſe compoſitum ad laudis tuae gloriam, quam Dii Immortales [8] diu precor ſervent incolumem.

„ Illuſtri Excellentiae tuae ſervitor & orator fidelis Ludovicus de Guaſtis artium Doctor „

„ Nicolaus Scanavinus de Monte rubeo aliorum minimus ſcripſit Anno Do. „ M CCCCXXII. die XVI. Januarii „

Aucto-

ANNOTATIONES.

(1) *Tripartiti Orbis*. Ignota adhuc erat quarta terrarum Orbis pars a Chriſtophoro Columbo, & Americo Veſpuccio poſtea detecta.
(2) *Libicos*. Sic.
(3) *Manuali artificio*. An manuale artificium poſtea Ludovicus compoſuerit, prorſus ignoro;
(4) *Comentio*. Sic: fortaſſe legendum *commixtio*.
(5) *Gadetanum*. Sic.
(6) *Vrbi tuae*. Nempe Lucae.
(7) *Corripias*. Tanquam diceret perfunctoriè arguas.
(8) *Dii Immortales*. Haec repetita dictio hominem Chriſtianum minimè decet, qui unicam Immortalem Deum agnoſcit, & profitetur.

Auctoris, itemque Amanuensis nomen ex Ambrosiano patet exemplari. Codex si Neotericorum more distingueretur, paginas ultra centum atque octuaginta contineret.

Ludovicum a Guastis Italiae alumnum, familiae nomen, & liber materno ubique stylo consarcinatus, ostendunt. Medicinam itidem fecisse, Artium Doctoris titulus, inoculata vivendi praecepta, & manuale artificium, quod edere cogitabat, utique suadent.

Illustrem Ludovici Mecoenatem unius tantùm oppidi Dominum fuisse ex auctoris verbis collegeram, & ad aliquem tunc temporis Italum Regulum, opus dicatum agnoscebam. Verùm cui hocce Naturalis historiae breviarium inscripsisset Ludovicus, ex Ambrosiano codice minimè apparet; neque id Petrus Paullus Boscha, neque recentiores amplissimae bibliothecae Praefecti adnotarunt. Monuimus Mecoenatis nomen ex aliis Guastii exemplaribus evinci, & praesertim a memorato Divi Bartholomaei Fesulani, ubi legimus; *Epitome Plinii de Historia naturali per Ludovicum de Guastis ad illustrem Principem Paulum Guinisium* [1] *Dominum Lucensem*. Allatus Monfoconius itidem memoravit in Reginae Sueciae, nunc Vaticanâ, bibliothecâ codicem hocce titulo inveniri (*a*): *Epitome Plinii Secundi historiae naturalis per Ludovicum de Questiis* [2] *ad illustrem Principem Paulum V.* [3] *Ducem Lucensem*.

Alibi etiam, nec uno loco, hujus Guastii ad Guinisium inscripta Epitome adducitur: unde nomen, quod in Ambrosiano codice desideratur, certè suppleamus. Caeterum ut aliqua de Paullo Guinisio addamus, ubi vera a Guastio referantur, literarum amorem fovens tantâ animi moderatione cives suos regebat, ut infelicem exitum, quo Principatum amisit, minimè promeruisse videatur. Patriae dominium occupaverat pulsis Ludovico, & Corrado Obiciis an. CIↃCCCC. (*b*); tenuitque annis XXX., quo usque Philippi Mariae Vicecomitis favore illum Lucenses e Principatu, & patriâ ejecerunt anno CIↃCCCCXXX. die Augusti vicesimâ quartâ (*c*); inde Genuam missus, ac postea Philippi Principis jussu Mediolani tetro inclusus carceri vitam finivit [4].

Caeterum, ut ad Ludovici a Guastis epitomen redeamus: haec fortassis Monfoconio (maximâ incuriâ codicum titulos devoranti) fucum fecit, ut duo in Plinium bombycina observationum volumina, in Ambrosianâ Bibliothecâ asservari testetur. Alter verò codex fortasse erit chartaceus, de quo statim.

Codex chartaceus Bibliothecae Metropolitanae Mediolanensis continens paratila Historiae Naturalis.

Ex-

ANNOTATIONES.

(1) *Guinisium*. Perperam apud Monfoconium legitur *ad Paulum Gumusium*, cum procul dubio *Guinisium* scribere oportebat. Duplici loco a Monfoconii typographo Lucensis Tyranni nomen vitiatur (*d*); ubi notandum, iterum, nullâque diligentiâ, ejusdem bibliothecae Divi Bartholomaei Fesulani syllabum fuisse repetitum.

(2) *De Questiis*. Typographico vitio, ut credendum est, irrepsit, pro *de Guastis* quamvis *a Guastis*, vel *Guastius* latinè dicendus sit. Fortasse ipsissimum est exemplar in bibliothecâ Vaticanâ allatum a Monfoconio: *Ludovicus de Guastis Epitome Plinius* (*e*), & alibi ex eâdem bibliothecâ *Ludovici de Guastis compendium rerum memorabilium Plinii* (*f*).

(3) *Paulum V.* Restitue *Paulum*, sive *Paullum Guinisium*.

(4) Paulli Guinisii infortunium ineptis hisce verbis in additamentis ad Ptolemaeum Lucensem describitur. *Demum tractante Paulo de Guinisiis Domino Lucano cum Florentinis, is captus est a Populo, & cum filiis omnibus carceratus, & ad chordas plures tractus, missus est Januam*. Illum verò supremum diem horrendo carceri mancipatum Mediolani obiisse testatur Leander Albertus anno 1430. (*g*); id biennio post accidisse notat Muratorius (*h*).

(a) *Tom. I. pag.* 37. (b) *Vide Laurent. Bonincontr. Chronic. Rerum Italicar. Scriptor. tom. XX. col.* 80.
(c) *Anonymus in Annalibus Foroliviens. tom. XXII. rerum Italic. scriptor.*
(d) *Tom. I. pag.* 418. & 419. & *pag.* 430. (e) *Tom. I. pag.* 419.
(f) *Pag.* 137. (g) Descrittione di Italia *fol.* 39. *edit. ann.* 1588. *Venet.* (h) *Annal. Ital. tom. IX. par. I. pag.* 183.

Extat in Metropolitani Capituli bibliothecâ [1] apud Archiepiſcopale palatium codex pervetuſtus, qui commentarium, ſeu paratitla Naturalis hiſtoriae continet. Solidiori chartâ, eâque rudi inſcriptus, literâ K, numero 51. diſtinguitur. Hic fortaſſe alter a Monfoconio memoratus; facilemque antiquario ex bibliothecarum, urbiſque convenientiâ errandi occaſionem praebuit. Exemplar initium deſumit a noto Suetonii elogio, quamvis deletus temporis attritu ſit titulus, & unicè verba appareant:

. . *Inius Secundus Novocomenſis equeſtribus militiis induſtrie functus &c.*

Ex hujuſmodi commentariis Plinianae lectionis ſtudioſi haud modicam capient utilitatem. Cui nam labor ſit adſcribendus, prorſus ignoro, cum nullum auctoris indicium promatur.

Codex Membranaceus Pertuſatinus, olim Hieronymo Tatto ſpectans, exaratus a Hieronymo Balioto anno CIↃ CCCCLXXIX.

Vltimus Plinii calamo exaratus Mediolanenſis codex apud Carolum Comitem Pertuſatum, virum non minùs ampliſſimis dignitatibus, quàm omnigenae literaturae ſtudiis, & incredibilis memoriae praeſtantiâ nobiliſſimum viſebatur. Inſigne hujuſmodi Naturalis hiſtoriae exemplar ornatiſſimae, quam nuper extruxerat, bibliothecae perpetuò dicavit [2]. Hoc ego geminis Ambroſianis conferendum cenſeo, quamvis pluribus obnoxium erroribus, a nativâ auctoris puritate abhorreat: quodve Hieronymus Tattus (vir elapſi ſeculi initio in medicinâ faciendâ clariſſimi nominis) in primo libri folio, manu propriâ teſtatus eſt: notavit enim: *Plinius hic manuſcriptus multis ſcatet mendis*. Haec tamen menda genuinis quandoque junguntur lectionibus, quae in Petri Ticinenſis, & Guarini codicibus deſiderantur. Allatum Plinii volumen ingentibus candidiſſimiſque deſcriptum membranis apographum eſt a celeberrimâ illâ Principum Vicecomitum bibliothecâ deſumptum, quam Franciſco Petrarchâ ſuadente Galeacius Secundus Vicecomes comparavit [3]. Haec poſtea cum in Sfortias rerum potitos, licèt aliquantulum imminuta, perveniſſet, a Franciſco Simonetâ viro conſiliorum gravitate, prudentiâ, & literarum amore ſpectatiſſimo [4], ut priſtino ſplendori reſtitueretur, rariorum operum exemplaribus adaucta fuit; cumque Naturalem hiſtoriam a primigenio codice exſcribendam Hieronymo Balioto demandaſſet anno CIↃCCCCLXXIX.: hic pulcherrimis characteribus munus adimplevit, & in ſupremâ folii calce Vicecomitum, & Sfortiadum ſtemmata ap-

ANNOTATIONES.

(1) *Bibliothecâ*. Capitularis Mediolanenſis bibliothecae laudes & precium habes apud Clariſs. Saxium (*a*).
(2) *Dicavit*. Carolus Comes Pertuſatus Mediolanenſis Senatus Praeſes, doctis & bonis omnibus cariſſimus obiit anno 1755. Illius humanitate Pliniani codicis uſum pluribus annis nactus ſum, librumque editis contuli: eo vitâ functo Mediolanenſis ditionis Oppida bibliothecam, & omnem membranarum ſupellectilem a Lucâ Comite Pertuſato coemptam donarunt Sereniſſimo Regioque Principi Ferdinando Auſtriaco Mariae Thereſiae Auguſtae F.
(3) *Comparavit*. Petrarchae hortatu bibliothecam a Galeacio II. conditam teſtatur Paullus Jovius in fortiſſimi Principis vitâ. Conſule Saxium de ſtudiis literariis Mediolanenſ. cap. VIII.
(4) *Spectatiſſimo*. Hic eſt ille vir celeberrimus, qui ruſtico praenomine detorto, imminutoque *Cichus* appellabatur. Ita enim ſe ipſum inſcriptiſſe in Principum ſuorum diplomatibus adnotavi; quod etiam iis omnibus conſtabit, qui illius effigiem in fronte matricis Eccleſiae Comi extantem perpendent: adjectâ enim epigraphe ibi legimus: CICHVS SIMONETA. Hanc ego e marmore exactè depromptam Antonio Comiti Simonetae, Caeſaris & Auguſtae a penitioribus conſiliis mittendam curavi, ut Eques graecis & latinis literis excultus (quique dum viveret familiae ſuae nobiliſſimae geſta omnia lucalentis digeſta commentariis concinnavit) ſpirantem quoque gentilis ſui imaginem poſſideret. De Cicho ſermonem alibi habuimus; illumque Ludovici Mori fraude, & calumniis hoc ipſo anno 1479. carceri incluſum: inſequenti 1480. necatum luxit Italia, ut videre eſt apud Corium, Benedictum Jovium, Ripamontium, Primum Aloyſium Tattum; pro quibus omnibus ſufficiet Joſeph Antonius Saxius (*b*).

(a) *Vide Prodrom. de ſtudiis literariis Mediolan. cap. II.* (b) *Hiſtor. typograph. literar. pag. CLXIV. & ſequent.*

appofuit. Medio enim loco vifitur teffellatum ex argento, minioque fcutum, quo Vicecomites utebantur, & primigenia quoque eorum infignia fuiffe perhibentur (*a*). Ibi in fupremo apice notae IO. MA. nempe Johannis Galeacii Mariae Sfortiae Vicecomitis nomina apparent: a laevâ parte caeruleus anguis Vicecomitibus gentilis depingitur: in dextero latere Sfortiadum Principum tefferam adfuiffe conjiciendum [1]; fed quae in praefens abrupto fciffoque in angulo defideratur. Id igitur quoque Cichi Simonetae [2] laudibus accedet, cum decennem tunc Johannem Galeacium Mariam, Galeacii filium, Francifci Sfortiae nepotem bonis artibus imbuendum curaret, ut culto ingenio Princeps Cifalpinae Galliae felicitati adoleret. Hujus infignis exemplaris primus, & unicus (quòd fciam) meminit Lazarus Auguftinus Cotta ad Bartholomaeum Curtium [3] fcribens, dum Hieronymi Tatti notarum elogium conflat, quas ad hujus codicis marginem digeftas invenies. Sed de Tatto infra fuo loco differemus. Id verò non omittendum cenfeo, brevioribus quibufdam dictionibus ipfius Simonetae manu appofitis, ut reor, codicem ditari. Id enim characterum fuadet convenientia, & Johannis Galeacii Mariae, ejufque matris Bonae Sabaudae diplomata a Cicho fubfcripta, quae antiquioribus annotatis invicem contuli.

Primo folio (ubi memorata Vicecomitum infignia) Plinii vitae compendium occurrit; ibique aureis characteribus plures verfus conficiuntur in hunc modum: PLYNIVS SECVNDVS NOVOCOMENSIS EQVESTRIBVS MILITIIS INDVSTRIE FVNCTVS &c.: pleraque temporis morfu, & aquae ftillicidiis (quibus exemplar fubjeciffe videtur) obliterata funt; in primo hocce folio nonnulli errores cubant, ut Domitiani [4] cognomen Titi Vefpafiani loco, & alia quaedam in ipfâ praefatione, interpolatoris vitio, irrepferunt. Spatium infuper Graecis dictionibus fupplendum relinquitur. His tamen adhuc perpenfis maculis, Plinii verba minori damno, quàm in multis exemplaribus referuntur. Hinc eft, quòd Pertufatino codici praefertim adhaefi, ut primarum periodorum in praefatione reftitutionem intentarem, quas nimium a nativâ fcribentis elegantiâ detortas Maffejus ritè indoluit (*b*). Hujus potiffimum exemplaris auxilio Pliniani prooemii emendatas lectiones, italicamque aemulationem concinnavi. In fupremâ codicis coronide, quo amanuenfe volumina exarata fint, ex fequentibus appofitis verbis collegi:

Caii Plinii Secundi Naturalis hiftoriae libri tricefimi feptimi & ultimi finis confcripti per Hieronymum Baliotum Novarienfem & finiti die Veneris undecimo menfis Junii anni millefimi quatricentefimi feptuagefimi noni fub invictiffimis Principibus Bona, & Galeacio Maria Sphortia [5] *Sexto Ducibus Mediolani.*

Poft haec omnia ejufdem amanuenfis calamo fcripta extant.

1. Junioris Plinii ad Marcum epiftola

ANNOTATIONES.

(1) *Conjiciendum*. Sfortiae Mediolani Principes abdicatis patriis infignibus fcutum quatuor in partes fectum, aquilâ imperatoriâ, & Vicecomitum colubrâ, utrimque duplicatis gerebant.

(2) *Cichi Simonetae*. Hâc ratione fefe infcribebat. Simonetarum Gentem e Calabriâ Mediolanum deduxit Francifcus Sfortia. Neapolitanis Francifcus dicitur *Ciccio*, unde Cichus effluxit. Nunc *Simonettae* potius quàm *Simonetae* appellantur.

(3) *Curtium*. Confule Bartholomaei Curtii opus, cui titulus: *Notizie Iftoriche intorno a Medici fcrittori Milanefi ---- da Bartolomeo Corte* pag. 169.

(4) *Domitiani*. Legimus C. PLYNIVS SECVNDVS NOVOCoMENSIS DOMITIANO SVO SAL. Domitiani cognomen multis, iifque longè antiquioribus codicibus irrepfit, unde Hermolaus Barbarus haefit, cui ex fratribus opus fuum auctor dicaffet. Pro Tito ftandum octavo volumine oftendimus.

(5) *Sphortia*. Ab aliis quoque ita Sfortiadarum appellationem fcribi non ignoro. In Graecis Conftantini II. epiftolis Francifco Sfortiae Mediolanenfium Principi datis, tefte Andreâ Alciato, legitur: Σφορτζα: *quo nomine*, ait (*c*), *Mediolani Ducem Conftantinopolitanus Imperator, cum obfideretur a Turcis, datis ad eum literis appellavit*.

(a) *Vide Jacob.* Im-hof *Hiftor. Genealog. Ital. & Hifpan. tom. I. pag.* 143.

(b) *Veron. Illuftrat. par. II. col.* 25. (c) *Parerg. lib. V.* 14. *pag.* 30.

2. Plinii elogium a Suetonio exaratum tali titulo:
Suetonius Tranquillus in libro de viris illustribus [1]. *Cajus Plynius Secundus Novocomensis equestribus militiis &c.*

3. Altera Plinii Caecilii ad Tacitum epistola
Cajus Plinius [2] *Tacito suo salutem. De exitu Caji Plinii Secundi Novocomensis Avunculi sui.*

4. *Item Tertulliani* [3] *in Apologetico*
Plynius Secundus cum quandam Provinciam regeret &c.

5. *Item ex libris temporibus Eusebii Caesariensis. Plynius Secundus Novocomensis — periit dum invisit Vesuvium.*

Caetera, quae Hieronymum Tattum contingunt, in illius sectione invenientur.

Codices Regii Taurinenses membranacei.

In Regiâ Taurinensi bibliothecâ duplices Naturalis historiae codices asservantur. Vtrumque anno CIↃIↃCCXLII. inspexi: de iis nonnulla attingam, praeter ea, quae Pasinus, Rivautella, & Berta vulgarunt (*a*).

Antiquior geminis voluminibus propter amplitudinem conclusus, membranaceus, duplicique columellâ exaratus, eleganti characterum specie, iconibus, ornamentisque spectandus, laudem a doctis bibliothecae Praefectis invenit, cum imaginibus affabrè pictis, res ipsae quasi oculis subjici videantur. Primum volumen a praefatione ad decimi septimi libri finem deducit: *nonnullis praemissis*, ut ait Rivautella, *de Plinii vita & Suetonii libro de Viris illustribus*. Verùm hujusmodi a Suetonio desumpta, amanuensis ignoratione, depravantur; patriaeque nomen vitiatum apparet in hanc speciem: *Plinius Secundus Novocomenses equestribus militiis &c.*

Quo tempore fuerit descriptus, Philibertus Pingonius Vir doctus, editisque voluminibus literario orbi notus, cum librum possideret, minimè aperuit; quamvis haec verba primo folio adjecerit.

Divo Eman. Philiberto Allobrogico
Inalpino, Subalpinoque Plinii hos
geminos codices vetustate conspicuos
Philibertus a Pingon Antiquitatis
Cultor D. D.

Illustres Taurinensis Athenaei custodes decimo quarto seculo volumina exarata fuisse conjiciunt. Ego opus decimo tertio potiùs tribuerem; meaeque opinioni adstipulabatur Vir Clarifs. Horatius Blancus, cujus ope Taurini degens Regios hosce codices volutavi. Id Pingonius ipse videtur innuere, qui ducentis ab hinc annis vivens, libros vetustate conspicuos affirmavit.

Biturigum Regulo olim spectabant, uti ex adjectâ ad primi voluminis calcem

ANNOTATIONES.

(1) *Illustribus*. Suetonianum Plinii elogium in hoc codice repetitum invenio, quod in aliis etiam accidisse adnotavi.
(2) Plinii nomen hoc loco rectiùs absque Y adsertur.
(3) Tertullianum, & Divum Hieronymum unius tantùm Plinii, quem ex Naturali historiâ noscebant, meminisse alibi ostendimus. Vide, quae infra annotata sunt ad codicem Jo: Baptistae Palmarii, qui Pertusatino in referendis Plinii elogiis satis convenit. Naturalis historiae Scriptori allata Tertulliani verba esse adscribenda libro I. innuimus, atque alibi fusiùs ostendemus,
(a) *Tom. II. pag.* 1400.

cem notatione colligitur [1]. Cujus autem (inter tot Biturigum Principes) fuerint, Pingonius reticuit. Biturigum Provincia cessit Johanni, Johannis II. Galliarum Regis filio, qui Caroli V. pariter Galliarum, Ludovici Siciliae Regum, Philippi Audacis Burgundi frater extitit. Hic omnium primus Biturigum *Dux* fuit appellatus. In posteriore volumine nulla alia vel scriptoris, vel possessorum indicia suppetunt: reliquos XIX. Naturalis historiae libros comprehendit; desiderantur tamen pauca quaedam ad calcem XXIII., & XXIV. initium, atque ad XXXVII. finem. Nonnullas variantes lectiones, & diversa capitum exordia observarunt Rivautella & Socii, institutâ cum Plinio Harduini comparatione, quod ultimum in omnibus penè exemplaribus occurrit.

Codex II. Bibliothecae Regiae Taurinensis.

De hoc Pliniano exemplari Regiae bibliothecae Praefectus: *codex*, ait, CDLVIIII. VI. 12. *membranaceus habens folia* 526: *saeculi XV. quo non elegantior alter, sive membranae candor, sive ornamentorum lauta supellex consideretur. Eosdem exhibet Historiae naturalis* CAI PLINII *libros omnes, una cum duabus, quae praemittuntur ejusdem epistolis, in quibus de Avunculo suo multa disserit: his subjicitur vita ejusdemmet Plinii ex Suetonio, ut in editione Parisiensi.*

Eadem, quam supra notavimus, est hic varia capitum sectio. Singulorum autem librorum initio, multo circumducto auro, variisque coloribus delineatae conspiciuntur figurae ad repraesentandam libri materiam accomodatae, adeoque concinnae tum artificio, tum venutaste, ut mirâ jucunditate intuentium oculos perfundant.

Memoratum hujusmodi Plinianum exemplar, pulcherrimum sanè, minio, figuris, & elaboratâ scripturâ ornatissimum, e Sfortiadum Mediolanensium Principum bibliothecâ prodiisse unà cum eruditissimo Horatio Blanco [2] conjiciebam. Characteres enim cum iis codicibus mirè conveniunt, qui Mediolani adhuc visuntur. Decimum quintum redolet seculum, & ipsa scribendi ratio volumini convenit Pertusatino. Duae, quae praemittuntur epistolae, non *ejusdem*, sed alterius, Juniorisque Plinii dicendae erant: altera ad Macrum, altera ad Tacitum: prima de libris, secunda de morte Avunculi differit, ut toties monuimus.

Vita Plinii, quae e Suetonii virorum illustrium opere desumitur, aliquâ saltem in re differt ab Harduini Parisiensi editione; siquidem in Taurinensi codice legimus. *Plinius Secundus Novocomensis equestribus militiis &c.* Harduinus e contrario adnotavit „ in veris codicibus ea vox *Novocomensis* abest, & abesse utique debet „. Quae licèt gratis ab Harduino afferantur: ostendunt tamen castigatorem in eam abiisse sententiam, ut in melioribus codicibus *Novocomensis* vocabulum desideraretur. Perfunctorio calamo uterque Regius Taurinensis codex a Monfoconio recensetur (*a*).

Codex Boschensis.

Boscum appellant ab antiquis nemoribus Itali vicum [3] in Alexandriae Sta-

 tiel-

(1) *Colligitur*. Leguntur ibi haec. *Ce livre est au Duc de Berry*.
(2) Horatius Blancus Romanus Jure Consultus politioribus literis editisque operibus notissimus, post Mediolanensem Praeturam integrè functam, Militarium supplicium libellorum apud Insubres Magister, miserâ correptus apoplexiâ mense Junio 1753. bonorum omnium dolorem per aliquot annos elicuit, cum scribendi, rectèque loquendi ac cogitandi usu interceptus, nulla priscae sapientiae vestigia ostenderet; donec anno 1755. ineunte ad plures transiit (*b*). Tanti viri infortunium mihi prae caeteris grave accidit, cum per illum adolescentulus, & juvenis toties profecerim.
(3) *Vicum*. Leander Albertus Castellum appellat (*c*).

(a) *Tom. II. pag.* 1400. (b) *Vid. Mazzuchel. tom. II. par. II. pag.* 1160.
(c) Descrittione di Italia. Lombardia *fol.* 374. *B.*

tiellorum territorio, & Derthonensi Dioecesi situm (a), quem Pii V. Sanctissimi Pontificis ortus illustravit. Praedicatorum Ordo insigne ibi possidet coenobium; cujus cum alumnus fuerit Pius, illud insignibus monumentis, & nobili adauxit bibliothecâ. Recundita inibi servatur Plinii Naturalis historia calamo exarata, quae olim Michaeli Ghislerio, antequam summâ thiarâ ornaretur, spectabat. Neque plura rescire potui ab Henrico a Portâ memorati Ordinis Sacerdote, in Ticinensi Gymnasio Orientalium linguarum professore, amico nostro, eruditione vulgatisque libris Literario Orbi notissimo.

Codex Placentinus Landianus membranaceus.

Nitidissimum hoc membranaceum exemplar spectat ad nobilissimum Equitem affinem nostrum Franciscum Landum Ripaltae Marchionem, in quem unà cum rarâ librorum collectione ex haereditate Marchionis Vbertini Viri Claris. (1) pervenit. Volumen mihi innotuit favente Christophoro Poggialio (cujus saepe cum laude meminimus) sed postquam jam priores VIII. disquisitionum volumina edidissem. Primo folio visitur Plinii Caecilii epistola ad Macrum, cui tamen deest titulus aureis characteribus excipiendus; videturque epistolae scriptura XIV. seculo exarata; ideoque Naturalis historiae libris recentior. Primum itidem epistolae elementum P. reddendus erat aureis pigmentis, quod postea omissum, unde apparet.

. . *Ergratum est mihi, quod tam diligenter &c.*

Junioris Plinii epistolam subsequitur elogium a Suetonio exaratum, quod amanuensis duplici reddidit columellâ in hanc speciem

Ex Cathalogo Virorum illustrium Tranquilli Plinius Sr Novocomensis equestribus militiis &c.

In praefationis titulo legitur

Plinius Sd. Vespasiano suo. Eleganti picturâ barbatus apparet Plinius, qui Imperatori caput laureâ coronâ redimito librum exhibet. Praefatio, & volumina omnia duplici columellâ (excepto syllabo, qui triplici ordine) exscribuntur. Adsunt primo folio Cardinalis cujusdam insignia ex leone caeruleo per argenteam aream repente conflata. Graeca praefationis verba latinis redduntur elementis, & ejusdem amanuensis calamo quaedam emendata, atque annotationibus illustrata: exempli gratiâ in auctorum syllabo ad verba *Cornelius Nepos*: legitur in orâ folii *Ciceronis amicissimus, cujus vitam scripsit, ut scribit a Gellius lib.* xiiiI. Vltimum volumen absolvitur verbis: *& prius quam ad oculos perveniat desinens nitor.* Desiderantur igitur viginti circiter versus ad volumen perficiendum. Codex videtur XIII. seculo adscribendus; & diverso charactere constat, quo Plinii Caecilii memorata epistola: haec verò convenit inepto additamento ad XXXVII. librum assuto, hujusmodi epigraphe: *Gay Plinii Secundi OraToris Veronensis de Viris illustribus lib. incipit.*

Co-

ANNOTATIONES.

(1) Vbertinus Marchio Landus Francisci natu major politioribus omnibus studiis, & Poësis laude insignis obiit Placentiae XIII. Kal. Martii ann. 1760.

(a) *Vid. Murator.* Annali d' Italia *tom. X. par. II. ann.* 1566. *pag.* 222.
(b) Descrittione di Italia: Lombardia *fol.* 374. B.

Codex Bibliothecae olim Farnesianae, nunc ad Neapolis;
& Siciliae Regem spectans.

In Farnesianâ Parmensi bibliothecâ Naturalis historiae membranaceum exemplar visebatur haud satis antiquum, utpotè quod vix tribus accedat seculis. Nonnulla tamen emendatiora hocce in codice inveniuntur, quae etiam ex nitidâ scribendi ratione haud modicam laudem promerentur. Ab apographo, atque amanuense utrumque Plinium antiquorum errore conflari videtur, cum primo folio hujusmodi occurrant verba:

Incipit praefatio Plinii Novocomensis Oratoris clarissimi in libros Naturalis historiae ad Vespasianum Imperatorem foeliciter: in operis calce Plinii vitam *e catalogo* Virorum illustrium Tranquilli excipiens, legit *Plinius Secundus Novocomensis &c.*

Vltimo demum folio hujusmodi occurrunt:

Joannes
Marcus claris
simi: & virtute &
nobilitate . viri Petri Stroz
zae . Florentini . discipulus . Marcique
Rotae . magni viri . equidem . Florentini
Amantissimus . Parmae . Oriundus
Praestantissimo . Liberalitate . Viro . Dño
Gherardo . [1] *Siculi . Regni . Prothonota*
rio . benemerito . in XX. ac centum . dies
Juvante . Deo . tranquille . transcrip
sit
Panhormi anno salutis 1465. die ultima Julii valeas
qui legis
Marcique Rotae memineris
obsecro.

Codices Veneti.

Codex membranaceus Sancti Marci Bibliothecae attributus XIV. seculo exaratus.

In publicâ Venetiarum Sancti Marci bibliothecâ Plinii codex quatuorcentum ab hinc annis descriptus, in scrinio III. 21. numero 12. visitur. Olim Bessarioni Cardinali Nicaeno spectabat [2]; ideoque hanc etiam ob caussam maximi faciendus, cum doctissimo illo viro in deliciis fuerit. In propositâ ad Naturalem historiam de Plinio notione apertè *Novocomensis* dictio legitur, & verba iti-

ANNOTATIONES.

(1) *Gherardo*. Ex illustri Alliatâ gente: hujus memoria occurrit *nei parlamenti Generali —— di Sicilia tomo I. parlam.* III. pag. 98. cum Orator mitteretur ad Alphonsum Aragoniae Siciliaeque Regem: *Gerardo Agliata Dottor di legge, e Protonotajo del Regno.*

(2) *Spectabat*. In epistolâ Marchionis Poleni ad Angelum Bandinium legimus: *nel Codice CCLXVI. de' Latini della pubblica Libreria di S. Marco in Venezia, scritto nel secolo XV.* In latinâ versione, nescio quâ de causâ, manuscripti aetas desideratur (*a*). Ego codicem ante XV. seculi exordium fuisse exaratum conjicio.

(a) *Epist. ad Bandin. I. fol. 1.*

itidem ex latino Eusebii chronico adducit, ubi Plinium, dum Vesuvium invisit, periisse affirmatur.

Prooemio deest nuncupationis titulus, statimque exorditur a verbis: *Libros naturalis historiae &c.*

Post praefationem legimus: *incipit liber primus Naturalis historiae Plinii Secundi Oratoris Novocomensis*. Suis & hic codex erroribus scatet.

Codex membranaceus mirandae vetustatis, olim ad Vir. Clariss. Johannem Baptistam Recanatum spectans.

Memorato Venetae bibliothecae exemplari longè praehabendus erit vetustissimus iste Naturalis historiae codex, qui in doctissimi Patriciique Viri Johannis Baptistae Recanati librariâ supellectili visebatur. Haud insolitâ quamvis optimorum librorum jacturâ primis careat paginis, quibus praefatio, & auctorum syllabus continebatur: haec tamen omnia in laudando codice extitisse indicant, quae leguntur verba, ingentibus elementis expressa: EXPLICIT LIBER PRIMVS NATVRALIS HISTORIAE PLINII . INCIPIT LIBER SECVNDVS. Haec iterum juvabit adnotasse, ut aëream Harduini opinionem ubique comprobemus, quâ nempe Naturalis historiae praefationem, pannum esse suppositititium lectoribus persuadere nitebatur. Neque enim hanc fulcient annotata in allato Bessarionis exemplari. *Incipit liber primus*, cum amanuensi exciderit *incipit* loco *explicit*: & nihilotamenminus hanc ipsissimam praefationem retulerit.

Codex olim Pici Mirandulani, nunc Fratrum Praedicatorum coenobio Venetiarum attributus.

Hujusmodi exemplar ad Italiae decus Johannem Picum Mirandulae Comitem spectasse indicant, quae ad XXXVII. libri calcem apposita sunt verba:

Hoc opus scripsit Nicolaus de Mascharinis de Ferraria ad instantiam M^ci Comitis Joannis dela Mirandula Anno incarnationis Domini nri Jesu Xpi M°CCCCLXXXI° *die XVI. Augusti*.

Hunc codicem deductum putarem ex alio, quem celeberrimus Octavius Ferrarius [1], Patavino Lycaeo additum jubar, consuluit, & Pici Mirandulani olim fuisse asserit (*a*). Cum enim ab illustri scriptore pervetustum dicatur exemplar; videtur illius judicium minimè congruere membranis anno CIↃCCCCLXXXI. exaratis [2]. An ipsissimum sit, disceptent qui meliora ex ignoratis valent deducere. Moneor enim a Clariss. Facciolato nullum Plinii volumen pennâ exaratum in praesens Patavii extare. Quod exscripserat Mascharinus egregiis picturis, Pliniique historiae accomodatis, auro, minioque nitens in Apostolum Zenum pervenerat, & a docto viro unà cum selectâ bibliothecâ Venetis coenobitis ex Divi Dominici familiâ [3], ad Rates (*alle Zattere*) degentibus legatum, summopere laudat Paullus Paciaudius, cujus judicium, maximi ab omnibus faciendum, debitâ ex caussâ revereor.

Codices Caesenates membranacei XV. seculi.

Insignem bibliothecam, quae olim Malatestarum Principum fuit, Caesenae pos-

ANNOTATIONES.

(1) De Octavio Ferrario alibi sermonem habebimus.
(2) Octavius Ferrarius Mediolani natus anno 1607. supremum diem Patavii obiit anno 1682. (*b*).
(3) Ex Congregatione Beati Salomonii.
(a) *Vid. Fabric. biblioth. latin.* (b) *Vid. Argelat. Bibl. script. Mediol. tom. I. part. II. col. 612.*

poſſident Minores Franciſcanae familiae *Fratres*, cujus manuſcriptorum ſyllabum profert Monfoconius; ibique nudo titulo: *Plinius de Naturali hiſtoria* (*a*), *&* *Plinius hiſtoria naturalis* (*b*). Vt lectori uberiores ſuppetant notitiae, ex utroque nonnulla delibabimus.

Vetuſtior pluteo XI. aſſervatur maximis pergamenis foliis conſtans, neque minimum temporis attritum paſſus eſt. Nulla doctorum de Plinio teſtimonia adduntur, ſtatimque primo folio legitur:

Caii Plinii Secundi prohemium, ſive epiſtola ad Veſpaſianum Imperatorem in libros Naturalis hiſtoriae incipit feliciter. Operi additur liber de Viris illuſtribus, quaſi unico ſcriptori uterque eſſet attribuendus [1]; ad cujus exitum bonus amanuenſis adjecit. *C. Plinii Secundi Oratoris Veronenſis lib. de Viris illuſtribus feliciter Deo gratias amen, & completus fuit per me Jacobum Pergulitanum die X*[ſa] *Octobris* M. CCCCXLVI. *Pro M*[co] *& potenti Dño Dño Malateſta de Malateſtis Arimini &c.*

Inconditum additur epigramma, de quo in proximâ ſectione.

Alter Naturalis hiſtoriae codex ejuſdem molis pergamenus extat pluteo XXIV., & ex memorato exſcriptus fuit, cum ſuperiori adamuſſim conveniat, praeterquamquod ſaniori conſilio Virorum illuſtrium libellum praetermiſit. Ad Naturalis hiſtoriae calcem ipſiſſimum tetraſtichon, quod ſupra innuimus, exhibetur, ubi Plinio inconditi Monachales hi verſus per ſummum nefas aſſuuntur:

Epigramma ejuſdem Plinii.

Plinius hiſtoricus cognomine ſumque Secundus
Qui totum quod terra capit coelumque perambit
Strinxi terdenis lapide ſeptemque libellis
In quibus & duo ſunt viginti millia digna

Scriptus & completus per me Frēm Franciſcum de Figbino Ordinis Minorum pro egregio, & praeſtantiſſimo artium &, medicine [2] *doctore Mãgro Johañe Mãra de Arñio* 1451. *die* 10. *Maii.*

Vtriuſque codicis variantes lectiones in Plinianis caſtigationibus quandoque attulimus; neque uberrimos ex iis fructus demetent eruditi [3].

Codices Vaticani.

Inter antiquos Naturalis hiſtoriae codices, quibus in Plinio perpurgando ſe uſum teſtatur Harduinus, ſeptem Bibliothecae Vaticanae recenſet. *Primum* ſub numero 1950. *Secundum* 1951. *Tertium* 1952. *Quartum* 1953. *Quintum* 1954. *Sextum* 3533. *Vltimum* 9959. Hos tamen Harduinus non per ſe ipſum, ſed alieno conſuluit ſuffragio; atque in operis praefatione ingenuè faſſus eſt, e ſeptem Vaticanis codicibus deſumpta teſtimonia Petro Poſſino debere, Viro e Societate ſuâ editorum librorum copiâ & multiplici eruditione celebratiſſimo. Cum autem a nemine quantùm Vaticanis codicibus tribuendum, aequamque de eis cenſionem [4] prolatam fuiſſe inveniam: libentiùs animadverſiones noſtras hoc loco ſub-

ANNOTATIONES.

(1) *Attribuendus*. Librum de Viris illuſtribus ab aliis Juniori Plinio, paſſim Cornelio Nepoti; nunc a pleriſque Sexto Aurelio Victori adſcribitur. Hâc de re alibi fuſiùs, nec uno loco agimus.

(2) *Medicine*. Sic.

(3) In Ditione Pontificiâ alios calamo exaratos inveniri Plinii codices a Doctiſs. Paciaudio audivi, quorum notionem forlaſſe aliquis me felicior exhibebit.

(4) *Cenſionem*. Ad nonnulla Vaticana exemplaria provocarunt Fulvius Vrſinus, Michael Mercatus, Kircherus, Carolus Datus, Angelus Bandinius, aliique; ſed omnia perfunctorio calamo tractarunt.

(a) *Pag.* 433. *D.* (b) *Pag.* 434. *D.*

subjiciam cum volumina non aliorum unicè suffragio, sed meis metoculis anno cIↄIↄccLVIII. lustraverim, opem suam conferentibus Viris Clarifs. Praesule Joseph Assemanno memoratae bibliothecae Praeposito, ac Felice Nerinio Divi Alexii Abbate,

Codex Vaticanus Pergamenus numero 1950.

Codicem numero 1950. affixum, circa annum vulgaris aerae cIↄ ccccL. descriptum olim nobis affirmaverant nonnulli antiquarii qui sibi principem locum in decernendis librorum aetate vindicabat: verùm paullò recentiorem haud immeritò judicavit Neriniushisce in studiis longè versatus, ideoque circa XVI. seculi initia exaratum. Olim Gregorio XIII. spectabat, ut docti Pontificis insignia tegumentis impressa testantur. Alia tamen, quae primo folio apparent (ubi cor aureo in campo, cuique Draco viridanti colore superimpositus pingitur) antiquiorem & primigenium indicant possessorem. Adsunt elementa Graeca IHC. & M. A., quibus amanuensem Sacrosancta JESVS & MARIAE nomina reddere voluisse crediderim [1].

Codex Veronensium caussam ubique fovet; atque in primâ operis fronte legitur: C. PLINI . SECVNDI . VERONENSIS . DE . NATVRALI . HISTORIA . LIBER . PRIMVS . INCIPIT . FELICITER. Allatae voces aureis, caeruleisque elementis conflantur, & volumen ubique elegantibus picturis ad Naturalem historiam accomodatis exornatur: nitidissimis, maximisque foliis integrum, sanumque, nunc Astronomum stellas contemplantem, nunc Pigmeorum cum Gruibus pugnam, nunc res ad agriculturam spectantes ostendit.

Non defuit, qui medicas manus exemplari adhibuerit, ubi nonnulla, in graecis praesertim dictionibus juxta auctoris mentem restituit, aliqua etiam corrupit, ut suo loco comprobavimus.

Desideratur in hoc volumine librorum index, quamvis ejusdem amanuensis scripturâ in folii margine legatur: *C. Plinii Secundi incipit Historiarum Mundi elencbos librorum omnium XXXVII. liber unus quasi primus*. Promissa tamen hoc loco exscriptor non praestitit, & similia illius oscitantiae profectò tribuenda, licèt errorem imminuere aliquâ ratione putaverit, cum ad cujusvis libri calcem perstricta rerum series adjiciatur; nec ubique satis rectè, ut apparet ex additamento primis libri secundi versibus assuto in hanc speciem: *Gaii Plinii Secundi Veronensis ystoriae explicit liber primus. Ejusdem liber secundus incipit, in quo continentur.* „ Itus [2], Gentes, maria, oppida „ Hinc est quòd ineptis toties sectionibus librorum textura defiguratur. Neque Suetonii, neque aliorum de Plinio testimonium operi praefigitur; atque ad cujusvis libri calcem Veronensibus Plinius adscribitur.

Codex Vaticanus Pergamenus numero 1951.

Codex 1951. allato emendatior, paullò etiam majorem sapit antiquitatem. Hunc circa annum cIↄcccc. exaratum unà cum Assemanno censemus. Relatum mihi fuerat olim Paullo III. spectasse. Verùm neque gentilicia Farnesiorum lilia, neque aliam hâc de re memoriam in voluminis fronte, vel coronide inveni. Stemma potiùs quadripartitâ distributione conspicuum, quod primo folio occurrit, librum a Carafensibus [3] post multas migrationes, ad Paullum

IV.

ANNOTATIONES.

(1) Nempe ΙΗΣΟΥΣ . ΜΑΡΙΑ . ΑΜΗΝ . *Jesus . Maria . Amen.*
(2) *Itus*. Sic pro *Intus*.
(3) *Carafensibus*. Fasciae Caerulae Carafis gentiliciae sunt; Leo ex Caracciolorum affinitate assumptus.

IV. perveniſſe ſuaderet. Primus enim & imus locus tres rubentes faſcias candenti clypeo: ſecundus & tertius Leonem in albenti areâ repentem exhibet. Hujuſmodi primo folio quidem viſuntur: opus tamen intrantibus vetuſtiorem codicis dominum indigitabit togati Viri effigies expolitionibus miniaciis elegantiſſimè elaborata. Haec ſecundi libri initio apparet, pictamque imaginem ſupportat ſtemma triplicibus vittis diſtinctum. Has ex figurâ *diagonias* Graeci appellarent. Aureis caeruleiſque teſſellis conflantur, aureo itidem in ſcuto fulgentes, quod haec verba DATA FATA SECVTVS circumdant. Exemplar maximis pergamenis foliis conſtat; meminitque Monſoconius nudis his verbis: *Plinii de hiſtoriâ naturali libri* 37. (*a*).

Codex Vaticanus membranaceus numero 1952.

Codex 1952. ex albicante tenuiſſimâque componitur pergamenâ. Vbi Calabri cujuſdam ſententiae acceſſiſſem, quingentorum & amplius annorum aetatem redoleret, quando alii XV. ſeculo exſcriptum judicabant. Ego mediam inter utroſque ſententiam inirem; opuſque circa annum CIↃ CCCC. exaratum conjicerem. Primo folio hujuſmodi apparent: *Hic liber fuit Nicolai Perotti* [1] *Archiepiſcopi Sipontini:* allata verba illico poſt docti hujus antiſtitis mortem adjecta cenſeo, ex atramento & literarum formâ, ultimam XV. ſeculi partem redolentibus.

In codicis fronte legimus.

1. SVMMARIVM [2] LIBRORVM PLINII

Continentur primo libro tum capitula [3] *cum auctoribus XXXVI. ſequentium librorum.*

2. *Plinii minoris epiſtola ad Marcum* [4] *de ſcriptis & ſtudiis Plinii majoris.*

3. *Brevis annotatio de duobus Pliniis Veronenſibus* [5] *ex multis hinc collecta per Joannem Manſionarium Veronenſem.*

Plinii duo fuiſſe noſcuntur &c.; definitque per *Haec & alia epiſtolarum ejus libris, in his quae ſuperius memoravimus, diligens lector inveniet.*

4. *Vita Plinii ex catalogo virorum illuſtrium Tranquilli feliciter incipit.*

Plinius Secundus Novocomenſis equeſtribus militiis induſtrie functus &c.

5. *Epiſtola Plinii ad Veſpaſianum Imperatorem, quae ponitur in Prohemium libris.*

Secundo volumine folio 27. poſſeſſoris aderant inſignia, quae deleta ſubinde fuerunt. Crux adhuc cernenda fortaſſe Sipontini Praeſulis ſtemma decorabat. Circa initium aliquae curſoriae adſunt annotationes, quas a Peroti calamo profectas auſerim affirmare. Interfuſae ubique titulorum ineptiae amanuenſis produnt inſcitiam: id tamen adnotandum, quòd cum Veronenſem Plinium ex Jo: Manſionarii auctoritate faciat: adhuc Suetonii elogium, ubi contrarium apparet, ingenuè adducit; cumque librum undetriceſimum abſolveret, ſcripſit: *Cai Plinii Secundi Novocomenſis Nat. hiſtoriae liber XXIX. feliciter explicit:* ad operis

ANNOTATIONES.

(1) *Perotti.* Vnico *t* Peroti Sipontini Archiepiſcopi gentilicium nomen in nonnullis antiquioribus codicibus ſcriptum inveni: ab aliis plerumque geminatur. Conſule, quae adnotavimus lib. I. pag. 9. num. 4. Meminit hujus codicis Mercatus *De gli Obeliſchi* pag. 181.

(2) *Summarium.* Haec vox latiniſſima Senecae Philoſophi teſtimonio a Plinianâ puritate minimè abhorret.

(3) *Capitula.* Capitula pro rerum breviariis Plinium poſuiſſe minimè credam; ideoque Amanuenſium indoctae explanationes in operis corpore ſenſim inductae. La *Plinii Minoris*, *Plinii Majoris*, & alia ſimilia.

(4) *Marcum.* Potiùs *Macrum* ſcribendum eſſe alibi monuimus.

(5) *Veronenſibus.* Conſule, quae de hâc irridendâ annotatione vulgavimus lib. I. pag. 6. & ſeq., ubi integram Manſionarii annotationem invenies.

(a) *Tom. I. pag.* 505.

verò coronidem: *C. Plinii Secundi Veronensis de historia naturali liber XXXVII. & ultimus feliciter explicit*. Ex iis patet, neque in Plinio Veronensibus adscribendo sibi constare amanuensem.

Monstra dictionum in hoc etiam exemplari cubare suo loco ostendimus; cumque memoratus codex Nicolao Peroto olim spectaverit: non ab re affirmavimus, Suetonium ab hoc antistite innui, ubi non defuisse scribit, qui Plinium Comensem testentur. Hujusmodi ignorare non debuit Scipio Maffejus, cum ei recunditae allati exemplaris notiones mitterentur, ut monuimus lib. I. pag. *6.* num. 2.

Codex Vaticanus pergamenus numero 1953.

Exemplar olim Petro Cardinali Barbo spectavit. Hunc XII. labente seculo scriptum suspicarer, quamvis nonnulli ex longiore charactere ad dimidium XIV. seculi, alii ad hujus initium relegent. Intra hos terminos aetas coërcenda, mihique caeteris numeratis antiquior videtur. Descriptus certè fuit antequam Barbus (qui postea Pontifex Maximus renunciatus Paulli II. praenomen adoptavit) purpurâ decoraretur. Hujus siquidem Cardinalis stemmata non in primâ operis fronte, sed libri secundi initio cernuntur; atque Assemanni judicio tunc apposita fuere, cum Petrus in amplifs. ordinem ab avunculo Eugenio IV. cooptaretur [1].

In primo exemplaris folio legitur:

Vita Plinii Secundi ex catalogo Virorum illustrium Tranquilli.

. . *inius Secundus Novecomensis* [2] *equestribus militiis &c.*

Primam nominis literam P., auro minioque elaborandam reliquerat amanuensis; atque haec etiam in praesens desideratur.

Suetonianum elogium consequuntur verba ab Eusebii latino chronico petita: *Plinius Secundus cum quandam provinciam regeret —— —— —— Tertullianus refert in Apologetico &c.*

Plinius Secundus Novocomensis Orator, & historicus insignis habetur, cujus plurima ingenii opera extant, periit dum invisit Vesuvium.

In nobilissimo hoc codice notandum, quòd rerum capita, foliis quidem accomodata, sed nullo sectionum apposito numero, inveniuntur.

Codex Vaticanus pergamenus numero 1954.

Codex 1954. seculo saltem XIII. adscribendus videtur. Quamvis pluribus scateat erroribus, Antiquariorum tamen laudes extorquet, eo quia multis ornatur annotationibus, praeserstim mensuras & pondera illustrantibus. Initio occurrit:

Plinii vita ex cathalago [3] *Virorum illustrium Tranquilli*.

Plinius Secundus Nocomensis [4] *equestribus militiis industrie functus &c.*

Hujus codicis secutus vestigia locum pristino nitori in memorato elogio resti-

ANNOTATIONES.

(1) Non statim Eugenius sororis filium Purpuratorum collegio adscripsit: interim politioribus studiis operam dedit, in quibus cum parum profecerit, scientias etiam Pontifex aspernabatur.

(2) *Novecomensis*. Vitiato vocabulo superinducitur *al. novemmenses*. Videtur tamen in margine, quòd ineptissimae variantis lectionis ampliatio damnetur ex dictionis *Novocomensis* additamento. Caeterum Plinii vita e Tranquilli Virorum illustrium libro desumpta, caeteris emendatior in hoc codice affertur, ut suo loco ostendemus.

(3) *Cathalago*. Sic.

(4) *Nocomensis*. Pro *Novocomensis*.

ſtitui. Integrum volumen XI. ſeculo exaratum doctus vir conjiciebat, cum rudioribus membranis, & duplici columellarum ordine conflatum ſit, charactere *breviariis*, ac Beatae Virginis tunc temporis *officiis* admodum ſimili.

Codex Vaticanus chartaceus numero 1955.

Codex 1955. ab Harduino minimè recenſetur, uti duo ſequentes; quòd vel eâ ratione actum exiſtimo, quia Petro Poſſino ignoti, vel nondum ad Vaticanam bibliothecam delati [1]. Vnicus inter Vaticanos omnes chartaceus a Jo: Manſionarii improbo labore initium deſumit, quemque Amanuenſis (XV. ſeculi ut videtur) miniaciis reddidit elementis. In brevi tamen hâc annotatione *de duobus Pliniis Veronenſibus* illa occurrunt, quae in Perotino codice 1952. minimè invenies, & monſtroſiſſima prae caeteris videri poſſunt. Cum verba, quibus praecisè ab alterâ differt, primo libro retulerim, ea hoc loco omittenda cenſeo. Temperare mihi non poſſum, quin repetam inoculaſſe Plinii junioris epiſtolis *ſeptem ſunt mirabilia Mundi artificialiter fabricata &c.*: duplici loco Plinii ſenioris vitam a Suetonio vulgatam ingeſſiſſe; unde tamen illum Novocomenſem fuiſſe nitidè apparet ſecundâ vice, cum primâ *Nocomenſis* perperam appelletur.

Poſt Plinii ad Veſpaſianum [2] epiſtolam ineptè capita diſtribuit; hoſque Plinii junioris ad Martialem epiſtola ſubſequitur, unde ebrioſum amanuenſem Naturali hiſtoriae exſcribendae manus admoviſſe credendum eſt. In hujus calce additur: *Gaii Plinii Veronenſis liber illuſtrium Virorum incipit* [3]. *De proca Rege ------ De Remulo Rome* [4] *Rege* ------

Codex Vaticanus membranaceus numero 1596. *&* 1597.

Codex 1596. parvo folio membranaceo conſtans ab auctoris praefatione incipit hiſce verbis: *Plinius Secund. Veſpaſiano ſuo ſalut.* Hocce folio urſa rubenti in areâ pingitur, ſcutumque redimit Epiſcopalis infula. Summa rerum praefationem conſequitur non interpolatis capitum ſectionibus deformata, ſed ſuis unicè voluminibus tributa. Viginti priores Naturalis hiſtoriae libros complectitur, atque hunc alter, nempe codex 1957. conſequitur, qui lectorem ad ultimum uſque Plinii librum deducit. Initio memorata ſuperius adnectuntur inſignia: bipartita exemplaria egregiis, imò ſtupendis miniaciis operibus perpolita, multa hiſtoriae accomodata continent picturis reddita, ut Caelum, Mundus, Mare, Pavo, Lepores, Noctua, Canis, Leo &c. Notandum inſuper quòd primum cujuſve orationis elementum ex auro fingitur: ſuſpicarer hunc codicem ad Fulvium Vrſinum ſpectaſſe, vel ſaltem eum eſſe, quem Vir doctus laudat. Vrſa nobiliſſimo generi tributa conjecturam favet. Fortaſſe idem erit, qui Marcello Cervino [5] bibliothecae Vaticanae Praefecto emptus fuit.

Monſoconius Naturalem hiſtoriam pergamenam Vaticanae bibliothecae aſ-

ANNOTATIONES.

(1) Johannes Harduinus ſuos in Plinium commentarios primâ vice emiſit anno 1685. tumque fortaſſis hi codices, & ſequentes ad Chriſtinam Suecorum Reginam ſpectabant; & ſubinde ad Vaticanam bibliothecam delati Reginâ anno 1689. vitâ functâ.

(2) *Veſpaſianum*. Legit *Veſpeſiano ſuo*.

(3) *Incipit*. Manſionarius fortaſſe auctor fuit, ut hujuſmodi opuſculum Plinio juniori tribueretur, cum in recenſitâ annotatione, de epiſtolarum auctore loquens, illum illuſtrium Virorum libellum a Phocâ (*ſic*) Rege Albanorum, uſque ad Cleopatram ſcripſiſſe aſſerat. Sed cur hoc loco, nullâ inter ſeniorem, junioremque Plinium adhibitâ diſtinctione, Viri illuſtres ultimum Naturalis hiſtoriae librum ſubſequuntur? In codice Caeſenatico anno 1446. exſcripto eâdem ratione occurrunt, ut ſupra innuimus.

(4) *Remulo*, *Rome*. Sic.

(5) *Cervino*. Qui poſtea Marcellus II. Pontifex Sanctiſſimus, Doctiſſimus, Optimus Principatum XXII. diebus tantùm occupavit: hoc utitur exemplari Carolus Datus (*a*).

(a) *Praefat. ad Vit. Pictor.*

signat ad numerum 3861. (a), quam in praesens allatâ nomenclaturâ minimè inveni. Numquid eo Bibliothecam invisente tali numero distinguebatur [1]!

Codex Vaticanus membranaceus 1958.

Hoc exemplar variorum auctorum continet miscellanea: nempe octavum Naturalis historiae librum, Leonardum Arretinum de primo bello Punico, Cornelii Taciti historias ab VI. volumine incipientes, Georgii Trapezuntii Rhetoricorum libri V. Quae ad Plinium spectant tali pacto rubris characteribus referuntur.

Plinii Secundi Veronensis Natur. histor. de animalibus incipit feliciter.

Omnia haec opera eodem calamo descripta, olim Carafis spectabant, ut ex insigniarum vestigiis noscitur, quae subinde eradere novus possessor curavit; atque id fortasse egit Julianus Cardinalis Roboreus (qui postea Julius II.) vel qui librum Juliano obtulit: operimenta siquidem voluminis, ejus stemmate & purpureo pileo distinguuntur. Leonardi Arretini opera, & ipsamet scriptura XV. seculi labentem aetatem dubio procul ostendunt.

Codex Vaticanus pergamenus numero 3533.

Hunc codicem, cum Vaticanam bibliothecam inviserem, nullâ ratione, aut prece consulere valui, cum Assemannus suis occupatus studiis, alienis praesens adesse, vel aliquam saltem opem conferre ad multum temporis recusaret. Novi adhuc exemplar auratis miniaciisque ornamentis, & Carafensium insignibus nobilitatum, nullam patriae mentionem exhibere; videturque ab amanuensi lacunam fuisse relictam, ut auratis literis suppleretur, quòd postea omisit. Haec, uti variantes nonnullas lectiones eidem Assemanno debeo, cum a difficili Viro pauca quaedam rogante humanissimo Nerinio extorserim.

Codex Vaticanus membranaceus numero 3861.

Ipsissimum infortunium nactus sum in codice, qui numero 3861. distinguitur. Scio hunc initio & fine destitutum, in multis etiam circa medium hiare. Fulvii Vrsini fuisse dicitur, multamque redolere antiquitatem. Nescio an ille sit, quem Paullus Manutius laudabat, caeteris antiquior, & quinto loco a Mercato memoratur (b). Majorem in illo, & Kirchero optassem diligentiam, ubi de Vaticanis codicibus locuti sunt.

Codices Barberini.

Inter innumera, quae Romanae Vrbis dignitatem elevant, haud modicè illius splendorem ditissimae amplificant bibliothecae: Barberina praesertim (nobilissima ut Philippi a Turre verbis utar (c)) cujus praesidio plures vidi libros, quos frustra alibi quaesivi; tum magis si de editis usque ad annum CIϽIϽCLXXX. sermonem habeamus. Neque impressis tantùm, sed & calamo exaratis refertissimam comprobavit Simon Ballarinus, doctus atque humanissimus bibliothecae praefectus, cujus favore Plinianos codices multis horis, multisque diebus Romae anno CIϽIϽCLVIII. volutavi.

Co-

ANNOTATIONES.

(1) *Distinguebatur*. Inpraesens codex 3861. nihil profert, quod Plinio possit convenire.

(a) *Tom. I. fol.* 105. (b) *Pag.* 181. de gli Obelischi.
(c) *De Mithrâ cap. VI. Monument. Veteris Antii pag.* 222.

Codex Barberinus pergamenus XV. seculi numero 758.

Laudatus Ballarinus triplicia mihi obtulit Naturalis historiae exemplaria, quorum primum membranaceum, paullò infra annum CIↃCCCCL. exaratum. In hujus foliis ad operis tutelam adjectis legimus:

Continet volumen hoc XIII. priores libros Plinii historiae Naturalis.

Subinde vetustiore calamo nonnulla ex Virgilio carmina desumuntur, quibus ultimum ab amanuense jungitur in hanc speciem:

Ante leves ergo pascentur in aethere cervi
Et freta destituent nudos in litore pisces
Ante pererratis amborum finibus exul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tygrim
Pectore quam nostro labatur gratia tanta [1].
Aulae culmen lubricum.

Hinc Plinii effigiem librum utrâque manu aprehendentis, arbitrario tamen pictura exhibet, titulumque aureis caeruleisque characteribus PLINII VERONENSIS . SCRIPTORIS . ELEGANTISSIM . NATVRALIS . HISTORIE LIBRI PRIMI PROHEMIVM INCIPIT FELICITER.

Codex multiplici errorum labe faeculentus; parum subsidii ad praefationis restitutionem suppeditavit. Exemplar ad Jacobum Gallum insignem J. C. Neapolitanum spectasse, ex Gallorum insigniis colligimus, quâ de re in sequenti sectione agemus. Raphael Vernatia Graecus Vaticanae bibliothecae amanuensis Vir utrâque linguâ spectandus mecum hunc librum XV. seculi opus judicavit.

Codex Barberinus pergamenus anno CIↃCCCCXCVIII. exscriptus numero 759.

Pergamenum hujusmodi pulcherrimum exemplar in duo volumina distributum haec in primâ fronte exhibet: *Caii Plinii Secundi Naturalis historiae cum indice locupletissimo Tomus Primus.* Autographum est Johannis Baptistae Palmarii, quod absolutum Idib. Februarii anno CIↃCCCCXCVIII. dicavit Gonzalo Rutio, Laurentii Suaresii Mendotiae filio [2]; unde Veneta impressio Bernardini Benalii desumpta est [3]. Secundo folio visuntur Barberinae gentis insignia, & sequens ad Franciscum Barberinum ex Vrbani VIII. fratre genitum epistola.

Francisco Barberino Cardinali Amplifs.
Alexander Gallus.

Jacobus Gallus parens meus Emin.[4] *Princeps post rectam spatio triennali primam Juris cathedram vespertinam in patriâ, & studii Messanensis erectionem, fuit a Republicâ Venetâ pro primâ cathedrâ Patavinâ magnis precibus accitus, ubi tantâ admiratione,* &

ANNOTATIONES.

(1) *Tanta.* Priores quatuor versiculos mutuatur amanuensis a primâ Virgilii Eclogâ; & cum vates post quartum ediderit: *Quàm nostro illius labatur pectore vultus:* ineptus novator substituit: *Pectore quam nostro labatur gratia tanta.* Sententia porrò *Aulae culmen lubricum*, quamvis vera, hoc loco minimè erat apponenda.

(2) In Venetâ Benalii impressione legimus: *Nobilissimo Juveni Consalo Ruitio Delavega & Mendoza: Laurentii Suaris de Figueroa & Mendoza Hispaniarum Regis ad Principem & Senatum Venetum Legati filio Jo: Baptista Palmarius.*

(3) *Desumpta est.* Notandum, quòd haec epistola scripta videtur anno 1498. Idibus Februarii; atque ad tricesimi septimi Natur. histor. libri calcem annus Christi indicatur 1497. idque e diversâ Venetorum supputandi ratione accidere suo loco ostendemus.

(4) *Emin.* Scriptum erat *Illustrissimo*; sed cum Purpuratis Patribus *Eminentissimi* titulum subinde tribuisset Vrbanus: haud satis rectè (meo quidem judicio) primigeniae scripturae loco nova fuit inducta.

& applausu fuit auditus, quanto antea nemo alius [1]. *Hinc factum est, ut undique confluerent homines ad eum audiendum, & ineundam cum eo amicitiam variis artibus, & praesertim ab Excellentissimo quodam Viro fuit ei dono traditus hic Plinii codex jampridem etiam Venetiis Manuscriptus; qui cum ad me tanquam ipsius filium & haeredem pervenisset, censui cum aliis ejus lucubrationum voluminibus collocandum, nimirum sub tuâ illustrissimâ Bibliothecâ Cardinalis Amplifs.^e, qui sicut & coetera* [2] *sui ingenii monumenta hilari animo amplexus es, renovando mecum illud patrocinium, quo usus est cum eodem genitore meo Santissimus Patruus tuus. Ita pro tua propensa in me animi benignitate rogo, ut munusculum hoc non dedigneris respicere, meque ad tua genua humiliter semper procumbentem erigere ac fovere; quod ut facias vehementer oro, atque toto animo exoro. Ex civitate Neapolis.*

Inelegantem hanc opici praxidici epistolam sequitur Palmarii praefatio rubris characteribus exarata, quam utpote in Benalii editionibus apparentem, consultò omittimus.

Addidit. *In Auctorem elogia.*

Plinius Caecilius Marco suo Salutem.

Pergratum est mihi &c.

Suetonius Tranquillus in libro de Viris illustribus.

Plynius [3] *Secundus Novocomensis equestribus militiis industrie functus &c.*

Item Tertulliani in Apologetico.

Plinius Secundus cum quandam provinciam regeret [4] *&c.*

Item ex libris de temporibus Eusebii Caesariensis.

Plinius Secundus Novocomensis Orator, & historicus insignis habetur: cujus plurima ingenii opera extant: Periit dum invisit Vesuvium.

Caii Plinii Secundi Naturalis historiae liber Primus [5].

C. Plinius Secundus Veronensis [6] *Vespasiano suo salutem. Praefatio.*

Hujusmodi volumen duodeviginti priores Naturalis historiae libros comprehendit: secundum reliquos continet hocce titulo:

Caii Plinii Secundi Naturalis historiae Tomus secundus.

Visuntur possessoris insignia, nempe gallus aureus stans in caeruleâ areâ, cui geminae rubentes rosae argenteo in campo superinducuntur. Scutum ornat galea, quam Grus uno tenet pede, alteroque lapidem perstringit. Subsequenti folio apparent gentiliciae Barberinorum apes. Alexander Gallus (quem infimum Epistolarum scriptorem notavimus) humilis quoque Poëta innotescit ex sequentibus:

Pro hujus insignis operis humillimâ oblatione ad Eminentifs. & Reverendifs. dominum Cardinalem Franciscum Barberinum Epigramma:

En

ANNOTATIONES.

(1) *Nemo alius*. Accitus fuit anno 1602. obiitque anno 1618. Eum pro concione laudavit Sigismundus Boldonus. Consule Papadopulum (*a*), Tomasinum (*b*), Facciolatum (*c*), Toppium (*d*).

(2) *Coetera*. Sic.

(3) *Plynius*. Sic.

(4) *Regeret*. Utrumque Plinium cum distinguat Palmarius, arguendus minimè erit, quasi iterum confundat eo quia Tertulliani verba, Seniori adaptet. Tertullianus enim, qui unicum agnovit Plinium Naturalis historiae scriptorem, illum ipsissimum fuisse credit, qui Trajanum de Christianis consuluit.

(5) *Primus*. Haec omnia pariter leguntur in editionibus a Palmario vulgatis.

(6) *Veronensis*. Palmarius Plinium Veronensem agnoscit, quando ex Suetonii libro *Novocomensis* innotuerat.

(a) *Tom. I. pag.* 268. (b) *Elogior. tom. I. pag.* 207.

(c) *Fasti Gymnas. Patavin. tom. II. pag.* 136. (d) Biblioteca Napoletana.

En ubi Romulei Alcides novus Orbis Atlantis
Es potis alternas saepe subire vices.
Francisce: hoc tandem supplex tibi ducitur Orbis
Omnia, quod varii grande recludit opus:
Hoc foveas: poterit geminos qui sustinet Orbes
Mox merito dici fortior alter Atlas
Alexander Gallus D. D.

Codex Barberinus bombycinus 760. descriptus anno 1468. a Bernardo Petri [1].

Vltimus Naturalis historiae codex Barberinus lucenti bombycinâ chartâ compactus a Suetonii noto elogio initium desumit; in quo tamen exarando amanuensis quatuor digitorum spatium reliquit, ut aureis characteribus a pictore titulus, & prima elogii verba adderentur, quae adhuc tamen desiderantur in hanc speciem . . . . *equestribus militiae industriis* [2] *functus*. Haec Suetonii verba emendanda necessariò dependent a primis omissis PLINIVS SECVNDVS NOVOCOMENSIS [3]. In elogio quamvis aliqua cubent errata, nihilosecius in Naturalis historiae corpore plura satis rectè reddita occurrunt, quae praeter papyri nitorem atque integritatem, voluminis precium adaugent. Exemplar quo loco, amanuense, & tempore descriptum fuerit apertè dignoscitur ex verbis ad calcem appositis, nempe

Plinii Secundi Novocomensis Naturalis historiae libri XXXVII. finiuntur scripti Romae a me Bernardo Petri de Basilea Clerico Constantien. dioc. terminati quoque die quinta mensis Maii Anno Dominicae incarnationis M.° CCCC.° LXVIII.°

LAVS DEO.

Codex Passionaeus chartaceus recognitus ab Aleriense Episcopo Joh. Andreâ Buxio anno 1469.

Nobilissimum hunc chartaceum codicem, dum primam Disquisitionum partem adornarem, possidebat Dominicus Cardinalis Passionaeus, ideoque a Domino *Passionaeum* appellavimus. Nemini inter Romana exemplaria posthabendum censeo, eo quia integerrimo hocce volumine usi sunt Johannes Andreas Aleriensis Episcopus, ac Theodorus Gaza, cum medicas Naturali historiae manus adhiberent. Id manifestè ostendunt ejusdem Antistitis manu appositum ad calcem testimonium rubris elementis conflatum:

Auxilio gratię omnipotentis Dei, & adjutore Theodoro Gaza Jo: An. [4] *Epũs Alerien.*

ANNOTATIONES.

(1) *Petri*. Gentilicium id nomen ab antiquo deductum ascendente videtur, cui fuisset lustricum praenomen *Petrus*.

(2) *Industriis*. Amanuensis facili pennae errore, loco *equestribus militiis industriè functus*, scripsit *equestribus militiae industriis functus*.

(3) *NOVOCOMENSIS*. Haec verba elogio addenda ex aliis codicibus patent: relicta autem fuisse, ut penicillo. aureisque characteribus adumbrarentur, ostendit lacuna, cui par in ipso praefationis exordio occurrit, duobus vocabulis, nempe LIBROS NATVRALIS supplenda, dum incipit *Historiae novitium camenis* (sic).

(4) *Jo: An.* Cum notis compendiariis lustrica praenomina redderet Episcopus Aleriensis, illum nonnulli *Johannem Antonium* appellarunt, quos inter Alexander Minutianus, qui juvenis hunc Episcopum vidit. Consule Titi Livii editionem anni 1495. & Joseph Antonium Saxium (*a*). Verùm *Johannes Andreas* non tantùm dicitur a Gazâ, qui doctum Antistitem in Pliniano mangonio socium habuit, sed in ipsâ Romanâ edltione anni 1470. tali

pacto

(*a*) *Histor. typographico literar. pag. DVIII.*

rien.' Plynium [1] *maximo labore recognovit XV. die Decemb. 1469. Romae: lector ora Dominum pro eo.*

Initio occurrit. *Vita Plinii ex cathalogo Virorum illustrium Tranquilli*: ubi *Plinius Secundus Novocomensis* &c.

Dum plura, quoad licuit, Episcopus emendat, duo hâcce paginâ foedum in modum corrumpit I. cum in Suetonii elogio legerentur *bella omnia*, *quae cum Germanis*, ipse *Romanis* [2] substituit. II. quod magis indolemus, Plinianae praefationis sanum optimumque locum: *ille enim*, *ut scis permutatis prioribus setabis* [3], vitiavit reponens *prioribus syllabis*. Vtroque loco receptis potiùs amanuensium erroribus, quàm codicis sui auctoritati adhaerere maluit Antistes: nihilotamenminus utriusque verae lectionis manifesta apparent argumenta, cum levi superinductâ lineolâ primigenii characteres adhuc distinguantur.

Laudatum exemplar Theodori Gazae manu graecas omnes dictiones autographas in foliorum margine repraesentat; exempli caussâ, cum in operis corpore extaret *cerion*, *ceras*, *amaltheas*: Gaza reposuit κήριον, κέρας, ἀμαλθεί'ας. Alia etiam corrupta ubique sanantur. Nitidissimâ scribendi formâ tum Gaza, tum Aleriensis Episcopus utebantur, unde eorum additamenta facilè omnes dignoscunt. In operis corpore restituta Episcopo, marginea Gazae spectant, ubi arborum, florum, animalium &c. tum graecè, tum latinè expressa nomina invenies. Exemplar duplici columellâ exaratum ipsissimam praesefert scripturam usque ad librum XXI. Reliqua diverso amanuensi videntur tribuenda. Persaepe nullis adjectis capitibus incedit, unde his etiam de caussis longè ante Aleriensis Episcopi aetatem descriptum judicamus: tempus indicare minimè diffiterer, ubi primigenii possessoris insignia adhuc existerent; sed, nescio quâ de caussâ, cultro fuerunt abrasa. Quousque Romam incolui anno CIƆIƆCCLVIII. codicis usum mihi praebuit humanissimus Purpuratus Passionaeus; de cujus Viri laudibus meliùs est silere quàm pauca dicere. Quid porrò de bibliothecâ planè Regiâ esset affirmandum, cum tantùm post editam Monfoconii Palaeographiam exscreverit, & tamen Vir ille clarissimus anno CIƆIƆCCVIII. se adjutum testatur opibus (*a*) *Illustrissimi*, *nobisque amicissimi Viri Dominici Passionei*, *qui annos vigintiquatuor vix emensus*, *incredibili fulget rerum*, *disciplinarumque notitia*, *Graecis Latisque literis adprimè eruditus*, *Bibliothecamque numerosam Manuscriptorum*, *editorumque exemplarium comparavit* [4].

Codices Vallicelliani.

Codex Vallicellianus chartaceus numero 28. descriptus anno
CIƆCCCCLXXXXIII. & CIƆCCCCLXXXXIIII.

Insignis bibliothecâ Presbyteris Oratorii apud Virginis Aedem Vallicellianam

ANNOTATIONES.

pacto innuitur. Patriâ fuit Viglebanensis, e gente *Buxiâ*, quod plures latuit, atque hos inter Fabricium (*b*), & Ladvocatum (*c*). De Johanne Andreâ fusiùs sequenti volumine sermonem habebimus.

(1) *Plynium*. (Sic).

(2) *Romanis*. Ita ineptè legitur in multis codicibus. Consule quae adnotavimus lib. IV. pag. 119. num. 10.

(3) *Setabis*. Ita absque diphthongo codex Passionaeus; sed rectiùs scribe *saetabis*. Vide lib. VIII. pag. 249 num. 1.

(4) *Comparavit*. Dominicus Cardinalis Passionaeus Clementis XIII. a sanctioribus epistulis, Sanctae Romanae Ecclesiae, & Vaticanae bibiiothecae Praefectus obiit Non. Augusti anno 1761. Illius bibliothecam sibi compararunt Augustiniani Romae degentes; unde tanta librorum supellex aliquo jure Angelica potest appellari, cum ex nobilissimo additamento mirum in modum exscreverit.

(a) *Cap. V. pag.* 290. (b) *Biblioth. med. & infim. latinitatis tom. I. pag. 236.*

(c) Dictionnaire *tom. I. pag. 611.*

nam degentibus ſpectans, duos Naturalis hiſtoriae poſſidet codices, quorum primus literâ R. & numero 28. diſtinguitur: huic recentiori calamo appoſitum legimus titulum EXCERPTA EX PLINIO. Libri initium vel deſideratur, vel decidentis aquae vis ita deformavit, ut characteres rubris coloribus fictos deleverit. Quinque tantùm Plinianae praefationis apparent verſiculi, qui a verbis incipiunt: *tum poſſem dicere*. Digniora ex Plinio exſcribens, Auctorum ſyllabum & multa alia omittit. VI. Naturalis hiſtoriae libro ad verba: *Aſeni trium urbium incolae. Caput eorum Bucephala*: in margine Equi tumulus eleganter calamo depingitur, nonnullaque etiam adduntur animalia. Vnam aut aliam exſcriptoris annotatiunculam memini me legiſſe, uti ad Pompej Magni elogium addit: *bene ergo in utrum* [1] *hoc carmine luſit Ovidius*

„ Magne tuum nomen
„ Stat.

Octavo volumine Canes, Equi &c. pinguntur, lectoremque uſque ad XII. ſectionem libri XXXVII. deducit. Olim ſpectabat Torquato Perotto, uti ex inſigniis primo folio viſendis, atque ex epigraphe

„ Torquati Perotti [2] Sentinatis Epiſcopi Amerini 1640. „

Hujuſmodi breviario uſus ſum in Plinianae praefationis emendatione, cum paucis ſcateat erroribus. Exemplaris aetas per ſe innoteſcit, legimus enim ad calcem:

„ Laus Deo. Ex Plinio finitus & completus extractus hiſtoriae & multarum
„ rerum notabilium die XV. Maii MCCCCLXXXXIIII. in carcere Foug quae
„ vulgo nuncupatur del Meglo qui inceptus fuerat in fouta [3] Sancti Vincen-
„ tii die ... M CCCC LXXXXIII. a quibus carceribus Deus Beatiſſimae Virgi-
„ nis interceſſione nos liberet.„

Allata verba ignorabilibus elementis quandoque efformata, juvante Joſeph Blanchinio [4] Veronenſi, Romani Oratorii Presbytero, & Vallicellianae Aedis clariſſimo ornamento, atque vetuſtatis cultore eximio exſcribenda curavimus.

Codex Vallicellianus pergamenus XV. ſeculi numero 60.

Huic addamus alterum codicem pergamenum literâ D. & numero 60. diſtinctum: Plinii Naturalem hiſtoriam a Chriſtophoro Landino in patrium idioma converſam exhibet; alteramque ex primigeniis vocabimus, cum ab Italo aemulatore, Ferdinando Regi oblata fuerit. Opus ingentibus membranaceis, nitidiſque foliis conſtat, cujus poſſeſſores appoſita diſtinguit epigraphe.

„ Hoc nobile volumen Plinii a Criſtophoro Landino miſſum fuit Ferdinan-
„ do I. Aragoneo Neapolitanorum Regi, cui inſcriptum atque dicatum eſt. A
„ Rege dono datum Viro clariſſimo Petro Gravinae. Ab hoc, Aloyſio ipſius
„ Regis Nepoti, tum Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinali [5], ut indicant
„ carmina, quae in averſâ voluminis fronte, ſuâ manu Gravina ſcripſerat. Sed
„ quum priora tegumenta lignea pelle operta tineae foedaſſent, rurſuſque volu-
„ men ipſum coopertum ſit, eadem carmina, quae hiſtoriam aperiunt, in ſequen-
„ ti paginâ ſunt expreſſa, ne tantorum virorum, qui antea illud poſſede-

ANNOTATIONES.

(1) *Vtrum*. Suſpicor *utrum* loco *illum* amanuenſi excidiſſe.
(2) *Perotti*. Amerinus Epiſcopus duplici *tt* familiae ſuae gentilicium nomen reddit, uti jam monuimus.
(3) *Fouta*. (Sic). Fortaſſe legendum *feſto*.
(4) *Blanchinio*. *Il P. Giuſeppe Bianchini Veroneſe Prete dell' Oratorio*.
(5) *Cardinali*. In ampliſſimum ordinem cooptatus ab Alexandro VI.

„ rant lateret notitia. Id ipſum Jacobus de Franchis Neapolitanus Patricius,
„ ac Taviani Marchio Petro Pollidoro largitus eſt. Pollidorus autem vir pie-
„ tate & omnimodae eruditionis genere ornatiſſimus, atque de hâc bibliothecâ
„ Vallicellianâ optimè meritus, eidem in perenne amoris ſui praecipui argu-
„ mentum ultrò, libentique animo addixit.

Adjectam a bibliothecae Praefecto annotationem ſubſequitur Petri Gravinae ad Cardinalem Aragonium epigramma, quod eſt hujuſmodi:

„ Illuſtriſſimo & egregio Juveni Domino ſuo
„ Domino Lodovico Aragonio
„ Sereniſſimi Domini Ferdinandi Regis Siciliae Nepoti
„ Petrus Gravina Canonicus Neap.ˢ
„ Deditus in paucis librum Gravina decorum
„ Exhibet, accipias hunc, Lodovice, libens.
„ Multum proficies relegens narrata: ſat unus
„ Vt diſcas miras, quas habet Orbis, opes.
„ Rex avus hoc vatem donaverat: ipſe Nepoti
„ Indolis eximiae nobile reddit opus.
„ Dignus Rege labor, dignum Te Principe munus;
„ Efficit acceptum, quod mage dantis amor.

Plura Ferdinando Regi Landinum obtuliſſe calamo exarata volumina, Eſcorialenſis docet bibliotheca; quare cum Vallicellianum alterum ex primigeniis vocamus, hoc tamen Hiſpanis poſthabendum erit [1].

Codices Othoboniani 37. 38. 193. 194.

Petrus Cardinalis Othobonus ex Alexandri VIII. fratre genitus inſignem codicum Manuſcriptorum bibliothecam ſibi comparaverat. In eâ ſervabantur gemina Naturalis hiſtoriae exemplaria ſub numero 37. & 38. Vtrumque membranaceum ſummâ diligentiâ & ſplendore deſcriptum juſſu Domini Cardinalis Grimani [2], Aquilejenſis Patriarchae; ideoque ſeculo XV. ad finem vergente, vel XVI. initio. Nihil in eis circa Plinii patriam & veterum teſtimonia adnotandum. Verùm collata ad Fulvii Vrſini codicem veritatis ſtudioſo evadent jucunda. Hi codices Monſoconio, ut puto, innotuerunt, cum apud illum legamus (*a*); *Ex bibliotheca Cardinalis Othoboni Plinii Secundi hiſtoria Naturalis recens codex, bis*.

Codex 193. pergamenus XIV. ſeculo exaratus, initium a Plinii vitâ ex Suetonio deſumptâ capit, ubi notandum pro Novocomenſi legi *IX. menſes* [3].

Codex 194. ejuſdem circiter antiquitatis membranaceus itidem, Naturalem hi-

ANNOTATIONES.

(1) *Erit*. De Laudini codicibus in Eſcorialenſi bibliothecâ aſſervatis agemus ſuo loco. Neque mirum ſi Italus interpres plura Ferdinando obtulit calamo exarata volumina, cum tunc Calcographicae artis incunabula nondum ſinerent, ut tam grande opus typis concederetur.

(2) *Grimani*. Dominicus Cardinalis Grimanus Antonii Venetiarum Principis filius, natus anno 1463. Ciacconio, & Oldoino teſtibus inſtructiſſimam octo mille voluminum bibliothecam habuit (*b*). Cardinalis dictus fuit ab Alexandro VI. anno 1493. obiit Romae Dec. Kal. Septemb. 1523. Conſule Vghellum, & Philippum Cardinalem Montium (de Montibus) in elogiis pag. 95.

(3) *IX. Menſes*. De hoc amanuenſis errato alibi egimus. Ex *novo* fecerunt *novem*, & ſubinde notis IX. ex *Comenſis* voce *menſes* ineptiſſimè reddiderunt.

(a) *Pag*. 186. (b) *Tom. III. col*. 180.

historiam eâdem ratione comprehendit, praeterquamquod Suetonii elogium de Plinio minimè exscribit.

Ex eâdem Othobonianâ bibliothecâ a Monfoconio adducitur: *Plinii Secundi, & Claudii Ptolomaei cosmographia saeculo XV. anno* 1411. Hoc opus intelligit antiquarius anno 1411. fuisse descriptum. Sex priores Naturalis historiae libros complectitur. Cum Othobonianam bibliothecam minimè lustraverim, atque ad illius pulverem excutiendum mihi nondum opportuna sese obtulerit occasio: omnia hoc loco digesta ab amicis hausi. Ii igitur, & Monfoconius de dubiis rogentur omnibus: ego verò in superius allatis fidem meam minimè obstringo. Aliarum bibliothecarum codices consulendos exoptavi, & praesertim Corsiniae nobilissimae gentis: verùm, nescio quo malo fato, congruum mihi, & librariae supellectilis Praefecto tempus invenire nusquam licuit.

Excerpta ex Monfoconii bibliothecâ ad Romanos Plinii Codices.

Praeter ea, quae ex Monfoconio suis locis retulimus, in illius bibliothecâ bibliothecarum multorum exemplarium notionem invenies, quae in praesens alios atque alios dominos acceperunt. Quamvis hujus antiquarii syllabus magnâ negligentiâ conflatus sit: ne quid a nobis lector desideret, Benedictini Monachi verba exscribam, ea deligendo, quae magis ad rem videntur inservire; suntque hujusmodi (*a*)

Ex bibliothecâ Reginae Sueciae in Vaticanâ [1].

Numero 435. *Plinii historia Naturalis tom.* 1.

436. *ejusdem . . . . tom.* 2.

Benedicti Maffej epitome [2] *historiae Naturalis Plinii* 5874. 226. (*b*).

Numero 438. *Castigationes & annotationes* [3] *in Plinii Naturalem historiam* (*c*).

Numero 1088. *Epitome Plinii Secundi historiae Naturalis per Ludovicum de Questiis* [4] *ad illustrem Principem Paulum V. Ducem Lucensem* (*d*).

Plinius a libro 2. *ad* 35. *historiae Naturalis* 250. 1088.

Iterum libri quinque numer. 28. 1088.

quaedam alia 1377. 435.

Integra historia 8 437. 436.

Excerpta ex eadem 774.

Adjecit Monfoconius in Vaticanâ bibliothecâ indicem in Plinium, & alios auctores sub numero 4057. asservari (*e*).

ANNOTATIONES.

(1) *Vaticanâ*. Quae sequuntur notae Arabicae 435. & 436. illae fortasse erant, quibus Christinae Reginae libri distinguebantur, & nunc in Vaticanâ bibliothecâ immutatae apparent.

(2) *Epitome*. Maffei codex ad XV. vel XVI. seculum spectat, quo auctor, Veronensis origine, Romae claruit, obiitque anno vulgaris aerae 1494. (*f*).

(3) *Annotationes*. Ad quem spectent, Monfoconius reticuit.

(4) *De Questiis*. Vide, quae supra innuimus pag. 223. & lege *de Guastis*, cum duplici loco ex eodem Monfoconio ita appelletur; e tali ratione se ipsum inscribebat Ludovicus.

(5) *Numer.* 28. 1088. Nota, quòd triplici loco occurrit numerus 1088., ubi vel antiquarii, vel typographi oscitantia apparet.

(a) *Tom. I. pag.* 23. (b) *Tom. I. pag.* 141. (c) *Tom. I. pag.* 24. (d) *Tom. I. pag.* 37.
(e) *Tom. I. pag.* 214. (f) *Vide Scipion. Maffej Veron. illustrat. lib. III. col.* 114.

Item sub numero 4058.

Numero verò 1287. in enormi variarum rerum collectione, excerpta quaedam ex Plinio recensentur; suntque Concilium Aquisgranense an. 816. Epistola S. Hieronymi de vitâ & exitu Sanctae Paulae, Symmachi Epistolae, Sermo S. Augustini de Trinitate. Excerpta ex Sidonio, Plinio, Senecâ &c. Quae Plinio adscribuntur, Avunculo potiùs, quàm sororis filio spectare conjicerem.

Apud eundem Monsoconium.

Ex indice librorum Mss. Archivi Basilicae Sancti Petri (a).

Plinii junioris Naturalis historia.

Silvae Medicinales, & quaedam ex libro Plinii junioris.

Hujusmodi tantâ negligentiâ, & absque ullâ annotatione constantur, ut dubitare possimus alibi doctum antiquarium respexisse: videtur enim ab amanuense utrumque Plinium ita distingui, ut sororis filio assueret, quae erant Avunculi. Sylva porrò, vel Silva medicinalis, nescio an e libris Naturalis historiae, an ex illius Plinii qui de Re medicâ scripsit voluminibus desumpta sit.

Codex Neapolitanus ex bibliothecâ Sancti Johannis ad Carbonariam.

Româ discedens celebre Benedictinorum apud Casinates coenobium invisi: loci enim famâ, & tabularii praesertim antiquitate motus, aliquid ad superiorem Plinium spectans ibi inveniri confideram. Spe tamen decidi, cum nullum historiae Naturalis exemplar humanissimi Monachi possideant [1]. Neapolim subinde digressus, praecipuas ex bibliothecis, Theatinorum, Sancti Angeli Nidensis, Sodalium Sancti Philippi Nerii [2], utrasque Jesuitarum [3] lustravi; atque omnes Naturalis historiae codicibus vacuas indolui. In antiquo tandem Sancti Johannis ad Carbonariam [4] monasterio ingens egregiumque Plinii membranaceum exemplar inveni, cujus dubiam notionem a Monfoconio habueram, cum apud illum in laudandae bibliothecae excursione recenseatur *Plinius in codice XIV. saeculi* (b): ex nudis enim hisce verbis quis poterat dignoscere, an de integrâ Naturali historiâ, an de aliquâ ejus parte, an de Plinii Caecilii epistolis loqueretur. Maximum igitur Naturalis historiae codicem prae manibus sumens, illum misero fato primis destitutum foliis ingemui: initium siquidem desumit a praefationis verbis: *nec Plancus illepidè* [5].

Plinianae lectionis amatoribus maximè jucundum evadet, ad cujusvis folii marginem appositas fuisse annotationes, quas optimo judicio exaratas, & meis jamdiu in praefationem digestis convenientes, non uno loco expertus sum. Ejusdem scripturae (quâ restitutiones constant) medicae quaedam observationes occurrunt primo folio, quod ex recentiori membranâ ad voluminis tutelam adjectum fuit; unde codicem viro hâc in arte exculto pertinuisse colligerem.

To-

ANNOTATIONES.

(1) *Possideant*. In memorato coenoblo extat pervetustus Solini codex, & Plinii Caecilii epistolarum exemplar, de quibus suo loco agemus.

(2) *Sancti Philippi Nerii*. A Neapolitanis vocantur *li Gerolamini*.

(3) *Jesuitarum*. *Del Gesu vecchio*, e *del Gesu nuovo*.

(4) *Carbonariam*. Augustiniani coenobium incolunt, quod nomen invenit a viciniâ Carbonum Patriciorum villâ. Horum ultimus fuit Hieronymus Seripandi Cardinalis amicus. Hanc bibliothecam Garbonianam vocat Petrus Burmannus junior, aliamque facit ab eâ, quam Jani Parrhasii legato possident Augustiniani (c), cum tamen ipsissima sit.

(5) *Illepidè*. In eâdem paginâ Mabillonius addidit. *Plinius* 2'. 300. *annorum*, quâ de re infra.

(a) *Pag.* 158. (b) *Tom. II. pag.* 223. (c) *In vitâ Nicol. Heinsii pag.* 8.

Totius profectò antiquitatis & politioris literaturae conscius auctorum nomina in ipso operis limine, historias, animalia, pisces, arbores, herbas, remedia, & juxta Plinii mentem restituit: quibus ex caussis cum invidendum thesaurum contemplari minimè fatiarer; nec unâ vice bibliothecam, hujus praesertim codicis gratiâ, intrassem: vir doctus Johannes Nicolaus Stabilis libris Praepositus me rogavit, ut aliquâ annotatione codicis precium elevarem; cui statim sequentibus verbis morem gessi.

„ Antonius Joseph Comes a Turre Rezzonici, qui tot Plinianos codices per „ universam Italiam, Gallias, Hispanias, Germaniam diligenter inspexit: ne„ minem huic ritè comparandum invenit; nam licèt annos quatuorcentum cir„ citer redolere videatur, tanto judicio variantes lectiones, seu potiùs unica „ & vera Plinii mens in plerisque restituitur, ut haec vera incomparabilis au„ ctoris Naturalis historia dici meratur. Huic uni igitur potiùs exemplari, quàm „ caeteris standum erit, ubi quis post Harduini labores restantia amanuensium „ errata de medio tollere intentet. Quis igitur minimè indoleat prioribus pa„ ginis codicem destitui, cum e paucis ultimisque Plinianae praefationis ca„ stigatis dictionibus, Plinianum ingenium pristino nitori restitutum appa„ reat.

„ Mabillonius (quânam ratione prorsus ignoro) optimae hujus bibliothe„ cae nonnullis codicibus aetatem inscripsit eo pacto, ut annos in ipsâ operis „ fronte, sive exordio apposuerit. Hoc Gabriel Lagetius [1] summopere faci„ endum credit. Ego quidem antiquarii Benedectini judicium maximi haben„ dum puto: verùm non laudo in primis auctorum foliis (ut hic oppositâ pa„ ginâ invenies) indistinctam apposuisse antiquitatem tercentorum annorum. „ Id foris erat adjiciendum [2]; neque annum & diem oblivisci oportebat, qui„ bus talia bibliothecarum Aristarchus adnotabat.

„ Vt autem ad optimum Plinii restitutorem anonymum revertar: doctissi„ mus vir aliquis (quorum tot tantique in florentissimâ Neapolitanâ Vrbe ver„ santur) hanc sibi curam suscipere deberet, ut auctorem castigationum ab in„ juriâ oblivionis adsereret. Characterum & notarum aetas finem XV. seculi „ certè redolet. Num Barbaro, num Pico Mirandulano, an Parrhasio, an San„ nazario hujusmodi spectant? Sanè Viro doctissimo, atque ex reliquiis aurei „ seculi. Superius congesta Medico videntur attribuenda, vel tantae artis studio„ so. Haec cursorio calamo Herculanum profecturus, subjeci VII. Kal. Octob. „ anno Vulg. Aer. CIↃIↃCCLIIX.

Antonius Joseph a Turre Rezzonici.

Corollarii loco addemus insignem hanc bibliothecam [3] (quam optimis membranaceis voluminibus ditaverat Antonius Cardinalis Seripandus) haud parum antiqui splendoris amisisse, postquam nobilissimis codicibus Carolum VI. Augustum, tum Neapolis Regem Coenobitae donaverunt. Mirum tamen ubi-

que

ANNOTATIONES.

(1) *Lagetius*. (Laget), qui hâc de re lectores appositis annotationibus monuit.
(2) *Adjiciendum*. Tali pacto codicum notiones exscribuntur ab Olgiato, Boschâ, & Saxio Ambrosianae bibliothecae Praefectis.
(3) *Bibliothecam*. Laudatur haec bibliotheca ab Andreâ Schotto, a quo S. Johannis Carbonarii appellatur (a).

(a) *De Bibliothecis &c. pag.* 83.

que evadet, hocce Plinii exemplar, vel ignoratum vel neglectum fuisse; tum magis quòd unica Naturalis historia scripta manu in Vindobonensi Imperatoriâ bibliothecâ asservetur. Preciosum igitur Plinii codicem magni faciant Neapolitani, cum non alium (excepto Farnesiano) possideant; neque in Cavensi monasterio [1] Naturalem historiam calamo exaratam invenerim.

Codices Florentini.

Neapoli solvens Siciliae oppida invisere decreveram, ut illius quoque Regni bibliothecas evolvens membranaceam Plinii supellectilem adaugerem. Id eò libentius agebam, quòd Johannis Marchionis Foliani Proregis humanissimi, & doctissimi non unicâ epistolâ invitatus, amplissimas Aedes pro opportuno habuissem diversorio; unde facilior ad bibliothecarum penetralia aditus reddebatur. Verùm ex temporarii commeatus decursu sarcinulas colligere admonitus: antequam Parmam repeterem, Florentiae ad paucos dies subsidi, ibique (praeter Medicaeos) omni dignus laude sese obtulit

Codex Riccardianus membranaceus VIII. *vel* IX. *&*
fortasse VII. *seculo exaratus.*

Patricia Marchion. Riccardiorum Gens, palatio, supellectili, & insigni bibliothecâ, non Florentinis tantùm, sed toti Europae notissima, membranaceum Naturalis historiae possidet exemplar, a quo huc usque allata longè superantur, sive antiquitatem, sive characterum eximiam pulchritudinem consideremus. Verùm jacturâ nunquam satis lugendâ, priori, mediis, ultimisque foliis hiat convulsum; unde si Naturalis historia in septem partes scinderetur, plusquam tes hocce in codice desiderarentur. Frustra igitur Plinii elogium a Suetonio exaratum inibi quaesivi: nihilo secius quantae frugis Carbonarino, Toletano, & Gottorpiensi collatum esse poterit, ut Plinium genuinae lectioni restituamus. Cum aurei exemplaris notionem Clariss. Lamius in literariâ Ephemeride exhibuerit: docti viri adnotata referre minimè pigeat, quae ab Italico in Latinum idioma deducta, hujusmodi sunt (*a*): „ Codex pergamenus ingentibus paginis
„ inclusus, priori caret folio, unde praefationis initium ad Imperatorem Ve-
„ spasianum [2] meliori ex parte desideratur. Folium pariter primo deest libro,
„ in quo tricesimi quarti voluminis summae pars ultima, triumque sequentium
„ itidem summaria, & libri secundi exordium praeciduntur; unde antiquâ (di-
„ versâ tamen ab amanuensibus Plinianis) scripturâ additur: *de istis praeambu-*
„ *lis deficit unum folium*. Legentes igitur secundi libri initium destituit, at-
„ que ad XI. libri calcem synopsi notatur. *C. Plinii Secundi Naturae historiae*
„ *lib. XI. editus post mortem explicit* [3]. In XII. volumine decemseptem ca-
„ pita desiderantur, resumitque narrationem, ubi agit *de calamo odorato*. In
„ XIII. voluminis calce geminum deest folium; indeque septem integri li-
„ bri desiderantur, unde historiam a libro XXI. repetit. In XXII. volumine

ANNOTATIONES.

(1) *Monasterio*. Haud longè ab oppido cognomine. De hoc coenobio, & celebratâ bibliothecâ consule Annales Benedictinos, & Leandrum Albertum fol. 190. B.

(2) *Vespasianum*. Tito Filio, non Vespasiano Parenti Naturalem historiam fuisse dicatam ostendimus suo loco.

(3) *Explicit*. Res mira, neque ab aliis attacta, Naturalem historiam post Auctoris mortem prodiisse. Vide quae attigimus lib. V. Disquisition. pag. 176.

(a) *Anno* 1755. *num.* 29. *col.* 449. *& seq.*

„ ne ea pars abest, quae herbarum spontè nascentium naturam describit.
„ Patet, ibi amanuensem desiisse, cum paginae secunda pars nullos in cor-
„ pore exhibet characteres. In vacuae hujus paginae coronide adnotatur a-
„ liquâ manu: *deficit hic liber XXIII., in quo tractatur de cultis arboribus &c.*
„ *Item deficit XXIV. in quo tractatur de pice & lignis aromaticis*; & paullò infra
„ alterius calamo scribitur. *Hic deficiunt duo libri & plus*; unde liber XXV. ca-
„ ret initio, itemque extremâ parte, cum duo circiter paginae desiderentur. In
„ voluminis XXVII. exordio geminae pariter columellae videntur abesse --- [1]
„ In libri II. paginae cujusdam calce legitur: *Guilelmus Subdiac.* Hujus scriptio-
„ nis, & characterum forma operi omnino respondet. Circa voluminis XXXV.
„ finem in folii exitu hujusmodi verba apparent. *Hic deest aliquit pagine* [2], *quod*
„ *in alio est circa dimidiam columnam*, allatumque scholion voluminis calci adhae-
„ ret, diversâ tamen manu exaratum: ipsissimo demum charactere, quo reddi-
„ ta Naturalis historia, legimus: *Elia Subdiac. scripsit* [3]. Libri XXXVI. finis,
„ & integer XXXVII. desideratur.

„ Postea eodem charactere adduntur Plinii Junioris epistolae, tali epigraphe:
„ *C. PLINI SECVNDI EPISTVLARVM* [4] *LIBRI NVMERO DECEM*. In
„ hoc tamen codice unicè priores quatuor libri integri, & quinti initium appa-
„ rent, ubi nec tota ad Apollinarem [5] legitur epistola, cum restantes quin-
„ que vel sex librorum scapi evanuerint. Allati epistularum libri in Lugdunen-
„ sis Batavae editionis gratiam (quam Havercampius exhibuit) recogniti su-
„ erunt; quique eos recensuit in voluminis interiori tegumento scripsit: *A. F.*
„ *Gorius contulit mense Aug.* 1729. Memoratos epistularum libros nullus censor
„ revisit, aut emendavit. Neque enim alicujus restitutionis, innovationis, aut
„ expunctionis indicia apparent, quae caeteroquin saepissime in Plinianâ Na-
„ turali historiâ visuntur. Verùm tamen est hunc Aristarchum non incorrup-
„ to ordine medicas manus operi adhibuisse. Crebrae siquidem occurrunt emen-
„ dationes a prioribus paginis ad integrum prope XI. librum, circa cujus exi-
„ tum nonnullae adsunt lacunae, quae rubricâ scribendorum capitum [6] titu-
„ lis erant complendae. Libro XXVI. censor munere suo iterum defungitur,
„ desitque circa finem libri XXXI. neque amplius emendationis officium resu-
„ mitur. Restitutiones spissiori (quam nigrum conspletur) atramento constant.
„ Corporis enim verba in subrufum colorem abierunt. Emendationes eandem
„ Guilelmi Subdiaconi scriptionem redolent, cui melior hujus autographi pars
„ est attribuenda. Guilelmi scribendi methodus exilitate & characterum elegan-
„ tiâ differt a Subdiaconi Eliae formâ, satisque intelligitur, quòd ubi unus in
„ exscribendo defierat, alter incipiebat, atque hoc cessante primus iterùm ex-
„ ordiebatur. Guilelmi labor ad suam usque subscriptionem deducitur. Hunc
„ sequitur Eliae opus, quod pariter ejus nomine absolvitur. Subinde diversa

ab

ANNOTATIONES.

(1) *Abesse* -----. Alia hoc loco Lamius congerit, quae Antiquariis usui esse possent; & a nobis, nimii ne simus, praetermittuntur.

(2) *Aliquit pagine*. (Sic).

(3) *Scripsit*. Emendandus igitur videtur Bandinius, qui Riccardianum hunc codicem exaratum affirmat *a quodam Elia Diacono* (a). Duplicem agnoscit amanuensem, utrumque Subdiaconum, Guilemum atq; Eliam, & Guilemo melior pars spectat. Subinde ultima ad tertium anonymum amanuensem pertinet.

(4) *Epistularum*. Maneat eruditi in Veterum monumentis scribi *Epistula*, ab *Epistulis*. Doctissimus Fontaninus contendit ita semper optimis linguae latinae aevis, usque ad VI. seculum fuisse scriptum (b).

(5) *Apollinarem*. Est sexta libri quinti.

(6) *Capitum*. Nullis sectionibus Plinium volumina partiri suis locis monuimus.

(a) *De Obelisco cap. XI. pag.* 64. (b) *Antiq. Hort. lib. I.*

„ ab utroque characteris species occurrit, unde Plinii, quanta in codice appa-
„ ret, historia redditur; quae ubi ad exitum usque fuisset producta, fortasse in
„ calce tertii bibliopolae, vel amanuensis nomen legeretur. Plinii Junioris
„ epistulae a quarto alio librario videntur exceptae. Horum omnium accura-
„ tior, & diligentior Guilelmus, qui non unicè operis partem exscripsit, sed
„ relegit, emendavitque a se, & ab aliis exarata ---- [1].

„ Codicis aetas incerta, e characterum tamen formâ videtur nono seculo
„ adscribendus, a nonnullis septimo, ab aliis octavo tribuitur. Venerandam sa-
„ nè redolet antiquitatem decoloratum atramentum, & ipsa elementorum fi-
„ gura, ubi majusculis redditur literis, remotam sapit aetatem: modicae syl-
„ labarum contractiones, a Langobardicis, ut dicimus, literis recessus, Roma-
„ nae scripturae indoles, omnia denique codicem antiquissimum comprobant;
„ dolendumque profectò thesaurum adeò faciendum ad seram posteritatem mu-
„ tilum pervenisse. Quantùm hujus ope Plinii lectio genuinae lucis recipiet?

Huc usque Lamius eleganter de more; cui ad rem nostram addemus, non tantùm huic fidendum exemplari, ut unico praesidio caeterorum lectionem respuamus. Hâc de caussâ Riccardianum aliis etiam conferendum monuimus. In Florentino enim permultos cubare errores Lamius utique fatebitur, & Guilelmum, & Eliam Subdiaconos nullam Graecae linguae cognitionem habuisse constat, unde tot tantaque hocce e fonte petita corrumpunt. Cum legenda in Plinii praefatione incipiant a verbis: *illud est opera omnia:* haec & reliquum prooemii aliis exemplaribus contuli: variantes itidem lectiones, quas in operis corpore, & praesertim Plinii libro XXXVI. minimè recepi, & dubias nonnullas suis locis invenies, ut liberum sit lectori utris adhaerere. Plura etiam in orthographiâ adsunt peccata excurrenti calamo, vel amanuensium inscitiae tribuenda [2].

Caeterum, ut de hujus codicis aetate aliquas subjiciamus conjecturas, in primis ponderandum venit sequentis Plinii EPISTVLARVM titulus, quae scribendi ratio opinionem fovet antiquiorem codici aetatem adscribentium. Hujusmodi verbum per *u* redditum, usque ad sextum seculum ex Fontanini testimonio, ipsisque elogiis colligimus: quare paullò post memoratam aetatem exemplar fuisse exaratum licet suspicari. Quidquid enim Epistularum manca volumina alium habuerint a Naturali historiâ amanuensem: omnium tamen labores circa idem tempus peracti apparent ex voluminis & foliorum unitate & texturâ: supinum scilicet ignorantiae tempus, quo Guilelmus hic, & Elias, & duo Anonymi vivebant. Primi, *Subdiaconatus* officium adnotasse contenti; neque Ecclesiae, cui essent addicti, neque Patriae, neque genitoris nomen, neque Principis alicujus regnantis annos indicare voluerunt. Num fortassis hic Elias Subdiaconus ad Patriarchatum Aquilejensem postea translatus? tempora conveniunt, cum in sexti seculi finem claruerit (*a*). Verùm id a solo lustrico praenomine suspicari, audax nimiùm videtur conjectatio. Illustris Carlius exemplar in se-

ANNOTATIONES.

(1) *Exarata* ----. Addit hoc loco Lamius emendationis, & veteris incorrectae scripturae specimen, ubi Etruriam Plinius attingit, unde nonnulla Disquisitionum libro VII. mutuavi. Reliqua superiore volumine collecta invenies.

(2) *Tribuenda*. In praefatione occurrit: *oppinor*, *femina*, *l. annibale*, *solranus*, *epaptidion*, cum scribendum esset: *opinor*, *feminam*, *Hannibale*, *Soranus*, ἐκοπτιδίων.

(a) *Vid. Paul. Diacon. a quo dicitur Sacerdos* Helias *Lib. III.* 13. & 27. *Andr. Dandul. lib. VI.* 1. *Fer. Hugell. in Patriar. Aquilej. Philipp. a Turre pag.* 267. *Carol. Silvestr. pag.* 180.

feculum XI. rejecit; multis experimentis id probaffe affirmat (unde fuam poftea opinionem Lamius adoptaverit). Colligit infuper Riccardianum codicem, unum ex memoratis a Politiano effe; Plinii verò Junioris epiftolas X. feculo adfcribit (*a*). Liberum erit legentibus, quam velint opinionem fequi, dum interim teneant Riccardianum codicem in multis differre ab eo, quem confuluit Politianus, ut fatis oftendunt collecta in Obelifcorum illuftrationibus. Fortaffe hâc de caufsâ laudatum exemplar ignotum Plinii interpretibus afferuit Bandinius (*b*), qui tunc opus VIII. vel IX. feculi; atque infra feculi circiter VIII. judicavit (*c*). Lamius in elencho manufcriptorum codicum Riccardianae bibliothecae (*d*) exemplar defcribit, initio, medio, & fine mutilum, fed preciofiffimum, exaratum circa feculum nonum, aut decimum.

Codices Medicaei Laurentianae bibliothecae.

Duplicia Naturalis hiftoriae exemplaria in Medicaeâ Laurentianâ, nunc Imperatoriâ, bibliothecâ pluteo LXXXII. quaerenda affervantur. Primum majorem redolens antiquitatem fub numero I. & II. occurrit; hic nobis erit:

Codex I. Medicaeus membranaceus in duo volumina propter amplitudinem divifus, a Petro a Slaglofiâ (ut videtur) exaratus.

Primo volumine ftatim occurrit fyllabus rerum toto in opere contentarum. Hinc Plinii vitam exhibet e *catalogo* Virorum illuftrium Tranquilli defumptam: ubi initium conftat ex verbis PLINIVS SECVNDVS NOVECOMENSIS: Secundò fub titulo *Idem argumentum* legimus: *Plinius Secundus cum quandam provinciam regeret &c.* [2]: Tertiò Latini chronici fententiam affert: *Plinius Secundus Novecomenfis orator & hiftoricus ---- ---- periit dum invifit Vefuvium.*

In hujus folii tergo rudis extat miniacia pictura, quae Plinium effingit Tito reclinatoriae fellae infidenti Naturalis hiftoriae libros offerentem; idque epigraphe volumini addita indigitat, nempe PLINIVS SCDVS TITO CESARI [3] SALT. Titum inter ac Plinium ingens arbor affurgit: verticibus figura exotici cultus excipitur, utrâque manu taeniolam fuftentans, in quâ legitur PETRVS . DE . SLAGLOSIA *me fecit*. Teutonicum Slaglofiae [4] nomen codicem e Germaniâ in Italiam delatum innuit. Ad praefationis exitum additur: EXPLICIT PROLOGVS INCIPIT LIBER pm.° NATALIS HYSTORIĘ PLINI SCD'I NOVECMSIS ORATORIS CONTINENS TANTVM CAPITVLA CVM AVCTORIB. CETEROR. XXXVI. SEQVENTIVM LIBRORVM.

ANNOTATIONES.

(1) *Decimum*. Hoc etiam loco differt Lamius a Carlii opinione. Notandum tamen, quòd *Catalogus codicum Manufcriptorum bibliothecae Riccardianae* Jo. Lamio auctore editus fuit anno 1757.
(2) *Regeret*. Vides ut Tertulliani verba, quae acta Junioris Plinii refpiciunt, Naturalis hiftoriae fcriptori attribuuntur.
(3) *CESARI*. (Sic).
(4) *Slaglofiae*. Videtur. *Slaglofiam* compofitam effe vocem a *Schlag* ictus, & *los* vocabulum, quod fortem, & liberum denotat. Emendandus igitur Bandini typographus, ubi cudit *Petrus de Sflaglofia* (*e*), & Monfoconius legens *de Salgofia*, ut ftatim conftabit.

(a) *De Monet. tom. II. pag.* 240. (b) *De Obelifco Praefat. fol. VI.*
(c) *Cap. XI. pag.* 64. (d) *Pag.* 324. (e) *De Obelifco*.

Secundo folio amanuensis (quasi Plinii titulus per glossemata esset referendus) adjecit. INCIPIT PROLOGVS LIBRI SEQVENTIS.

Libros Naturalis hystoriae &c. Miniacio opere elementum L exprimitur, ubi pictor arborem scientiae boni & mali, & singularia quaedam consarcit hieroglyphica. In nonnullorum pariter voluminum exordiis variae itidem miniaciae picturae, crassâ quamvis Minervâ conflatae, curiosos vellicabunt antiquarios. Mihi videntur illud Horatianum promereri: *Non erat hic locus.* Exemplo esse possunt XV. libro praeposita, ubi CHRISTI SERVATORIS exortum intuemur. In hujus primae partis calce legimus: EXPLICIT LIBER XVI. NATVRALIS HISTORIAE PLINI SCDI NOVECOMENSIS ORATORIS.

Pars altera, quae a XVII. Naturalis historiae libro exorditur, statim praesefert: INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI XVII. atque in totius operis coronide EXPLICIT PLINIVS SCDVS. Alia subsequebantur prolixis versibus (quos Barbari *lineas* vocant) inclusa; iisque, ut conjiciendum, potiores notitiae & tempora *Petri a Slaglosiâ* elucebant. Verùm cultro adeò subducti sunt, ut unicè lyncaeis oculis assequaris: EXPLICIT SECVNDA PARS LIBRORVM . . . .

Bernardo Monfoconio modicum pulveris ex Italicis bibliothecis excutienti haec Naturalis historia in duo volumina bipartita innotuit; eodemque in pluteo tum asservabatur, quamvis exterior librorum inscriptio postmodum fuerit immutata. Volumina, partim antiquarii properantis, partim solitâ typographi incuriâ, tali pacto describuntur (a).

Membranaceus Plinii Secundi Novocomensis [1] *Naturalis historiae libri XXXII. duobus Tomis. primus habet libros XVI. cum brevi vita, & brevi argumento, & figura antiqua in principio, ubi legitur exaratum, Petrus de Salgosia* [2] *me fecit.*

XVII. membranaceus antiquus secundus Tomus incipit a XVII. libro, quamvis adnotetur IIXX. [3].

Hunc codicem a Cosmo Medice bonarum artium ad Italos reductore comparatum fuisse moneor; diversusque videtur ab illo, cujus meminit Ambrosius Camaldulensis epistolâ VI. (b) *Cogitabat Laurentius Medices facere sui juris codicem Plinii, nisi tamen Ludovici illius verba vacua, & mendosa sunt.* Haec enim de Laurentio, non de Cosmo praedicantur; quare potiùs erit illud exemplar, quod Cosmo spectasse infra innuit (c).

Slaglosianus codex a Bandinio alligatur seculo XII. (d): verùm subinde a me rogatus librum XIV. seculi ineuntis testatur (e). Carlius scripturam XIII. seculi affirmat.

Codex II. Medicaeus membranaceus XV. seculi.

Secundum pergamenum Naturalis historiae exemplar numero III. in praesens alligatum elegantissimis picturis, emblematibus, atque insigniis ad Medicaeam Gentem spectantibus ornatum, XV. seculo descriptum videtur. Primo folio majoribus Romanis characteribus, ineptâ hujusmodi formâ dispositis, legitur:

P'

ANNOTATIONES.

(1) *Novocomensis.* Ità certè scribendum erat, sed in codice ubique legitur *Novecomensis*.
(2) *Slagosia.* Lege *Slaglosia*, uti etiam colliges ex Angeli Baudinii epistolâ ad me datâ IV. Non. Mart. anni 1758.
(3) *IIXX.* Hâc de re nihil Bandinius. Nescio etiam, cur Monfoconius libros XXXII. unicè in memorato exemplari agnoscat, cum utrumque volumen ex XXXVII. constetur.

(a) *Bibl. Biblioth. Mss. tom. I. pag.* 400. *col.* 2. (b) *Vid. collect. Edmund. Marten. col.* 504.
(c) *Col.* 322. (d) *De Obelisco. Praefat. fol. XVI. & cap. XI. pag.* 64. (e) *In epist. die* 4. *Martii* 1758.

P' EFATIO PLINI
I VERONENS
IS CLARISSIM
I ORATORIS A'
D TITVM CAE
SAREM IMPE
RATOREM
FOELICITER
INCIPIT

Secundo folio aureis undique elementis: INCIPIT PRAEFATIO PLINII VERONENSIS AD TITVM AVGVSTVM IMPERATOREM IN LIBROS NATVRALIS HISTORIAE

Libros Naturalis historiae &c. In omnium voluminum exordio primum elementum historialibus figuris ornatur. In operis verò coronide legimus. EXPLICIT LIBER XXXVII. NATVRALIS HYSTORIAE [1] PLINI SECVNDI NOVOCOMENSIS [2] ORATORIS

LIBER . PETRI . DE . MEDICIS . COS. FIL.

Memorati exemplaris (quod nunc III. occurrit numero) nullum apud Monfoconium peculiare extat judicium: fortasse quia satis conveniens altero, de quo statim.

Codex III. Medicaeus membranaceus XIV. seculi.

Hujusmodi exemplar numero II. in Laurentianâ bibliothecâ alligatum, a nobis tertium appellabitur, pulcherrimum, iisdemque ornamentis ditatum. Primo folio aureis caeruleisque literis, eâdem ratione dispositis legimus:

PLINII SECVNDI VER
ONENSIS ORATOR
IS CLARISSIMI PR
EFATIO IN LIBRO
S NATVRALIS H
ISTORIE [3] AD TI
TVM IMPER
ATOREM
FOELICI
TER INC
IPIT.

Inscriptionem elegans claustrum perstringit, in cujus imâ parte legitur graecum Francisci nomen in hanc speciem: Φραγκίσκος.

Secundo folio aureis ex integro characteribus: PLINII SECVNDI NOVE-

ANNOTATIONES.

(1) HYSTORIAE. (Sic).
(2) *NOVOCOMENSIS*. Hoc loco Novocomensem appellat, quem antea Veronensem dixerat.
(3) *HISTORIE*. (Sic) Dictionum importuna divisio, magis etiam quàm in superiori codice damnanda.

COMENSIS [1] ORATORIS PRAEFATIO IN LIBROS NATVRALIS HISTORIAE AD TITVM VESPASIANVM IMPERATOREM.

Ad ultimi voluminis exitum: EXPLICIT LIBER XXXVII. NATVRALIS HISTORIAE PLINII SECVNDI NOVECOMENSIS &c.

LIBER . PETRI . DE . MEDICIS . COS. F.

De hoc Monfoconius fub numero XVIII. *Membranaceus*, ait (*a*), *Plinii Secundi Veronenfis, alibi Novocomenfis Oratoris Clariffimi Naturalis hiftoriae ad Titum Imperatorem & ad Titum Vefpafianum filium Imper. lib. XXXVII., quorum index & argumentum operis habetur in princip.*

In fine titulus hujus operis legitur graecè Φριγγινὸς, *cujus fortaffe erat codex. Deinde in fine operis —— liber Petri de Med. Cof. filii.*

In iis omnibus recenfendis & typographi, & antiquarii hominis diligentia iterum defideratur.

Allatum codicem feculi XIV. opus effe Carlius affirmat (*b*), eique libenter fubfcribo. Dubitarunt alii, num hujufmodi Medicaea exemplaria ea fint, quorum meminit Angelus Politianus: oppofitum mihi fuadent Politiani verba, affirmantis fe Romanam impreffionem anni CIƆCCCCLXXIII. cum tribus vetuftiffimis codicibus contuliffe, quorum duo ex Divi Marci Florentinâ bibliothecâ: tertium e Regis Ferdinandi [2]. Hos igitur Medicaeos, & praefertim Petri Medices nominibus infcriptos, a Politiano vetuftiffimos appellari quis credet? Infuper fi Petro Medici ante annum CIƆ CCCCLXX. fpectabant [3], non certè in Divi Marci Florentinâ bibliothecâ, Politiano Plinium caftigante, affervabantur; praeterquamquod variae ab illo allatae lectiones in Medicaeis minimè inveniuntur, ut libro VIII. in *Concerronis* feu *Congerronis* vocabulo annotata, & reliqua IX. libro collecta oftendunt.

Monfoconius, praeter allata, memorat Naturalis hiftoriae Romanum exemplar anno CIƆCCCCLXXIII. editum (*c*), quod adhuc intactum eodem pluteo LXXII. fervatur; de hâc editione agemus fuo loco. Addit etiam Gallus antiquarius pluteo XXIX. fub numero XXIV. recenferi quaedam de anni partibus, & ex Plinio Secundo in libro XVIII. de *Aftrologiâ* (*d*). Similia iis putarem, quae de divifione temporum in codice Lucenfi occurrunt.

In Pluteo LIV. ejufdem bibliothecae adnotavit Monfoconius (*e*) „ fragmentum libri VII. Plinii II. quae primo quis invenerit in vitâ „ ubi legimus: *Liber Laurentii & Joan. Petri Francifci de Medicis.*

De nonnullis aliis Florentinis Codicibus.

Corollarii loco fubjiciam paucos Plinii Naturalis hiftoriae codices, qui Florentiae extantes a paucis memorantur, vel a fure fublatos parum cauti cuftodes poftea indoluerunt. Videtur Monfoconium ex bibliothecâ Benedictinorum in Beatae Mariae Monafterio degentium recenfuiffe codicem membranaceum Plinii hiftoriae Naturalis (*f*). Dubito tamen quòd in Beatae Virginis Florentino Coenobio degens exfcribat plura non per fe ipfum, fed ab aliis tradi-

ANNOTATIONES.

(1) *NOVECOMENSIS*. (Sic) uti etiam in calce.
(2) Confule, quae libro XI. ad editionem anni 1473. congerentur.
(3) Petrus Medices Cofmi F. obiit anno 1469. relictis Laurentio, & Juliano; atque ii unico exemplo duorum Maximorum Pontificum parentes extitere.
(a) *Tom. I. pag.* 400. (b) *Citat. pag.* 142.
(c) *Pag.* 400. (d) *Pag.* 299. (e) *Pag.* 142. (f) *Pag.* 418. *col. I. E.*

dita: *Horis*, inquit (*a*), *successivis* [1] *dum Florentiae agerem, codicum Monasterii tum Graecorum, tum Latinorum, qui magno ibi numero sunt, notitiam excepi sequentem*. Certè syllabum Bibliothecae S. Bartholomaei duplici loco attulit, non animadvertens de ipsissimâ librariâ supellectili, & Monasterio loqui [2].

Plinii insignem Naturalem historiam servabat Bibliotheca S. Bartholomaei Fesulani prope Florentiam, sed quae ab improbo homine suffurata postmodum fuit, ut monuit Vbaldus Mons-latices, cujus non uno loco cum laude meminimus. Nominis ignoratâ origine Petrus Burmannus Junior *Abbatiale* hujusmodi coenobium: *Abbatiam quandam suburbanam prope Fesulas* appellavit (*b*), cum vix a Florentiâ absit passus duo mille.

Idem Burmannus in Sanctae Crucis Florentinâ bibliothecâ Naturalem historiam a Nicolao Heinsio volutatam testatur (*c*).

Codices Lucenses.

Codex chartaceus Florentinianus XV. seculi.

Ingens chartaceum Naturalis historiae exemplar Lucae extat apud doctum humanissimumque virum Franciscum Mariam Florentinum. Operis initium & finis in hocce volumine desideratur. Vbi capitum sectiones Plinio essent tribuendae, plura ex allato codice oporteret desumere, cum haec rerum digestio, & epitome longè commodior, quàm in editis huc usque, appareat. Scriptura XIV. seculi finem olet. Anno CIƆIƆCCLII. cum hujusmodi attentè perpenderem, priorum paginarum jacturam indolui, cum inde civium meorum caussam foveri suspicarer.

Codex membranaceus Matricis Ecclesiae VIII. seculi.

In *Canonicorum* Majoris Lucensis Ecclesiae bibliothecâ celeberrimus codex visitur, variam operum collectionem continens, & Caroli Magni aevo exaratus. Membranaceus est, foliique quatuor in partes divisi figuram exhibet. De hujus praestantiâ nobile edidit commentarium Vir Clarissimus Johannes Dominicus Mansius, quem hoc anno CIƆIƆCCLXIV. patriae suae Archiepiscopum jure meritoque Clemens XIII. renunciavit. Cum Mansii humanitate volumen ipsum aspicerem, numero XXII. inveni nonnulla ex Plinii XVIII. libro, quibus anni partes & tempestates, siderum ortus atque occasus indicantur. Indoctus amanuensis titulum fecit. *De divisione temporum Pleni Secundi*. Mansium audiamus (*d*): *Est cap. XXII. libri XVIII. operis Pliniani ad usque ejusdem libri XVIII. finem pertingens. Incipit* Autumnus a fidicule occasu *&c.* sudorem repositoris [*ed. repositoriis linquentia*] relinquentia diras tempestates praenuntiant. *Quamquam vero ex varianti-*

ANNOTATIONES.

(1) *Successivis*. (Sic).

(2) *Loqui*. Monfauconius ex bibliothecâ Canonicorum *Regularium* Fesulanâ attulit: *in codice uno Sallustius, Florus, Sextus Rufus, Plinius Veronensis Secundus de Viris illustribus, Aemilius Probus, Suetonius Tranquillus, Plinius de Historia naturali per Ludovicum de Guastis &c.*, & paullò infra ---- *Plinii historiae ejusdem aetatis* (*e*). Subinde codicem in bibliothecâ S. Bartholomaei Fesulani se descripsisse testatur an. 1701. 12. Martii; ibique legimus (*f*): *Plinius Veronensis 2. de Viris illustribus: Epitome Plinii historiae Naturalis per Ludovicum de Guastis ---- Plinii historiae ejusdem aetatis*. Vides, ut ipsissima, quamvis satis malè, recudat. De hâc bibliothecâ iterum sermonem habebimus lib. XIV.

(a) *Pag.* 413. (b) *In vitâ Nicol. Heinsii pag.* 24. (c) *Cit. loc. pag.* 24.

(d) *Commentar. de codic. &c. pag.* 117. (e) *Pag.* 418. & 419.

(f) *Pag.* 430. & 431.

tibus multa oscitantiae & imperitiae scriptoris debentur, nonnullae fortasse erunt ad palatum critici lectoris ut e. g. in cap. 31. *post illud* crescente luna vindemiare, *sequitur in editis* pressura una, *& quod extra suum locum hic repositum videtur, usque ad illud*. Hoc & poma. *Reipsa quidem tota haec lacinia in Mss. codd. deest*. Huc usque Mansius, ad cujus annotationes, jungendum censeo, quòd harum Disquisitionum libro VI. & hôc etiam attigi, ubi indoctas capitum sectiones contra Plinii mentem in Naturali historiâ ab amanuensibus invectas indolebam. Usus enim sum argumento codicis Lucensis, cum exemplar mille ab hinc annis exaratum horum capitum nullam agnoscat divisionem. Neque enim primum supra tricesimum recenset, nec quatuor sequentia a typographis recepta adducit, sed auctoris verba incorrupto, & successivo ordine describuntur. Codex Carolo Magno imperante exscriptus multorum auctorum miscellanea continet, deque illo fusiùs agemus libro XIV. Persimilem Lucensi codici *de Divisione temporum* colligerem Plinii librum *de Temporibus*, qui in Bodlejanae bibliothecae syllabo occurrit.

Codices Hispani.

Antequam Etruriâ discedens Hispaniam peterem Viaregio phaselum conscendi, & praecipuas Genuae, Savonae, Nicaeae, Antipolis, Massiliaeque bibliothecas lustravi. Praetergressus subinde Aquas Sextias, Nemausum, Montem pessulum, Perpinianum, Gerundam, Barcinonem, Tarraconem, Valentiam, Ilerdam, Caesaraugustam, Bilbilim, Complutum; nihil utique calamo exaratum ad Naturalem Plinii historiam spectans inveni, quousque Toletum intrans insignem Plinianum codicem in Archiepiscopalis Ecclesiae bibliothecâ tandem inspexi VI. Non. Julii anno CIƆIƆCCLX.

Codex Ecclesiae Toletanae membranaceus IX. circiter seculo descriptus.

Exemplar maximo folio, eoque pergameno constat, atque in novis librorum calamo exaratorum indicibus numerum 322. praesefert. Initium desumit a voluminum Plinianorum synopsi, quae certè ad auctorem minimè pertinet. Verba sunt hujusmodi:

Primus liber sequentis operis continet tantum capitula, cum auctoribus caeterorum XXXVI. sequentium librorum. Secundus continet de diversitate Mundi, idest q.^tr elementis & syderibus, & de aquis. Tertius de primo & secundo Europe sinu. Quartus continet de tertio, & quarto &c.: eodem ordine usque ad ultimum procedit. Subinde testimonia de Plinio subjicit, nullo tamen adjecto verbo, unde rescire possimus, quibus e locis desumpta sint. Videtur ex lacunis apparentibus voluisse amanuensem, titulum rubricâ adnotare, quod morte interceptus, vel aliâ quacumque de causâ minimè praestitit; uti etiam supremum Naturalis historiae volumen lectoribus desiderandum reliquit.

Hujusmodi elogia constant ex Plinii vitâ per Suetonium conscriptâ, atque ex Latini Eusebii chronici duobus locis: legimus Plinii vitae initio: *Plinius Secundus Novecomensis* [1] *equestribus miliciis industrie functus, procurationes quoque splendidissimas &c.*

De-

ANNOTATIONES.

(1) *Novecomensis*. Ita ubique patriae nomen scribit, & quandoque pejori ratione.

Desumpta a chronico testimonia, nota sunt verba:

Plinius Secundus [1] *cum quandam provinciam regeret &c.*

Plinius Secundus Nevecomensis [2] *orator, & bistoricus insignis babetur, cujus plurima ingenii opera extant, periit dum invisit Vesuvium.*

Legimus postea:

Incipit Prologus Plinii Secundi Novecomensis Oratoris Equestris Ordinis [3] *in libro Natural. bistorie* [4].

Plinius Secundus Vespasiano Cesari [5] *suo salutem.*

Hunc codicem ex relatis, ut jacent, suis scatere mendis facilè lector intelliget; multa tamen vetusti adeò exemplaris praesidio restituuntur; quod & nos in Suetonii Pliniano elogio, & ubique, ubi opportuna sese obtulit occasio, curavimus; & praesertim quando de Velejatium oppido, & hominibus, qui longissimam apud Censores aetatem professi fuerant, disputavimus.

Quod ad rem in praesens attinet, minimè praetereundum erit in cujusvis libri fine, atque exordio constare Plinium Comensibus attribuendum; exempli caussâ *explicit prologus ----- incipit liber secundus Plinii Secundi Novecomensis.*

Sectiones, seu capita tum Romanis, tum Arabicis numeris distinguntur, unde hâc de causśâ circa annum CIↃCCXC. descriptus creditur a doctissimis Viris, atque humanissimis Johanne Antonio ab Infantabus Decano [6], atque a Francisco Peresio Bayero Aerarii Praefecto. Ego Pintiani testimonio, aliisque conjecturis longè antiquiorem affirmabo. Lectorem libro XXXVII. destituit: haec enim unicè ultimo loco apparent: *explicit liber XXXVI. Natur. bistorie Plinii Secundi Novecomensis Oratoris incipit ejusdem liber XXXVII. qui est ultimus.* Dubio procul hoc ipsissimum est exemplar, quod a Pintiano observationes in Plinium anno CIƆIↃXLIV. edente utpote antiquissimum, & sexcentorum annorum celebratur. E templo Divae Mariae Toletanae clarissimo Viro delatum fuerat munere Francisci Bobadiliae memoratae Ecclesiae Archidiaconi & Episcopi Cauriensis [7]. Quâ igitur ratione fieri potest, ut codex qui annos tantum CCLIV. numeraret, ab illo Viro hisce in studiis longè versato antiquissimus & sexcentorum annorum judicaretur; quando alter Salmanticensis Academiae ab illo semivetus dicitur, & tamen tum ultra duo secula descriptus credebatur [8]? Suspicor Pintianum aliquo in loco exemplaris aetatem invenisse, quam tamen fateor me alibi festinantem colligere certissimâ argumentatione minimè potuisse. Oporteret igitur omnia adamussim perpendere, & folia etiam libri tegminibus glutinata dissociare, ut ea emergant, quibus impellentibus Pintianus exemplaris aetatem indicavit. Adde, quòd antiquus & anonymus possessor Naturalis historiae, quae postea in Hieronymum Suritam [9] pervenit, hanc ad Toleta-

ANNOTATIONES.

(1) *Plinius Secundus.* Acta sequentis Plinii, veterum errore, Avunculo tribuit, ut in aliis codicibus.
(2) *Nevecomensis.* Sic perperam reddit Amanuensis.
(3) *Equestris ordinis.* Hujusmodi verbis videtur quòd Plinius Equestrem dignitatem minimè fuerit praetergressus: Nos Senatoriam attigisse suspicamur. Vide, quae in ejus vitâ collegimus Disquisit. lib. V.
(4) *Historie.* (Sic).
(5) *Vespasiano Cesari.* (Sic).
(6) *Decano.* Hispanè. *Don Juan Antonio de las Infantas Dean, y Don Francisco Perez Bayer Thesorero de la Santa Yglesia de Toledo.*
(7) *Cauriensis.* Huic Pintianus observationes suas dicavit anno 1544. Consule, quae in Pintiani sectione longiùs persequemur.
(8) *Credebatur.* Salmanticensis codicis aetatem circa id temporis statuit illustris quidam illius Academiae professor, cujus nomini parco. Vberiores hic promiserat notiones, quarum desiderio adhuc teneor.
(9) *Suritam.* De hâc in Escorialensibus codicibus paullò infra agemus.

letanum codicem emendavit centum ſaltem ante Pintianum annis. Poſt Pintianum laudatum exemplar conſuluit Johannes Pacius Caſtrenſis [1], & Andreas Schottus, qui tanti eum faciebat, ut cum quaedam verba Plinio ab imperitis adjecta ſuſpicaretur, dubium abjecit, quia *in Mſs. Toletano antiquiſſimo* reperiebantur (*a*). Notum igitur ante Pintiani nativitatem alicujus fuit uſui, cum in florentiſſimâ illius Eccleſiae bibliothecâ jam a ſeculo XIV. extaret; atque in voluminum indice anno CIↃCCCL. exarato appareat [2]. Duplicibus columellis deſcribitur, nulliſque lemmatibus voluminum ſectiones inuruntur, quamvis Romanis, Arabicıſque numeris diſtinguantur. Verùm hujuſmodi partitiones a reliquis exemplaribus omnino diſtant, ut hìc & ubique arbitrario poſitas dignoſcamus. Dictiones frequenter contractae, & nuſquam diphthongis conſtantes exemplar IX. ſeculo exaratum videntur indigitare.

Codices bibliothecae Eſcorialenſis.

Regia Divi Laurentii apud Eſcorialem bibliotheca omnibus quidem nota eſt, ubi ſermo de eâ, quae nobiliori contignatione extat, & volumina typis plerumque edita aſſervat. Verùm altera & recundita ejuſdem omnino formae ſuper triſtega incumbit, in quâ eximii calamo exarati codices deliteſcunt. Hanc mihi anno CIↃ IↃCCXLVIII. Pliniana exemplaria inquirenti, nullo modo licuit penetrare; inque falsâ verſabar opinione, quòd pennâ exarati libri quaſi omnes miſerabili incendio periiſſent, cum id paucos ante menſes quàm ſuam invulgaret bibliothecam accidiſſe teſtetur Nicolaus Antonius (*b*) [3]. Nihilo ſecius cum poſtea Norbertus Cajmus eruditus ex Hieronymianâ familiâ Monachus mihi nunciaſſet triplices Plinii membranaceos codices Landino interprete apud Eſcorialenſes inveniri: dubitare coepi, quòd praeter memoratos, ignorata etiam & longè meliora exemplaria apud ſymmiſtas (parum antiquarios) ſitu & pulvere ſorderent [4]. Hinc, eſt quòd impetratis epiſtolis V. Kal. Aug. anno CIↃIↃCCLX. Eſcorialem iterum petii; ibique a Coenobiarchâ Fontidonienſi [5] humaniſſimè exceptus, uſus ſum ope Joſephi Complutenſis [6], eruditi juvenis, & bibliothecae Subpraefecti; cujus auxilio duplices Magni Plinii codices, alterumque Junioris attentâ operâ inſpexi; atque haec omnia in tertiâ contignatione aſſervantur.

Codex I. membranaceus bibliothecae Eſcorialenſis.

Antiquiſſimum Naturalis hiſtoriae exemplar, pluteo I. viſitur, ſignatumque literâ Q. numero 4. diſtinguitur. Maximo pergameno folio conflatur. Quernae aſſes volumen tegentes, potiùs contabulandis pavimentis, quàm ſtringendis libris idoneae videntur, adeò craſſae & materiariae ſunt, ut & ipſae maximam in-

ANNOTATIONES.

(1) *Caſtrenſis*. Hiſpanicè *Juan Paz de Caſtro*, optimis autographiſque annotationibus exemplar Pariſienſe exornavit, quod ex Jo. Parvi officinâ prodiit anno 1532. ſervaturque in Eſcorialenſi bibliothecâ.
(2) *Appareat*. Hunc ſyllabum ego prae manibus habui, cum bibliothecam inviſerem.
(3) *Antonius*. Fucum ab invidis factum Nicolao Antonio, nunc mihi, & omnibus conſtat, cum precioſiſſimi codices a primâ Eſcorialenſis bibliothecae inſtitutione inibi aſſerventur. Horum ſyllabum aliquâ ex parte innoteſcere incipit Caſiri ſtudio.
(4) *Sorderent*. Extat deſcriptio Divi Laurentii, & annexi Eſcorialenſis coenobii a Monacho Franciſco a Sanctis (*De los Sanctos*) edita; in qua auctor haud ſatis melioribus diſciplinis initiatus apparet.
(5) *Fontidonienſi*. Hiſpanis *Fontidueñas*.
(6) *Complutenſis*. Hiſpanè *Fray Joſeph d' Alcalà*.

(a) *Vid. not. in Cornel. Nepot. fragment. pag.* 422. *edition. Amſtel. ann.* 1707.
(b) *Biblioth. tom. I. Praefat.*

indicent vetustatem. Membranae duplici columellâ absque comis, punctis, & diphthongis inscriptae: dictiones etiam notis Toletano exemplari contractioribus repraesentantur. Ex characterum habitudine IX. seculum redolere arbitrarer: conjicioque, quòd ducentis ab hinc annis possessoris nomen legeretur, cum ad libri XXXVII. calcem hujusmodi maximâ difficultate exceperim . . . . *Fratris Jacobi . . . filii quondam Domini Magistri Ser Thomae . . . & librarii de historiis Romanorum*. Caetera evanuerunt.

Primâ fronte exhibetur. *Vita Plinii ex cathalogo* [1] *virorum illustrium Tranquilli. Plinius Secundus Novocomensis equestribus militiis industrie functus &c.*

Nulla alia, praeter memoratum, de Plinio testimonia exhibet, ac postmodum legit: *Plinius Secundus Novocomensis Vespasiano salutem*.

Adsunt in praefatione, & in operis corpore quamplura errata: alia rectè exscripta, & quaedam ab amanuense emendata alterius codicis ope, ut credendum, postquam suum ex integro absolverat. Librorum sectiones undique ab editis discrepant, atque ad cujusvis voluminis exitum epitome perhibetur, exempli caussâ, ad secundi voluminis calcem: *summa res & historie & observationes quadringente decem de libro secundo finit* (nempe *finiunt*). Exemplar omni ex parte integrum boni omnes suspicient; tum magis quòd rerum cunctarum summam ejus auxilio apud Plinium elicere possimus: cum haec numeralium notarum loco elementis reddatur; ideoque attexto indici comparanda veniat, unde tanti amanuensium in supputatione errantium lapsus de medio tollantur.

Codex II. membranaceus bibliothecae Escorialensis.

Secundum Escorialense exemplar Pluteo I. R. S. visitur, atque olim celeberrimo Historico Hieronymo Suritae spectavit, ut ex illius nomine & praenomine autographo eruitur, quod primo, atque ultimo folio in hanc speciem occurrit *Hier. Suritae*. Initium desumit a memorato elogio: *Vita Plinii ex cathalogo Virorum illustrium Tranquilli.*

Plinius Secundus Novemmenses equestribus militiis industrie functus &c. Alterâ scripturâ, quae CCCL. annorum videtur, in margine apponitur „ V. C. Toletan. *Novecomensis*. „ nempe in Veteri Toletano codice patriae nomen (quod hic per ineptum vocabulum *Novemmenses* corrumpitur) dictione *Novecomensis* significari.

Naturalis historia duplici columellâ absque diphthongis conflatur, graeca verba latinis elementis, & plerumque corrupta exhibet, maximisque quandoque erroribus scatet; in aliquo tamen lectorem juvabit; videtur XIV. seculi initium redolere.

Christophori Landini Escorialenses codices, quibus Italico idiomate Naturalis historiae redduntur libri.

Plinianis apographis jungamus Landini Italicas aemulationes, quarum non unicum exemplar in laudatâ affervatur bibliothecâ. Anno CIↃIↃCCXLVIII. affirmaverant Coenobitae se nihil calamo exaratum, quod Plinio spectaret, possidere: quando triplices apud illos extant Landini Plinianae versiones magno in precio habendae, cum tercentos jam sapiant annos, & satis ab editis exemplaribus differant. Primam horum notionem debeo Norberto Cajmo, ut monui,

ANNOTATIONES.

(1) *Cathalogo*. (Sic).

docto memoratae familiae Monacho, qui Laurentianae bibliothecae pulverem excussit, & hos omnes codices truncos & laceros hiare nos monuit.

Primum extenso pergameno folio constans aureis nitidisque picturis decoratum, ipsissimum volumen est, quod Ferdinando Neapolitano Regi auctor obtulit, & XI. priores Naturalis historiae libros continet.

Alterum aeque pergamenum, & pari diligentiâ conscriptum, lectorem in XVIII. voluminis finem destituit. Carolo V. Romanorum Imperatori spectasse conjicit laudatus Cajmus, eo quia Austriacae gentis insignia referat. Eandem prioris redolet antiquitatem atque ornamenta. An reliquum operis in eâdem bibliothecâ delitescat, vel desideretur, non auserim affirmare. In fronte epistolae nuncupatoriae ad Ferdinandum Regem aureis miniaciisque characteribus legimus „ QVI COMINCIA LO PROLAGO [1] DI PLINIO NOVOCOMENSE [2] DELL 'ORDINE DE CAVALIERI SOPRA IL LIBRO DELL' HISTORIA NATVRALE.

Tertium exemplar prioribus libris convulsum hiat.

Codex membranaceus Regiae bibliothecae Mantuae Carpetanorum.

Eximius pergamenus Naturalis historiae codex in Regiâ Mantuae Carpetanorum bibliothecâ [3] asservatur, qui priore Naturalis historiae parte destitutus, XXI. posteriores libros complectitur; legimus primo folio: *Plinii Secundi Novocomensis Naturalis historiae liber sextus decimus finit, incipit decimus septimus*. Vsque ad ultima Plinii verba lectorem deducit, ubi hujusmodi occurrunt. *Plinii Secundi Novocomensis Naturalis historiae liber trigesimus septimus explicit*. Descripta XXI. volumina 321. foliis comprehenduntur; initioque legitur: *Hic liber est Domini Balthassaris de Canilliaus & Ventimiliis* [4]. Cum Siciliam regeret Vcedanus Regulus [5] pulcherrimum exemplar in sui potestatem habuit; illudque in Hispaniam deduxit. Quo fato, XVI. prioribus libris destituatur, prorsus ignoro. Fuit enim ob amplitudinem in duas partes certè dissectum, cum hujus exemplaris primâ fronte occurrant insignia Neapolitanorum Aragonensium Regum, maximâ diligentiâ, auro, miniaciisque coloribus elaborata. Ad Alphonsum I. Neapolis & Siciliae Regem spectasse conjicio. Fuit hic Ferdinandi pater, & doctus doctis & literis favebat (*a*). Codex mirando, & nigerrimo atramento conflatur.

[P]linianae Naturalis historiae Hispana aemulatio auctore Francisco Hernandio.

In hâc Regiâ bibliothecâ Naturalis historiae Hispana aemulatio servatur a Francisco Hernandio [6] exarata, atque in plures tomos distributa. Integri tamen

ANNOTATIONES.

(1) *Lo Prolago*. (Sic) Paullùm diversa refert Cajmus Epistolarum III. volumine, ubi etiam de Toletano codice, & aliqua mihi dicata, congerit hoc anno 1764. (*b*).

(2) *Novocomense*. Agnoscent lectores quantùm Polycarpi Palermi argumento fidendum sit, cum Plinium a Landino Veronensibus creditum affirmavit, eo quia *Conterranei* vocabulum vertit *Compatriota*.

(3) *Bibliothecâ*. Hanc a Philippo V. excitatam, Ferdinandus VI., magisque Carolus III. bonis artibus ubique favens, emptâ Alberici Cardinalis Archinti librariâ supellectili in immensum locupletavit.

(4) *Ventimiliis*. Ita redduntur illustrium familiarum nomina.

(5) *Regulus*. Johannes Franciscus Gomesius, qui Siciliam summo cum imperio obtinuit ab anno 1687. ad 1696. Hunc inter alia ex Messanensi urbe in Hispaniam Constantini Lascaris Mss. opera in membranis asportasse asserit Aprilis (*c*).

(6) *Hernandio*. Franciscus Hernandius (Hispanè *Hernandez*), ab aliis *Fernandeus* appellatur, quos inter a Mangeto (*d*). Eloyus dubitare videtur, utrum *Hernandez*, an *Ferdinand* familiae nomine vocaretur (*e*): ab Astrucio etiam

(a) *Vide Folard. dissert. II. Polyb. tom. IV. pag.* 437. (b) *Pag.* 21. & 22.
(c) Cronologia Vniversale *pag.* 380. (d) *Biblioth. Scriptor. Medicor.* (e) *Tom. II. pag.* 34.

men XI. posteriores libri desiderantur. Aemulationi addidit Hernandius doctam rerum narrationem patrio eloquio. Opus hoc maximi faciendum puto; ac omnibus omnino, Italis, Gallis, Hispanis, caeterisque Plinium vertentibus praehaberem. Hi codices eo magis in precio sunt, cum autographi ipsius Hernandii manu emendati, & aucti appareant.

Johannis Andreae Stranei in C. Plinii Naturalem historiam annotationes & commentaria inter Manuscriptos codices pariter servantur in laudatâ bibliothecâ, de quibus alibi sermo erit. Alia apud Hispanos extare calamo exarata Plinii exemplaria certò scio; ea tamen mihi videre non contigit. Semivetus Salmanticense a Pintiano memoratur, cujus desiderium, uti de Lusitanis omnibus, adhuc superest.

Codices Regiae Parisiensis bibliothecae.

In Regiae Parisiensis bibliothecae Plinianis codicibus digerendis crucem figit exterior numerorum inscriptio, quam omnino variatam in praesentiarum dignoscimus. Syllabus enim superioribus annis impressus (*a*), ordine prorsus diverso constat ab eo, qui Harduino scribente visebatur. Nobis ipsis quid manuscripta ferrent exemplaria olim requirentibus, Arabicarum notarum tituli diversâ ratione apparuerunt, ut Harduino plerumque, nusquam edito Regiae bibliothecae *Catalogo* responderent. Id ex adauctâ, atque in meliorem ordinem compositâ bibliothecâ accidisse utique compertum habeo. Verùm mihi in diversam ab Harduino sententiam abeunti negocium faciunt, cum omnes codices veniant perpendendi. Ne tanta igitur numerorum discrepantia dubitandi occasionem praeseferat: primùm Harduini, deinde a nobis animadversa, ultimò indicis ipsius Regii anno CIƆIƆCCLIV. in lucem editi verba adducemus, unde legentibus de codicum auctoritate & differentiis verum emergat judicium. Ab Harduino initium desumens Regios & Colbertinos codices memorabo, cum ultimi in praesens Regiam augeant bibliothecam. Harduini verba hujusmodi sunt.

Codices Manuscripti, quibus usi sumus in Plinio perpurgando.

E Regis Christianissimi bibliothecâ codex primus annorum amplius DCCC. aetate Caroli Calvi exaratus, ut ajunt, numero 74.

Regius codex alter quingentorum ferè annorum numero 191.

Ex bibliotheca Viri illustrissimi D. Joannis Baptistae Colberti supremi nuper Aerarii Regii moderatoris codices tres, primus annorum amplius quadringentorum num. 54. *alter quadringentorum* num. 29. *quingentorum tertius* num. 2417.

Thuaneae olim, nunc Colbertinae proximè laudatae bibliothecae codex octingentorum annorum, ut creditur [1].

ANNOTATIONES.

etiam latinè *Fernandez* (*b*) dicitur. Fuit Philippi II. Medicus, ejusque favore Naturalis historiae versionem adortus est; atque Americam petens Novi Orbis animalia, atque arbores descripsit; quod opus XV. magnis voluminibus comprehensum servat Escorialensis bibliotheca (*c*).

(1) *Vt creditur*. Notandum, quòd Harduinus tantae Regiorum codicum vetustati fidem minimè adhibuit. Modificatis

(a) *Catalog. Cod. Mss. Bib. Reg. part. III. tom. IV.* (b) *De Morb. Vener. lib. V. pag.* 453.

(c) *Vid. Norb. Cajm.* Lettere di un vago Italiano *tom. II. pag. 62.*

Huc usque ab Harduino allata nobis sufficiant: reliqua postmodum exhibebimus, ubi de aliis Galliarum codicibus. Vt autem eo modo incedamus, quo numerorum ordo servetur, e Colbertinâ bibliothecâ initium deducemus.

Codices Colbertini.

Johannes Baptista Colbertus, qui in summo rerum fastigio literas quoque & doctos impensè fovit amavitque; hâc de caussâ insignem sibi comparaverat bibliothecam, quâ postea Ludovicus XV. multo aere Regiam adauxit anno CIↃIↃCCXXXIII.

Codex igitur numero 29. distinctus, Naturalis historiae libros XXVII. priores complectitur, cujus initio majoribus rubris characteribus legimus: INCIPIT PRAEFATIO IN LIBRIS PLINII SECVNDI DE NATVRIS RERVM. Plinii vitam a Suetonio vulgatam exhibet. Temporis edacitas priora verba *Plinius Secundus* vel erasit, vel adeò liquit obliterata, ut neutiquam appareant. Eandem sensit jacturam primum sequentis dictionis elementum, ubi *Novocomensis* loco perperam occurrit: *ovencomenses equestribus militiis &c.* Exscriptoris tamen ignavia genuinae vocabuli restitutioni minimè officiet. Hic codex, qui Harduini testimonio quadringentorum annorum dicitur, in Regiae bibliothecae syllabo, XIV. seculo pariter adscribitur: solidis tamen exaratus membranis XIII. seculi aetatem videtur redolere.

Codex sub numero 54. ab Harduino indigitatus, & quadringentorum amplius annorum, Monfoconio pariter innotuit (*a*). Verùm adeò mancus est, ut praefatio & reliqua, quibus primus Naturalis historiae liber conflatur, ex integro desiderentur; sex ultimi itidem libri deficiunt.

Codex 240. ubi historiae Naturalis liber primus, Miscellaneorum volumen dici potest, cum alia plurima ex antiquis scriptoribus comprehendat, & octingentorum annorum credebatur; a Monfoconio pariter recensetur (*b*).

Codex 1315. Naturalis historiae partem continet, nempe quartum decimum, & sequentes usque ad vicesimum quartum librum.

Altero numero 2417. Monfoconio (*c*), & Harduino memoratus; ab hoc quingentorum annorum aetatem sapere dicitur: primo folio Suetonianum exhibet elogium hisce verbis: *Plinius Secundus Novemquomenses* [1] *equestribus militiis industriè functus &c.*

Sub numero 3166. Plinii historiae Naturalis quaedam partes a Monfoconio recensentur (*d*); quae autem sint, minimè ostendit.

Codices Regiae Parisiensis bibliothecae juxta numerum, quo anno CIↃIↃCCXXXVI. *distinguebantur.*

Co-

ANNOTATIONES.

catis enim utitur verbis: *ut ajunt, ut credunt &c.* Antea enim dixerat: *Codices Mss., sive quos ipsi tractavimus, sive unde ad Nos missae sunt variae lectiones, re ipsâ non excedunt annos sexcentos.*

(1) *Novemquomenses*. Sic perperam loco *Novocomensis*.

(a) *Tom. II. pag.* 922. (b) *Tom. II. pag.* 924.
(c) *Tom. II. pag.* 690. (d) *Pag.* 981.

{ Codex 4686. ſeculo XI. vel XII. exaratus [1].
{ Codex 4757. IX. ſeculi.
{ Codex 4760. X. ſeculi. Naturalis hiſtoriae partem exhibent. De his nihil ultra noſſe potui, niſi quia Pliniùm Novocomenſem fateantur.

Codex 4761. elogium Plinii a Suetonio conſcriptum refert, & *Novocomenſis* vocabulum nitidiſſimè explicat: XV. ſeculo tributur [2].

Codex 4762. ſeculi pariter XV. Plinium Novocomenſem facit.

Codex 4763. ejuſdem ſeculi Plinianâ vitâ a Suetonio exaratâ ditatur, ubi *Novocomenſis* [3] dictio apertè legitur.

Codex 4972. ſeculi XII. initio offert:

Ex Catalogo Virorum illuſtrium Tranquilli.

Plinius Secundus Novocomenſis equeſtribus militiis induſtriè functus &c. Ante operis tamen exordium contrariâ dictione vitioſiſſimum titulum praeſefert. *Caii Plinii Veronenſis Oratoris ad Veſpaſiannorum Imperatorum* [4] *epiſtola.*

Codex 4973. XIII. ſeculo exſcriptus. *Ex catalogo* pariter *Virorum illuſtrium Tranquilli* legit. *Plinius Secundus Novocomenſis equeſtribus militiis induſtriè functus &c.*

Horum Plinianorum codicum uberiorem notitiam exhibere minimè poſſumus. Neque enim tempore, quo illos conſulendos ab amicis curavimus, aliud reſcire cupiebamus praeter allata a Suetonio, & librorum titulum. Ne autem fides noſtra apud legentes laboret: Detargnii bibliothecae Regiae Cuſtodis epiſtolam, ad Joſephum Vaeſſetum [5] S. Germani a Pratis illuſtrem coenobitam menſe Novembri anno CIↃIↃCCXXXVI. miſſam, in annotationibus ſubjiciam, ut de dubiis rogetur omnibus [6].

His pro inſtituti noſtri ratione adimpletis, eoſdem Naturalis hiſtoriae codices recenſebimus, prout in ſyllabo Mſs. Regiae bibliothecae typis impreſſo apparent, ubi hujuſmodi lego:

Codex IV. M. CCC LX. qui decimo ſaeculo exaratus videtur, continet inter multa num. 9. Plinii hiſtoriarum liber primus. *quinque priora capita deſiderantur* [7].

VI.

ANNOTATIONES.

(1) *Exaratus*. De hoc Monfoconius ſub eodem numero 4686. *Plinii hiſtoria Naturalis* (a).
(2) *Tributur*. Monfoconius ente numerum 1760. recenſet codicem Plinianum 1759. ubi legimus (b): *Plinii hiſtoria Naturalis, & in quatuor Mſs. ſequentibus*. Subinde numero 4972. & 4973. *Plinii hiſtoria Naturalis* (c).
(3) *Novocomenſis*. Apparet ex hoc loco, & reliquis eliis, ubi integrum *Novocomenſis* vocabulum redditur, emendandas eſſe corruptes dictiones *Nocomenſis*, *Novecomenſis*, *Nevocomenſis*, *Novencomenſes*, *Novemquomenſes*, *Novemmenſes*, *IX. Menſes &c.*
(4) *Veſpaſiannorum Imperatorum*. (Sic).
(5) *Vaeſſetum*. Gellicè *Vaiſſete*.
(6) *Omnibus*. „ Les Manuſcrits de l'hiſtoire de Pline de le biblioteque du Roy au nombre de huit donnent à
„ cet ecrivein le titre de *Novocomenſis* à le reſerve d'un ſeul, qui le quelifie de *Veronenſis*. Le Mſcrit du 12.
„ ſiecle eſt coſtè 4972. & à la Iere page on lit *Caii Plinii Veronenſis Oratoris ad Veſpaſiannorum Imperatorum epiſtola*, & dens le vie tirée de Suetone, qui ſe lit auſſi e le primiere page. *Plinius Secundus Novocomenſis*.
„ Les ſeptes autres Manuſcrits, dont voicy les coſtéz, luy dunnent le même titre de *Novocomenſis*.
„ Codex 4686. du X. ou XI. ſiecle.
„ Codex 4757. ſiecle IX.
„ Codex 4760. ſiecle X.
„ Codex 4761. du XV. ſiecle dans l'abregé de la vie tirée de Suetone.
„ Codex 4762. du XV. ſiecle.
„ Codex 4763. du XV. ſiecle dens l'ebregé de la vie tirée de Suetone.
„ Codex 4973. du XIII. ou XIV. ſiecle encore dans la vie tirée de Suetone, Pline eſt appellé *Novocomenſis &c.*
„ Voyle, Mon Reverend Pere, ce que j'ai pu decovrir juſq'e preſent: peut être, que on troverà encore quelque autre Mſt. que je metterai e part. J'oublìois de vous dire, que un nombre de Mſt. de cet Auteur ne
„ portent pas le nom de le patrie de Pline, & le nomment ſimplement *Plinius Secundus*, ou *Plinii Secundi hiſtoria*.
(7) *Deſiderantur*. Si quinque priore capita deſiderantur, Naturalis hiſtoriee liber primus nequequam erit. Primus enim

(a) *Pag.* 751. (b) *Tom. II. pag.* 752. (c) *Pag.* 754.

VI. M. DCCXCIV. Codex membranaceus, quo continentur Caii Plinii Secundi *Veronensis* [1] *historiae Naturalis libri triginta duo. Trigesimi secundi finis, & alii quinque integri desiderantur. Is codex nono saeculo videtur exaratus.*

VI. M. DCCXV. Codex membranaceus olim Colbertinus. Ibi continetur C. Plinii Secundi *historia Naturalis a libro decimo quarto* [2] *ad vigesimum quartum. Is Codex undecimo saeculo exaratus videtur.*

VI. M. DCCXCVII. Codex membranaceus, quo continentur C. Plinii Secundi *historiae Naturalis libri triginta septem. Trigesimus septimus manu recentiore scriptus est. Is codex decimo tertio saeculo videtur exaratus.*

VI. M. DCCXCVIII. Codex membranaceus, quo continetur C. Plinii Secundi *historia Naturalis a libro decimo sexto ad trigesimum sextum; quatuor postremi libri manu recentiore sunt suppleti. Is codex decimo tertio saeculo exaratus videtur.*

VI. M. DCCXIX. Codex membranaceus olim Colbertinus. Ibi continetur C. Plinii Secundi *historia Naturalis a libro decimo septimo ad trigesimum septimum. Is codex saeculo decimo tertio exaratus videtur.*

VI. M. DCCC. Codex membranaceus olim Colbertinus C. Plinii Secundi *historia Naturalis libri triginta & unus priores. Is codex decimo quarto saeculo videtur exaratus* [3].

VI. M. DCCCI. Codex membranaceus olim D. Du Fresne. Ibi continentur C. Plinii Secundi *historiae Naturalis libri triginta septem: trigesimi septimi finis desideratur. Praemittitur Plinii vita descripta e catalogo Virorum illustrium Suetonii. Is codex decimo quarto saeculo videtur exaratus.*

VI. M. DCCCII. Codex membranaceus, quo continentur C. Plinii Secundi *Naturalis historiae libri triginta septem: praemittitur Plinii vita e catalogo Virorum illustrium descripta. Is codex decimo quarto saeculo videtur exaratus.*

VI. M. DCCCIII. Codex membranaceus olim Colbertinus. Ibi continentur C. Plinii Secundi *historiae Naturalis libri triginta septem: praemittitur auctoris vita. Is codex decimo quarto saeculo exaratus videtur.*

VI. M. DCCCIV. Codex chartaceus, quo continentur C. Plinii Secundi *historiae Naturalis libri triginta septem: praemittitur Plinii vita e catalogo Virorum illustrium Suetonii descripta. Is codex decimo quinto saeculo videtur exaratus.*

VI. M. DCCCV. Codex chartaceus, quo continentur historiae Naturalis libri triginta septem. Ad calcem subjicitur vita Plinii e catalogo Virorum illustrium Suetonii descripta. Is codex decimo quinto saeculo exaratus videtur.

VI. M. DCCCVI. Codex membranaceus olim D. du Fresne. Ibi continentur C. Plinii Secundi *hist. Natur. libri triginta septem: praemittitur Plinii vita e Suetonio descrip-*

ANNOTATIONES.

enim Plinii liber a praefatione, & sequentium voluminum, historiarum elencho, auctorum nominibus, atque observationum numero conflatur. Fortasse hic Plinii liber erit, qui a Monfoconio in collectione sub numero 5519. recensetur, vel potiùs quem ex Colbertinâ bibliothecâ adducit sub numero 240. Inibi (ubi amanuensis appellet primum Naturalis historiae librum, qui secundus juxta Plinii mentem dicendus erat) Praefecti censoriam virgulam effugere minimè debuisset.

(1) *Veronensis*. Id vocabuli minùs rectè a bibliothecae Praefecto apponitur cum in libri titulo minimè appareat, uti ex epistolâ Detargnii colligitur. Memoratus is codex ab Harduino Carolo Calvo regnante exscriptus dicitur.

(2) *Decimoquarto*. Affertur a Monfoconio sub numero 1315. Videtur, quòd hoc loco Regiae bibliothecae Praefecti diligentia adhuc desiderari possit, cum in recensendis exemplaribus Thuanaeum a Salmasio volutatum lectoribus non indigitet, quando a Jacobi Thuani haeredibus post varias migrationes ad Regiam bibliothecam traductus fuit. Item nihil de Nicolai Rigaltii codice suppeditat.

(3) *Exaratus*. Ab Harduino recensetur numero 54.

scripta, & epistolae duae Plinii Junioris, altera Marco, altera Tacito inscribitur. Is codex decimo quinto saeculo videtur exaratus.

VI. M. DCCCVII. Codex chartaceus, quo continetur C. Plinii Secundi *historiae Naturalis index ordine alphabetico digestus* [1]. *Is codex decimo sexto saeculo exaratus.*

VI. M. DCCCVIII. Codex chartaceus olim Mazarinaeus. Ibi continentur Guillelmi Pellicerii Episcopi Montis pessulani autographae annotationes [2] *in quosdam Plinii libros. Is codex decimo sexto exaratus videtur* [3].

„ *VI. M. CCCVIX. Codex chartaceus, quo continentur Anonymi notae & emendationes in historiam Naturalem Plinii. Is codex decimo sexto saeculo exaratus videtur.*

Huc usque Regiae bibliothecae syllabus: Corollarii loco addemus in Thuaneae bibliothecae indice memorari: *Plinii historia Naturalis a libro XIV. ad librum XXI.* (*a*) Nisi error in numero cubet, alius videtur codex a Colbertino in Regiâ bibliothecâ ad numerum VI. M. DCCXCVI. relato, cum ille ad vicesimum quartum perveniat.

In bibliothecae Baluzianae syllabo occurrit *Fragmentum de Phoenice ex Livio*, cui ritè bibliothecae Praefectus addidit: *seu potius ex Plinio* (*b*). Spectat enim ad initium libri decimi historiae Naturalis. Nihil ultra cum inibi addatur, ad Parisienses provocet lector. Fortassis codex ad Regiam bibliothecam delatus aliis jungitur miscellaneis.

Monfoconius in hâc eximiâ bibliothecâ extare afferit *Excerpta ex Plinio & Solino* [*c*].

Codex pergamenus bibliothecae Parisiensis Claromontanae, olim Societatis Jesu.

Allato exemplari usus est Harduinus, de quo *Parisiensis*, ait, *in bibliothecâ Collegii nostri asservatus codex annorum circiter sexcentorum.* Turrius [4] eruditus Harduini socius in quâdam schedâ ad Nos multis ab hinc annis missâ testatur hunc codicem pervetustum & pulcherrimum esse. Meliora exhibebimus ex syllabo Mss. Collegii Claromontani hoc anno vulgati, ubi legimus (*d*): *codex membranaceus in fol. eleganti charactere saeculi XII. ineuntis, ac prae mucore & situ ita corruptus ab initio, & medium & ultra, ut omnino legi non possit. Ibi continetur Plinii Secundi historia Naturalis: folia 71. complectitur.*

Tria hoc loco adnotanda I. exemplar centum annis recentius in hoc syllabo judicari, quàm Harduinus conjecerit. II. incuriâ possessorum malè adeò habitum, ut meliori ex parte inutile evadat. III. non integram Naturalem historiam etiam tem-

ANNOTATIONES.

(1) *Digestus*. Monfauconius codicem describit hac epigraphe: *Tabula Plinii & Theophrasti per ordinem literarum* (*e*). An is diversus liber sit a memorato codice 6807. non ausim affirmare, neque rejicere. Titulus certè a Monfauconio allatus magis Plinii elegantiam sapit, apud quem *literarum ordo*, non *alphabeti*, vel *alphabeticus* occurrit. Consule quae adnotavimus in superioris voluminis calce pag. 216. num. 1.

(2) *Annotationes*. Harduinus notulas quasdam marginales autographas Guilielmi Pellicerii extantes in Brixianâ editione anni 1498. vidit consuluitque, item notas Mss. Guil. Pellicerii adjectas testatur margini Basileensis editionis ann. 1535. (*f*). Haec a Carolo Dato accipere profitetur. Antea geminum Pellicerii opus adduxerat ad Parisiensium sociorum suorum bibliothecam pertinens, quorum unum huc allatum videtur. Fortasse Pellicerii apographum erit, cum & Quercus glorietur aliud Pellicerii autographum vidisse. De utroque in Pellicerii sectione sermo erit, atque in editione Brixianâ anni 1498.. Plura enim in Plinium elaboravit Pellicerius, Margnaesio, Thuano, Scaevolâ Sammarthano, & Rigaltio testibus.

(3) *Videtur*. Si autographus Pellicerii exhibet annotationes, non alio saeculo, quàm sexto decimo spectare potest.

(4) *Turrius*, Gallicè *la Tour*.

(a) *Tom. II. pag.* 429. (b) *Pag.* 108. *Mss. in* 4. (c) *Tom. II. pag.* 755.

(d) *Pag.* 274. *num. DCCXII.* (e) *Tom. II. pag.* 779.

(f) *In indice edition. Plin. tom. I.*

tempore quo descriptum fuit minimè exhibuisse, cum paginis tantùm LXXI. comprehendatur.

Haec omnia silentii tenebris involuit Harduinus, qui Claromontani exemplaris variantibus non parum tribuit, atque alibi: *usi praeterea*, inquit, *& altero optimae notae codice, quem Parisiensem nuncupamus, quod sit is in eâ Vrbe, in quâ sumus, & in bibliothecae, quam curamus, scriniis reconditus.*

Codex olim in bibliothecâ Sancti Victoris Parisiensis.

Exemplar *e bibliothecâ Sancti Victoris in suburbio Parisiensi* itidem memorat Harduinus, cujus tamen antiquitatem minimè recensuit. Videtur, quòd Pliniano interpreti alterius tantùm subsidio innotuerit, cum antea codices enumerans in praefatione, quorum subsidio Naturalem historiam castigaverat: *San-Victorinum quoque*, ait, *& si nunc amissum audio: cujus lectiones variae in Plinii libros aliquot, eruditi cujuspiam manu exaratae in bibliothecâ nostrâ asservantur.* Patet eruditum non omnes Plinii libros ad Victorianum codicem contulisse, cum hujusmodi exemplar, Monfoconio teste, integram Naturalem historiam compleсteretur (*a*).

Codex e bibliothecâ Lugdunensi olim Societatis Jesu.

Hujus codicis vetustatem minimè recenset Harduinus; sed illius testimonia, a Charonerio bibliothecae ejus Collegii Praefecto sibi missa testatur.

Codex bibliothecae S. Benigni Divionensis.

Monfoconii testimonio ex bibliothecâ Divio-Benignianâ mihi innotuerunt *Plinii Naturalis historiae lib. XXXVII.* (*b*). Neque ultra de Mss. hoc attulit codice, quem caeteroquin satis vetustum licet judicare: coenobium siquidem Divo Benigno dicatum, & Maurinae familiae attributum saltem ab anno IϽXIV. coepit [1], & insigni adauctum bibliothecâ inter praecipua Divionensis oppidi ornamenta memoratur. Hoc usus est exemplari Franciscus Juretus, meminitque in suis ad Symmachum annotationibus (*c*), ut animadvertit Gronovius (*d*).

Codex bibliothecae Sancti Vincentii Cenomanensis [2].

Coenobium & Aedes Divo Vincentio sacra visuntur in Cenomani suburbio; Maurini Monachi inibi degunt (*e*). Vtinam Pliniani exemplaris antiquitatem & majora Monfoconius ejusdem familiae sodalis adnotasset. Salivam enim movet, quamvis unicè scripserit (*f*): *Plinii Secundi historia Naturalis, opus est integrum excepto ultimo capite, & optima manu scriptum.*

Codex ex bibliothecâ Sancti Melanii Redonensis [3].

Hujusmodi exemplar Harduino innotuit: legimus enim apud illum. *E coenobio Rhedonensi Ordinis Sancti Benedicti, qui codex olim Monasterii Sancti Michaelis fuit.*

ANNOTATIONES.

(1) *Coepit*. Consule Bolanvilerium tom. IV. pag. 93. Mabillonius haec quatuor annis praeoccupat; ponitque anno 510. (*g*).

(2) *Cenomanensis*. Nempe *S. Vicent du Mans*.

(3) *Rhedonensis*. Ita enim potiùs scribendum, non uti apud Mabillonium, qui nomen absque aspiratione reddit (*h*); quâ tamen in re suos & ipse habet patronos.

[a] *Tom. II. pag.* 1375. [b] *Pag.* 1287.
[c] *Lib. II. epist.* 74. (d) *Vid. Plin. Hacklor. tom. III. pag.* 852.
[e] *Bolanvil. tom. VI. pag.* 191. (f) *Tom. II. pag.* 1217.
[g] *Tom. I. pag.* 390. *ad ann.* 644.

fuit. Supra tamen variantes, ut ajunt, lectiones non per se ipsum consuluisse, sed Mauri Audrenii ope acceptas, inde suis adjectas commentariis fatetur. Dolendum sanè de insigni adeò volumine nihil ultra ab Audrenio Benedictino Monacho Harduinum accepisse, cum libri elegantissimè descripti venerandum antiquitatis exhibeant monumentum. Illud enim ipsissimum exemplar est a Roberto Abbate emendatum, cujus meminit Baluzius [*a*], ubi Lucae Bacherii testimonium [*b*] adducit, qui se ingens Plinii historiarum volumen in bibliothecâ Sancti Michaëlis in periculo maris, e coenobio Mentensi transmissum vidisse affirmat, cui emendatoris praefatio adnectitur, & per hujusmodi verba incipit; *Prologus Roberti Abbatis in Plinium, qui & ipsum librum in Normanniam advexit, & corruptum correxit*. Baluzio subscribit Monsoconius, qui ex bibliothecâ Monasterii Montis Sancti Michaëlis in periculo maris [1] Plinii opera subjecit, ubi & Prologus Roberti, & reliqua allata verba recensentur [*c*]. Addit Monsoconius finem libri deesse a capite *de gemmis nascentibus*: quam sectionem XII. capite alligatam in vetustis editionibus invenies, itemque in recentioribus ante Harduinum cusis.

Mirum profectò evadit, quòd pervetusti codicis mentionem habens Harduinus, & multi post illum Benedictinae familiae sodales, adeò negligenter optimi exemplaris, & Robertinarum emendationum valorem expendant. Robertus Abbas Naturalis historiae restitutor, celebris ille est Robertus Torinnejensis [2], quem vulgus a Monte appellabat, & XII. seculo clarissimus habebatur. Insignem in memorato Sancti Michaëlis coenobio bibliothecam condidit, ubi inter reliqua centum & quinquaginta volumina e probatis exemplaribus describi curavit [*d*]. A Zigelbaverio [3] *vir doctissimus & librorum coacervator studiosissimus* appellatur [*e*].

In Beccensi monasterio antequam coenobium Sancti Michaëlis regeret, studiis vacabat, de quibus sufficiat Annalium Benedictinorum ultimo tomo allata consulere, ubi illum anno CIϽCLIV. Sancti Michaëlis Abbatem Marteneus [4] hisce verbis laudavit [*f*]: *Post tot turbines electus est tandem Robertus de Torinnejo, tunc Becci Prior, eligentium votis optimè respondit, vulgo posthac de Monte, a loco Abbatiae cognominatus* ------ *Praeclara sunt, quae fecit ad amplitudinem sui monasterii, tum ad restituendam augendamque rem familiarem, tum ad amplificandam bibliothecam, quam multis optimisque codicibus, quorum plerique supersunt, instruxit*.

ANNOTATIONES.

(1) *Maris*. Bolanvilerii Comes tradit Montis Sancti Michaëlis Abbatiam vastatam atque incensam fuisse anno 1203.; sed Philippi Augusti liberalitate, & Jordanis Abbatis curà refectam anno 1205. (*g*): & infra Riccardum I. Normanniae Principem inibi Monachos deduxisse anno *966*. Consule & Mabillonium tom. III. ad hunc annum pag. 579.

(2) *Torinnejensis*. Quem Torinnejensem, sive a Torinnejo dicimus, ipse *de Torinnejo* pro temporum inscitiâ sese inscribebat: quam ineptam minùsve latinam methodum sequuntur Mabillonius, & Marteneus. Torinnejum vulgus *de Torrigny* appellat.

(3) *Zigelbaverio*. Qui etiam latinè sese promit *Zigelbaver*: eâdem auctoritate ni fallor, uti *coacervatoris* effingit vocabulum.

(4) *Marteneus*. Hic quoque latinè scribens sese *Martene* enunciat; sed barbaro etiam in reliquis, ut apparet, non latino eloquio utitur.

(a) *Praefation. ad tom. I. num. 77.* (b) *In append. ad Guibert.*
(c) *Tom. II. pag. 1359.* (d) *Mabillon. Annal. Benedict. tom. IV. pag. 76.*
(e) *Histor. Rei Literar. Ordin. S. Benedicti tom. I. pag. 455.*
(f) *Vid. tom. IV. Mabillon. ab Edmund. Marten. emendat. & absolut. pag. 317. ad ann. 1139.*
(g) Etat de la France *tom. V. pag. 63.*

Codex coenobii Sanctae Mariae Beccanae, seu Beccensis [1].

Monsoconius inter hujus coenobii codices numero 137. affert (*a*). „ Bedae „ Vener. histor. Anglor. lib. 5. Item de temporibus, horis, & momentis: ejus- „ dem libellus de naturâ rerum, seu de quadrisario opere Dei, & libro Plinii „ Secundi. „ Quâ ratione sibi haec omnia cohaereant, Vates devinent.

De codicibus, quorum ope Naturalem historiam emendandam suscepit Jacobus Dalecampius, & praesertim de Vesuntino, sive Chiffletiano, Cujaciano, & Fuxensi.

Omnium primum Dalecampius recenset Vezuntinum [2] antiquissimum & sanissimum, qui cum ad Claudium Chiffletium [3] ejus Vrbis alumnum spectaret, sibi integro anno commodatum testatur (*b*). Quantam Vesuntinum exemplar saperet antiquitatem, neque ipse, neque alius Plinii interpres expresse monuit. Optimae membranae Chiffletianae appellantur a Nicolao Heinsio (*c*), itemque vetustissimus liber Chiffletianus (*d*): ab illo non facilè recedendum sentit Gronovius Pater (*e*). Ipse etiam Harduinus Dalecampio subamarus: „ At, *inquit*, „ non omni ex parte nihilominus aspernandus viri labor. Debemus enim ei an- „ tiquissimi codicis, qui Chiffletii fuit, Medici Vesuntini varias lectiones, quas „ summâ fide & diligentia margine suae editionis attexuit, alteriusque qui Cu- „ jacii fuit. Et ambos utique, ubi opus erit, in testes advocabimus, adstipula- „ toresque emendationum nostrarum.

Post Vesuntinum exemplar, Jacobi Cujacii codicem sibi a celeberrimo Jurisconsulto dono datum commemorat Dalecampius, & tertio loco Fuxensem adducit. Haec unicè a Cadomensi medico inspecta conjicio, quamvis ipse sex calamo exarata consuluisse exemplaria affirmaverit. Quid de *vetere* libro sentiendum suo loco reddemus[4]. Toletani, & Salmanticensis lectiones non aliundè quàm a Pintiano accepit. Ex iis igitur caussis aliquantulum Dalecampii labor imminuitur. Vbi nunc inveniendi sint codices Chiffletii, Cujacii, Fuxensis ab illo collati, haud facilè dixerim. Neque enim laudatas membranas Harduinus inspexit, qui in suâ Mss. Naturalis historiae recensione haec tantùm subjecit: „ Chiffletianus satis probatae notae, cujus discrepantia a libris vulgatis loca „ notavit in margine editionis suae Jacobus Dalecampius: Fuxensis & alter „ vetus, quorum pariter variantes ut vocant lectiones idem Dalecampius ad- „ notavit. „ Vivente Harduino usus videtur Chiffletiano Nicolaus Heinsius, qui illius auctoritatem cum elogio vetussimi atque optimi exemplaris celebravit.

ANNOTATIONES.

(1) *Beccensis*. Monsoconius parum latinè scribit *B. V. de Becco*. Beatae Virginis Abbatia Beccensis (Gallicè *du Bec*) in Rhotomagensi Dioecesi Ordinis Sancti Benedicti, nunc Serenissimo Borbonio Principi Claromontis Comiti commendatur. De hac Bordonneus apud Bolanvillerium (*f*), Mabillonius; & Marteneus (*g*).

(2) *Vezuntinum*. Ita Dalecampius. Nos Vesuntinum a Vesontione [*Besanzon*] communiori orthographiâ scribimus.

(3) *Chiffletium*. Hunc Medicum probissimum & doctissimum vocat Dalecampius; nescio cur ab Eloyo minimè recenseatur, ubi Johannem Jacobum Chifletium invenies, qui post Dalecampii Lugdunensem editionem natus est anno 1588.

(4) *Reddemus*. Libro XII. ubi de Majoribus Plinii interpretibus.

[a] *Tom. II. pag.* 1254. [b] *In praefat. ad Lector.*
[c] *Adversar. lib. I. cap. VI. pag. 66. vide & pag.* 81. & 82.
[d] *Lib. I. cap. I. pag.* 381. & 411. [e] *Miscellan. ad Plin. vid. tom. III. edition. Hack. pag.* 847.
[f] Etat de la France *tom. V. pag.* 17. [g] *Tom. IV. & seq.*

vit. Nunquam tamen apertè codicem prae manibus habuiſſe profitetur, neque id lego in Heinſii vitâ, in quâ Burmannus Junior diligentiſſimè illius acta perſequitur.

Codex Vindobonenſis.

Relatis Gallorum exemplaribus proximae Germaniae codices attingam; de quibus tamen pauca referam, cum ſolius Vindobonenſis exactam habuerim notionem. In celeberrimâ MARIAE THERESIAE AVGVSTAE Imperatoriâ bibliothecâ unicum pennâ exaratum volumen aſſervatur, quod exeunte XI. ſeculo, vel ſequentis initio ſcriptum, X. ab hinc annis monuit Nicolaus Forloſia laudatae bibliothecae olim Praefectus: Vir morum candore, & ſtudiorum elegantiâ Orbi literario jamdiu notus.

Primo folio effigies adumbrati Imperatoris, Regioque in folio adſtantis, Gothico reddita penicillo apparet. In throni vertice legitur VESPASIANVS: lateri verò homo flexis genibus adhaerens librum Caeſari offert, circa cujus frontem ſcriptum eſt PLINIVS: ſupra imagines inepti Leonini hi verſus:

„ Vrbis Romanae ſimul Orbis Veſpaſiane
„ Naturas rerum, nunc offero Rex pie Regum
„ Primus [1] iſte docet Coelum, Terramque quid ornet.

Quibus olim codex ſpectaret, ex ſupremo folii margine dignoſcimus. Legitur ſiquidem. „ Iſte liber eſt Monaſterii Sancti Blaſii Nigrae Silvae: & fuit ac-
„ comodatus reverendo in Xpo [2] Rudolpho Dei gratia Conſtant. Epo An-
„ no Domini M. CC. LXX. VIII. Indictione VI. in octava Beatorum Apoſto-
„ lorum Philippi & Jacobi [3]. „

Secundo folio Plinii vita a Suetonio exarata legitur, multiplicibus tamen erroribus ſcatens, & loco Novocomenſis *exhibet* „ novemmenſes equeſtribus mi-
„ litiis induſtriae [4] functus „ *Poſt ultima verba*, ut necem ſibi maturaret, ora-
„ verat „ *ſtatim ſubnectit* „ in libris XX. milia rerum dignarum ex lectione vo-
„ luminum circiter duo milia complexus eſt. Primus autem liber, quaſi in-
„ dex eſt in libros ſequentium [5] conſumationem tocius [6] operis & ſpe-
„ cies continet titulorum.

Quamvis hujuſmodi codex maximis erroribus redundet; ideoque illum Johannes Benedictus Gentilottus, Tridentinus ſubinde Epiſcopus, ob turbatam ſaepe & ſaepiſſime ordinis & dictionum ſedem nullis dignum collationibus judicaret: alicujus adhuc uſus eſſe poterit, licèt indoctus amanuenſis Plinium barbarâ methodo loquentem inducat; atque ad Veſpaſiani pedes deſcribat, quando Noſter Tito opus ſuum dicavit. In hoc tamen librari-

ANNOTATIONES.

(1) *Primus*. Videtur amanuenſi *primus* excidiſſe, cum *proximus* a metro, atque etiam ex Plinii menle expoſceretur. In Naturali hiſtoriâ, ordine ſecundum eſt volumen, in quo de Mundo diſſeritur.
(2) *In Xpo*. (Sic) Graecis elementis, & compendio.
(3) *Et Jacobi*. Ritè apponitur indictio VI., cum haec ad annum 1278. pertineat. Conſule Muratorium (a).
(4) *Induſtriae*. (Sic).
(5) *In libros ſequentium*. (Sic). Haec etiam, quamvis vitio amanuenſis corrupta, indicant ultimo verſiculo legendum: *Proximus iſte docet*.
(6) *Tocius*. (Sic).

(a) *Annal. tom. VII. par. 2. pag. 224.*

us minùs erit arguendus, cum plerique codices Vespasianum unicè recenseant. Vltima demum verba, quibus primum librum quasi sequentium XXXVI. indicem esse prodit, quis non videt ad oscitantem exscriptorem, minimè ad Suetonium, pertinere. Priora verò, quae sic aliis suffragantibus exemplaribus restituo: *In iis libris XX.milia rerum dignarum ex lectione voluminum circiter duum milium complexus est:* fortasse Suetonium parentem agnoscunt: collocanda tamen erant post *itemque Naturalis historiae triginta septem libros absolvit;* quâ de re suo loco agemus.

Praecisam codicis aetatem statuere (quamvis sexcentos annos superantis) mihi evadit impervium [1]. Indocti Monachi, qui librum Constantiensi Episcopo commodarunt, hâc de re unicè, nihil de voluminis antiquitate, solliciti, acta ab eis loco minùs decenti collocarunt.

Codices Gottorpiensis, Murbacensis, Argentoratensis.

Pauca quaedam de iis omnibus, quamvis nomine tantùm mihi notis, in lectorum gratiam subjiciam; & primo loco pennâ exaratum Naturalis historiae exemplar in Principe Gottorpiensi bibliothecâ asservari affirmat Daniel Morhofius (*a*); quove alibi Salmasium fuisse usum testatur (*b*). Nescio, an hic sit ille Germaniae codex, qui ob venerandam antiquitatem reliquis omnibus praeponendus laudatur a Carolo Dato (*c*); in hoc tamen parum utilis observator, cum nihil amplius ex illius verbis deducere valeam: Videtur enim quòd vir de Plinio caeteroquin optimè meritus plura eo loco inquirere debuisset, unde studiosis Principem Naturalis historiae codicem suspicere datum esset; utinamque CATHERINA ALEXIEWNA AVGVSTA, per quam tantùm politiores artes succrescunt; cui subditorum & humani generis felicitas rerum omnium magis est cordi: ad insigne hocce exemplar conferre juberet Naturalem historiam doctissimo Eulero, vel alio Petropolitano Academico.

Murbacense membranaceum exemplar, quamvis mendosum, antiquum tamen, & suo in precio habendum Beati Rhenani curâ emersit. Hoc non integram Naturalem historiam comprehendere suspicarer, cum aliquibus tantùm libris operam suam commodaverit Rhenanus, uti fusiùs in hujus interpretis sectione ostendam.

Excerpta ex Plinii Naturali historiâ servat Bibliotheca Argentoratensis Ordinis Hierosolymarii [*d*]. Cujus sint, & qualia, minimè placuit librorum collectori investigare.

Codices Batavi, aliique a Johanne Friderico Gronovio memorati.

Johannes Fridericus [sive ut ipse mault Fredericus] Gronovius, de quo suo loco, pluribus instructus codicibus Plinio manus admovens, in primis celebravit

Vos-

ANNOTATIONES.

(1) *Impervium*. A Bandinio intra XIII. seculi confinia ponitur [*e*]. A Forlosiâ librum evolvente, ut vidimus XI. labenti, vel XII. ineunti seculo adscribitur.

[a] *Polyhistor. tom. I. pag. 890.* [b] *Allat. tom. cap. 8. num. 64.*

[c] *In praefat. Italicâ ad Vitas Pictorum &c.* [d] *Vide syllab. Mss. pag. 35. num. 126.*

[e] *De Obelisc. praefat. fol. XVI.*

Vossianum, quem illi commodaverat Isaaccus Vossius: subinde Chiffletii membranas. Contulit itidem Barbari, Gelenii, Pintiani adnotata, ut videre est in praefatione ad Johannem Capellanum [a]. Tres a Vossio accepit codices, ut in Pliniani laboris sui initio fatetur. „ Quamquam, *ait* [b], omnis hujus „ cepti fiducia ---- ---- nobis sit archetypa Vossiana: non sprevimus tamen „ adhibere, quas potuimus, & secundi loci membranas, velut Vossianas binas „ (distinguendi ergo ab dominis, quos antehac alter in fine, alter in princi- „ pio habuisse se testantur, Andegavenses & Menapias appellabimus) quartas „ Academiae, quintas eruditissimi & ingeniosissimi Marquardi Gudii nostri: „ non illas quidem aetatis ejusdem & fidei, interim utiles; quippe quae neque „ repente à vetustissima scriptura omni, sed pedetentim & per gradus cumque „ aliquo pudore abscessum, & si non plano testimonio, vestigiis quibusdam, „ veritatem, aut ejus revocandae priores vias, demonstrarent.

Aliqua igitur ex iis relegens, Vossiana archetypa erit codex ille, cujus ope praesertim Historiam veteris picturae a Plinii libro XXXV. deductam concinnavit David Durandus. Hic quatuor Mss. instructus operi manus admovens, Vossiano totus incumbit, quo usum testatur Gronovium patrem; eique annos quasi CIↃ & CC. attribuit. Quare cum sua ediderit commentaria Durandus anno CIↃIↃCCXXV., atque jam antea absolvisset [1]: nunc Vossianus codex, si duodecim secula non excedit, saltem adaequabit. Si vera igitur narrantur cum Riccardiano contendit ex aequo; atque etiam vetustior juxta nonnullos eruditos judicabitur.

Chiffletii membranas unde habuerit cum non affirmet Gronovius, illius lectiones varias a Dalecampii laboribus petitas conjicerem. Andegavenses, & Menapianae, Isaacci Vossii erunt secundae & tertiae; remque gratam studiosis fecisset Gronovius, ubi possessorum nomina silentii tenebris non involvisset [2].

Codices ex publicâ Lugduni Batavorum bibliothecâ.

Academiae membranas, quas Gronovius quarto loco memoravit, eum esse codicem puto, quem in syllabo bibliothecae ad publicam Vniversitatem Lugduno-batavam spectante hisce verbis descriptum invenio [c].

I. „ Plinii Secundi historia Naturalis integra usque ad lib. XXXVI. cap. X. „ serioris aevi. Praemittitur vita ejus ex catalogo Virorum illustrium Tran- „ quilli. In memb. maximae formae. „

Aliud ejusdem bibliothecae exemplar in hanc speciem recensetur [d].

II. „ Plinii Secundi historiae Naturalis libri XXXVII. integri. In membra- „ na per columnas, sed non vetere manu scripti per Georgium. „

Magnâ sanè incuriâ Vanderaasius [3] incedit, cum addere teneretur, cujus cir-

ANNOTATIONES.

(1) *Absolvisset*. Opus suum gallicâ linguâ constans edidit Durandus anno 1725. Londini apud Bowyerum. Praefatus est die 15. Decembris 1724.
(2) *Involvisset*. De reliquis codicibus statim in sequenti sectione.
(3) *Vanderaasius*. Qui etiam latino idiomate sese appellat *Vanderaa*.

(a) *Tom. III. Plin. Hackior, pag.* 765. (b) *Cit. tom. pag.* 771.
(c) *Pag.* 367. (d) *Pag.* 324.

circiter aevi eſſet volumen, & lectorem monere, an amanuenſis gentilicia appellatio evanuiſſet, ſive hic, *Georgius* luſtrico praenomine, vel familiae nomine vocaretur. Num codex allatus ad Gudium pertinuerit, prorſus ignoro.

III. Loco reperio [1] *Excerpta ut vocantur de Plinio, quae incipiunt ab libro ſecundo de Mundo & finiunt ex libro XXXII. de piſcibus, quae ſcribuntur rubrica. In membrana.*

Cui ſpectent hujuſmodi, minimè inquirit Vanderaaſius; neque codicis aetatem inſpiciens uberiores legentibus notitias ſuppeditat.

IV. In collectaneis, ubi Paulli Diaconi Praefatio ad Carolum Magnum, & ejuſdem Caroli *Capitulum*: adeſt *Plinii Secundi Naturae hiſtoriarum libri ſecundi pars ab capite LXXXI. & tertius, & quartus, & quinti pars, ad voces:* nec in alia parte major auctorum inconſtantia crodo: *literis Longob.* [a].

Hic codex ſatis faciendus & pervetuſtus videtur, utpote Langobardicis literis exaratus, ſed parum de illo ſollicitus bibliopola, vix de elementorum figurâ loquitur; neſcioque an verbum *crodo*, calcographi, vel potiùs amanuenſis error ſit. Obiter adnotandum, quòd allata Plinii verba, non quinto, ſed Naturalis hiſtoriae ſexto volumine inveniuntur, ubi Noſter de Scytharum Populis agens: *nec in aliâ parte* [2], inquit [*b*], *major auctorum inconſtantia: credo propter innumeras vagaſque Gentes.*

V. In libro membranaceo, quem Lambertus Sancti Audomari Canonicus collegit, *aliquid Plinii* [*c*] memoratur; neque verbum addit Vanderaaſius, unde diſcamus an Avunculo, an Juniori Plinio opuſculum pertineat.

VI. *Plinii hiſtoriae Naturalis libri XXXVII. olim Jo. Livineii in membrana* [*d*].

VII. *Codex vetuſtiſſimus Plinii Naturalis hiſtoriae, qui incipit ab parte capitis XVII. libri XX.* exiguo mox vino collutum &c. *uſque ad XXXVI. cap. XIV. verba*, ut apparuit pondere incorruptus videbatur cetera. *In membr.* [*e*].

VIII. *Plinii Secundi hiſtoria Naturalis incipiens ab libri II. capite primo uſque ad caput XI. libri XXXVII. In membr.* [*f*].

Quae IV. V. VI. VII. & VIII. numero attulimus, ad bibliothecam Voſſianam ſpectaſſe monet typographus, unde VI. & VIII. numero ſignata, eſſe poterunt ſemiveteres, ſeu ſecundi loci membranae, quas e Voſſii ſupellectili acceperat Gronovius. Verùm cum has Andegavenſes, & Menapias appellet, dubium relinquit (tum magis de Andegavenſibus) an ipſiſſimae ſint. Quis enim iſte Andegavenſis, inter tantos, primigenius poſſeſſor? Menapius fortaſſis erit Jo. Livinejus, utpote qui apud Teneramundam natus [*g*], Menapius dici poteſt. Certè Livinej viri eruditi codex uberiorem Vanderaaſii deſcriptionem promerebatur.

Exemplar vetuſtiſſimum VIII. numero a nobis affixum, illud eſt procul dubio,

ANNOTATIONES.

(1) *Reperio*. Quae ſequuntur, adoptato per typographum ordine ſubjicientur, quamvis partes quaedam Pliniani operis ante integram Naturalem hiſtoriam Vanderaaſius recenſeat.
(2) *In aliâ parte*. Minùs rectè legitur apud Harduinum: *nec in illa parte*.

(a) *Pag.* 368. (b) *Tom. I. lib. VI. pag.* 315. (c) *Pag.* 371.
(d) *Pag.* 372. (e) *Cit. pag.* 372. (f) *Pag.* 380.
(g) *Vid. Ladvocat. tom. II. pag.* 51.

bio, quo utitur Gronovius, notas suas exorsus a sectione decimâ septimâ [1] libri vicesimi: *cum apio olfactus sternutamenta inbibet*, quo usque allata ex libro tricesimo sexto attingens *Huc usque*, ait [a], *admirabilis ille Plinii Aesculapius liber magno nostro & auctoris damno mutilus. Initium fuerant libri* 20. *cap.* 17. *verba ista* exiguo mox vino collutum: vultum juniorem praestant. *Caeterum ne in his quidem postremis otiosus est, qui habeat:* atque ita poterat ut apparuit pondere incorruptus videbatur cetera. *Voluit nos legere:* atque ita postera luce apparuit, & pondere ipso correctus videbatur [2].

Huc usque Gronovius: reliqua post nostros labores nitidiùs explicent Lugdunensis Batavae Academiae Praefecti, utpote quibus cordi esse debet sua diligenter & enodatè narrare. Addere jam traditis poterunt, quae sub *Plenii* [3] nomine in eâdem bibliothecâ asservantur [b], itemque Anonymi annotationes in Plinium [c] [4].

Haec e Lugdunensis Batavae Academiae syllabo illustrans, de reliquis apud Belgas Plinii codicibus silere cogor, cum nihil ultra scire potuerim; quamvis laboris nostri specimen in literatis Leodii ephemeridibus, multis ab hinc annis exhibuerim, ut inde ad membranarum notiones suppeditandas, earum possessores incitarentur [5]. Finem igitur Belgicis faciens codicibus ad Britannos accedam, qui omnes ex imperfectis indicibus veniunt recensendi. Cura caeteroquin, neque levis, erit, ut syllabis annotationes, & ab eruditis nonnullis tradita, mihique comperta subjiciam.

Codices Britanni.

Pliniana Britanniae, seu potiùs Angliae [6] exemplaria descripturus, utar syllabo, qui ex Scheldoniano [7] theatro Oxoniae prodiit; cuique typographus titulum fecit: *Catalogi librorum Mss. Angliae & Hiberniae.*

Codex Bodlejanus.

Primo loco ex bibliothecâ Bodlejanâ, classe V. in collectione numeri 1777. recensetur.

Pli-

ANNOTATIONES.

(1) *Decimâ septimâ.* Cave, ne tibi fucum facient Heckii typographi, qui haec verba capiti XVI. perperam alligerunt [d].

(2) *Videbatur.* Alii alia legunt hoc loco, quae nimius ne sim, praetermitto. Neque enim ex integro Gronovii restitutionem adapto.

(3) *Plenii.* Ita (quamvis perperam) in vetustissimis aliis codicibus *Plinii* nomen reddi adnotavimus. In Lugduno-Batavâ bibliothecâ inter alios codices Vossianos memoratur liber varia excerpta continens: legoque ex syllabo „ C. Plenius Secundus. De Saturno. Jove. Sole. Venere. Sideribus. Lune. Defectu vario imbribus. Altano. „ Hechu (*Sic*). Venere. Favonio. Subsolano. Cene. Choro. Vulturno. Nature. Ventorum. Austro. Sole. „ Fulmine. Fulgure. Terrae motu. Arcu. Forme Orbis. Antipodis. Loco Terree. Longitudine dierum & no„ ctium. Gentibus veris. Teraaemotu. Aestibus maris. Accessu vario. Diversis. Nature ignis. Nepta (*Sic*) „ Aethna (*Sic*). Mensura Orbis Terrarum, Latitudine Terrae Circuitu Terrae. Columnis Herculis. Britan„ nia. Hibernia. Orcadibus. Tyle. Trepobane. Vmbris. Melea Monte Indiae. Quinque Circulis „ Haec e Plinii Secundo volumine, capite (ut plerumque notatur) octavo & sequentibus, magnâ incuriâ desumit post amanuensem Venderaasius. Neque enim pendentia narrationum initia ita opus erat congerere. Videtur insuper quòd Geographica quaedam ex proximis Plinii libris attingantur.

(4) *In Plinium.* Quo seculo scriptae fuerint, collector syllabi minimè innuit.

(5) *Incitarentur.* Consule *Journal Encyclopedique* ..... *pour le* 15. *Avril* 1757. *tom. III. deuxième partie pag.* 145.

(6) *Angliae.* Nullus enim apud Scotos Plinii codex memoratur.

(7) *Scheldoniano.* Ita legendum quamvis litera *n* aufugerit a calcographi praelo, vulgatumque sit. *Oxoniae* ---- *E Theatro Scheldonia* o, M DCXCVIII.

(a) *Cit. tom. & pag. edit. Hackior.* (b) *Pag.* 382.
(c) *Pag.* 400. (d) *Vide Plinii edition. Hackior. tom. III. pag.* 845.

Plinius de Temporibus [*a*] [1].
Collectanea hujusmodi spectabant illustri Kenelmo Digbaeo [2].

Codices Mss. Asmoleani.

In collectione sub numero 7625. [*b*] occurrit
Plinie's Treatise of the Philosoph. stone [3].
„ Num. 7637. Tractatus Plinii (*c*) [4].
„ Num. 7654. Plinius: *upon the Philosophers stone* [5].

Codices Manuscripti Collegii Baliolensis.

„ Num. 301. Plinii historia Naturalis [6].
„ De Viris illustribus [7].

Codices Manuscripti Collegii Novi.

„ Num. 1238. 274. Libri 19. priores historiae Naturalis Caii Plinii (*d*).

Codices Collegii S. Trinitatis (*e*).

„ Liber, qui videtur epitome historiae Naturalis Plinii & aliorum [8].

Num.

ANNOTATIONES.

(1) *De Temporibus*. Hoc opusculum ex Bodlejanae bibliothecae syllabo innotuit J. Alberto Fabricio (*f*). Partem esse conjicio libri XVIII. cum hoc volumine egerit Plinius *De Temporibus arandi* (*g*): *Quid quoque mense in agro fieri oportebat* (*h*): *Ne Agricolae aspiciant stellas, sed magis tempora serendae frugis* (*i*): *De tempestatibus utriusque temporis* [*k*]: *De vindemiâ & autumni temporibus* [*l*]. Vbi enim hanc Naturalis historiae partem minimè comprehenderet Bodlejanus codex, falsò Plinii nomine inscriberetur, & contra Adoptivi filii auctoritatem, qui omnia Avunculi foeturas enumerans, neque verbum operis *de Temporibus* addidit [*m*].

(2) *Digbaeo*. Kenelmus Digbaeus (*Digby*) Everardi Filius, Renati Cartesiii amicus, belli & pacis studiis, politioribus literis, & ob singularem Catholicae persuasionis constantiam apprimè illustris, obiit Londini anno 1685. Cum vir fuerit eruditissimus, suspicor quòd nonnulla de codicis aetate & praestantiâ adnotaverit.

(3) *Stone*. Quod latinè sonat. *Tractatus Plinii de lapide Philosophico*.

(4) *Plinii*. Quâ de re agatur, prorsus ignoro.

(5) *Stone*. Nempe *Plinius ad Philosophorum lapidem*. Videtur quòd hujusmodi opuscula, quae numero 1. & 3. illustramus, sibi invicem conveniant; unde J. A. Fabricius bis in Angliae Mss. syllabo, nescio quid commenticium de lapide Philosophico, Plinio attributum monuit:
An similia supposititia sint, explicare tenebatur Britannae bibliothecae concinnator; itemque an Anglico titulo responderent Plinii verba ad patrium idioma deducta. Impossibile enim non esset, ut narratio mutuetur ex libro Naturalis historiae tricesimo tertio, ubi Noster docet unam aurum faciendi adesse rationem ex auripigmento, quod licèt fragile, auri colorem retinet. Id a Cajo Principe peractum testatur, ut planè fecerit aurum excellens, sed unde detrimentum ob ponderis tenuitatem sentiret, quâ de causâ a nullis postea iteratum fuit experimentum (*n*). Caeterum, ut ad Anglicum syllabum nostra recurrat oratio, fortasse nihil aliud a Plinio accipit collector praeter nomen: multa enim quae inter utrumque opus de lapide Philosophico occurrunt, & Anglico, Germanoque constant idiomate, ut:
Tractatus, qui incipit —— Tuto absque ullâ falsitate.
Tractatus Philosophicarum operationum in cap. 27.
Tractatus Alchymiae Germano idiomate &c.
Omnia variam rerum collectionem a pluribus (aëreis ut cordati homines sciunt) experimentis & auctoribus desumptam indicant.

(6) *Naturalis*. Addendum erat cujus circiter aetatis: an integra, an mutila.

(7) *Illustribus*. Librum de Viris illustribus Avunculo Plinio in aliis codicibus, falsò tributum non uno loco monuimus. Notat Monfoconius in Oxoniensi bibliothecâ Corporis Christi librum de Viris illustribus Plinio Veronensi adscribi (*o*).

(8) *Et aliorum*. Hujusmodi satis negligenter collecta uberiorem explanationem deposcunt.

(a) *Pag.* 86. (b) *Pag.* 340. (c) *Pag.* 215.
(d) *Pag.* 97. (e) *Pag.* 99. [f] *Bib. Latin. lib. II.* 13.
(g) *Cap.* 19. [h] *Cap.* 26. [i] *Cap.* 27. [k] *Cap.* 29.
(l) *Cap.* 31. (m) *Epistol. lib. III.* 5.
(n) *Vid. Harduin. tom. II. pag.* 618. & 619. *David. Durand. ad hunc Plin. lib. pag.* 212.
(o) *Pag.* 667.

Cod. Mſs. Iſaaci Voſſii [1].

„ Num. 1326. 1. Plinii Secundi hiſtoria Naturalis (*a*) [2].

Num. 1328. 3. Plinii hiſtoriae libri quatuor, ſecundi pars ſcilicet, ter-
„ tius, quartus, & quinti pars [3]. Chronicum ab Adamo ad Julium Cae-
„ ſarem „.

„ Num. 2377. 52. Plinii hiſtoria Naturalis (*b*) [4].

„ Num. 2396. 71. Plinii hiſtoria Naturalis codex praeſtantiſſimus (*c*) [5].

„ Num. 2415. 90. Excerpta ex Plinio [*d*] [6].

„ Num. 2548. 223. Plinii hiſtoriae libri ſecundi, & tertii pars, liber
„ quartus, & quinti pars [*e*] [7].

„ Num. 2648. 323. Plinius parvus [8].

„ Num. 2847. 105. Plinii hiſtoria editionis Elzevirianae cum MSS. col-
„ lata [9] (*f*).

Codex bibliothecae Norfolcianae.

„ Num. 2996. 97. Plinii Secundi naturalis hiſtoriae libri 18. explic.
„ *duras tempeſtates praenunciant* [*g*] [10].

Codex Eduardi Bernardi [11].

„ Num. 7564. 218. C. Plinii hiſtoria Naturalis [*h*].

Codex Bibliothecae Jacobeae. (12).

„ Num. 8353. 631. Plinii hiſtoria Naturalis.

Vt lectori quantùm fieri poteſt morem geram, addenda veniunt quae ex Monfoconio muutum reddens excipio, relegens pennâ exaratos codices ad Naturalem Plinii hiſtoriam ſpectantes, ponamque inter iſtos primo loco:

„ Selecta ex catalogo Mſs. Regis Angliae, qui cuſus fuit Londini [13] anno
„ 1734.

ANNOTATIONES.

(1) *Voſſii*. Iſaaceus (ſive Iſaacus) Voſſius, patriâ appellatione *Vos*, Gerardi Johannis filius ſelectam in membranis habuit bibliothecam. Natus Lugduni Batavorum anno 1618. in Britanniam migravit; ibique Canonicus Windſorſenſis obiit anno 1688.

(2) *Naturalis*. Haec etiam nimis jejuno titulo afferruntur.

(3) *Et quinti pars*. Videntur allata omnino ſimilia alii Voſſiano codici, cujus numero IV. in Lugduno-Batavâ bibliothecâ meminimus; iterumque occurrit inter Voſſii exemplaria num. 2548. 223.

(4) *Naturalis*. Iterum culpandus collector ob tituli ariditatem.

(5) *Praeſtantiſſimus*. Hoc loco magis ſyllabi concinnator nobis crucem figit, cum praeſtantiſſimi exemplaris aevum atque integritatem ignorem. Neque enim eſſe poteſt collatum a Gronovio, cum adhuc in Lugduno-Batavâ bibliothecâ aſſervetur.

(6) *Ex Plinio*. Cujus ſint, minimè docet.

(7) *Pars*. Codex memoratis duobus ſuperioribus ſimilis.

(8) *Plinius parvus*. Num hoc titulo breviarium Naturalis hiſtoriae exhibetur?

(9) *Collata*. Editio Elzeviriana prodiit Lugduni Batavorum anno 1635. tribus voluminibus, folio duodecim in partes complicato, curante Johanne Laetio (*de Laet*). Videtur, quòd etiam ignorato collationis auctore, poſſet aliquis Oxoniae degens reſcire quibus codicibus fuiſſet haec editio comparata; deque eorum nomenclaturâ, aetate, & poſſeſſoribus legentes monere.

(10) *Praenuntiant*. Sunt poſtrema verba XVIII. voluminis, ubi codex emendandus in voce *duras*, legendumque *diras*. Veneta editio Princeps omnium pariter ſananda, cum perperam legat *pronunciant*.

(11) *Bernardi*. Hic Critices, & praeſertim Aſtronomiae ſcientiâ nobilis evaſit, quam Oxoniae profitebatur; illius opera a doctis magno habentur in precio, obiitque anno 1696.

(12) *Jacobeae*. Nudi tituli ex hâc bibliothecâ & ſuperiori deſiderium utriuſque operis relinquunt.

(13) *Londini*. Cum Regium hunc ſyllabum inſpicere mihi adhuc datum non fuerit: poterit lector, praeſertim Britannus, ad indicatum opus provocare, & primo loco conſulere quid de codicis valore, & vetuſtate affirmandum.

(a) *Pag.. 62.* (b) *Pag. 64.* (c) *Cit. pag.* (d) *Pag. 65.*
(e) *Pag 67.* (f) *Pag. 72.* (g) *Pag. 97.* (h) *Pag. 227.*

„ Plinii Naturalis hiſtoriae libri 37. (*a*).

Codex Mſs. Vniverſitatis Oxonienſis (1).

„ Num. 301. Plinii hiſtoria Naturalis (*b*) (2).

Codex Mſs. Collegii Reginenſis Oxoniae (3).

„ Num. 1238. Caii Plinii Naturalis hiſtoriae libri 19. priores (*c*) (4).

Cod. Mſs. Iſaac. Voſſii.

„ Num. 2336. Plinii Secundi hiſtoria Naturalis (*d*) (5).

„ Num. 2415. Excerpta ex Plinio (*e*) (6).

„ Num. 2548. Plinii hiſtoriae libri quidam (7).

Cod. Mſs. Norfolc. in Collegio Greſhamenſi Londini.

„ Num. 2996. Plinii II. Naturalis hiſtoriae libri 9. (*f*) (8).

Huic ſyllabo addere poſſumus ex Monſoconio hiſtoriam Naturalem editionis Frobenianae anni 1549. quam Caſaubonus annotationibus illuſtravit, atque in bibliothecâ Johannis Mori Epiſcopi Norvicenſis ſervabatur (9); itemque jungenda venit:

Deſcriptio totius Orbis facta olim a Principibus Romanis cum excerptis ex libris Solini, & Naturali hiſtoria Plinii (10).

Haec olim viſebatur in bibliothecâ Johannis Cottoni *Baroneti*, Thomâ Smitho (11) referente.

Corollarii loco ſubdatur David Durandus (cujus commentaria ad hiſtoriam veteris picturae memoravimus) qui Naturalem hiſtoriam auri argentique aggreſſus explicare ex Plinii libro tertio ſupra triceſimum (12), non tantùm iiſdem Voſſianis codicibus & Principi inſtitit editioni; ſed duos Plinii codices recenſet:

I. Cantabrigiae in Regiâ bibliothecâ, qui integram Naturalem hiſtoriam, demptâ praefatione, exhibet (13).

II.

ANNOTATIONES.

(1) *Oxonienſis*. Monſoconius ſcribit *in Oxonia*, quae barbara methodus à latino idiomate omnino abhorret.

(2) *Naturalis*. Cum idem numerus 301. occurrat in ſyllabo Scheldonſano, & titulus aequè reſpondeat: videtur eum eſſe codicem, qui unà cum opuſculo de Viris illuſtribus Collegio Baliolenſi attribuitur.

(3) *Oxoniae*. Monſoconius iterum *in Oxonia*.

(4) *Priores*. Exemplar eſt eodem titulo & numero in bibliothecâ Collegii Novi, quod Reginenſe appellatur.

(5) *Naturalis*. Cohaeret ſub ipſiſſimo numero.

(6) *Ex Plinio*. Convenit numerali notâ, & titulo ſupra allato.

(7) *Quidam*. Nempe quae itidem ſub numero 2548. recenſentur *libri ſecundi & tertii pars*, *liber quartus*, *& quinti pars*.

(8) *Libri 9.* Videtur quòd error cubet in numerali notâ, legendumque ſit libri 18. loco 9. Retulimus enim ad numerum hujus bibliothecae 2996. *Plinii Secundi Naturalis hiſtoriae libri* 18.

(9) *Servabatur*. Hàc de re fuſiùs agemus ſequenti volumine, ubi de memoratâ editione.

(10) *Plinii*. Optaſſem, ut hujuſmodi uberiùs enarraſſet Monſoconius. Videtur enim quòd laudata deſcriptio alia ſit a Pariſienſi codice, quem ſub titulo: *Miſſi Theodoſii de menſura Orbis Terrae* profert ex bibliothecâ Regiâ Hardainus (*g*). Thomas Smithus (*Smith*), qui Cottonianae bibliothecae ſyllabum edidit, titulum operi fuiſſe aſſerit *Galba*. Si deſcriptio plures Romanos Principes auctores agnoſcit: cur ſoliùs Galbae appellatione arctatur?

(11) *Smitho*. Conſule Monſoconium hoc loco. Reliqua Plinii nomine ab ipſo allata ad Naturalis hiſtoriae ſcriptorem non arbitror ſpectare: uti ex bibliothecâ Regis Angliae C. *Plinii Secundi de Re medica libri IV.* (*h*). Novimus Plinium alterum, qui longè a Magni Plinii aetate vivebat, V. de Re medicâ libros vulgaſſe; hunc cognomine Valerianum fuiſſe alibi ſtatuimus (*i*). Videtur, quòd idem opus ſit in Aedibus Jacobaeis memoratum a Monſoconio ad numerum 8617. *Plinius Junior de medicina* (*k*); quamvis amanuenſis malè *Junioris* titulo hunc diſtinguat; cum id ſibi agnominis Plinius Caecilius vindicaverit, ut a Seniore ejus avunculo, & adoptivo patre ſecernatur. Vidimus paullò ante ex Monſoconio referri ex archivo Baſilicae Sancti Petri, non tantùm Silvas medicinales, & quaedam ex libro *Plinii Junioris;* ſed ipſam etiam Naturalem hiſtoriam Plinii *Junioris* (*l*): quo titulo nihil abſurdius poteſt excogitari.

(12) *Tertio ſupra triceſimum*. Conſule, quae ad laudatum Plinii volumen congeſſimus (*m*).

(13) *Exhibet*. Poterat hàc de re uberiora reddere Durandus, qui laboris ſui rationem proferens tali pacto lectorem de-

[a] *Pag. 632. C.* [b] *Pag. 660. B.* [c] *Pag. 665. E.* [d] *Pag. 678.* [e] *Pag. 679.*
[f] *Pag. 681. E.* [g] *Vide tom. I. Plin. in indice auctor. praecipuorum.*
[h] *Tom. I. pag. 631.* [i] *Diſquiſit. lib. III. pag. 74.* [k] *Tom. I. pag. 886.*
(l) *Pag. 158.* (m) *Tom. II. pag. 163. & ſeq.*

II. In Regiae ſocietatis Londinenſis bibliothecâ, qui praefationem, & XVII. priores libros comprehendit.

Fatetur codices ex vetuſtioribus non eſſe: addit tamen ex optimis potuiſſe deduci; quod leve videtur argumentum.

De ſecundo hoc exemplari nonnulla attigimus, cum Plinianam ad Titum epiſtolam priſtino nitori reſtituere curavimus (*a*); iterumque de illo, & Durando ſermonem habebimus ſuis locis, ubi de Plinianorum voluminum interpretibus.

Quae de calamo exaratis Plinii libris collegimus, utpote omnium labores (imò cogitata) exſuperantia boni conſulant legentes, atque interim faciliori negocio poſteris datum erit reliqua a nobis nondum collata, vel ignorata ex reſtantibus Europae bibliothecis in publicam lucem proferre.

ANNOTATIONES.

demulcet: *Tout cela pourra faire plaiſir aux Critiques & exciter les ſavans a nous communiquer leurs lumieres; en attendant que quelque habile homme nous donne un Pline entier & plus commode ſur les meillieurs Mſs. de l' Europe, dont pluſieurs n'ont point été encore collationez. J'en ai trouvé un à Cambrige dans la Bibliotheque du Roi, ou il ne manque que la Préface, & un autre dans la Bibliotheque de la Société Royale. Ces Mſs. je l'avouë, ne ſont pas des plus anciens, mais enfin ils peuvent avoir été copies ſur des autres que nous n'avons plus & nous fournir par-ci par-là d'excellentes lectures. On en peut voir la preuve dans une petite diſſertation Latine que j'ai publiée il y quelques mois ſur la Preface de cet Auteur.*

(a) *Pag.* 244.

FINIS . LIBRI : DECIMI

DISQVISITIONVM PLINIANARVM

LIBER VNDECIMVS

SECTIO PRIMA

Editio Veneta I., omnium Princeps anni CIƆCCCCLXVIIII. fol. maximo.

QVantùm posterorum memoriam Naturalis historiae libri promereantur; tot tantique eruditorum labores, ingentes divitiae, quas sibi in cudendo recudendoque Plinio librarii compararunt (ubi non aliud hâc in re haberemus argumentum) apertissimo testimonio comprobarent. Haud ingratum itaque Plinii doctrinam amantibus futurum spero, si indicis partibus fungens, praecipuarum editionum notitiam addiderim. Neque enim omnes omnino recensere confido; tum magis, ubi de Naturalis historiae in alienam linguam aemulationibus agetur. Longè tamen majori diligentiâ, quàm huc usque peractum sit, tali in messe falcem ingessisse dicam, cum omnia propriis oculis lustrans, pauca admodum alienae fidei reliquerim; de quibus etiam lector suo loco monebitur.

Primam Naturalis historiae impressionem a Johanne Spirense Venetiis anno CIƆCCCCLXIX. fuisse publicatam liquidò constat. Nonnulli Veronensem superiori anno apparuisse inanibus conjecturis affirmarunt. Hujus inter alios meminerunt Cornelius Beughemius [1], Johannes Albertus Fabricius (*a*), Jo: Nicolaus Funcius (*b*), Stolius [2]; Fabricius tamen secundo volumine [3] Beughemii auctoritatem sequi professus est, apud quem hujusmodi titulus praefigitur: „ Historiae Naturalis libri XXXVII. noctibus & horis subcisivis conscripti. „ Veronae 1468. „ Addit Fabricius. *Qui negant extare, non alio id argumento videntur facere, quam quod illa se oculis ipsorum nec dum obtulit, uti nec meis*. Bonâ tamen tanti Viri pace quaecumque de Veronensi editione dicta fuerunt, commenticia & inania, ex Johannis Spirensis epigrammate, atque ex Alexandri Be-

ANNOTATIONES.

(1) Auctor etiam latinè se ipsum inscribit patriâ methodo *a Beughem*.

(2) Hic latinè lustricam nomen Germanicâ ratione *Gottlieb* scripsit; cum *Amedeus*, vel *Gottliebus* dicendus esset. Consule illius introductionem in historiam litterariam. De Philos. Natur. cap. IIII. pag. 653.

(3) Cum Plinianas conderem Disquisitiones, usus sum latinâ Fabricii bibliothecâ, quam publici juris fecit Vidua Schillera Hamburgi tribus volumin. anno 1721. & 1722. illam Sebastianus Coletus haud improbando consilio in unicum conspectum recudit *supplementis, quae antea sejunctim excusa maximo lectorum incommodo legebantur, suis quibusque locis nunc primum insertis. Venetiis anno* 1728. Hinc est, quòd ad secundum volumen provocavi, quia secundis curis idem argumentum Fabricius retractaverat. Monendum tamen Venetam impressionem quamplurimis typographicis mendis conspurcatam, & legere *Teronae*, loco *Veronae*.

(a) *Bibl. lat. tom. I. lib. II. 13. pag.* 501. (b) *De imminent. ling. latin. senectute pag.* 551.

Benedicti Veronensis testimonio satis constabunt. Hic Plinio medicas manus adhibens anno CIƆIƆVII. priorem Naturalis historiae impressorem Johannem a Spirâ utique agnoscit (*a*).

Et sanè, ut veriora adstruamus, quisnam adduci potest ut credat, Naturalem historiam, nunquam antea, & Veronae primùm impressam, Veronensibus omnibus ignotam evasisse, Jo: Ant. Pantheo, Mattheo Rufo, atque Alexandro Benedicto in primis, qui jam XV. seculo nonnulla ediderat; qui XVI. ineunte Plinium emendavit? Benedicto adde Polycarpum Palermum, qui singulari opere de Plinii patriâ disputavit. Neque illam Scipio Maffejus attigit (*b*), neque alius uti a se conspectam recensuit. Ego verò, qui per Italiam, Gallias, Hispanias, Germaniam tot lustravi bibliothecas, illarum tabulas & scrinia invisens, ut Plinii volumina diligenter juxta impressionis annos memorarem: nullum usquam Veronensis editionis indicium inveni.

Audiveram multis ab hinc annis in celeberrimâ Vindobonensi bibliothecâ [1] Plinii Naturalem historiam anno CIƆCCCCLXVIII. editam asservari, cujus exemplar olim Antonio Folckio Cardonio Valentino Archiepiscopo spectabat; quâ de caussâ Nicolaum Forlosiam virum eruditum, tum Caesareae bibliothecae praefectum, per literas interrogavi; atque id falsò a Valentinae indocto interpolatore somniatum accepi, qui Venetae impressionis editionem integro anno praeoccupavit.

Novi ex illustri Maeffejo nonnullos conjicere, quòd Naturalis historia anno CIƆCCCCLXIX. per Johannem Spirensem edita: coepta ante Veronae fuerit, ac postmodum Venetiis absoluta, nam illo aevo quandoque consueverant impressores cum calchographicâ supellectili de urbe in urbem migrare. Haec modò vera essent, satis Novocomensium caussae faverent; nam tum Plinianum exemplar, quod Veronae coeperat cudi, Plinium civem nostrum fateretur appositis ante praefationem verbis: *Plinius Secundus Novocomensis equestribus militiis industrie functus &c.* Hujusmodi siquidem e Suetonii de Viris illustribus libello excerpta, utpote in Plinianis operis fronte extantia, Veronae procul dubio lucem vidissent. Attamen ut conjecturis, imò falsis divinationibus, parcamus: Venetam Naturalis historiae impressionem omnium primigeniam Venetiis unicè natam, atque absolutam statuemus. Meritò igitur ab Octaviano Ferrario (*c*), Davide Durando (*d*), aliisque Princeps editio nuncupatur. Hanc Johannes a Spirâ vulgavit: paulullumque etiam curasse, ut Plinium ab amanuensium erroribus castigaret, possumus ex subjectis ad librorum calcem sequentibus versiculis abundè colligere:

Quem

ANNOTATIONES.

(1) Ex amplissimis veteribusque Caesarum, Pannoniae Regum, atque Principum Austriacorum bibliothecis conflatur admiranda (quam modò nominavimus) Vindobonensis Imperatoria librorum collectio (*e*). Hanc Carolus VI. amplifs. aedibus extructis, quasi dicato Musis loco, publici juris fecit. Accessare Hohendorfiana, empta Bruxellis centum milla florenorum precio; memorata Valentiniana, atque ultimò Eugeniana; nempe ab Eugenio Sabaudiae Principe collecta, qui maximis expeditionibus militarique scientiâ admirandus, hâc etiam laude nobilissimus extitit, ut bibliothecam optimis rarisque voluminibus confertissimam sibi compararet. Eximiis Majorum vestigiis insistens MARIA THERESIA AVGVSTA, rarâ librorum supellectili florentissimam adauget bibliothecam.

(a) *In Praefat. ad Plin. Venet. edit. ann.* 1507.
(b) *Veron. illustr. par. II. lib. I. col.* 24. (c) *Consule illius epist. apud Fabric. Bibl. latin. lib. II.* 13.
(d) *In histor. veter. pictur. itemque in histor. auri, argentique &c.*
(e) *Vide Petr. Lambec. de amplifs. biblioth. Caesareâ Vindobonens.*

Quem modo tam rarum cupiens vix lector haberet&:
Quiq; etiam fractus pene legendus eram:
Restituit Venetis me nuper Spira Joannes
Exscripsitq; libros ere notante meos.
Fessa manus quondam moneo: Calamusq; quiescat
Nanq; labor studio cessit: & ingenio
. M. CCCC. LXVIIII.

A memorato Suetonii Pliniano elogio incipiens typographus (codices quos prae manibus habebat secutus) Plinium Novocomensem *Domitiano* Naturalem historiam dicasse vulgavit. Haec folio maximo, lato margine, egregiis characteribus constat. Desunt prima dictionum elementa, ut minio postmodum ab amanuensibus redderentur, ubique narrationes digniores visae sunt, ut inde versus inciperent; & quandoque in ipsâ versuum texturâ locus primis elementis pingendis extat, ut apparet libro XXXVII. In cunctorum voluminum initio ingens spatium relinquitur, ut posset insigni literâ & picturis honestari. Desiderantur pariter ipsorum librorum tituli, ut coloribus exciperentur.

Post Plinii praefationem primo volumine rerum omnium capita exhibentur, ubi tamen narrata nullis distiguuntur numeris, exempli gratiâ legimus in libri VII. elencho haec verba:

De homine
Gentium mirabiles figurae
De scbytis & aliarum diversitate gẽtium.
De prodigiosis partubus &c.

Hujusmodi ostendunt non absque ratione nos in primâ Disquisitionum parte conjecisse (*a*), Plinium ingentis operis folia numerabilibus quibusdam notis signasse, ad quae provocans Titus scriptorum nomina, & omnia hisce in voluminibus tradita inveniret. Haec tamen nullo pacto erant in ipso operis corpore inoculanda; ad quae nescio an respexerit Johannes Spirensis, cum in praecipuarum sectionum fine parvulas quasdam lacunas persaepe reliquerit, quas postea nonnulli improbo consilio tractandarum rerum elencho compleverunt. Quod ad rem hujus voluminis propius spectat, id profectò erit ex allato epigrammate constare Johannem a Spirâ omnium primum fuisse, qui typis Naturalem Plinii historiam concesserit, ut inde etiam omnino commenticia Veronensis anni CIϽCCCCLXVIII. appareat, uti etiam titulus a Beughemio, & Fabricio recitatus [1]. Hujus Venetae Plinianae impressionis excellentiam & caritatem satis indicant carmina Divi Augustini de Civitate Dei voluminibus affixa ab eodem Spirensi in hanc speciem:

Qui docuit Venetos excribi posse Joannes

Men-

ANNOTATIONES.

(1) Vt suppostitia Veronensis editio credatur, illud quoque pensitandum, quòd Arabicis siglis Christi annus 1468. referatur: quando primigenii impressores Romanorum notis tempora designabant. Vide, quae infra de alterâ Veronensi editione [perperam ab Orlando memorata ad annum 1488.] conjecimus. Hâc de caussâ omnino elumbia evadunt argumenta a Purpurato Quirino in appendice ad Paulli II. Pontificis vitam congesta (*b*), ubi Venetam impressionem anni 1468. & 1469. ex syllabo bibliothecae Vltrajectinae recenset; & hanc Veronae coeptam anno 1468., absolutam Venetiis anno 1469. collegit. Nil tale in Spirensis exemplari apparet, neque ullum ab illo Veronae cusum volumen inveni; unde vel solitâ typographorum, vel Bunemanni oscitantiâ hujusmodi irrepsisse fatendum erit.

(a) *Lib. VI. pag.* 102. (b) *Pag.* 106. & 207. §. *XVI.*

Menſe fere trino centena volumina Plini
Et totidem magnos Ciceronis Spira libellos
Coeperat Aureli &c.

Jure igitur meritoque hanc Plinianam editionem, cujus exemplaria cententum numerum vix attigerunt, antiquitatis amatores magni faciunt: quamvis tantis maximiſque erroribus ſcateat, ubi *praeter graeca omiſſa*, *vel latinis literis parum emendatè expreſſa* [a], plura toties verba extant, quae nullam periodi methodum, rerumque ſignificationem connectunt (1); unde Marinus Statileus hanc quoque inter primas ſcriptorum editiones foedis ubique maculis interſperſas commemoravit [b]. Maximè igitur indolendum, quòd iniquo Plinii fato nullum Antiquorum opus extiterit, cui magis offecerit exſcriptorum ignorantia, & impreſſorum audacia [c]. Vltimum Johanni Spirenſi minimè objiciendum, quamvis inſignis oſcitantiae reus appareat, cum Plinius non unâ in parte *fractus* ſuis e praelis lucem adſpexerit (2). Vitiis tamen omnibus dimenſis adhuc primum, & principem locum inter Pliniana cuſa exemplaria ſibi vindicat haec impreſſio, cum in illâ perſape verae lectionis indicia quaerenda ſint: tum magis iis in vocibus, quae optimè cum reliquis cohaerent; & ab hâc immeritò in pluribus Neoterici receſſerint, ut egregiè oſtendit Durandus [d]. Hinc eſt, quòd Veneti exemplaris auctoritatem toties in tentamentis & reſtitutionibus adduco, quando etiam illo deſtitutus, in alienis bibliothecis precioſum opus conſulebam (3). Illud tandem nactus, quamvis aliquâ ex parte labefactatum, longè majora ſupremis Naturalis hiſtoriae voluminibus adjeci.

Johannem Harduinum nullam Plinianae hujus impreſſionis habuiſſe notitiam patet (4), cum eam ſicco pede praetereat, & apertè prodat; ut primùm edendi libros ars conceſſa mortalibus fuit, viros doctrinâ, virtute & natalibus con-

ANNOTATIONES.

(1) Hâc de cauſsâ Dominico Lazarino, Viro caeteroquin eruditiſſimo minimè ſubſcribam, qui de melioribus Plinii impreſſionibus loqui volens, haec patrio ſermone vulgavit (e): *Queſti ſono per comun conſentimento o quel di Vindelin da Spira del MCCCCLXIX., o quel di Gianſon Gallo volgarizzato dal Landino del MCCCCLXXVI. ed altri di quell' età*. Multùm paucis hiſce in verbis Lazarinus peccavit. Omitto, quòd *codicum* nomine, italicâ linguâ ſcribens, potiùs calamo exarata volumina deſignarem; non tamen praeteream, quòd Pliniana editio Johanni, & non fratri Spirenſi erat tribuenda, & quòd Romanam potiùs Alerienſis Antiſtitis anni ſequentis, quàm Italam Landini verſionem oportebat memorare.

(2) Deſideratur libri VII. finis, hiatque poſt verba *ante genitali ſummere* (lego *ſumere*) *experimento*; unde IV. capita (juxta neotericorum partitiones) abſciſſa indolemus. Voluminis VIII. multo plura deſunt: nempe XLIII. capita, & XLV. initium uſque ad verba *eſſe: ſi in levam foeminas*.

(3) Hujus editionis exemplar vidi in Regiâ Taurinenſi bibliothecâ, Mediolani in Archinteâ, & Sancti Victoris ad Corpus. Extat Venetiis in Dominicanorum coenobio ad Rates (*alle Zattere*) quod olim Viro Clariſſimo Apoſtolo Zeno ſpectabat: Ravennae in Claſſenſi Monaſterio in membranis excuſum (*f*). Antuerpiae in ſecretiori Jeſuitarum bibliothecâ (*g*). Memoratur in Duboiſianâ (*h*), Bozaeâ (*i*) & &c. De hâc editione conſule Sallengrium (*k*), & Purpuratum Quirinum (*l*), alioſque. Curioſi Claſſenſis bibliothecae exemplar maximi facient: neque enim paribus membranis alibi extare memini me legiſſe.

(4) Johannes Albertus Fabricius, dum primùm Latinam ederet bibliothecam, Spirenſis inſigne Venetum exemplar ignoravit: cum *editiones*, inquit (*m*), *Plinii ab Harduino diligenter recenſentur, quibus nonnullas adjungam. Prima omnium eſt Veronenſis A.* 1468. *Hanc ſecuta eſt Romana* 1470. Ego potiùs dixiſſem „ Plinii editiones ab Har„ duino negligenter admodum recenſentur; iis enim permultae addendae ſunt. Omnium prima, Harduino in„ tacta, Veneta 1469. Hanc ſecuta eſt Romana 1470. „ Venetum hujuſmodi exemplar pariter ignoravit Funcius, quod ſubinde Fabricium non latuit.

[a] *Fabric. biblioth. Latin.* [b] *Vide Johann. Launojum in epiſt. ad Thomam Fortinum.*
[c] *Vide Cheviller.* Origine de l'imprimerie de Paris.
[d] *In Praefat. Plin. & lib. XXXV. de picturâ, itemq. ad lib. XXXIII.*
[e] Lettera terza *pag.* 212. [f] *Ex epiſtol. Com. Chriſtoph. Zappatae mihi datâ.*
[g] *Ex epiſt. Norberti Cajmi.* [h] *Tom. I. pag.* 246. [i] *Pag.* 82.
[k] *Memor. litterar. par. II. artic.* 4. [l] *In appendice ad vitam Paul. II. pag.* 205.
[m] *Tom. I.* 13. *pag.* 405. *edit. an.* 172.

conſpicuos de publicando ſtatim Plinii opere cogitaſſe. *Vulgavit igitur*, ait [a], *illud omnium primus Joannes Andreas Alerienſis Antiſtes in Corſica*. Haec non integro ad veritatem confinio pertinere doctis jam conſtat. Neque enim de vulgando Plinio mens politiori doctrinâ imbutis *ſtatim* ſubiit; cum ab anno CIↃCC-CCLVII. quo haec ars fuit perfecta [b], poſtquam illam Johannes Guttembergius invenerat anno CIↃCCCCXL. [c][1], aliquantulum longiùs, quàm promerebatur, Plinius delituerit; & prima illius editio, non Aleriae Epiſcopo, ſed Johanni a Spirâ debeatur: quamvis doctus Antiſtes (antequam Spirenſis de Plinio fortaſſe cogitaſſet) illum emendare atque edere jamdiu meditaretur.

Hanc ſanè gloriam (quaecumque ea ſit) Italo Viro Germanus praeripuit, per quem altera Naturalis hiſtoriae libris dignitas acceſſit, cum maximum hocce volumen, ſecundum ſuit, quod lucem Venetâ in Vrbe viderit, eodem ſiquidem anno, quo Ciceronis familiares epiſtolae prodierunt; cumque ad Tullii coronidem legamus:

Primus in badriaca formis impreſſit abenis
Vrbe libros, Spira genitus de Stirpe Joannes:

fatendum neceſſariò eſt librum, cui titulus *Decor Puellarum*, a Cicerone, & Plinio fuiſſe praeceſſum, ut mecum Clariſſimus Ambroſianae bibliothecae Praefectus Joſeph Antonius Saxius conjiciebat [2].

Editio Romana I. anni CIↃCCCCLXX. folio maximo.

Quòd Johannes Andreas Buxius Alerienſis Epiſcopus omnium primus Naturalem hiſtoriam emendans, ante Johannem Spirenſem de vulgando Plinio cogi-

ANNOTATIONES.

(1) Nolebam de typographiae inventu hoc loco diſputare; ſed ut cuidam amico noſtro occurram, ſummatim attingam non ignorare, quòd permulti mirandae hujus artis inventorem faciunt Johannem Fauſtum Moguntinum (d). Nonnulli adjiciunt Johannem Guttembergium Argentorati natum, Moguntiaeque civem. Batavi id gloriae tribuunt Laurentio Coſtero Harlemenſi: alii alia, quos longum eſſet referre, & videre poteris apud Ladvocatum. Videtur ei, quòd prima laus concedenda ſit Petro Schefſero Gernsheimenſi, qui mobiles invenit literas. Huic Fauſtus filiam ſuam uxorem eſſe voluit.
Petrus Maffejus (e), & Pancirolus (f) conjiciunt, quòd haec ars a Sinarum regione rudis delata, deinde apud Nos fuerit expolita. Bonâ tamen utriuſque, & Aſſeclarum pace, quis ſimilia probabit, cum neque Guttembergius, neque Fauſtus, nec Schefferus, neque Coſterus ullum cum Sinenſibus commercium habuerint, neque ſimilia ab aliis noſſe potuerint, cum ſeculo XV. nemo ad noſtras regiones visâ eâ gente rediiſſet? Nondum enim adeò Ruſſorum potentia excreverat, ut tot Sytharum provinciis ſub ditionem miſſis, ad floridiſſimum imperium terreſtri itinere penetraſſent; quod Avorum aetate primùm, commercii cauſsâ, accidiſſe ſcimus. Artis denique typographicae inventores Sinenſes fuiſſe, unicè nobis venditatum, poſtquam Populos decimoquinto ſeculo Europae ignotos, Luſitanorum claſſes extare retulerunt. Solis igitur Germanis haec laus erit tribuenda, cum non magis Sinenſes, quàm Aegyptii cudendi librorum artem invenerint.
(2) Conſule Saxii prolegomena ad hiſtoriam typographico-litterariam Mediolan. cap. III. fol. LXXXIX. & ea quae eruditè congerit contra Maetterium, atque Orlandum. Vitium enim proculdubio in Janſoni libello adeſt, cum perperam annus CIↃ CCCCLXI. ad calcem deſcribatur, quo nondum Italiam, multoque minùs Venetias Janſonus attigerat. Neque enim tam aſotum, ac ſupinum Johannem a Spirâ fuiſſe credendum eſt, ut ſe primùm Venetiis typographicam artem oſtendiſſe gloriaretur; idque eâ in urbe aſſereret, poſtquam annis jam octo exactis Nicolaus Janſonus ipſiſſimo in oppido typographus agnoſcebatur. Peterem inſuper a Maetterio, atque Orlando quidnam ab anno 1461. uſque ad 1469. Venetiis agerer Janſonus, cum nihil ab illo interim typis vulgatum appareat. Omiſſa igitur ab eo fuit altera numeralis nota, & loco CIↃCCCCLXXI. cudit MCCCCLXI. Memini in gallico Delandii opuſculo (cui patrio idiomate titulum fecit *Specimen ad Priſcorum Rem maritimam*) Pariſienſem typographum, annum M. DCCLXVIII. (qui nondum advenit) apoſuiſſe; ideoque annos XX. praeoccupare; idque ex numeralis notae X. tranſpoſitione (quae reſtituenda in hanc ſpeciem M. DCCXLVIII.) occurrere omnibus compertum eſt.

(a) *In Praefat. ad Plin. Natur. hiſtor.* (b) *Maetterius* [Maittaire] *tom. 1. pag. 13.*
(c) *Vid. Anton. Franc. Donium Marm. par. II. pag. 7. Joh. Marium Creſcimb. Comm. pag.* 380.
(d) *Vid. Polidor. Virgil. de inventor. rer. lib. II. 7. Calvin. J. C. Derthonenſ. in Lexico. Beſoldum de arte jureque belli titul. de typographiâ. Pontan. Progymnaſm. 32. Majol. in dieb. Canicular. Sadarin. Reſponſ. X. fol.* 30.
(e) *Hiſtor. Indic. lib. VI.* (f) *In novis repert. titul. XII.*

gitaverit, ex ſtatim adducendis patet; ſed dum ipſe Vaticanorum, & Sfortiadum exemplarium ope medicas Auctori manus adhibet, Johannes a Spirâ Naturalem hiſtoriam Venetiis impreſſit anno CIƆCCCCLXIX. quo adulto [1], ſeu ad finem vergente emendationes ſuas pariter abſolviſſe Alerienſem ex Paſſionaeo laudato codice poſſumus affirmare. Hanc provinciam multis ante annis ſuſcepiſſe mutuatâ opportunè Horatii ſententiâ ad Paullum II. Pontificem Maximum haud obſcurè innuit. Integram docti Epiſcopi epiſtolam ponemus [2], quam in fronte Naturalis hiſtoriae in hanc ſpeciem vulgavit.

„ Johannis Andree [3] Epiſcopi Alerieñ ad pontificem
„ ſummum Paulum [4] II. Venetum. Epiſtola

„ Properatio omnis iure reprehendi ſolet beatiſſime Paule II. Venete Pontifex Maxime iis in operibus: que uix ſatis maturari queunt. quod ipſe cũ multis aliis in rebus ſim expertus: In Plyniana tamen recognitione potiſſimum. que ejuſmodi quidem eſt: ut ſemper incipi poſſe: nũquam digne abſolvi ac pro auctoris merito uideatur. Sed quid facerem? tot undique flagitantibus in nonũ annũ premi non potuit emendatio [5]: ne futura quidem exacta poſt nonageſimum [6]. uerſandi erant etiam atque etiam ſcriptores omnes Latini Greciq; conſulendique non tantum ſapiẽtie Principes: uerum officinarũ quoque omniũ opifices [7] ac penita abſtruſaq; in artificiis omnibus & perſcrutanda diligentiſſime: & eruẽda planiſſime. Iuuit ſane ac mirifice iuuit conatus meos: quod minime diſſimulandum arbitror: Vir ſumme eruditionis & ſapientie Theodorus meus Gaza: atq: ita quidem ut abſq; illo neque ego nec poene dixerim: mundus hoc munus fuerit impleturus [8]. Codicum noſtrorum lectio ubi in manus hominũ uenerint: periculum de ſeſe prebebit noſtre diligentie. Cõferentur cum iis uoluminibus que prius habebantur omnia. & ex librorum collatione cenſura conſtabit [9]. Que mihi ſint viſa plus habere difficultatis: emolumenti uero rectiſſime etiam inuẽta: minus: ea ſunt locorum quorundam nomina & dimenſionum numeri in ſitu terrarum poſiti [10]. Potuiſsẽt tamen longiſſimo tempore ea quoque partim ex Coſmographis partim ex hiſtoricis partim deniq; ex Poetis atq; Oratoribus ſparſim attentata & expreſſa nõnunquam colligi. ſed diuturnitatis prope immenſe opus illud fuiſſet. Et legentium plurimi ſibi per ſeſe multa in dies

ANNOTATIONES.

(1) *Adulto*. Aſſerit enim ſe, adjutore Theodoro Gazâ Plinium maximo labore recognoviſſe die quinta decima Decembris anni 1469.

(2) *Ponemus*. Haec epiſtola, non tantùm in illorum gratiam, qui Romanam editionem non poſſident, ſed ob ſingularia ab Alerienſe Antiſtite collecta, hoc loco ſubjicienda venit. Videtur enim, quòd Naturalis hiſtoriae caſtigandae provinciam jam ab anno vulgaris aerae 1461. ſuſcepiſſet, cum in laudatâ epiſtolâ ad Paullum II. Pontificem Max. haud obſcurè affirmet, tot undique flagitantibus Plinianam editionem, poſt novem annos, non ampliùs differre potuiſſe. Ex iis igitur verbis falſum fuiſſe Harduinum ſuſpicarer; ideoque Romanam impreſſionem, cui Alerienſis Epiſcopus praefuit, omnes alias praeceſſiſſe arbitratur; idque eo magis collegit Harduinus, cum Venetum Spirenſis exemplar ad ſuas manus non pervenerit.

(3) *Andree*. Sequor, quantùm per Neotericorum impreſſorum characteres fieri potuit, tunc temporis adoptatam ab Alerienſe Epiſcopo ſcribendi rationem, ut curioſis etiam conſtet Romanae orthographiae differentia ab eâ, quâ noſtro aevo utimur.

(4) *Paulum*, & *Paullum* ſcribi norunt Eruditi. Romani Pontifices communiorem methodum adoptarunt.

(5) *Emendatio*. Juxta illud Horatii ---- ---- ---- *nonum prematur in annum* (a). Ex hâc Epiſcopi ſententiâ falsò Harduinus judicavit Romanam editionem, cui praefuit Johannes Andreas, omnes praeceſſiſſe.

(6) *Nonageſimum*. Alerienſis Antiſtes, qui medicas Plinio manus adhibuerat, & foediſſimos amanuenſium errores ubique invenerat: reconditae ſcientiae theſauros, ut emendaret, ritè ad tantum temporis ſpatium provocat, cum alibi ad eundem Paullum Pontificem ſcribens: *Quis eſt enim*, ait (b), *Virgilio: ſuo in genere: ut ab eo incipiamus maior? Quis Plynio doctior? quis Liuio candidior & uberior?*

(7) *Opifices*. Vt artium, agricolationis, Rei militaris, navalis; denique omnium quae in Caelo & ſub Caelo fiunt, notionem adipiſceremur.

(8) *Impleturus*. Haec laus Theodoro Gazae tributa incomparabilis Panegyrici locum occupabit.

(9) Apparet ex iis verbis Johannem Buxium ex collatis invicem exemplaribus curaſſe, ut tollerentur exſcriptorum errores, unde hujus editionis praeſtantia celebratur:

(10) *Poſiti*. In numerorum tradendis ſiglis immenſa eſt Amanuenſium oſcitantia, & pugna.

(a) *Art. Poëtic. verſ.* 388. (b) *In Praef. ad T. Liv.*

„ efficient eo ſtudio meliora. Qua in parte omnes humanitatis ſectatores obſe-
„ cro ut ad communem utilitatem ipſi quoq; ſollertia eorum inuenta propo-
„ nant in mediũ [2]. Nihil enim unquam aut tam exiguũ & paruũ fuit aut a-
„ deo ingẽs atq; immensũ: quod non fieret a pluribus melius. rudimenta ſunt
„ & inchoata quidem rudimenta noſtre recognitiones: experiendo utiq; aſſi-
„ due profecture. Quod ſi in ſuis quiq; regionibus animadvertentes iam minus
„ reſiſtentem lectori Plyniũ fuerint annifi [3] cognitos ſibi ſitus ſollertius emẽ-
„ dare & vetuſtam tenebris exparte incognitis. preſentiũ nominũ lucem pre-
„ ſerre: & more doctiſſimo tum uiros excellentiſſimos tum res ampliter geſtas
„ qua ex hiſtoriis maiorum qua ex geſtis recentioribus ſuis locis adiungere:
„ ingens fiet illis gloria. legentibus utilitas mira. & uoluptas impendio ſingu-
„ laris. Iuuare poteſt multis in locis hanc partem uir ingenii & facundie com-
„ poſitiſſime predeceſſor tuus Pius pontifex maximus Eneas Senenſis nomine [4]:
„ qui recto more Pontificum apud Romanos gentiles adhuc Maximorum qui
„ ſoli Maximos annales ſcriptitabãt: hiſtorica dignitate plurima ſcripſit ele-
„ gantiſſime ſimul atq; doctiſſime [5]. Poſſunt prodeſſe Preſules multi immo ue-
„ ro omnes perdocti ſuarum dioceſum loca deſignando (6). Europã certe lon-
„ ge melius maxima ſui parte ac uerius nos poſſumus quam veteres omnes noſ-
„ ſe. hec ipſa tamen ego quoque ſi vixero: pro mea virili adhuc ſum diligen-
„ ter retractaturus (7). ſed ẽ hoc quidem opus dierum multorum hominumq;
„ doctiſſimorum atq; plurimorum. Menſure quidem fuere hactenus certe & e-
„ runt omni tempore inconſtantes: rationibus innumerabilibus que in prom-
„ tu ſunt omnibus. Verum de Coſmographia hactenus. Cetera ſunt ut ratio-
„ ne ad attingendum faciliora ita propter rerum magnitudinem. pondus. ua-
„ rietatem. prope infinita. dum a celo exorſus Plynius (8) quicquid in cogni-
„ tionẽ hominum ſcitu dignum ad etatem ſuam uenerat: quicquid opifex re-
„ rum deus (9) & deinceps parens natura creauerat: atq; progenuerat inexplicabili
„ hoc ingẽntiſſimoq; opere nulla oratiõe unquam ſatis laudato [10] eſt comple-
„ xus. In hac tamen tanta rerum ſumma illud ẽ maxime animaduerſu dignum
„ & ante omnia memorandum diſcere quantum quaue in parte uita ex eo tem-
„ pore ad noſtram profecerit tempeſtatem. detriuit illa quidem quod facile aſ-
„ ſenſerim: multis in rebus iiſq; clariſſimis. Sed aucta eſt in digniſſimis pluri-
„ bus atq; utiliſſimis. de quibus exempli gratia pauca ſubnectã. Navigatio ſpar-
„ ſum late orbẽ maxime omnium artium ſemper una cõiunxit. Illa enim ex-
„ trema Indorum Gadibus prope annexuit & ab Ethiopibus [11] ultimis ad Bal-
te-

ANNOTATIONES.

(2) *Medium*. Hujuſmodi tanto candore prolata tutum facere debuiſſent Johannem Andream a poſteriorum injuriis. In eum tamen acerbo ſtylo invectus eſt Nicolaus Perotus, ut non uno loco attigimus, & fuſiùs libro ſequenti oſtendendum curabimus.

(3) *Annisi*. Livianum eſt verbum, apud quem eâdem ratione, quâ *adnixus* invenitur, & utrâque ſcripturâ in illius codicibus legitur.

(4) *Nomine*. Qui nempe luſtricis praenomibus vocabatur Aeneas Sylvius, gentilicio verò nomine Piccolhomineus [*Piccolomini*]. Natus fuerat in Corſiniani vico Senenſis territorii, cui poſtea appellationem immutavit, atque ex Pontificio ſuo nomine Pientiam dixit, jura Civitatis natali ſolo attribuens. Videtur igitur, quòd rectiùs a Buxio vocaretur: *Aeneas patriâ Senensis*. Muratorius vel obſcurè loquitur, vel Sylvii luſtricum praenomen pro gentilicio accepit, cum principatum hujus Pontificis [*a*], itemque obitum attingit [*b*]. Silvii appellationem a Patre habuiſſe tradit Platina; conjiceremque Aeneam Sylvium fuiſſe vocitatum tum parentis cauſâ, tum ob Regem Aeneam Silvium Aeneae Trojani, ut credunt Nepotem.

(5) *Doctiſſimè*. Nihil inſuper curae addidiſſe, ut e Pontificio ſolio nova emitteret volumina, compertum habeo; niſi eorum loco veniunt recenſenda diplomata, quibus a ſe, favore Baſileenſis Concilii, vulgata damnavit; itemque epiſtolas Principibus viris datas.

(6) *Deſignando*. Optimum ſanè conſilium, ſed Paullo II. literatos viros contemnenti inutile.

(7) *Retractaturus*. An aliqua iterum tractaverit Buxius, prorſus ignoro. Certè illa typis minimè conceſſit.

(8) *Plynius*. Ita ubique minùs rectè.

(9) *Deus*. Deum rerum omnium conditorem, ut par erat, agnoſcit Alerienſis, utque Plinianae hiſtoriae initium caſtigaret. Conſule quae libro V. attulimus, & praeſertim pag. 194.

(10) *Laudato*. Vide ut Plinii Naturalem hiſtoriam omnibus encomiis ſublimiorem fatetur.

(11) *Ethiopibus*. [Sic].

[a] *Annal. tom. IX. par. II. pag. 106. an.* 1458. [b] *Ann.* 1464. *pag.* 135.

„ teum [1] usque mare discurrit: miscuitq; res inuicem: ortas celo diuersissimo.
„ Ceterum in nauigandi arte quid habuit iuste ac in parte rudis uetustas cum
„ posterorum inventis cōferendū [2]? pyxis una magnete moderata plus habet
„ commodi: quam omnis antiquum nauigando contemplatio. Res militaris nō-
„ ne est euecta magnopere bōbardis pyxidibusq; & id genus multis quas a so-
„ nitu sclopettos, aut Zarbatanas [4]: aut aliter rustice appellāt: excogitatis
„ quibus uix mōtes nedum arma muriq; possunt resistere [5] & si in hac parte
„ suo multa veteres habuisse miri ingenii: & artificci [6] immortalis [7]. Mel
„ canne saccar a Galleno [8] dictum a nobis succarum [9] uix ueteres nouere.
„ cujus hodie tam multiplex & numerosa cōpositio [10] est ut ab ea parte sua-
„ vitas deliciarum omnis sit ad excolendam uitam industrie maxime introdu-
„ cta. Attingā ne cetera que exquisitissime Lampus Biragus multumq; inuesti-
„ gauit? & ut puto redegit in uolumen [11]. Hujusmodi multa lectiōe erudi-
„ mur Plyniana dū queri ab eo cernētes singula acerrime: & minutissime: per-
„ multa tamen habere nos experimur: que ille non paucis voluminibus si suis
„ quoq; fuissent temporibus orta: explicuisset. Sed age quid in omnibus homi-
„ num inuentis tāti unquam fuit: ut cum impressorum nostrorum libraria ar-
„ te digne conferri & anteferri queat? Quam gloriam eternus deus tue po-
„ tissimum felicitati tribuit: quod alio quoque loco scripsisse me memini
„ ut te Pontifice Maximo id Rome splendoris & utilitatis aduexerit: un-
„ de ingenia monumentaq: sapientum nulla unq; sunt mundi senectute
„ peritura. Unde futura omnis etas sit incredibiliter sese litterarum ge-
„ nere omni excultura. Que industria si fuisset apud veteres profecto & Pli-
„ nii nostri excellentissima alia monumenta [12] & ceterorum celestium ho-
„ minum nostra etate non desiderarentur. Equidem pater Beatissime Pli-
„ nianam recognitionem amplissimo domino meo temporali [13] Galeaz

ANNOTATIONES.

(1) *Ad Balteum*. Baltaum dicit, quod nostrâ aatata Balticum appellamus. Nominis origo a Baltiâ insulâ Xenophonti Lampsaceno memoratâ [quam Pythaas Massiliensis Basiliam nominavit] tracta videtur. Caaterum Vateres Daniaa, Norvegiaa, Sueciaaque regiones hand satis agnoverunt, atque ax Scandiâ insulam secare [*a*]. Aleriansis porrò Episcopus Lusitanorum acta ob oculos habet, qui tum Alphunso V. Raga Guineensem oram detegerunt. Antistitis taman dicta brevioribus tarminis veniunt coërcanda, cum anno 1470. namo ex Indiae finibus Gades maritimâ navigationa peteret; multoqua minùs ax Aethiopiaa litoribus solvens, Baltici maris fauces intraret.

(2) *Conferendum*. Hoc utique verissimum, & nostrâ aetate majora speramus, ubi Longitudinum certa mensura deprehendatur.

(3) *Moderata*. Flavius Gioja Amalphitanus anno circiter 1300. pyxidem nauticam invenit. Ea hoc loco attingit Aleriansis, quae grata admodum atant Pontifici, quam Parentes commerciis agitandis, & maritimis peregrinationibus destinaverant.

(4) *Zarbatanas*. Pro Bombardis intelligit, terribilia Martis instrumanta quae nobiliori vocabulo bellica Tormenta appellamus: Italicè *Cannoni*. Eorum usum invanissa ferunt Bertholdum Schwartium Franciscanum aoenobitam labenta seculo XIV. quâ de re fusiùs in annotationibus ad Ben. Jovii patriam historiam. *Zarbatanae* vocabulum plebejum.

(5) *Resistere*. Quanta postmodum excogitata & adjecta fuere, unde hominibus multiplex ignotumq; antea mortis ganus accederet?

(6) *Artificci*. [Sic].

(7) *Immortalis*. Certè antiquorum Ducum militumque virtus magis elucabat, cum nunc igneatum Bolidum crepitus, & unius Tormanti bellici ictus fortissimos quosve impunè discerpat.

(8) *A Galleno*. [Sic]. Fortasse *artificci*, & *Galleno* sunt typographici errores: scribendum enim erat utiam tunc temporis *artificii*, & *Galeno*. Haec porrò tradit Galenus lib. VII. de faciend. simp. madicament.

(9) *Succarum*. Necio cur *Succarum* dicat, cum Italis *Zucchero* appelletur. Plinius Saccharum in medicinae usu suâ aetata notum calebravit, atque hoc longè a Sacchaio nostro diversum contendit Harduinus, multa subducens ax Daleccampio [*b*].

(10) *Compositio*. Quantùm etiam hâc in arta profecit vita tribus ab Alerieusi antistite seculis? Consula Itinerum historiam, ubi Sacahari cultura, & purificatio describitur.

(11) *In volumen*. De Lampo Birago. Libro XII. fusiùs disceptandum.

(12) *Monumenta*. De jaculationa Equastri, da vitâ Pomponii Sacundi, Bellorum Germaniae, & reliqua, quaa vida apud Plinium Caacilium a nobis illustrata Disquis. lib. IV. pag. 110. & sequenti; itemque libro V. in Plinii vitâ.

(13) *Temporali*. Ecclesiasticorum scriptorum more Principatum in spiritualem ac temporalem distinguit, unda hâc de causâ Alerieusis Episcopas apud Vigiebanenses natus *temporalem* Dominum suum vocat Galeacium Mariam Insubriaa Principem, quamvis voca idoneis scriptoribus in hac significatione minimè usurpata. Galeacius Maria erat Francisci Sfortiae natu maximus, miseraqua morte occubuit anno 1476.

[a] *Vid Anton. Possevin. Junior. lib. 1. pag. 3.* [b] *Lib. XII. 8. pag. 659.*

„ Sfortie Vicecomiti duci Mediolani Inclytiſſimo ſtatueram tua favente ma-
„ geſtate [1] delegare: ſed exiſtimaui aliquid me adhuc poſſe addere huic pre-
„ ſtantiſſimo operi: quod ſit deinceps illi Principi plus prebiturum uolupta-
„ tis. quare in proximam additionem recognitionēq; hoc illi munus reſerua-
„ ui [2]. Tu ſi uides me iam tantopere uigilaſſe ut quid prope factu uidebatur
„ impoſſibile iam aliqua ex parte ſit inchoatum: nunquam enim dicam perfe-
„ ctum [3]: hanc meam uoluntatem conatūq; munificentiſſime pater pro opere
„ computa: & uolentem tanq; aſſequutum quod iam enixe concupiui gremio
„ foue; iuuaque auxilio. Tibi det ſancta trinitas. celiteſq; omnes chori: &
„ primi omniū preſides throni immortalis tui Petrus & Paulus Apoſtolorum
„ principes ut te florētiſſimo & fauſtiſſimo diutiſſime Pōtifice Chriſtianus po-
„ pulus de orbe triūphet infidelium [4] & contumaciā debellet hereticorum
„ impietatis: quod ille impleat: quam ē ſemper benedictus in ſecula amen.
„ Rome Pontificatus tui feliciſſimi
„ Anno Sexto [5] „

Pliniana, de quâ loquimur, Naturalis hiſtoria Romae prodiit edentibus Conrado Sweynheymio, & Arnoldo Panaratzio celebratiſſimi nominis typographis, quique fictoriae artis, ut Alerienſis Epiſcopi verbis utar, primi in Italiâ opifices fuerunt [*a*]; legimus enim ad hujus exemplaris calcem.

Inſtauratum aliquantulum ſub Romano Pontifice Maximo Paulo II. Veneto. Atq; impreſſum Rome [6] *in domo Petri & Franciſci de Maximis* [7] *juxta campum Flore preſidētibus Magiſtris Cōrado Suueynheym* [8] *& Arnoldo Panaratz.* [9] *Anno Dominici Natalis* M CCCCLXX. *Pontificatus eius feliciſſimi & placidiſſimi. Anno VI.*

Alerienſem multiplicibus adhuc maculis interſperſa edidiſſe volumina quis neget, cum etiam aliquibus in locis Plinium ab eo corruptum indoleamus. Harduinus illum ſentibus rubiſque pleniſſimum, relictum deſcribit; attamen non adeò errorum labe faeculentus apparet, uti e Spirenſis praelo, qui Naturalem hiſtoriam inſuper hiantem & laceram vulgavit. Plura ſanè Buxius emendavit, un-

ANNOTATIONES.

(1) *Mageſtate*. Neſcio an *Mageſtatem* pro *Majeſtate* accipiat, an hoc ſit impreſſoris erratum.

(2) *Reſervavi*. Vivente Alerienſe Epiſcopo iterum iterumque prodiit Naturalis hiſtoria, quam tamen Galeacio minimè inſcripſit; imò Romanam impreſſionem anni 1473. a Brotheo quodam curatam: Venetam anni 1472. a Janſono typographo (inſcio fortaſſis Alerienſe Epiſcopo) vulgatam paullò infra oſtendemus.

(3) *Perfectum*. Haec Epiſcopi dicta omni laude digniſſima illius modeſtiam ſatis elevant.

(4) *Infidelium*. Maximè concupivit Paullus II. ut Chriſtiani ſancto foedere ſociati bellum Turcis indicerent: inutili tamen conatu.

(5) *Sexto*. Neque annum, poſt hunc vixit Paullus, obiitque ob nimiam peponum (ſi fidem hiſtoricis habemus) ingluviem repentinâ morte anno 1471.

(6) *Rome*. (Sic).

(7) *De Maximis*. In Equeſtri Romanorum Ordine Maximorum Gens Marchionis titulo jamdiu illuſtris, duplices in familias diſtincta in hanc quoque diem recenſetur.

(8) *Suueynheym*. In Buxetano exemplari ſcribitur *Suueynbeym*. Videtur tamen, quòd aſpiratio *h* in literam *b* ſatis affinem abierit. Alibi enim ſcribitur *Suueynheym*: Germanicè *Sweynheym*.

(9) *Panaratz*. In hoc quoque nomine reddendo non multùm ſibi conſtitit typographus. Certum eſt quòd in Romanâ primâ editione legitur *Panaratz*. A Joſeph Antonio Saxio (*b*), & Orlando (*c*) appellatur *Pannartz* In ſyllabo bibliothecae venalis Liburnenſis *Pannartz* (*d*). Id etiam fecit Librarii inconſtantia. Adnotavi in Gellio, quem ſervat illuſtris Comes Hieronymus Silveſtrius Rhodigii: *Pannartz*. De Pannaratzio ſermonem habens Guilielmus Burius erravit, cum typographicae artis paullò ante a Coſtero inventae ſpecimen Conradum, & Arnoldum praebuiſſe ſcribit anno 1472. (*e*). Vbi vera Burius narraret, hujuſmodi anno 1470. eſſent re ferenda: attamen ante annum etiam 1470. alia a laudatis bibliopolis cuſa fuiſſe non ignorant Antiquarii.

(a) *In epiſt. ad Sixt. IV. Vid. Maetter. tom. I. pag.* 48.

(b) *Hiſtor. typograph. literar. fol. LXXXI. & ſeq.*

(c) *Pag. 67. & 70.* (d) *An. 1756. pag. 610.* (e) *Brev. Notit. Romanor. Pontific. pag.* 259.

unde omnes optimi hujus Antiſtitis ſuſpicient ingenium, cum rudi adhuc ſeculo natus ea ſanaverit, quae ubi recentiores nullo praeeunte auxilio ad trutinam revocaſſent, neque fortaſſis ſubodorare potuiſſent. Praeterquamquod quamplura irrepſiſſe doctus Epiſcopus haud ignoravit; idque etiam ſingulari modeſtiâ profitetur, cum Plinii nequidem exactam poſt nonageſimum annum futuram emendationem agnoſcat; alioſque humaniſſimis moneat verbis, ut quae ipſi noviſſimè inventa conjeciſſent, in medium proferrent. Neque debitam Theodoro Gazae laudem praeripuit, cum propitiam non ordinariâ ratione, faventemque illius doctrinam teſtetur. Graecus hic vir utriuſque linguae peritiam abundè conſecutus (*a*), iterum nobis erit cum honoris praefatione nominandus [1], cum plura in Naturali hiſtoriâ emendaverit, & per illum in corrigendis illuſtrandiſque Plinii voluminibus Johannem Caeſarium non uno loco profeciſſe dignoſcamus (*b*); unde tot de cauſſis non immeritò Gazam in Plinii opere caſtigando conatus ſuos impendiſſe protulit Johannes Strumius (*c*).

Romana haec editio exemplarium numero Venetam Principem triplo exceſſit [2]; & praeter relatum Plinii elogium a Suetonio exaratum, nonnulla ſcriptorum vetera teſtimonia operi ſuo Alerienſis praefixit: binas nempe Plinii Caecilii epiſtolas, & memoriam a Latino Euſebii chronico excerptam, de quâ plura infra dicemus.

Celebrem hanc editionem Buxio praeſide exaratam, Plinium correctum per Johannem Andream Alerienſem Antiſtitem appellavit Gaza (*d*); cujus modeſtiam in iis etiam attingendis laudabimus, cum tantam & ipſe in caſtigando Plinio operam contulerit. Laudata impreſſio familiaris extitit Pintiano, qui Plinii Romani auctoritatem quandoque adducit (*e*); ejuſque veſtigiis inſtitere Gronovius, atque Harduinus. Miror tamen a nemine (quod ſciam) illuſtrem Epiſcopum laudari, eo quia Plinium nullis in operis corpore ingeſtis ſectionibus vulgaverit; magiſque obſtupeo, quòd ab optimâ & genuinâ illius methodo ſubſecuti receſſerint typographi. Salve igitur laborioſiſſime Antiſtes, qui inſulſas interpolatorum lacinias minimè recepiſti; Tibique omiſſum ab Harduino encomium reddam ubique, cum titulos, ſeu lemmata capitum ante illum ſuſtuleris [3]; unde hâc etiam de cauſâ impotentis invidiae reus apparet Nicolaus Perotus Archiepiſcopus Sipontinus, cum aucupandae famae unicè ſtudioſus, in virum iiſdem ſacris initiatum, ſibique notiſſimum, acerbiſſimè invectus eſt. Cenſuram tamen Alerienſe jam vitâ functo in lucem eduxit, ut illud quoque Plinianum Peroto objici poſſit: *cum mortuis nonniſi larvas luctari*. Virum

rum

ANNOTATIONES.

(1) *Nominandus*. Theodori Gazae elogium habes in Paulli Jovii Viris illuſtribus (*f*), ubi Pontani, Politiani, Michaëlis Marulli, Pierii Valeriani, & Latomi epigrammata in Theodori laudem invenies. In libro de piſcibus idem Jovius Gazam in transferendis Graecorum ſenſibus Plinianae dictionis imitatorem diligentiſſimum fuiſſe aſſerit (*g*).

(2) *Exceſſit*. Naturalis hiſtoriae exemplaria numero tercentum hi typographi ediderunt. Conſule allatos Maettetium, Fabricium, Orlandum. Illud ſanè de Conrado, & Arnoldo demirari non deſino, quòd cum Plinium Novocomenſem toto opere profiteantur: deinde editorum per ipſos librorum ſyllabum conflantes: C. *Plinii Veronenſis de Naturali hiſtoria volumina tercentum* evulgaſſe affirmaverint.

(3) *Suſtuleris*. Conſule Harduinum, qui nullâ Alerienſis Epiſcopi habitâ recordatione ſibi hanc laudem vindicat, cum *e reliquo opere titulos* ſubduxiſſe lectorem monet (*h*).

(a) *Vid. Franciſc. Maſſar. ad IX. Plin. libr. de Accipenſere. Nicol. Leonicen. de Plin. erroribus ad Franciſc. Tott. Lil. Girald. Dialog. Poſter. col.* 550. *Daniel. Morhof. Polyhiſtor. tom. I. lib. IV. cap.* 6. *pag.* 777.
(b) *Vid. Plin. lib. XVIII.* 17. *& ſeq.* (c) *In Vitâ Beat. Rhenan.* (d) *In Praefat. ad Sixt. IV.*
(e) *Obſerv. in Plin.* (f) *Pag.* 18. (g) *Cap. IV.* (h) *In Praefat. ad Plin.*

rum ſiquidem doctum & probum, qui tantùm laudis ab omnibus promeruit, iniquo odio vexavit, poſtquam illo vivente faſſus erat Plinium majori diligentiâ quàm caeteros ſcriptores cuſum fuiſſe (*a*). Et ſanè vir fuit Buxius morum candore, & politioris literaturae ſtudio maximi faciendus: vetuſtorum monumentorum, & antiquae lectionis diligens indagator [1], cum non Pontificios tantùm, ſed Sfortiadûm quoque Principum ſuorum codices invicem contulerit, ut Plinium antiquo nitori reſtitueret. Hic enim, ut alibi monuimus, non Vaticanas tantùm, ſed Mediolanenſes etiam membranas volutavit, quae Franciſci Petrarchae conſilio a Galeacio Vicecomite comparatae, poſtea in Franciſcum, filioſque Sfortias pervenerunt; videturque quòd longè majora in Plinio caſtigando ſibi propoſuiſſet, quae morte, vel aliis curis interceptus minimè ad optatum exitum perduxit, ut indicant Naturalis hiſtoriae volumina anno CIƆCCCCLXXII., & CIƆCCCCLXXIII. impreſſa. Praefuit Alerienſis Paulli II. bibliothecae, eodemque munere poſt Paulli obitum functus, Sixto Roboreo ab epiſtulis fuit; quare illius nomen, quantùm in nobis eſt a Peroti calumniis vindicemus, emortualem diem; annum, & elogium notabimus, quod Romae (ubi deceſſit) in Eccleſiâ Sancti Petri ad Vincula adhuc viſitur in hanc ſpeciem (*b*) [2].

IOANNI AN: [3] EPISCOPO ALERIENSI GENTE DE
BVXIIS [4] PATRIA VIGLEBANENSI SIXTI IV
PONTIF. MAX. REF. BIBLIOTH. SECRETARIOQVE
VENERANDO SENATVI [5] AC TOTI ECCLESIAE CHARO
QVI FVIT PIETATE FIDE LITERIS INSIGNIS DE
PATRIA PARENTIBVS AMICIS ET OMNIBVS
BENEMERITVS . IACOBVS FRATER GERMANVS PIEN
TISS. VIX. ANN. LII. MENS. VI. DIES II. OBIIT
ANNO IVBILEI M.CCCCLXXV. PRID.
NON. FEBR.

Vt demum ad memoratae primae Romanae editionis exemplaria revertamur,

ANNOTATIONES.

(1) *Indagator*. Conſule Raphaelem Volaterranum (*c*), & Franciſcum Philelphum, ubi communi ſtudioſorum nomine laudatur, quòd tàm utilem in repurgandis latinis Scriptoribus operam navaverit (*d*). Saxium in hiſtoriâ typographicâ (*e*) &c.

(2) *Teſte*. Diverſo verſiculorum ordine affertur a Comite Mazzuchellio, apud quem aliquae voces etiam differunt (*f*).

(3) *IOANNI AN:* Vghellus literas AN. complet AN*tonio*, quâ de re jam aliqua ſuperiore libro attigimus. Dubium fecit luſtricum praenomen ipſe Epiſcopus, qui ſuas contrahebat appellationes *Jo. An. Epũs Aler.* Caeterum omnis tollitur dubitatio ex epiſtolâ nuncupationis jam allatâ: ubi *Johannis Andree* dictiones omnibus emergunt.

(4) *DE BVXIIS*. Videtur, quòd non unicè gentilicium hujus Epiſcopi nomen ignoraverint Fabricius, & Ladvocatus; verùm etiam illius vitam duodeviginti annis producant, cum ab utroque obiiſſe dicatur anno 1493. [*g*]. Erravit pariter Paſcaſius Queſnellus, qui in Pariſienſis operum S. Leonis Magni editione anno 1675. procuratâ, Johannem Alerienſem Epiſcopum anno 1485. viventem deſcribit. Ex emortuali hoc elogio robur Purpurati Quirini Paſcaſio objecta deſument (*h*). Caeterum Jacobus Buxius (*Buſſi*) rectiùs ſcripſiſſet GENTE BVXIA, A BVXIIS, vel quacumque aliâ ratione, ut barbaram particulam DE praetermitteret.

(5) *SENATVI*. Nempe Cardinalium collegio. Carus praeſertim evaſit Nicolao Cuſano, & Guilielmo Eſtotevillaeo.

(a) *In epiſtolâ ad Franc. Guarner.* (b) *Vid. Vghell. tom. I. col.* 503.
(c) *Lib. XXI.* (d) *Lib. XXXI. epiſt.* 61. *lib. XXXVII. epiſt.* 16.
(e) *Fol. LXXXVI. & &c.* (f) *Tom. I. part. II. pag.* 702.
(g) *Vid. Fabric. biblioth. Ladvocat. tom. I. pag.* 611.
(h) *Vide Card. Quirini epiſtol. ad Joſeph. Ant. Saxium pag.* 5.

mur, plura ex eis memorabo, quae prae manibus habui: duo nempe Mediolani aſſervata in bibliothecis Braydenſi, & Archintaeâ: duo itidem Romae in Barberinâ, & Paſſionaeâ:(1) Ferrariae in publicâ bibliothecâ unum,(2) ultimumque Buxeti apud Franciſcanae familiae Fratres, ut ajunt, Minores. Hoc integerrimum ſanumque ſummâ cum animi voluptate aliis codicibus atque impreſſionibus per integros duo autumnos contuli; primo folio hujuſmodi notae occurrunt NI. TR. ibique bicipitis Aquilae quoque apparent inſignia (3). Siglae videntur innuere Nicolaum Tronum Venetiarum Principem, qui Patriae Reipublicae praefuit anno CIↃ CCCCLXXIII. Volumen ditatur nonnullis annotationibus Stephani Dulcini, ut conijcio (4), manu exaratis, cujus teſtimonium quandoque ſuperiori libro attulimus.

Hallevordius hanc Romanam editionem omnium primam videtur innuere; neſcioque, unde Pliniano operi titulum praepoſuerit *Hiſtoriae Naturalis & variae Lib. XXXVII.* [*a*] Hoc anno pariter CIↃCCCCLXX. Plinium Parmae excuſum aſſerit Beughemius; fallitur tamen, cum Parmenſis impreſſio ſexennio recentior ſit. Emendandum pariter erit Facciolati lexicum, ubi duplices Plinii editiones anni CIↃCCCCLXX. memoravit (*b*); cum unica hoc anno Romae cuſa veniat recenſenda.

Editio Veneta II. Anni CIↃCCCCLXXII. folio maximo.

Poſt Germanos typographos Nicolaus Jenſonus (5), ſive Janſonus Gallus celebratiſſimi homo nominis, Plinium Venetiis Anno vulgaris Aerae CIↃCCCCLXXII. nitidiſſimis characteribus evulgavit. Quamvis enim apud Fabricium inveniam eodem anno CIↃCCCCLXX., quo Romae Naturalis hiſtoria prodiit, illam quoque Janſonum typis luculentis, & grandi chartâ emiſiſſe (imò de Venetâ prius, quàm de Romanâ impreſſione loquatur (*c*)) nihilo tamen minus ex unico duplicem Janſoni laborem fecit. Aſſerit quidem Fabricius hujuſmodi Venetam editionem in bibliothecâ Johannis Mori illuſtris Epiſcopi extitiſſe; ſed ab amicis, qui parum accuratè ſimilia toties deſcribunt, in errorem adductus fuit (6).

Opinionem noſtram confirmant, quae in Literaturae memoriarum Auctorem congeſſit Maetterius (*d*), dum Plinium Venetiis anno CIↃCCCCLXXII. vulgatum

(1) *Paſſionaeâ*. Hoc nullum temporis morſum ſenſit.

(2) *Vnum*. Spectabat olim ad virum doctum Joſeph Garlium [*De Carli*], qui librariam ſupellectilem ſuam Patriae bibliothecae legavit. Duo hujus editionis exemplaria extant in Regiâ Imperatoriâ bibliothecâ: unum in venali Liburnenſi anno 1755. [*e*]: memoratur a Blaſio Caryophilo [*f*].

(3) *Inſignia*. Fortaſſe haec ab aliquo Pallavicinorum illuſtri [quibus aquila biceps gentilis] adjecta fuere.

(4) *Vt conjicio*. Anonymi annotationes undique congruunt Stephani Dulcini ſcripturis, quae ex propriâ Dulcini manu ſignatae apparent.

(5) *Janſonus*. Gallicè *Jenſon*: quam ſcribendirationem latino quoque idiomate ſequitur anno 1472. poſtmodum etiam *Janſonus* dici maluit, uti ex recentioribus libris apparet: aliis *Janſonius*, & *Jenſonius*, quod eâdem ratione ſcribitur.

[6] *Fuit*. Fabricius in primo latinae bibliothecae volumine de Venetâ ſuppoſititiâ editione anni 1470. minimè locutus eſt, ſed poſtquam aequè ſuppoſititiam Veronenſem adduxit: *hanc*, ait, *ſecuta eſt Romana* 1470. *Veneta* 1472. *fol. accurante Jo. Andrea Alerienſi in Corſicâ Epiſcopo*. Satiùs igitur Fabricio fuiſſet ſecundo volumine, quo Plinianas editiones retractavit, ſuperius allata corrigere, & de Venetâ I. anni 1469. De Romanâ 1470. curante Alerienſi Epiſcopo; de Venetâ II. ann. 1472. e Romano exemplari plerumque deductâ ſermonem habere; neque alteram ann. 1470. Jenſono [quam nunquam cudit] tribuere. Quirinus de Venetâ anni 1470. verba Fabricii referens: *penes quem*, ait, *fides*.

[a] *Biblioth. curioſ. pag.* 341. [b] *In voce* Anaſſum.
[c] *Bib. latin. edition. German. tom. II. lib. II.* 13. [d] *Annal. typogr. pag.* 103. *& ſeq.*
[e] *Pag.* 610. [f] *De antiquis marmoribus pag.* 83.

tum, ab Alerienſe Antiſtite nequaquam praeſenti operâ emendatum comprobat. Conſtat quidem e Spirenſis editione Janſonum receſſiſſe: ſed Romanum exemplar plerumque exſcribens: alterius, vel nullius correctoris operâ uſus eſt. Cum enim primae Alerienſis Romanae editioni ſatis conveniat: anno CIƆCCCCLXXII. impoſſibile evadit, ut biennio ante ipſiſſimam hiſtoriam Venetiis evulgaret. Rem evincet Hermolaus Barbarus, qui diſtinctionem capitum per ſingula volumina, quae in Venetis codicibus ſecundae impreſſionis habebantur, ſequi profitetur (*a*).

Fallitur igitur literaturae memoriarum auctor, cumque illo Beughemius, qui hanc Naturalem hiſtoriam ab Alerienſe Antiſtite Venetiis editam affirmant; quod pariter in bibliothecae Barberinae ſyllabo minùs rectè irrepſiſſe adnotavi (*b*). Hujus enim Praeſulis epiſtolam, quam inverſo ordine ad operis calcem rejecit typographus, e Romanâ editione (quae duobus ante annis lucem viderat) proculdubio deſumpſit, ut poſt Pinellum [2] Maetterius, & Orlandus hâc aetate collegerunt.

Veneta editio anni CIƆCCCCLXXII. quam Harduinus quoque adducit, inter clariſſimas pulcherrimaſque ab eruditis collocatur [3]. Literae ſiquidem egregiâ formâ inciſae, aliquâ in parte Spirenſis, & Sweynhemii labores vincunt. Adde diphthongos (quas Alerienſis omnino praetermittit) ſuis locis redditas, & quaedam typographica ſublata menda. Vt verum tamen fatear, iis ſuppoſititia noviter ingeſta aequipondium in malam partem faciunt: quodque pacato animo ferre non poſſum, ignota Buxio capita, Janſonum in operis corpore induxiſſe; unde minori doctrinâ, quàm artis ſcientiâ praeditus apparet; eo tamen fato, quod ſubſequentes typographos in errorem adduxerit. Locus me admonet, ut Janſono vindicem Naturalis hiſtoriae exemplar, quod editionis annum minimè referens Veronae in Sancti Leonardi coenobio ſe vidiſſe teſtatur Marchio Maffejus; itidemque Romani anno CIƆCCCCLXX. emiſſi antiquius judicavit (*c*). Vetuſtus eximiae raritatis liber cupiditatem noſtram ſtatim titillavit, amicorumque doctiſſimos rogavi, ut majori, quâ poſſent, diligentiâ de omnibus certiorem me facerent. Primùm, quòd nuſquam abſque anno loco, & typographo Naturalem hiſtoriam editam fuiſſe intellexeram [4]. Secundò, quod ab hoc etiam exemplari (ubi extitiſſet) Novocomenſium cauſſam tueri confiderem: quippe qui vetuſtiores omnes libros typis vulgatos pro Comenſibus ſtare, Alciato teſte, jamdiu didiceram (*d*). Sed cum duplicia antiquae impreſſionis Pliniana exemplaria in Sancti Leonardi coenobio aſſervari compertum habui, inanes ſpes noſtras ſtatim intellexi: nam oculis, vel memoriâ clariſ. Auctor proculdubio lapſus eſt [5]. Vtrumque enim volumen Romano recentius,

&

ANNOTATIONES.

(1) *Plerumque exhibens*. Convenit enim Romanae anni 1470. in operis corpore; ſed in eo maximè diſtat, quòd volumina in ſectiones ſive capita diſcindat, quorum neque indicium in operis texturâ Svveynhemius, & Panaratzius exhibuerant.

(2) *Pinellum*. Jo. Vincentius Pinellus multa ad vetuſtiores Plinii editiones collegit, quae italico idiomate exarata in bibliothecae Ambroſianae ſcriniis ſervantur.

(3) *Collocatur*. Emendandus venit Hulſianae bibliothecae ſyllabus, qui Janſonii editionem in annum 1477. falsò diſtulit (*e*).

(4) *Intellexeram*. Nunquam haec tria in Naturalis hiſtoriae editis voluminibus deſiderantur. Annum ſiquidem, locum, & typographum a primâ impreſſione uſque ad XV. ſeculi exitum ubique invenio.

(5) *Lapſus eſt*. Hujus facti hiſtoriam cum Maffejo Mediolani objeciſſem; reddidit volumen certiſſimè prae manibus habuiſſe, quod ſubinde ab aliquo Monacho diſtractum evanuit. An effugium tanto viro dignum ſit, aequus lector diſpiciat.

(a) *Vid. Caſtigat. Plin. in epiſtolâ* Bonis. (b) *Tom. II. col.* 233.
(c) *Ver. Illuſtr. par. I. lib. I. col.* 24. (d) *Patr. antiq. inſcrip. Mſs.* (e) *Tom. I. pag.* 104.

& annum, & locum profert; cum alterum ipſiſſima Plinii hiſtoria ſit a Janſono evulgata anno CIϽCCCCLXXII. alterum Venetiis pariter a Bernardino Benalio emiſſum anno CIϽCCCCXCVI., de quo infra. Ad vetuſtius tamen notandum videtur, quòd cum Janſonus in praefationis exordio edidiſſet priorum impreſſionum exemplo: *C. Plynius* [1] *Secundus Domitiano* [2] *&c.*, primigenium hujus voluminis poſſeſſorem (qui Veronenſis erat, uti a doctiſſimo illius coenobii accolâ moneor) elementa Auctoris patriam indigitantia injuſto cultro abrariſſe in hunc modum: *C. Plynius Secundus ....ſis*: Suetoniano elogio unicè pepercit, cum integrè adhuc legamus: *C. Plynius Secundus Novocomenſis equeſtribus militiis induſtrie functus &c.* Subinde in Latini chronici teſtimonio *Novocomenſis* dictionem de medio tollere conatus: integrum opus minimè perfecit, cum ſatis adhuc patriae mentio conſpiciatur. Coenobita verò, itemque doctus alius vir, qui de iis omnibus nos monuit: epiſtolam hacce animadverſione concluſit:

Non eſt igitur cur annotationibus, charactere, conjecturis inſiſtamus, ut Leonardini exemplaris antiquitatem, atque editionis tempus eruamus; grandioribus ſiquidem elementis ad calcem legitur:

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBRI TRICESIMI SEPTIMI ET VLTIMI FINIS IMPRESSI VENETIIS PER NICOLAVM IENSON GALLICVM M CCCC LXXII NICOLAO TRONO INCLYTO VENETIARVM DVCE (3)

unde ſummopere demirer Marchionem Maffejum liberè protuliſſe, quòd hoc volumen impreſſionis annum minimè praeſeferat.

Satiùs igitur Maffejo fuiſſet adnotaſſe hujuſmodi Venetum exemplar in Divi Leonardi coenobio Veronae aſſervatum egregiis picturis, ſelectiſque annotationibus calamo exaratis ornari. Obſervationes aliquas in Pliniis, eo ſeculo editis, plerumque a legentibus additas inveniri compertum habeo; meminique Romae Janſonianam impreſſionem in Comitum [4] bibliothecâ volutaſſe, ubi emendationes quaedam & rerum indicia uſque ad viceſimum librum occurrunt: quatuor ſequentibus deſiderantur; ſubinde ratiores a viceſimo quarto ad ultimum perveniunt: alterum hujus impreſſionis exemplar in Vallicellianâ extat, ubi ſyllabus ſcriptus manu ſubjicitur, incipiens

Alium
Aſparagus
Apium &c.

quod ab aliquo Herbario conflatum poſſumus ſuſpicari. Editis omnibus, & etiam pergamenis [5] Janſoni exemplaribus antepono chartaceum, quod in Ambroſia-

ANNOTATIONES.

(1) *Plynius*. Auctoris nomen per *y* vulgavit Janſonus, quia tali pacto redditur in Romano exemplari: hanc methodum plures ex antiquis praeſertim impreſſoribus ſequuntur. Rectiùs tamen per Romanum I ſcribi, non uno loco monuimus.
(2) *Domitiano*. Huic Imperatori Naturalem hiſtoriam fuiſſe inſcriptam in multis pariter, iiſque vetuſtis codicibus legimus. Tito tamen dicatam plerique eruditorum conſentiunt. Conſule libro VIII. congeſta.
(3) *DVCE*. Verba caeteris omnibus exemplaribus reſpondent.
(4) *Comitum*. In ampliſſimis nobiliſſimae Gentis aedibus. *Palazzo dei Conti, Duchi di Poli, e Guadagnolo, alla Fontana di Trevi*.
(5) *Pergamenis*. Nonnulla Pliniana exemplaria Janſonum candidiſſimis membranis impreſſa vulgavit. Ex horum numero duo in Caeſareâ Vindobonenſi bibliothecâ exiſtunt. Alterum in Regiâ Taurinenſi facultate inſpexi, cum nonnulla ex precioſâ deguſtarem bibliotheca, quam REX CAROLVS EMANVEL, Princeps Domi, foriſque venerandus extruxit; cumque omnes ingentis animi dotes habeat in numerato: non modò bellicam Ma-

fianâ bibliothecâ per plures annos volutavi; dubio procul summo habendum in precio, cum Graecis Latinisque manu exaratis, copiosisque annotationibus ditetur: quas e literarum habitudine conjicio e Johannis Vincentii Pinelli calamo esse profectas; atque ita mecum Clarifs. Saxius judicabat. Quare cum Pinellus utrâque linguâ eruditus, & antiquis comparandus extiterit [a]: hocce Plinianum volumen laudatis membranaceis, & Meadiano (1) etiam, reliquisque (2) praeferendum censeo: Meadianum eximia a Maetterio [b], & Fabricio [c], encomia obtinuit, quòd initia literarum illuminationibus singulorum librorum argumento respondeant. Sed hoc tantùm oculos: Ambrosianum dictis mentem depascit; de quo auserim affirmare non minorem ex congestis illustrationibus frugem, quàm ex aliis interpretibus lectores posse demetiri.

Editio Romana II. anni CIↃ CCCCLXXIII. folio maximo.

Ex facili omnium exemplarium venditione ad Plinium secundò edendum adducti sunt Sweynheymius, & Panaratzius anno CIↃ CCCCLXXIII. Romanam hanc editionem Hallevordio, multisque aliis notam laudat Franciscus Redius [d], superbam appellat illustris Carlius [e]: mihi superiori deterior videtur, cum & diphthongos omittat, & novis scateat mendis, quae a Brothei cujusdam Grammatici (3) calamo effluxisse suspicor. Cum enim insequenti anno Domitius Calderinus suos in Juvenalem Romae ederet commentarios; iisque adversus Brotheum tueretur, quae antea Martialem illustrans vulgaverat: titulo addidit *cum recriminatione taxationis Plinianae, in qua Brotheus ducentis & LXXV. locis praestantissimum auctorem depravavit*. Multo felle Calderini verba ubique referta animadverto, uti alibi etiam adnotavi: scitu tamen digna sunt sequentia, quibus Brotheum perstringit:

A prooemio orsus: libris de Cosmographia intermissis, quam vix attingere ausus es, ad septimum accurristi, inde ad operis usque exitum alia evertendo, alia demendo: alia addendo. Negas te in eo laborasse? At manus tua in margine codicis Pliniani est: quem librariis pro exemplo tradidisti (4). *Hic apud me est: multis ad me venientibus saepe profertur. Inficiaris. at quadringenti codices, qui ex tuo exemplo manarunt, testes sunt.*

Mul-

ANNOTATIONES.

gni Alexandri fortitudinem, sed Ptolamaei Philadelphi erga bonas literes studium aemulatur. Huic exemplari omnino responderet in Barberinâ bibliothecâ Romae asservatum, nisi priorum possessorum incuriâ foedatas meenlis membranas indolerem.

(1) *Meadiano*. Liber Richardo Meadio (*Mead*) in madicinâ faciendâ, & politioribus literis illustri spectavit. Monnimus in primigeniis illius aevi editionibus, e typographis initio voluminum (& sectionum etiam quandoque) literas omitti, ut exemplaria postmodum coloribus, vel miniacio opere exornarentur. Hinc est, quòd in Meadii Plinio primarum vocum initia illuminationibus singulorum librorum argumenta raddont, cum caeteris magis industrium expolitorem nactus fuerit; quòd temen aliis etiam vulgetis Pliniis accidisse non ignorant diligentiores Antiquarii.

(2) *Reliquisque*. Haec editio nota Benghemio, Orlando, Maetterio, ceetarisque vetustarum impressionum collectoribus extat Romae in Angelicâ bibliothecâ a Quirino laudatâ (*f*), in Thuanaeâ (*g*), Bigotianâ (*h*), Colbertinâ (*i*), Hoymianâ (*k*), Duboisianâ (*l*), Estraeâ (*m*), Bunavianâ (*n*) &c.

(3) *Grammatici*. Suspicor Calderinum Grammatico personatam assuisse appallationem, eo quia daformi asset espectu: quâ de causâ *Brotheum* inimicum hominem vocitevit. Farunt siquidem Mythici Brotheum Vulcani & Minervae filium ob oris turpidinem adeò illusum, ut in rogum se conjecerit; unde Ovidius in Ibin:

Quodque ferunt Brotheum fecisse cupidine mortis,
Des tua succensae membra cremanda pyrae.

(4) *Tradidisti*. Videtur, quòd hujusmodi Brotheus inconsulto Aleriense Antistite peregerit; de quo mirum nihil Calderinum referre.

(a) *Vid. Petr. Paul. Boscam De Origin. & statu biblioth. Ambrosian. lib. I. col. 15. F. Bonavent. in praefat. Anemolog. pag.* 3. (b) *Cit. tom. I.* (c) *Bib. Lat.* (d) *De generation. Insector. pag.* 58.
(e) Della monete *tom. II. pag.* 238. (f) *In append. ad vitam Paul. II.* (g) *Tom. II. pag.* 189.
(h) *Pag.* 30. (i) *Tom. I.* (k) *Pag.* 127. (l) *Pag.* 247.
(m) *Pag.* 68. (n) *Tom. I. pag.* 337.

Multa, & quidem ignota, nobis hoc loco aperit Calderinus, quorum praecipua videri poſſunt, Brotheum ad errores ſuos occultandos negaſſe manus & operam ſecundae Romanae impreſſioni adhibuiſſe; cujus mendacii reum agit Calderinus ex codice, quem Brotheus typographis pro exemplo tradiderat. Conſtat inſuper Sweynhemium & Panaratzium ſecundâ editione quatuorcentum Plinii exemplaria vulgaſſe.

Memorata editio neque Mediolani, neque in Ciſalpinâ Galliâ (quòd ſciam) invenitur. In Regiâ Caeſareâ Vindobonenſi bibliothecâ duplicia exemplaria aſſervantur. Vnum in Medicaeâ Laurentianâ a Monſoconio hâc epigraphe adducitur (*a*): *C. Plinii Secundi Naturalis hiſtoriae libri XXXVI. ditior eſt in fine fere integro ultimo capite* (1). Verùm hujuſmodi neque ad operis initium, neque ad calcem apparent: nonnulla quidem immutata, & correcta ſub exordium legimus, ubi *C. Plynius Secundus Novocomenſis Veſpaſiano ſuo ſalutem*. Non alia praemittuntur in auctoris laudem teſtimonia. Epigramma ad operis coronidem adnotabimus, cum hoc noviter (a Brotheo ut conjicio) fuerit adjectum; neque illius Beughemius, Maetterius, Fabricius, Orlandus, Funcius meminerint. Verſiculi porrò (quorum poſtremos, Monachales Scaliger appellaret) ſunt hujuſmodi:

Aſpicis illuſtris lector quicumque libellos
Si cupis Artificum nomina noſſe: lege.
Aſpera ridebis cognomina teutona forſan
Mitiget ars muſis inſcia verba virum.
Conradus Suueynheym Arnoldos (2) *Panãrtque* (3) *Magiſtri*
Romae: (4) *impreſſerunt talia multa ſimul.*
M. CCCCLXXIII. die Veneris VII. Maii.

Alterum hujus impreſſionis volumen, nulloque precio eſtimandum, poſſidet Marchio Nicolinius, illuſtre Florentinorum decus; cuique variantes Politiani lectiones ſummâ diligentiâ exſcriptas debemus. Hujuſmodi exemplar eximii codicis vices praebet, utpote quòd autographis Angeli Politiani obſervationibus auctum rarioribus Florentiae theſauris annumeratur. Vt igitur breviter attingam, quae Vir eximius ad foliorum margines adnotavit: noſſe oportet, editum exemplar tribus membranaceis contuliſſe; eorumque varias lectiones excſripſiſſe, quamvis non omnes probaret. Nonnullas ſuis locis in caſtigandâ Naturali hiſtoriâ attulimus. Politiani annotationes lectorem uſque ad XXXVII. libri finem deducunt: alicubi tamen, & praeſertim hoc ultimo in volumine rariores; ad cujus calcem ipſemet Politianus appoſuit:

Recognovi xviij. *Kal. Septẽbris: anno a Chriſtiana ſalute* M cccclxxx. *Turcort* (5) *in Apuliã irruptione: inſignito: cum maxime hydrunta* (6) *oppidum obſiderẽnt. Florentiae in Divi Pauli: proprio ſacerdotio: imminente publicae meae in oratoria arte profeſſionis Tirocinio.*

Ang. Politianus.

ANNOTATIONES.

(1) *Capite*. Haec editio Pluteo LXXXII. aſſervatur, numero V. alligata: intacta dicitur a Monſoconio, eo quia integerrima ſit. Confer allata paullò ante pag. 256.
(2) *Arnoldos*. (Sic).
(3) *Panãrtque*. Neſcio, an lineola poſita ſit, ut *Pannaratzque* redderet, aut *Panaratzque*.
(4) *Rome*. (Sic).
(5) *Turcort*. Qui Turcae plerumque aliis: *Turci* hoc loco a Politiano appellantur.
(6) *Hydrunta*. Latinis Hydruntum, & Plinio praeſertim; Politianus more Graecorum Hydrunta dixit. Forte antea *Hudrentum* vocabatur. Conſule Cluverium Ital. antiq. lib. IV. 13.

[a] *Tom. I. pag.* 400.

Año dein MCCCCLXXXX. *pridie Kalendas Maias: cum tribus vetustissimis codicibus cõtulerã. Idem Politianus: hoc ipsum exemplar: quorum duo ex Divj Marci Florentina Bibliotheca: tertium e regis Ferdinandi: quod & Leonardi quõdã Arretini* (1) *fuerat, accepi, Proque instituto meo, ne illa quidem quae liquebat esse corrupta de veteribus omisi: scilicet, ut cõiecturae locus emendaturo superẽẽt* (2)*: Quin hoc ipso anno privatim* (3) *Britannis quibusdam & Lusitanis: qui se Florẽtiã cõtulerãt lrãrm studio: cupiẽtibus atq. a me petentibus enarravi septimestri spatio:*

θεῶ χάριν (4).

In memorato Politiani labore illud desiderandum videtur, quòd vetustissimos quidem dicat Plinianos codices, cum de omnium aetate, & praestantiâ loqui potuisset; itemque ubi varias adducit lectiones, cui nam ex triplicibus discrepantiae essent tribuendae: neque enim id satis peregit, quamvis elementis A. & B. variantes distinguat.

Editio Parmensis I. Anni CIↃCCCCLXXVI. folio maximo.

Romanam secundam Parmensis prima anni CIↃCCCCLXXVI. subsequitur a Stephano Corallo Lugdunensi impressa. Haec Beughemio, Hallevordio, Orlando, Fabricioque nota: Harduino in deliciis fuit (5), cum memorati exemplaris testimonium persaepe adducat. Nihil novi typographo actum affirmat Pinellus (a), cum non alio codice usus sit; imò paginas & versus omnes ita exscribendos curaverit, ut sibi invicem Veneta anni CIↃCCCCLXXII. & hujusmodi Parmensis conveniant. Verùm aliqua: nec adeò pauca, immutasse mihi certò constat, cum utramque impressionem contulerim (6). Emendationes debentur Philippo Beroaldo seniori, cum Naturalem historiam in publico Parmensi gymnasio, tunc temporis, interpretaretur. Recognitionis indicia in ipsâ operis fronte apparent, cum in Praefationis titulo legamus: *C. Plynius Secundus Novocomensis T. Vespasiano suo salutem*, quando in prioribus, & allatâ anni CIↃCCCCLXXII. *Domitiani* cognomen irrepserat. In Romanâ secundâ sublato Domitiano Titi praenomen desiderabatur.

Primo folio Junioris Plinii, & Suetonii de Naturalis historiae scriptore, itemque Tertulliani, & Eusebii chronici latina testimonia praefiguntur. In volu-

ANNOTATIONES.

(1) *Arretini*. Laudanda in hoc Politiani diligentia, quòd codicis possessores recenseat.
(2) *Superesset*. Optimo consilio id actum testamur; cum inde verae lectionis indicia toties emergant.
(3) *Privatim*. In primâ annotatione asserit Naturalem historiam recognovisse anno 1480. imminente publicae suae in Oratoriâ arte professionis tirocinio: nunc privatim Britannis & Lusitanis quibusdam enatasse, cum se Florentiam literarum studio contulissent. Apparet igitur jam a XV. seculo moris fuisse, ut Plinium Latinae linguae cupidis enarrarent Viri eruditissimi. Id etiam sequenti seculo peractum non uno loco ostendimus. Nescio, cur mos utilissimus obsoleverit, quando, ut proximè attingendum

Solus pro cunctis Plinius esse potest:

quando absque illo Res latina non constat. Malo igitur consilio Pedagogi suspiciendum thesaurum suffectis minoris notae scriptoribus seposuerunt.
(4) θεῶ χάριν. Emendandus Comitis Carlii typographus, cui excidit θεῶ καιρὸν (b).
(5) *Fuit*. Hinc apparet in Syllabo bibliothecae Collegii Parisiensis Claromontani, quam expulsis Jesuitis supremus Galliarum Senatus vendendam curat hoc anno 1764. (c).
(6) *Contulerim*. Consule indicem hujus Tomi, ubi non uno loco Beroaldi, & Venetae II. editionis lectionem differre intelliges: praeter ea, quae additis rationibus a se emendata profitetur Medicus Bononiensis.

(a) *Mss. Biblioth. Ambrosian.* (b) *Tom. II.* Delle monete *pag.* 241.
(c) Catalogue *pag.* 97.

luminum calce Beroaldi ad Philippum Ravacaldum doctissima legitur epistola, quam integram pro instituto nostro vulgabimus, non tantùm quia haud obvia, sed quia Beroaldi [1], & Parmensis urbis gloriam adauget: est enim hujuscemodi.

Ad Venerabilem & Ornatissimum Virum Nicolaum Rauacaldum [2] *Canonicum Parmensem. Philippi Beroaldi Bononiensis epistola.*

Publium Nigidium cui singularis rota Figuli cognomẽ impofuit: hominẽ doctrinarum multiformium variarumq; artium scientia clarissimum & juxta Varronẽ Romani generis doctissimum memoriȩ proditum est de industria obscuraſſe stilum in scribendo: totumq; orõis characterem & filum quodã quasi inuolucro texiſſe. Ideoque Nigidianas commentationes a uulgo utpote nõ percipiente fuiſſe culpatas Quin etiã Heraclitus ephesius uir apprime nobilis: quem hominum insaniã deflere solitum Lucianus tradit: propter obscuritatem scriptorum quã cõsulto inmodicã affectavit: Scotinos [3] *cognominatus est: cujus volumina sudãtes philosophi vix inteligunt. Mihi: haec interdum animo aduertenti ueniebat in mente Plynium quoq; ex animi sententia duriusculum feciſſe sese* [4] *in naturalis historiȩ libris ad intentionem animi legentium: ut equidem arbitrabar: acrius exercendam. In eamq: sententiam pedibus sponte transibam: quum ejus volumina sȩpissime legens quȩdam offendebam interdum tam nodosa tãque implicata: ut quemadmodum Gordii uinculum nisi Alexandri gladius explicare: ita hȩc prȩter Sybillam soluere posset nemo. Nam diuinandum erat. Verum: Dii boni: longe secus ac putaram nuper eſſe cognoui. Namq; cum Plynianȩ recognitionis onus suscepiſſem: in idq; summa diligentia studioque acerrimo incumberem quam multa: proh dolor: inextricabilibus nodis inuersa deprehendi: mutilata: concisa. Quam multa penitus immutata deprauataq: a quorum sensu ipse: dicere non verebor: ipse inquam Plynius sua relegens abhorreret. Quȩ omnia partim librariorum negligentia: partim correctorum inscitia: & ne quid dicam contumeliosius: ignaua opera proveniſſe existimo. Vt igitur pro virili parte iuuarem latinȩ linguȩ sectatores* [5]*: Plyniumque suis hoc est eruditissimis verbis audiremus loquentem: elaboraui uehementer curioseque enisus* [6] *sum errores: qui innumerabiles* [7] *deprehendebantur: emendare: & in suam hoc est Plynianam linguam traducere. Quod ferme videor aſſecutus partim fidelioribus inspectis Plynianis codicibus* [8]*: partim ueterum scriptorum auctoritate: qui id de quo ambigebatur in Plynio referentes uel ab illo uel ab aliis acceptum: ita clare ita aperte tradiderunt: ut ipsi magis: quam nos emendare vi-*

de-

ANNOTATIONES.

(1) *Beroaldi*. Annum agebat Beroaldus XXIV. & publico conductus stipendio Rhetoricam Parmae profitebatur.
(2) *Ravacaldum*. De hoc non meminit Angelus Marius Eduarius ab Herbâ (*a*); neque Bonaventura Angelus.
(3) *Scotinos*. Quae Graeca vox *tenebrosum* significat. Hinc Seneca Philosophus de Heraclito scripsit, *cui cognomen Scotinon fecit Orationis obscuritas* (*b*). Plura de hâc re adnotavimus in epistolâ Benedicti Jovii ad Joh. Marium Scotum (*c*).
(4) *Duriusculum sese*. Alludit ad Plinii verba, quibus Catullum duriusculum se fecisse asserit: *quoniam volebat existimari a Veraniolis suis, & Fabullis* (*d*).
(5) *Sectatores*. Viden ut Beroaldus latini idiomatis cultores Plinii ope juvandos praesertim fatetur?
(6) *Enisus*. Pliniana orthographia: alii scribunt *enixus*.
(7) *Innumerabiles*. Si haec omnia praestitisset Beroaldus, minùs rectum evaderet Pinelli judicium.
(8) *Codicibus*. Haec iterum Pinello opponuntur, qui Coralli editionem nullo alio, praeterquam Veneto, suffultam exemplari testatur. Patet enim Beroaldum ad manuscriptos codices provocare; utinamque illorum dominos, et- que aetatem indicasset.

(a) Compendio *Mss.* (b) *Epist. XII.* (c) *Epist. LXX. Mss.*
(d) *Praef. ad Titum.*

derentur: partim Plynii ipſius teſtimonio: qui qnod [1] *uno in loco breuiter & ſubobſcure dixerat: alibi effuſius narrat & apertius. Sed ne noſtram banc emendationem magis arroganter iactare: quam probationibus ueris confirmare exiſtimer: inſtitui locorum quorundam: cur ita correxerim: bac epiſtola ſtrictim rationem referre. Omnia enim quis poſſit? cum ſexcenta ſint* [2]*: & voluminum operę explicãda. Ea vero attingere conati ſumus: quę noſtris adbuc fuerint intentata: ne uulgarem viam ingreſſi alienis demum ueſtigiis inſiſtere uideremur. Caeterum boc oñe negotium eo ſuſcepimus libentius: ut tibi optime mi Nicolae: qui eruditiſſmus* [3] *atque omni laude digniſſimus es: preſertim ita momenti morem gererem: teque mei amantiſſimum & de me optime meritum pleniore obſequio demererer. Cui enmi* [4] *potius baſce meas lucubrationes dicare debui? quam illi: qui me diligit ut filium: quẽ ego perinde ac patrem benivolentia ſingulari obſervantiaque ſumma complector: Nullus profecto nullus ſuauiſſime Nicolae te boc munere dignior inueniri poterat: qui cum reliquorum latinę lingue ſcriptorum ſis curioſiſſimus: tum Plynianę eruditiõis lector aſſiduus & penſiculator acerimꝰ eſſe uoluiſti. nec immerito. bęc enim te ex polito politiſſimum: ex ornato reddidit ornatiſſimum: ita Plyniana dicta ex ore tuo tãquam domeſtico penario deprompta licet audire ſepiſſime. Tu itaque amãtiſſime Nicolae facile iudicabis: Numquid emendata a nobis caſtigataq; obeliſco perfodienda ſint an Aſteriſco decoranda. Sed ne lõgius quam res exigit noſtra procurrat oratio: iam enarrationem locorum: qui mibi forte occurrerunt: exordiar: quae res locupletiſſimum recognitionis Plynianae teſtimonium exbibebit.*

De Beroaldi emendationibus, quae ſeparatim quoque lucem viderunt; infra ſermonem in minoribus Plinii interpretibus habebimus: nunc aliqua de inſigni editione veniunt attingenda. Haec igitur quamvis a Janſonianâ deducatur, in precio tamen ab antiquariis habetur, cum nonnullis aucta atque emendata ſit, quae in ſuperioribus deſiderantur. Memorato inſtructus exemplari obſervationes ſuas in Plinium exaravit Ferdinandus Pintianus: varias enim, quas ex Parmenſi Plinio ſubjecit lectiones in Corallinam impreſſionem ſunt rejiciendae.

Typorum forma & chartae (quamvis minùs candidae) amplitudo labori reſpondet. Nobile hujus Parmenſis editionis exemplar in Regiâ Taurinenſi facultate, itemque Buxeti in laudatâ Franciſcanorum bibliothecâ inſpexi, ad cujus coronidem legimus majuſculis characteribus:

Caii Plynii Secundi Naturalis biſtoriae libri triceſimi ſeptimi & ultimi finis impreſſi Parmae ductu & impenſis mei Stepbani Coralli Lugdunenſis MCCCCLXXVI. Regnante invictiſſimo Principe Galeaceo Maria Mediolani Duce quinto.

Haec minùs rectè apud Orlandum [5], atque apud Mazzuchellium [6] invenies: facili tamen reſtitutione emendabit eruditus lector. Obelo ſubinde erunt confodienda Johannis Jacobi Mangeti dicta, qui ſatis negligenter plures Naturalis

ANNOTATIONES.

(1) *Qnod*. (Sic) typographico mendo: reſtituendum enim eſt procul dubio *quod* cum inverſa ſit litera *u*.

(2) *Sexcenta ſint*. Cum Pinellus animadvertit eandem verſuum texturam in Parmenſi primâ, ac Venetâ ſecundâ impreſſione apparere: cur non ulterius progreditur? Noviſſet tunc Corallum Janſoniano in plerìſque exemplari adhaerere, eoque etiam uti; ſed Beroaldi caſtigationes ſuis locis appoſuiſſe, quae cum in unâ alterave dictione conſiſtant: vix Parmenſis editionis forma differt a Janſonii labore.

(3) *Eruditiſſmus*. Magna quidem laus in Ravacaldi honorem a tam docto Juvene celebrari.

(4) *Enmi*. Lege *enim*.

(5) *Orlandum*. Vide *Origine e progreſſi della Stampa* pag. 387.

(6) *Mazzuchell.* Aſſerit formâ ſatis convenire Romano an. 1470. exemplo ſubinde legit: *Caii Plinii Secundi Hiſtoriae Naturalis libri XXVII. cum brevibus notis Philippi Beroaldi apud Stephanum Cerallum* 1476. Cum Plinium in capita ſcindat Corallus, non Romano anni 1470. ſed Veneto anni 1472. convenit. Typographicâ incuriâ irrepſit apud Mazzuchell. XXVII. loco XXXVII. & *Cerallum*, cum edere vellet *Corallum*.

lis hiſtoriae editiones recenſens, Parmenſem omnium primam tali epigraphe memoravit (*a*): *Hiſtoriae Mundi libri 37. noctibus & horis ſubciſivis conſcripti. Parmae apud Stephanum Corallum* 1470. *in reg. fol.* Convenit titulus ſuppoſitiae Veronenſi, de quâ hujus voluminis initio ſatis ſuperque locuti ſumus. Quare cum hujuſmodi verba nuſquam in editione Parmenſi (non ad ann. 1470. ſed 1476.) referenda [1] appareant: eâdem ratione ocioſus aliquis invenit, & Veronae aëreo volumini inoculata ſomniavit.

Editio Tarviſina unica anni CIϽCCCCLXIXX juſto folio

Triennio poſt Coralli impreſſionem Michael Manzolus [2] Parmenſis Plinium anno vulgaris Aerae CIϽCCCCLXXIX. edidit Tarviſii (*b*), Parmenſem ſupra memoratam omnino ſecutus (*c*). Hâc in editione celebrem *Apologiam* [3] Hieronymi Bononii [4] ad Johannem Bombenum adjecit typographus, ut Naturalis hiſtoriae dignitatem elevaret. Cum enim Plinium theonino dente & calculo demorſum indoleret Bononius: optimis argumentis politiſſimoque eloquio auctorem a ſciolorum calumniâ vindicavit. Bononii judicium haud leviter faciendum exiſtimo, cum vir antiquarius atque ex aurei ſeculi reliquiis profectò fuerit (*d*). Adjecit egregium carmen, quo omnes Naturalis hiſtoriae libros in paratitli methodum perſtinxit, unde diſtichon illud nunquam ſatis laudatum plures mutuarunt [5]:

„ Quid juvat innumeris onerari ſcrinia libris
„ Solus pro cunctis Plinius eſſe poteſt.

Ad libri calcem allata Beroaldi ad Ravacaldum epiſtola, & in Plinium emendationes occurrunt. Volumen parvo optimoque folio conflatum ſummâ prodiit elegantiâ. Plura hujus editionis vidimus exemplaria: Romae in Barberinâ, & Sanctae Crucis Hieroſolymariae [6] bibliothecis: Canturii in domo Comitis Philippi Archinti ſenioris. In librorum initiis primum deſideratur elementum, illudque nobili opere fingendum reliquit typographus: hinc eſt, quòd miniaciis literis, & pigmentis nonnulla ornantur exemplaria, & praeſertim apud Ciſterc ienſes Monachos Romae aſſervatum.

Huic

ANNOTATIONES.

(1) *Referenda*. Parmenſe exemplar anni 1476. ritè memoratur in bibliothecâ Duboiſianâ (*e*). In Hulſianae ſyllabo falsò Pariſinae Vrbi tribuitur, quòd fortaſſe typographico errore irrepſit (*f*).
(2) *Manzolus*. A Maetterio *Mazzolus* (*g*), *Mazzolius* a Mazzuchellio (*h*), *Manzolinus* quandoque apud Orlandum (*i*) appellatur. Typographorum incuriae ſimilia fortaſſe tribuenda; tum magis quòd *Manzolus* rectè apud Orlandum, & Mazzuchellium alibi recenſetur.
(3) *Apologiam*. Hanc nimii ne ſimus, conſultò praetermittimus, uti aliorum recentiorum integras praefationes, quas exhibere poterit quiſquis integram Naturalem hiſtoriam emendatam invulget.
(4) *Bononii*. Italicè *Bologni*, quia origine Bononienſis, unde in tumuli fronte legimus
TARVISII GENITVS GENTE BONONIGENA (*k*).
(5) *Mutuarunt*. Hujuſmodi diſtichon pluribus Plinii exemplaribus additum fuit, ut Santandreani 1582. Commelini 1593. Stoërii 1593. ibid. 1616. &c. Ubique tamen, neſcio quâ ratione, Auctoris nomen reticetur.
(6) *Hieroſolymariae*. Ibi degunt Monachi Ciſtercienſes.

(a) *Bibl. Scriptor. Medicor. tom. II. part. I. pag.* 517.
(b) *Vid. Cornel. a Beughem. Harduin.* (c) *Pinell. Mſs.*
(d) *Vid. Pier. Valerian. pag.* 17. *Georg. Coning. Bibl. Bergam. ad lib. III. Thuani de Re accipitrar. pag.* 176.
(e) *Tom. I. pag.* 247. (f) *Tom. I. pag.* 105. (g) *Tom. I. pag.* 136.
(h) *Vol. II. par. II. pag.* 1010. (i) *Pag.* 387.
(k) *Mazzuchel. tom. II. par. III. pag.* 1485. *& ſequent.*

Huic caeterisque [1] aliis Mediolanense Ambrosianum praefero, utpote multiplicibus calamo exaratis annotationibus, iisque optimis ditatum, quorum auctorem non omnino se rescire fatetur Jo. Vincentius Pinellus, olim voluminis possessor [2]. Augusti tamen cujusdam laborem esse affirmavit. Nos ad Augustum Valdum Patavinum, de quo infra, spectare suspicamur.

Impressionis anni, locus, & typographus patet ex verbis ad voluminis exitum:

Tarvisii ductu & impensis Michaelis Manzoli Parmensis anno MDCCCCLXXIX. Regnante Serenissimo Venetiarum Duce Joanne Mocenicho (3) *octavo Kalendas Septembris*.

Editio Parmensis II. Anni CIↃCCCCLXXX. folio maximo.

Chronico procedentes ordine Parmensem secundam [4] anno CIↃ CCCCLXXX. ab Andreâ Portiliâ evulgatam recensebimus. Hanc licèt Harduino, Maettério, Orlando, Fabricio, & Funcio ignoratam, Mediolani in Archintaeâ, & Firmianâ: Mantuae Carpetanorum in Hispaniarum Regis [5]: Parmae in Philippi Principis bibliothecis inspexi. Innotuit Beughemio, Hallevordio, aliisque [6]: illius testimonio, uti Romanae anni CIↃCCCCLXX., insistit Purpuratus Furiettus (*a*). Egregiâ typorum formâ hujusmodi exemplar apparuit; relictisque juxta priorum impressorum normam lacunis, ut sectionum, & praecipuarum rerum exordia pictis elementis redderentur. Primae Parmensi editioni satis convenit, & nonnulla etiam typographica Coralli errata de medio tollere curavit Portilia. Geminas Plinii Caecilii, Suetonii ex Virorum illustrium libro, Tertulliani & Latini Chronici testimonia operi praefigit. Ad Naturalis historiae exitum opus Parmae impressum legimus - - - - - -
opera & impensa Andreae Portiliae Anno Nativitatis Domini MDCCCCLXXX. Idibus februarii Regnante Illustrissimo Principe Joanne Galeazeo Maria Duce Mediolani.

Subsequitur epigramma in Portiliae laudem ab Andreâ Aicardo exaratum.

„ Andreas prodesse volens portillia (7) multis
„ Gratum opus impressit plinion (8) aere suo.
„ Temporibus priscis hunc bibliotheca tenebat
„ Principis [9]: & magni divitis. atque ducum.

„ Nunc

ANNOTATIONES.

(1) *Caeterisque*. Memoratur in Duboisianâ (*b*), in Theophili Georgii lexico (*c*), in Claromontanâ (*d*).

(2) *Possessor*. Post Pinelli mortem hoc Naturalis historiae exemplar, Venetumque anni 1472. unà cum reliquâ librariâ supellectili emit Fridericus Cardinalis Borromaeus, qui mirum in modum Plinianae lectionis delectabatur; & hunc scriptorem caeteris Romanorum omnium jure meritoque praeponebat, unde cum Museum Ambrosianum adornaret: *Quod si*, inquit (*e*), *ad illius unici scriptoris similitudinem in aliquâ operis parte adspirare visus fuero*.

(3) *Mocenicho*. (Sic).

(4) *Secundam*. Hanc perperam Carolus Datus (ex ignoratâ Corallinâ impressione) Parmensem primam appellavit (*f*).

(5) *Regis*. In hoc exemplari priorum possessorum incuriâ evanuit liber secundus & tertii pars.

(6) *Aliisque*. Memoratur in bibliothecâ Sellaeâ (*Selle*), Bunavianâ, in Morerii lexico &c.

(7) *portillia*. Ita minori elemento *p*, geminataque literâ *ll*, typographi nomen redditur; quod ultimum fortassis Aicardi fuit inventum, ut secundam Portiliani nominis syllabam absque dubietate longam efficeret.

(8) *Plinion*. In impressione anni 1481. rectiùs prima vice, Portiliae nomen vulgatur: hoc loco pejus *Plynion* proceditur.

(9) *Principis*. Doctus quidam amicus noster, in praepositâ annotatione ad exemplar, quod florentissimae bibliothecae nobilissimi sapientissimique Comitis a Firmiano dicavit: minùs rectè collegit memoratam Naturalem historiam

(a) *De Musiv. cap. II. pag.* 28. (b) *Cit. tom. I.*
(c) *Tom. II. pag.* 246. (d) *Pag.* 97. (e) *Pag.* 107. (f) *In vitâ Zeuxidis pag.* 17.

„ Nunc emit omnis eum ciuis: quem gloria tangit:
„ Nunc emit argento pauper: & ore legit [1]
„ Factis aere notis debet cum divite pauper:
„ His debet: quisquis discere multa cupit.
„ Arte tua [2] gaudere potes portillia [3] multum:
„ Quae facit ut vivant omnia scripta: vale

Andreas Aicardus

Vltimo loco apparent Beroaldi correctiones [4]: Auctoris tamen desideratur nomen, uti epistola ad Nicolaum Ravacaldum. Integerrimum hujus editionis exemplar ad multum temporis mihi commodavit Guilielmus Tilliotius Felini Marchio, in quem post multas migrationes pervenerat: ipsissimum est, quod Regiae Principis bibliothecae dono dedit. Ibi paucae quaedam annotationes autographae Paridis Compianisii inveniuntur, praesertim libro XXXV. ubi Laocoontis & aliorum statuas a Plinio laudatas, Romaeque extantes se vidisse testatur. In supremo voluminis folio hujusmodi occurrunt:

„ Plinius mei paridis Compianisii, quem mihi dono dedit Dnūs Jonñs de
„ Angusolis [5] affinis meus año 1517. die 15. Junii.

Addidit officii sui notam cum verbis:

„ Signum Tabelionatus [6] mei Paridis Compianisii [7] „

Editio Parmensis III. anni CIↃCCCCLXXXI folio maximo.

Hoc anno CIↃCCCCLXXXI. idem typographus Parmensem tertiam satis a memoratâ diversam vulgavit. Quaenam ratio Portiliam impulerit, ut tam brevi spatio Naturalem historiam iterum publici juris faceret, haud satis in promtu est. Facilis fortasse alterius editionis distractio (cum publicis Professoribus Plinium Parmae enarrantibus, bibliopola plura ejus exemplaria oratoriae artis studiosis venderet [8]) vel Aicardi correctoris in multis negligentia [9] typographum movit, ut Naturae thesauros secundis curis emitteret. Neque enim suspiceris, quòd ipsissima cum superiori editio sit, & annus unicè supremo folio immutatus, cum utrumque exemplar inter se differat, & diversâ orthographiae ratione, atque aliâ foliorum versuumque constet texturâ.

ANNOTATIONES.

am e Principis alicujus librariâ supellectili fuisse deductam. Non aliud intendit Poëta, nisi quòd vetustis temporibus Naturalis historia penes Magnates & Principes viros unicè reperiebatur: tunc verò typorum auxilio pauperibus etiam communis reddebatur. Alia ad maximam Plinii laudem ex recitato epigrammate collegit Clariss. Paciaudius in praeloquio ad impressionem sequentis anni 1481.; de quâ statim.

(1) *Et ore legit*. Haec rudi admodum minervâ ad complendum versiculum Aicardus scriptitavit.

(2) *Arte tuâ*. Characterum elegantia hunc typographum eâ aetate nemini secundum ostendit. Caeteroquin laudem ei tributam potiori jure sibi vindicabunt, qui Portiliam in cudendis libris praecesserunt.

(3) *portillia*. Convenit in ultimo exametro editio anni 1481.

(4) *Correctiones*. Edidit Portilia grandioribus elementis CORECTIONES; quâ in voce, uti in aliis, vulgatis orthographia desideratur.

(5) *De Angusolis*. (Sic). Illustris hujus Gentis appellationem diversâ ratione redditam invenio. Palmerius & Odo *Anguisolla* recensentur apud Locatum, & ita ubique (*a*). Apud Thuanum *Anguisciolae Comes* (*b*): a recentioribus *Anguissola* scribitur. *De Angusolis* barbarae, & plebejae omnino dictiones sunt.

(6) *Tabelionatus*. (Sic).

(7) *Compianisii*. Haud satis liquet utrum *Compianisii*, an *Compianizii* legendum sit. Hujus Scribae nullam in patriis monumentis memoriam invenisse nobis testatur Poggialius.

(8) *Venderet*. Id videntur innuere verba: *Nunc emit omnis eum civis &c.*

(9) *Negligentia*. Suspicor, quòd aliqua inter Aicardum, & Portiliam suborta fuisset controversia; cum in editione anni 1481. allatum epigramma subjiciatur; sed auctoris nomen silentii tenebris involvat Typographus. Aliqua etiam, in quibus antea erratum, correctiora exhibentur: alia depravantur.

(a) *De orig. Placent. ad ann.* 1298. *pag.* 101. (b) *Tom. I. pag.* 130. *&c. edition. Aurel. ann.* 1620.

Haec Naturalis historia in praefixis operi testimoniis superiori convenit, legimus ad calcem:

Caii Plynii Secundi Naturalis historiae liber tricesimus septimus & ultimus finit. Parmae impressus opera & impēsa Andreae Portiliae Anno Nativitatis Domini. MCCCCLXXXI. Octavo idus iulii. Regnante Illustrissimo principe Ioanne Galeazo Maria Duce Mediölani.

Additur statim supra vulgatum epigramma omissis Aicardi auctoris appellationibus: subsequuntur Beroaldi annotationes, restitutoris suppresso nomine, uti etiam epistola ad Ravacaldum omittitur (1). Secunda impressio Portilianam alteram exemplarium quantitate longè excessit; ideoque ab Harduino, Orlando, Maetterio, aliisque recensetur (2). Nos illam in Regiâ Taurinensi, in Romanâ Passionaeâ, Comi in Comitum Equitum Judicumque bibliothecis conspeximus. Extat in Regiâ Imperatoriâ Vindobonensi, & Parmae pluribus in locis invenitur (3).

Peculiarem sibi vindicat recensionem exemplar a Freytagio laudatum, egregiis annotationibus conspicuum; cujus voluminis possessor indicatur *ex scuto rubeo, in quo Luna falcata aurea, cui Gallus gallinaceus albus insidet* [a]. Longè huic praehabendus codex in Regiâ Parmensi bibliothecâ asservatus, cui Paciaudius elegantissimum anteposuit praeloquium, ubi de primis Naturalis historiae, & de utrisque Portilianis editionibus disseruit. Duplici ex causâ hujusmodi exemplar magno habendum in precio. I. Quòd autographis docti Anonymi annotationibus instructum. II. Quòd multarum rerum imagines nativis coloribus diligens pictor ad oram librorum reddiderit. Quis porrò utriusque operis auctor fuerit, ex tripode sellâ alius devinet (4): post Beroaldi emendationes haec verba subjiciuntur:

„ Meminerint legentes, castigationes in hoc volumine atramento scriptas
„ laboris nostri esse ac vigiliarum: etsi aliquae sint sententiae hermolai (5) con-
„ cinentes: tamen me priusquam ille opus suum publicae utilitati exponeret
„ dubium fuisse, & nunc quoque dubitamus sic legendum: sed quae e rubro
„ scripta sunt admonemus vos illius esse, ac cum posteris nos illi debere. „

Cum Hermolai Barbari castigationes non ante annum CIↃCCCCXCII. lucem viderint, ut apertè sequenti libro ostendemus (6): Anonymum suas ante id temporis atramento scriptas exarasse patet.

Ad operis praefationem, & rerum omnium epitomen (unde primus conflatur liber) nihil adjecit castigator: labor secundo incipit volumine; ibique Natura pingitur lacte Terrarum orbem adspergens; supra positis aureis characteri-

ANNOTATIONES.

(1) *Omittitur*. Quâ de causâ id agat Portilia, aliis devinandum relinquo. Illius certè consilium omnes improbabunt.

(2) *Recensetur*. Apparet in Hulsianâ, in Syllabo Liburnensi (*b*).

(3) *Invenitur*. Extat in Bibliothecâ Monachorum Casinensium S. Johannis Evangelistae, sed prioribus & ultimis foliis destituta; desiderantur nempe aliorum de Plinio testimonia, & Beroaldi annotationes.

(4) *Devinet*. Videtur, quòd primo folio possessoris nomen legeretur: scripturam tamen acris aquae auxilio successor obliteravit.

(5) *hermolai*. (Sic).

(6) *Ostendemus*. Excidit Calliëo (*c*), & Orlando (*d*) Carolum Darlerium Cremonae anno 1485. Barbari castigationes edidisse, cum illas vulgaverit M. CCCCLXXXXV.

(a) *Apparat. Litterar. pag.* 113. *num. XXXXIIII.* (b) *Pag.* 611.
(c) *Gallicè*, de Caille. (d) *Pag.* 203.

ribus: NATVRAE . RERVM . PARENTI . Melior annotationum pars secundo huic libro spectantium, atramenti & rubricae vitio, vel quacumque aliâ ex causâ evanuit.

Tertium volumen variis, iisque optimis geographicis restitutionibus ditatur. Quartum, Quintum, & Sextum bonasquidem exhibet, sed pauciores. Septimo nihil invenimus. Octavo nonnullas emendationes, & pictas Rinocerontis, & candidi Leporis imagines. Nono interpres piscium varia adjecerat nomina, ut eorum figuram coloribus redderet, quod postea omisit. Primus occurrit Turfio [1], subinde Scomber, Coracinus, Perca, Mugil, Pagrus, Mullus, Rhombus, Solea &c.

Decimo libro Phoenicis arbitraria imago visebatur; sed quam improba sustulit incisura. Apparet Noctua, Picus Martius, Lusinia (Sic), Vpupa, Passer, Carduelis, Vespertilio.

Vndecimo, & Duodecimo, neque picturae, neque restitutiones redduntur. Decimotertio malum punicum, quod figura absque titulo indicat. In hoc, uti in sequenti volumine non aliae adsunt picturae, neque illustrationes.

Decimoquinto plures aureorum malorum, & prunorum species additis nominibus. Ad Plinii verba *ingens postea turba prunorum: versicolor, nigra, candida, bordearia appellata, a comitatu frugis ejus:* egregiè hi fructus redduntur, uti Armeniaca, Nucipruna &c. In nonnullis foliis nudae proferuntur appellationes relicto picturae spatio; quae methodus servatur in decimo sexto, ubi nomina sylvestrium plantarum fructuumque, ut una aut altera restitutio.

Decimus septimus picturis & annotationibus destituitur. Decimi octavi initio nonnulla occurrunt leguminum nomina: a fabâ incipiunt, quae unicè coloribus expressa; desunt subinde nomina & picturae.

Decimo nono emendationes multae rubricâ constantes exhibentur; ideoque Hermolaum Barbarum auctorem agnoscunt.

A vicesimo usque ad tricesimum primum nihil emendationi, aut picturae spectans visitur, usque ad sectionem hujus voluminis quintam. Pingitur subinde Cammarus. Tricesimo secundo rerum a Plinio tractarum elenchus, piscesque picti additâ eorum vulgari nomenclaturâ; itemque nonnullae subjiciuntur emendationes.

Tricesimo quarto pauca quaedam, pauci itidem facienda. Tricesimo sexto typographicum mendum sectionis XXIII. sanatur [2].

Editio Veneta III. Anni CIϽCCCCLXXXIII. justo folio.

Anno CIϽCCCCLXXXIII. Naturalis historia Venetiis prodiit (*a*). Hanc edi-

ANNOTATIONES.

(1) *Turfio*. Si recta hujus est figura, ad Neoterici Sturionis speciem satis accederet.

(2) *Sanatur*. In Paciaudii praeloquio haec inter reliqua occurrunt: *Sed quis fuerit vir eruditus, qui ante Hermolaum in Plinio emaculando, restituendoque operam insumpsit, nullo modo augurari licuit. Equidem characterum ductus, & litterarum apices cum diversis aevi illius codicibus diligenter contulimus: at quis huic tam dubiae, inconstantique adquiescat conjecturae. ——— ——— Vtinam diligens pictor universitatem rerum, quas Plinius libris XXXVII. dicendo disputandoque persequitur, coloribus descripsisset. Nullus fortasse esset Plinianus codex, qui pretio unus staret, nec ille quidem membranaceus, quem vir immortalis Apostolus Zenus cum omni sua docta supellectili legavit religiosissimis Sancti Dominici Alumnis Congregationis B. Salomonii, qui Venetiis sunt. In illo quippe rerum in uno quoque Plinii libro contentarum imagines non sigillatim partiteque quemadmodum in nostro expressae sunt, sed in icone, quae singulis libris praefixa est, generatim, leviterque adumbrantur.*

a) *Vid. Beughem. Harduin. &c.*

edidit Rainaldus a Novimagio, qui minùs rectè ab Hallevordio, Fabricio, Maetterio, & Funcio appellatur *de Noviomago*, cum sese typographus aetatis suae barbariem secutus *de Novimagio* (1) inscripserit (*a*). Antequam librum attigissem Orlando potiùs, quàm allatis auctoribus accedendum novi ex Forlosiae diligentiâ, cum hujus editionis exemplar in Vindobonensi existat bibliothecâ (2). Memoratam subinde editionem in copiosâ Comitum, Romanorum Principum, librariâ supellectili inveni. Breviorem quàm Parmae impressis formam delegit Rainaldus, & geminis Junioris Plinii epistolis, Suetonii de superiori Plinio testimonium interposuit, addiditque ex Tertulliani apologetico, atque a Latino Eusebii chronico desumptas sententias. In operis itidem praefatione T. Vespasiano Naturalis historia inscribitur. In calce adduntur Philippi Beroaldi correctiones, emendatoris nomine suppresso; quae omnia indicant hunc typographum Parmensibus editionibus Portilianis adhaerere. Legimus in Naturalis historiae coronide:

Caii Plynii Secundi liber Naturalis hystoriae trigesimus septimus & ultimus Finit. Impressus opera & impensa Rainaldi de Novimagio Alamani (3) *Anno Nativitatis Domini M. CCCCLXXXIII. Die sexta mensis Junii Regnante Illustrissimo Principe Joanni* (4) *Mocenigo.*

Plura typographica menda brevibus hisce verbis conclusa, & dictionis ineptiae librarium satis indoctum ostendunt.

Editio Veneta IV. Anni CIƆCCCCLXXXXVI. folio.

Hoc anno Plinium Venetiis cusum memorant Fabricius, Orlandus (5), & Maetterius, a quo codicem visum licet opinari, cum inibi impressionis diem adnotatum testetur: scilicet *Non. Kal. Octob.* Hujusmodi circumstantia a Fabricio omittitur, cum secundis curis memoratae editionis exemplar in Bigotianâ bibliothecâ extitisse affirmavit (*b*). Si vera narrantur, allata Naturalis historia, tum magis ex Bigotianâ supellectili, utpote quae in membranis excusa, eximiae erit raritatis. Dubitationi tamen locus adhuc mihi superest, quòd laudatae bibliothecae syllabum conficiens, vel typographus in reddendo anno falsus sit. Neque enim adhuc anno CIƆCCCCLXXXVI. Naturalem historiam ab anonymo typographo; multoque minùs Venetiis editam compertum habeo.

Editio Veneta V. Anni CIƆCCCCLXXXVII. folio.

Per id temporis Plinium Venetiis Marini Saraceni curâ impressum tradunt Maet-

ANNOTATIONES.

(1) *Novimagio*. Noviomagum nota urbs Belgii ob conventam inter Gallos & Batavos pacem anno 1678. De hoc oppido consule Johannis Smetii antiquitates *Neomagenses*. Dicitur Noviomagum a Smetii typographo, Novomagum ab Ausonio (*c*). An Rainaldus ex memoratâ civitate originem deduxerit, compertum non habeo.

(2) *Bibliothecâ*. Memoratur in Thuanaeâ (*d*), Hulsianâ, Claromontanâ Parisiensi, in Museo Joh. Burchhardi (*e*), ubi exemplar perpulchrum foliis deauratis visebatur.

(3) *Alamani*. (Sic).

(4) *Joanni*. (Sic).

(5) *Orlandus*. Venetiis, folio, anno 1486. sinè nomine typographi, Plinii Naturalem historiam vulgatam testatur (*f*).

(a) *Vide Orland. pag.* 31. & 387. (b) *Bibl. Latin. tom. II.* 13. *pag.* 612. *edit. Hamburg.*

(c) *In Mosellâ vers.* 11. (d) *Tom. II. pag.* 189.

(e) *Tom. III. pag.* 49. *num.* 375

(f) Origini e progressi della Stampa *pag.* 387.

Maetterius (*a*), & Orlandus (*b*); hujusque editionis exemplaria vidimus in Archinteâ, & Braydensi [1], & Collegii Romani bibliothecis. Excerpta, & Plinio tributa testimonia, Praefationis ad Titum Vespasianum inscriptio Venetae III. anni CICCCCLXXXIII. omnino respondent: legimus ad calcem:

Venetiis ---- per Magistrum Marinum Saracenum anno MCCCCLXXXVII. die XIIII. Mensis Maii Regnante Augustissimo Principe Augustino Barbadico.

Anno CIƆCCCCLXXXVIII. Naturalis historiae volumina Veronae edita idem Orlandus affirmavit. Titulum minimè exhibet. Notat tamen folio (ut omnia huc usque excusa) constare, sed typographi nomen desiderari. Fucum ab aliquibus Orlando factum, vel ipsum hallucinari statuendum; conjicioque hanc illam esse suppositiam Plinianam impressionem, quam Beughemius, & Fabricius XX. annis praeoccuparunt, facili exscriptoris lapsu binas numerales notas addentis, ut annus CIƆCCCCLXVIII. in CIƆCCCCLXXXVIII. abiret. Tenebatur enim Orlandus de raro admodum exemplari, & existentiae loco nos docere. Neque enim illud mihi adhuc videre licuit, neque ab aliis relatum memini; quamvis auctores, qui de antiquioribus impressis libris agunt, bibliothecarum syllabos, & Paladiis studiis dicatas aedes intraverim, ut Naturalis historiae editiones omnes incorrupto ordine numerarem. Quod certum est nemini Veronensium, qui de Plinio, ejusque patriâ disceptarunt, innotuit; neque ipsemet Orlandus in typographorum, librorumque indice, qui Veronae decimo quinto seculo cusi fuerunt, hujus exemplaris notitiam exhibuit (*c*).

Editio Veneta VI. Anni CIƆCCCCLXXXI. folio parvo.

Post Saracenum Thomas a Blavis, Alexandriae Statiellorum ortus, Plinium Venetiis publici juris fecit anno CIƆCCCCXCI. Initium desumit a Plinii Junioris ad Marcum epistolâ, subinde refert testimonium Suetonii Tranquilli in libro de Viris illustribus, & reliqua superioribus impressionibus affixa. Innotuit haec editio Beughemio, Maetterio, Orlando, qui iterum titulum facit *Plinii historiae Naturales*. Verùm & in titulo, & in typographi nomine referendo peccat, ut alii nonnulli. Neque enim Blancorum, sed Blavorum familiae adscribendus venit. Hujus editionis exemplaria lustravi in Romani Collegii, & Philippi Principis bibliothecis; itemque unum possideo, nonnullis calamo exaratis annotationibus illustratum. Parvo folio, chartâ solidiori, sed non admodum purgatâ constat [2]. Legimus ad Pliniani operis calcem:

CAII PLINII Secundi Naturalis hystoriae Liber trigesimus septimus & ultimus Finit. Venetiis impressus opera & impensa Thomae de Blauis [3] *de Alexandria. Anno Na-*

ANNOTATIONES.

(1) *Braydensi*. Exemplar huic bibliothecae dicatum *insigne exscriptis ad oram marginis annotationibus* commendatur a Francisco Antonio Zaccharià (*d*). Oculis tamen lapsus est, cum editionem anno 1478. attribuit: relatam ab Orlando asserit, titulumque facit: *Plinii Naturales historiae*. Orlandus, nescio quâ ratione, allatam profert apigraphen (*e*), Lustricum Saraceni nomen ex Matino, in Martinum corrumpit: circa tamen impressionis tempus nobis convenit, & annus quoque Romanis characteribus signatus M. CCCCLXXXVII. in Braydensi volumine, caeteris respondet.

(2) *Constat*. Mamoratur haec impressio in Falconatiae (*f*), & Hulsianae (*g*) bibliothecae syllabo.

(3) *De Blauis*. Ritè juxta typographi stylum appellatur *Thomas de Blavis* a Mangeto (*h*). Omnia turbat, & confundit Theophilus Georgius, ut vidabimus ad annum 1499.

[a] *Pag.* 203. [b] *Pag.* 387. [c] *Pag.* 144. *& seq.*
[d] *Excurs. literar. pag.* 109. [e] *Pag.* 30. [f] *Pag.* 173.
[g] *Tom. I. pag.* 104. (h) *Biblioth. Script. Medic. tom. II. pag.* 517.

Nativitatis Domini M. CCCCLXXXXI. die III. Mensis Novembris. Regnante Augustino Barbadico inclito Venetorum Principe.

Haec subsequuntur Beroaldi correctiones, illius nomine & epistolâ ad Ravacaldum suppressis.

Editio Brixiana I. Anni CIƆCCCCXCVI. folio maximo.

Antequam de Brixianâ hâc editione disseramus, monendus est lector quòd ubi Maetterio (*a*), atque Orlando (*b*) fides haberetur, Veneta anni CIƆCCCCXCIV. secundis curis per Rainaldum a Novimagio emissa veniret recensenda. Hoc etiam loco asserit Orlandus typographum libris titulum fecisse: *Plinii historiae Naturales*. Sed cum impressionem *die VI. mensis Junii* ex Rainaldi monito affirmet: haud levem nobis ingerit suspicionem, quod ex unicâ duplicem effecerit. Ipsissimus enim dies occurrit in allatâ anni CIƆCCCCLXXXIII. itemque memoratâ ad annum CIƆCCCCXCIV. (omnibus bibliothecis ignotâ). Haec nondum oculis meis sese obtulit; neque eam alii, quòd sciam, laudarunt.

Brixianam I. de quâ loquor (quae fortassis prioribus unicè foliis ab alterâ distinguitur (1)) Angelus & Jacobus Britannici fratres anno CIƆCCCCXCVI. ediderunt (*c*). Titulum praefesert *C. Plynius Secundus de Naturali historia diligentissime castigatus*. Id quamvis gloriosè magis quàm verè dictum sit, non officiet impressoribus, qui tot exemplaria egregiis typis, chartae nitore, & foliorum amplitudine insignia vulgarunt. Illud eis fortasse objiciendum, quòd invicem pugnantia nullo delectu consarciunt. Eâdem enim texturâ Plinium Veronensem & Novocomensem adductis monstrosis auctoritatibus videntur indigitare; tumque primùm Naturali historiae adjectam de Auctoris patriâ disputationem, & collecta in Veronensium favorem argumenta adnotavi; cum antea omnes omnino impressores Plinium Novocomensibus adjudicassent. Non illum tamen ubique civibus meis eripuerunt Britannici; sed multa Neotericorum testimonia Veronensibus faventia praemiserunt. Adest enim Johannis Britannici eorum fratris (2) ad Lucam Tertium epistola, quâ litem & disputationem de Plinii patriâ a Matthaeo Ruso resolutam apertissimè pronunciavit. Hujus Britannici monitum nonnulla ab Alexandro Benedicto Veronensi medico observata subsequuntur, Ruso inscripta, quibus se in Plinio multa maternam linguam, nempe Veronensem sapientia, observasse profitetur (3). Vltimò demum ipsius Rusi pro civibus suis adest *Apologia*, quam ad Justum, municipem itidem suum, Equestris

ANNOTATIONES.

(1) *Distinguitur*. Secundam anno 1498. memorabimus, quamvis ad operis calcem annus 1496. occurrat. Affert enim Palmarii epistolam anno 1498. datam.

(2) *Fratris*. De hoc consule Purpuratum Quirinum (*d*), & Joseph Antonium Saxium (*e*), Comitem Mazzuchellium (*f*). Hic est ille Johannes *Brixiensis*, ad quem scribit Platinus Platus (*g*). Nobilissimae Vrbis Brixiae municipes a Latinis *Brixiani*, non *Brixienses* alibi monuimus appellari. Caeterum Johannes apud Palatiolum (*Palazzuolo*) Brixiani agri vicum natus relicto familiae nomine, Britannici appellationem usurpavit, quia gentiles suos a Britanniâ ortos dictitabat (*h*).

(3) *Profitetur*. Hoc loco Benedictus in Plinio scriptore purissimo *Veronensitatem* (si novitio uti licet vocabulo) invenit; sed quantùm similia a Palermo quoque adoptata, falsa sint, suâ sede ostendemus.

[a] *Cit. opere*. [b] *Pag.* 31. & 388.
[c] *Maetter. pag.* 339. *Orland. pag.* 162. & 388.
[d] *Epist. ad Saxium col.* 14. & *seq.* [e] *Pag. DX.*
[f] *Vol. II. par. IV. pag.* 2106. & *seq.* [g] *Epist. fol. CX.* [h] *Vid. Ghilin. Theat. Vir. liter.*

ſtris Ordinis virum dirigebat [1]. Aſt liceat hoc loco obiter dicere, neminem adeò futilia, uti Rufum, & Benedictum protuliſſe. Hic enim aliqua excogitavit, quae non Veronenſibus tantùm, ſed quamplurimis Italiae populis convenirent. Matthaeus verò inverecundus plagiarius, penè omnia a Pantheo deſumens: illius nomen improbo reticet conſilio, ac multa nullis terminis veritatem contingentia ineptè farcit, ut Panthei dicta calamiſtris inurat: quae denique licèt optima eſſent, malè adhuc atque inſcitè a Britannico attinguntur, cum plagiarium ſummis tollat honoribus; debitumque genuino operis auctori praeripiat encomium: ſed miſſa haec faciamus, quae ſuis locis diſtributa alibi exponuntur.

In memoratâ editione primùm in lucem emerſit recens Plinii vita, quâ Naturalis hiſtoriae auctor Veronenſis Patre Celere, Matre Marcellâ natus dicitur. Anonymi verba in infimi ſubſellii ſcriptorem, noviſſimum; imò eo ſeculo viventem, rejicienda oſtendimus (*a*). Interim dum allata typographi vulgabant, Plinii elogium a Suetonio conſcriptum, atque ex latino Euſebii chronico ſententiam adjiciunt, unde Naturalis hiſtoriae conditorem Novocomenſem fuiſſe conſtat; & quod magis mirum videbitur, in praefationis titulo appoſuerunt: *C. Plynius Secundus Novocomenſis T. Veſpaſiano ſuo ſalutem*. Hiis ſanè Angelus & Jacobus typographi, Johannis eorum fratris opinionem vel nolentes oppugnant. Videtur tamen, quòd aliquâ ratione bibliopolae de parum cohaerentibus ſententiis tutari poſſint, cum Johannes Britannicus ad Lucam Tertium ſcribens: *Illud autem*, inquit, *te ſcire volumus Angelo & Jacobo Britannicis fratribus noſtris moleſtum accidiſſe quod in ipſam Matthaei apologiam ipſo die immo articulo inciderunt: quo iam operi faſtigium imponebatur: ita ut quum fere omnes codices titulo Plynii Novocomenſis impreſſi eſſent: mutato ſine cunctatione titulo: quod reliquum fuit impreſſum ſit* [2].

Hiſce verbis indicat Johannes, Rufi *apologiam* jam penè abſoluto Pliniano opere, ante Auctoris ad Titum praefationem fratres ſuos praepoſuiſſe. Legimus ad calcem:

Caii Plinii Secundi de naturali hiſtoria opus feliciter abſolutum eſt quam diligentiſſime caſtigatum. Impreſſum Brixiae opera & impenſa Angeli & Jacobi de Britannicorum [3] *fratrum Magnifico Equite Hieronymo Donato Vrbis praetore: Regnante Sereniſſimo Principe Venetiarum Auguſtino Barbadico Anno Nativitatis Domini* M. CCCCLXXXXVI. *die XX. Aprilis*.

Editio Veneta VII. Anni CIↃCCCCXCVI. juſto folio.

Eodem anno CIↃCCCCXCVI. Plinium Venetiis Bartholomaeus a Porteſio vul-

ANNOTATIONES.

(1) *Dirigebat*. Scipio Maffejus (qui Matthaeum Rufum anno 1496. egregium de Plinii patriâ opuſculum vulgaſſe profitetur) ad inſitam, ni fallor, Naturali hiſtoriae *apologiam* unicè reſpexit.
(2) *Impreſſum ſit*. Reliqua huic Brixianae impreſſioni, & Venetae ejuſdem anni 1496. apud Porteſium communia, ſtatim in ſequenti impreſſione attingentur.
(3) *De Britannicorum*. (Sic) Omnino perperam.

(a) *Vide lib. II. & V. harum Diſquiſition.*

vulgavit. Non omnino rectè typographi nomen, & impressionis dies apud Maetterium affertur (*a*). Mediolani in Braydensi, Placentiae in Capuccinorum, Parmae in nostrâ extat bibliothecâ; itemque hujus editionis exemplar vidi anno CIↃIↃCCLXI. apud eruditum Barberium Collegii Jesuitarum Fidentinorum Rectorem, optimis manuscriptis restitutionibus illustre.

A Brixianâ editione paucis ante mensibus in lucem emissâ allatas Neotericorum ineptias prodromi loco praefigit typographus, cum operi itidem titulum faciat:

C. Plynius Secundus de Naturali historia diligentissime castigatus.

Inversâ paginâ occurrit memorata Plinii vita, quae per haec verba incipit:

C. Plynius Secundus Veronensis natus sub Tiberio (1) *patre Celere: matre Marcella &c.*

Hinc Johannis Britannici ad Lucam Tertium Brixianum Patricium, & Alexandri Benedicti ad Matthaeum Rufum epistolae. Adnotavi librarium, qui Naturalem historiam diligentissimè a se castigatam exhibere profitetur: *Plinii*, *historiae*, & multa alia nomina vitiare, ut Nicolaus Perotus ab illo Pontifex *Sepontinus* in Rufi *apologiâ* quoque dicatur. Reliqua itidem nullo ordine confarcinantur. Rufi ad Justum *apologiam* subsequitur Plinii Junioris ad Marcum epistola. Hanc Suetonii in libro de Viris illustribus testimonium, ubi legimus: *Plynius Secundus Novocomensis equestribus militiis industriae* (2) *functus:* Suetonii de Seniore Plinio elogium, altera Consularis Plinii ad Tacitum epistola, inde Tertulliani, & Latini chronici sententiae. Demum Plinianae praefationis in hanc speciem titulus: *C. Plynius Secundus Veronensis* (3) *T. Vespasiano suo salutem*. Multa ex Hermolai Barbari castigationibus desumit, cujus nomen obliviscitur. Ad totius operis calcem legimus:

Caii Plynii Secundi de Naturali hystoria opus foeliciter absolutum est: quã diligentissimae (4) *castigatum: impressum Venetiis accuratissime per Bartolameum de Zañis de portesio* (5) *año ñsri Saluatoris. M. CCCCLXXXXVI. die XII. mensis Decẽbris.*

Editio Veneta VIII. Anni CIↃCCCCXCVII. & XCVIII. folio maximo.

Plinii Naturalem historiam ex castigatione Hermolai Barbari a Bernardino Be-

ANNOTATIONES.

(1) *Sub Tiberio*. Haec sola dictio non latinum, sed barbarum scriptorem prodit. Patris, matrisque appellationes a supposititio elogio desumptas confodimus libro II.

(2) *Industriae*. (Sic).

(3) *Veronensis*. Videtur, quòd Portesius profecerit ex Johannis Britannici ad Lucam Tertium epistolâ, cujus verba paullò ante exscripsimus; ideoque pro Novocomensi Plinium Veronensem in operis praefatione enunciandum conjecerit.

(4) *Diligentissimae*. (Sic). Error hâc in voce, uti aliis in locis negligentiam Portesii satis prodit.

(5) *De Zañis de portesio*. Italicè ab Orlando appellatur *Bartolomeo Zani da Portesio* (*b*). Hic in aliis ad patriam loquendi consuetudinem editis operibus sese inscribit: *Bartolomio de Zani da Portesio*, unde multis gentilicium familiae nomen *Zani* videtur, patria *Portesio*. Ego gentilicium nomen corruptum puto, deductumque a *Johannis* vocabulo, cum ridenda sanè methodo legamus *per Bartolameum de Zañis de portesio:* quae appellatio per duplicem literam *nn* redita ab italico idiomate effluxit: *Bartolomeo de Giovanni*. Johannis porrò vocabulum in hodiernam quoque diem contrahunt Veneti. Morhofius hunc impressorem *Zanetum* dixit, atque ex uno duplicem facit, cum Livii editiones memorans: *Venetae*, ait (*c*), *duae*, *una a Portesio an* 1498. *& altera a Georgio de Rusconibus Mediolanensi* 1501. *procurata*. Rectè haec editio anni 1496., & typographi appellationes recensentur in Hulsianâ celeberrimâ bibliothecâ.

(a) *Tom. I. pag.* 339. (b) *Pag.* 36. (c) *Polybistor. tom. I. lib. IV.* 3.

Benalio editam anno CIↃ CCCCXCVIII. Venetiis memorat Fabricius (*a*); eique ſubſcribere videtur Harduinus [1]. Vero propius accedit Maetterius, qui Naturalem hiſtoriam a Bernardino Benalio ſuperiori anno coeptam, hoc demum abſolutam affirmat. Pellegrinus (ſive ut ipſe & aliis placet Peregrinus) Orlandus duplices facit Benalii impreſſiones hoc titulo [2] (*b*).

Plinius de Naturalibus hiſtoriis cum caſtigatione Hermolai Barbari per Bernardinum Benalium fol. ---- 1497. *ejuſdem Naturales hiſtoriae per eund. anno M.IID. fol.* ---- 1498.

Apertè tamen hallucinatur, cum una tantùm editio Benalio tribuenda ſit; atque haec magis ad annum CIↃCCCCXCVII. quàm ad ſequentem ſpectet, cum ad operis calcem legamus:

C. Plynii de Naturali hiſtoria libri XXXVII. Ex caſtigationibus Hermolai Barbari [3] *diligentiſſime Recogniti. Impreſſi Venetiis per Bernardinum Benalium anno a Natali Chriſtiāo. M.CCCCLXXXXVII.*

Cum gratia & privilegio ut in eo.

Vt autem hujuſmodi opus in ſubſequentem quoque annum referatur, in cauſsâ fuerunt, quae librorum fronti Palmarius adjecit, ut proximè aperietur: Titulum igitur praepoſuit:

C. PLINII SECVNDI NATVRAE HI
STORIARVM LIBRI. XXXVII
E CASTIGATIONIBVS
HERMOLAI BARBA
RI QVAM EMEN
DATISSIME
EDITI.

In averſo folio ſtatim occurrit epiſtola, cujus inſcriptio:

Nobiliſſimo Iuueni Conſſalo Ruitio Delavega & Mendoza: Laurentii Suaris de Figueroa & Mendoza Hiſpaniarum Regis ad principem & Senatum Venetum Legati filio: Jo Baptiſta Palmarius.

Cum longiſſimam praefationem [4] vigiliis ſuis adjecerit Palmarius, nonnulla tantùm ad rem delibabimus. Primo loco Hermolai Barbari, *Viri omnium qui aetate* illâ *fuere doctiſſimi* laudes attingit; Pliniumque in quingenta volumina formis expreſſum reddere profitetur. Poſt Gonzali filii, Laurentii Patris, Figueroae & Mendotiae gentis encomia: poſt novum de Hermolai caſtigationibus ex Politiani, aliorumque ſententiâ admirandum judicium; ſe ab Antonio Moreto illuſtri & probo Bibliopolâ rogatum affirmat, ut ipſas Barbari caſtigationes, tranſcri-

ANNOTATIONES.

(1) *Harduinus*. Inter editiones, quarum collatione ſuam emendatiorem prodiiſſe affirmat Harduinus, Brixianam anni 1498. profert, quamvis typographi incuriâ annus 1398. irrepſerit.

(2) *Titulo*. Quae anno 1497. aſſignat, deducta ſunt ex ultimis Benalii verbis: quae anno 1498. tribuit, originem habent ex adjectis Johannis Baptiſtae Palmarii, praefatione &c.; neſcioque cur Orlandus Romanis notis M. IID., & Arabicis 1498. ipſiſſimum annum duplici figurâ reddat.

(3) *Barbari*. Hâc de cauſsâ in bibliothecae Platernianae ſyllabo in Hermolaum Barbarum rejicitur Venetiis 1497.

(4) *Praefationem*. Johannis Buxii Alerienſis Epiſcopi, & Philippi Beroaldi Epiſtolas integras, utpote inventu difficiliores, neque adeò prolixas ſubjeci. Hanc in multis editionibus facilè inveniendam conſultò omittimus ab initio ad finem tranſcribere.

[a] *Bib. Latin. tom. I.* [b] *Pag.* 352.

ſcribentium vitio corruptas, emendaret; in quibus recenſendis adeò ſedulam navavit operam, ut tam emaculatum exemplar impreſſoribus dederit: *ubi* (mirum dictu) *ne ſyllaba quidem una aut littera perperam poſita ſubſiliret* [1].

Damnat ſubinde proximam Naturalis hiſtoriae impreſſionem, in quâ nonnullis in locis pro Plinianis, Hermolai verba poſita indolet: plura contuliſſe exemplaria, filumque Hermolai exemplo a Venetâ ſecundâ editione dirigere, a quâ nunquam, niſi certiſſimo argumento diſcedere affirmat: dubia in marginibus adnotando; atque emendationum ſuarum rationem exponit; alia etiam reſtituenda ſubjicit; gaudeòque nobis ſatis concinere ad verba lib. XXXI. *ut protinus noſcatur etiam miniſtrorum ejus* [2] *hauſtus ex illa majeſtate ingenii*. Vtinam Codicem MSS. quem in teſtimonium profert, longiore deſcriptione indicaſſet. Vltimò ad Lectorem epigramma hujuſmodi legitur:

„ Qui Coelum: Terras: Aequor: Genus omne animantum:
„ Omne exors Animae: quid ferat omnis Ager:
„ Inuentus rerum uarios: Arteiſq; Metalla:
„ Marmora cum gemmis: quid iuuet: aut noceat:
„ Deniq; naturae qui cuncta adoperta revelat
„ Plynion integrum candide lector habes:
„ Atq; ita quod priſcum praeſervat fronte Nitorem
„ Lima viri docti [3] praeſtitit Hermoleo:
„ Cui fere te tantum (dicam) debere fatendum:
„ Auctori quantum ſaecula debuerunt [4].

OPERI SVPREMA MANVS IMPOSITA ANN. GRATIAE MIID. [5] EIDIB. FEBRVARI. AVGVSTINI BARBADICI PRINCIPATVS ANNO XII.

Poſt haec adduntur antiquorum elogia: nempe Plinii Caecilii epiſtola ad Marcum, Suetonii Tranquilli in libro de Viris illuſtribus teſtimonium, ubi: *Plynius Secundus Novocomenſis* &c.: altera Plinii ſequentis ad Tacitum epiſtola, Tertulliani in Apologetico ſententia, itemque ex libris de Temporibus Euſebii Caeſarienſis; ibique de more legimus: *periit dum inviſit Veſuuium*.

In operis titulo:

C. Plynius Secundus Veronenſis Veſpaſiano ſuo ſalutem.

Videtur quòd Palmarius impreſſionis, & calamo exarati codicis nobiliſſimi (cujus ſuperiore libro meminimus) copiam fecerit Ruitio Mecoenati ſuo, cum lauda-

ANNOTATIONES.

(1) *Subſiliret*. In hâc editione pauci apparent, ſed tamen aliqui inveniuntur, typographici errores.
(2) *Ejus*. Hoc vocabulum redundat. Sed *miniſtrorum* vox egregiè membranis, & texturâ faventibus reſtituitur.
(3) *Viri docti*. Hiſce verbis Palmarius innititur; unde Epigrammatis auctor, alius erit ab Ariſtarcho limam ad Barbari caſtigationes adhibente. Turpe enim eſſet, quòd de ſe ipſo hujuſmodi caneret Palmarius.
(4) *Debuerunt*. Ita in aliis etiam ſubſequentibus, atque ex hâc traducibus editionibus. Videtur tamen, quòd metrum exigeret *debuerant*.
(5) MIID. Viden ut hiſce notis annus 1498. innitur, unde initium differt a ſupremâ coronide. Id non alio tuetur pacto, niſi dicas Palmarium publicis officiis diſtentum, annum more Veneto incipere a die, quâ CHRISTVS humani generis SERVATOR carnem ſuſcepit: contra Benalium Bergomenſem (*a*) ſequi communem a die Natali ſupputationem. Niſi res ita ſe habeat, fatendum eſſet unam Palmario excidiſſe notam; legendumque MIIID. (nempe 1497.) cum Auguſtinus Barbadicus Rempublicam tenuerit anno 1485.; ideoque annus ejus Principatus 12. incidat in annum 1497. Neqne enim adeſt ſuſpicionis locus, quòd Palmarii prooemium poſt cuſam Naturalem hiſtoriam fuerit adjectum, cum foliorum regeſtum indicet typographum a Palmarii epiſtolâ initium deduxiſſe.

[a] *Vide Phib. Bergom. ſupplement.*

datum Barberinae bibliothecae membranaceum exemplum huic editioni adamussim conveniat. Non omittam Palmarium quaedam scitè animadvertere, alia antiquis Venetae II. editionis erroribus reddidisse; cujus testimonio esse possunt, quae jam Barbarus confoderat in praefatione. Non igitur recudendum erat Palmario *Vernaculis suis & famulis*, neque in Junioris Plinii epistolâ vulgandum jejuno sensu *Non. Kal.* suppresso mensis nomine. Spectanda caeteroquin haec erit editio characterum formâ, foliorumque amplitudine; diversas insuper lectiones ad oram paginarum exhibet, quae methodus tunc primùm in Naturali historiâ apparuit.

Bibliothecule nostrae exemplar haud parum facio, eo quia ad Johannem Petrum Ajroldum (1) insignem Medicum; atque antea ad Antonium Comitem virum utrâque linguâ eruditissimum spectaverit: interspersum est annotationibus nonnullis Ajroldi, & Comitis [2].

Iis temporibus collocandum esset vetustum Mediolanense exemplar, cujus auctoritatem adducit Dalecampius. Verùm cum Medicus Cadomensis non eâdem Maetterii diligentiâ usus sit; & novissimum ignotumque Insubribus factum prodat: ipse de dubiis rogetur omnibus. Nusquam enim Naturalem historiam Mediolanensibus typis concessam vidi; neque aliis notam audivi. Talia sanè ignoravit Joseph Antonius Saxius Ambrosianae bibliothecae Praefectus, cum de vetustioribus quibuscumque libris, qui seculo XV. Mediolani publicam lucem adspexerunt, minutissimè disputavit [3].

Editio Brixiana altera, quae anno plerumque CIƆCCCCXCVIII. attribuitur; sed in operis calce annum CIƆCCCCXCVI. profert.

Non unâ vice dubitavi utrum hanc Brixianam editionem, ante alteram anno CIƆCCCCXCVI. memoratam recenserem, cum ad extremi operis calcem legamus: *C. Plinii Secundi de Naturali hystoria opus impressum Brixiae* (ab iisdem Britannicis fratribus) ----- *anno Nativitatis Domini .M.CCCCLXXXXVI. die XX. Aprilis*. Cum igitur non tantùm annus & dies, sed alia etiam in idem tempus collineent; justissima oritur suspicio, quòd hoc unum ex iis sit exemplaribus, cui fastigium imposuerant Britannici, cum in eorum manus venit Rufi *apologia*; unde locum Rufi ineptiis facturi, a plerisque impressis prima abscinderint

ANNOTATIONES.

(1) *Ajroldum*. Volumen ad hunc spectasse testatur autographa annotatio: *Ayroldi sum, Antonii Comitis Avunculi munere*. Scribitur enim *Ajroldus, Ayroldus, & Aiiroldus*. Johannes Petrus ab Argelata dicitur *Nepos celeberrimi Antonii Comitis in litteris graecis, latinisque versatissimi* (a). Nil mirum si *nepos* pro sororis filio, & *versatissimi* vocabulum apud hominem parum latinè scribentem occurrat: magis arguendus, quòd nihil de Antonio Comite (*Conti*) subinde vulgaverit, ubi agit de ipsissimo viro sub appellatione *de Comitibus*, quando Antonius *Comes* dicendus erat; fuitque Aloysii filius, Primique *Comitis* frater, qui pariter graecis, latinisque literis; magisque vitae innocentiâ spectatissimus evasit.

(2) *Comitis*. Hujus editionis exemplar in coenobio Sancti Leonardi extra Veronae moenia, pariter illustrationibus, rubro charactere, descriptis asservatur. Si ad hoc respexit Maffejus, cum Naturalem historiam typis impressam in memorato coenobio extare affirmat; eamque Romanae primae antiquiorem conjecit: procul dubio oculis lapsus est, cum duodetriginta circiter annis recentius sit.

(3) *Disputavit*. Anno CIƆCCCCXCIV. Hermolai Barbari in Plinium castigationes Mediolani prodiisse duplici loco affirmat Fabricius, atque ex illo laudatus Saxius (b); has tamen neque Saxius, neque ego attigi.

[a] *Bibl. Script. Mediolan. tom. I. col.* 21.
[b] *Fol.* IↃXCVI. *ad ann.* 1494.

folia; sed id non omnibus libris acciderit. Quod certissimum est, differt haec impressio ab aliâ, in plerisque prodromi loco positis. Titulus est hujusmodi: C. PLINII SECVNDI NATVRAE HISTORIARVM LIBRI XXXVII. E CASTIGATIONIBVS HERMOLAI BARBARI QVAM EMENDATISSIME (1) EDITI.

Postea: *Nobilissimo Iuueni Consalo Ruitio &c.* ---- *Jo. Baptista Palmarius.*

Integra Palmarii praefatio, subjectum epigramma: *Qui Coelum: Terras: Aequor &c.* uti in Veneta Benalii editione apparet, itemque legimus:

Operi suprema manus imposita ann. gratiae MIID. *eidib. Februari Augustini Barbadici principatus anno* XII.

Haec igitur operi praeposita, & annum CIↃCCCCXCVIII. indicantia a Benalii impressione acceperunt Britannici fratres, neque ultimis eorum verbis cohaerent. Dicendum igitur, vel indoctum typographorum institorem ultimam subscriptionem ab aliâ deduxisse, vel jam vulgatae anno CIↃCCCCXCVI. resecatis Veronensium foeturis, Palmarii praefationem supposuisse; librumque postea anno tantùm CIↃCCCCXCVIII. publicasse (2). Vt haec omnia nitidiùs apparerent, necesse esset utrumque exemplar invicem conferre (quod nobis non licuit): tunc enim constaret, an solùm initiis, an versibus etiam in operis corpore differant geminae impressiones. Quod certum est, secunda haec Britannicorum convenit Benalianae; legitque „ C. Plinius Secundus *Veronensis* Vespasiano Suo Salutem „

Brixiani exemplaris auctoritatem affert Vlysses Aldrovandus, cum de Phoenice Plinianam sententiam expenderet; quem locum pariter adnotavit Thomas Brouunius (*a*). Harduinus hujus editionis exemplo usus est, quod olim Guilielmo Pellicerio Montis pessuli Episcopo spectabat, & quibusdam margineis annotationibus ipsiusmet calamo exaratis preciosius evasit. Codex e Claromontanâ Parisiensi in nobilissimam PHILIPPI Principis Parmensem bibliothecam, dum haec commentamur, migravit: adnotavique post impressa verba „ MIID. *Eidib. Februari Augustini Barbadici principatus anno* XII. „ adjectam fuisse a Pellicerio illam Plinii vitam, quae incipit: *Caius Plinius Secundus Veronensis natus sub Tiberio, Patre Celere, Matre Marcella &c.* Jacet haec in folii coronide ante sequentis Plinii epistolam ad Marcum. Subinde ad verba Suetonii Tranquilli in libro de Viris Illustribus: *Plinius Secundus Novocomensis*: calamo patriae nomen delevit; itemque ex libris de Temporibus Eusebii Caesariensis clausulam: *periit dum invisit Vesuvium* abrogatam comperio; quae omnia haud levem Pellicerii ostendunt oscitantiam; primò cum irridendo Anonymo Auctori Plinianae vitae ita adhaereat, ut illam integram subjiciat; secundò ut in longè meliori, & Suetonio tributa *Novocomensis* dictionem obelo confodat; addatque ad libri oram: *cassatum quia in codicibus veris ea vox non est* (3). Vidimus hujusmodi vocabulum in om-

ANNOTATIONES.

(1) EMENDATISSIME. Multis tamen scatet erroribus: Plinii nomen modò per *y*, modò per *i* redditur, ita *hystoria*: *Revenna*: *Letrusae disciplinae*: *horogelio*: *Aquae Scatiellorum*: *Pompisii &c.* cum legendum sit: *historia*: *Ravenna*: *Hetruscae disciplinae*: *horologio*: *Aquae Statiellorum*: *Populi &c.*

(2) *Publicasse*. Fortasse hâc de causâ a Fabricio, & Maettario haec Brixiana secunda editio anno 1498. collocatur, quamvis typographi nomen minimè recenseant.

(3) *Non est*. Nunc primùm intellexi quâ de causâ Harduinus scripserit „ In veris codicibus vox ea *Novocomensis* abest, & abesse utique debet „ Pellicerii dicta ob oculos habet, & imprudens adauget; cum in veris codicibus ea vox appareat, & apparere utique debeat.

[a] *De error. popularib. lib. III. cap. 12. pag.* 284.

omnibus membranis vel extare, vel eâ ratione corrumpi, ut literarum ductus & textura non alium recipiat. Vltimò latini chronici verba falsò expungit, quae omnino legenda satis probavi, & infra peculiari volumine Divo Hieronymo spectare ostendemus (1).

Vt aliqua de Pellicerii annotationibus obiter delibemus; monendi erunt lectores: in Plinii praefatione adfuisse permultas restitutiones, quae editis Auctoris verbis impositae ex atramenti vitio evanuerunt. Magis perspicuae sunt illustrationes, quae usque ad verba: *unde provocatio appellatur*, Pellicerius deduxit. Auctorum & rerum elencho nihil addidit; decimoque libro, ut Harduinus vidit: illustrationes clauduntur.

Editio Veneta IX. Anni CIƆCCCCXCIX.. justo folio.

Hujus editionis exemplaria deducta sunt a Benalii impressione, a cujus nitore tamen longè distant; prima verba Gothicis elementis redduntur. *C. plinii secundi naturae historiarum libri.* XXXVII. *e castigationibus hermolai barbari quam emendatissime editi.* In posticâ folii parte subsequitur Palmarii ad Ruitium praefatio, in quâ graecae voces desiderantur; formarum, ut videtur, inopiâ. Spatium tamen lacunis per idoneum amanuensem implendis relinquitur. Additur epigramma *Qui Coelum &c.* & verba: OPERI SVPREMA MANVS IMPOSITA ANN. GRACIAE. MIID. &c. postea in ACTOREM (2) ELOGIA; titulusque Plinianae praefationis: *C. Plinius Secundus Veronensis Vespasiano Suo Salutem*: legimus ad calcem:

C. Plynii (3) *Secundi de Naturali historia libri* XXXVII. *Ex castigatiōibus Hermolai Barbari diligētissime Recogniti. Impressi Venetiis per Joannem Aluisium de Varisio* (4) *Mediolanensem āno a Natali Cristiāo* (5) M.CCCCLXXXXIX. *die* XVIII. *Maii: cum gratia & privilegio ut in eo.*

Allatae editionis exemplar extat in Ambrosianâ Bibliothecâ, aliudque Romae possidebant (6) Sanctae Crucis Hierosolymariae Cistercienses monachi, cum hujus notitiam, & rariorum calamo exaratorum librorum multis ab hinc annis praebuit Joachim Cardinalis Besutius: cujus defuncti memoriam libentius hoc loco ingero, quòd ad gravissimas curas a Benedicto XIV. evocatus amplissimo Christianae Reipublicae Ordini non minùs splendoris addiderit, quàm inde acceperit. Exemplar bibliotheculae nostrae, nonnullis, egregiisque illius aevi annotationibus conspicuum, usui nobis fuit, ut Plinium quandoque verae lectioni restitueremus.

SE-

ANNOTATIONES.

(1) *Ostendemus*. Libro XIV. haec omnia dicata invenies, & XIII. de Suetonii opera disputabimus.

(2) ACTOREM. Restitue AVCTOREM uti alia minùs rectè edita.

(3) *Plynii*. (Sic.)

(4) *De Varisio*. Besutius in suo exemplari *de Varisiis* extare mihi renunciaverat; verùm in nostro apparet *de Varisio*. Ex hujus impressoris patriâ, cursoriis oculis lustratâ, fortasse errandi occasionem desumpsit, qui Plinium Mediolani editum Joh. Alberto Fabricio retulit. Caeterum ignoro, an hic *Aluisius* appelletur, quòd ad familiam Aluisiam (quae adhuc viget) a Varisio Mediolanensis agri oppidulo spectaret; vel ad longè clariorem Varisiam gentem pertineret; ipseque lustrico praenomine diceretur *Johannes Aloysius*, quam ultimam vocem barbarâ methodo corruptam reddiderit. Malè in Theophili Georgii lexico editio anni 1491., atque allata anni 1499., eâ ratione recensentur, quasi ab eodem typographo impressae fuissent. Corrigenda insuper veniunt inepta verba „ 1491. --- 1499. --- *f Venetiis Aluis.* (*a*) „ Cum prima editio anni 1491. Thomae a Blavis; haec Johanni Aloysio, sive Aluisio a Varisio spectet.

(5) *Cristiāo*. (Sic).

(6) *Possidebant*. Nunc minimè invenitur.

[a] *Tom. II. pag. 226.*

SECTIO. SECVNDA

De Plinianis editionibus Decimo sexto Seculo exaratis.

ANdreae Alciati sententiam alibi attigimus, quâ de senioris Plinii patriâ sermonem habens, antiquorum codicum fidem pro Comensibus stare: Venetos demum librarios Plinium illis eripuisse affirmavit. Quàm vera utroque latere protulerit, ultimo loco allatae impressiones; itemque in primâ hujus sectionis parte proferendae utique ostendent.

Editio Veneta X. *Anni* CIƆIƆVII. *folio parvo.*

Hanc emendavit Alexander Benedictus apud Lignacum Veronensis territorii oppidulum natus (*a*), aliisque jam editis voluminibus clarus (*b*). Plinii Naturalem historiam margineis scholiis edendam curavit [1]; illamque vulgarunt Johannes Rubeus: Bernardinus fratresque Vercellenses parvo folio; titulumque Gothicis characteribus conflatum praesefert:

C. Plinii. Secundi. Veronē
sis historiae naturalis
Libri XXXVII. ab Ale
xādro Benedicto
Ve. physico
emendatio
res red
diti.

Opus clarissimis civibus suis dicat Benedictus longâ epistolâ, quae incipit hisce verbis:

Laudandi sunt Cives praestantissimi: qui C. Plinii Secundi ueronensis auctoris celebratissimi de naturali historia uolumina: foecundissimum latinae linguae opus a notabili foeditate operosius vendicare non desinunt. Encomia demum inter Plinium, & illius emendatores dividens: *banc culpam*, addit, *aetate nostra quum resipiscere ingenia coepissent: restituere conati sunt Merula alexandrinus noster* [2]*: & Hermolaus Barbarus: qui in boc Pliniano māgonio diu uersati sunt. Nos quoque conatus nostros in iis praesertim: quae ad medicos effectus pertinent: oñdimus* [3]. Hinc omni jure damnat

ANNOTATIONES.

(1) *Curavit*. Fabricius in mediae & infimae latinitatis bibliothecâ nihil de Benedicti Plinianâ castigatione meminit, cum tamen alia historica, & medica recenseat (*c*). Nihil pariter de hoc labore invenio apud Mangetum, cum varia Benedicti opera enumeret, illumque infinitis oneret laudibus (*d*); quodve magis est Plinianus Benedicti labor omittitur ab Andreâ Ciocchio, ubi de Collegii Veronensis medicis agit (*e*).

(2) *noster*. Quâ de causâ suum appellet Merulam, ignoro; nisi fortassis ob amicitiam Venetiis superiore seculo cultam. Merula nihil peculiari opere in Plinium typis vulgavit: sed cum Naturalem historiam publico munere enarraret, transcribentium menda sanare, uti etiam in commentariis ad Martialem, curavit.

(3) *Oñdimus*. (Sic) puto pro *condidimus*.

[a] *Vid. Maffej. Veron. illustrat. par. II. fol.* 129. [b] *Jo. Andr. Quenstedt. Dialog. pag.* 280.
[c] *Tom. I. pag.* 164. [d] *Bibl. Script. Medic. tom. I. lib. II. pag.* 281.
[e] *Vid. Thesaur. Ital. tom. IX. par. VIII. col.* 4. & 5.

nat tres versus continuos *divinae praefationi interjectos in officina impressoria Jo. Spyrae* (1) *prioris artificis*.

Differentiam inde Venetam inter secundam impressionem, suamque ponit: multa ad medicinam spectantia attingit, vetustissimumque codicem (utinam aetatem & Dominum indicasset) in testimonium adducit. Arguit subinde Hermolaum Barbarum, eo quia contumaciter Plinium *Novocomensem* faciat; & nonnulla in Veronensium favorem profert argumenta, quae elumbia omnino sunt, & suo loco confodimus. Secundorum monumenta, ad quae provocat, & quod Plinius parentibus dicasse credit: medicum Veronensem Romanam appellationum rationem omnino ignorasse, ostendunt. Plinium denique Veronensi linguâ scripsisse somniavit, eâdem ratione quâ se Romanum Senatorem facere tradit (2) Data est epistola *ex Venetiis* MCCCCCVII. *Kls. Januarii*.

Subsequuntur Quintii Aemyliani (3) Cimbriaci Poëtae ineptiae, quibus *ad C. Plinium Secundum Veronensem Encomiasticos* titulum fecit. Argumentorum valorem cum alibi pensitaverim, sufficiet hoc loco Carminis initium afferre, ubi Benedicti vigiliae extolluntur:

„ Veronae decus: & domus Secundae
„ Plinii (4) gloria cognitumque lumen
„ Ingens historiae perennioris.
„ Quis te sic nitidum manu expolivit.
„ Docta (Juppiter) & scientiori &c.

Carminibus jungitur monumentum, quod Parentibus C. Plinium dicasse affirmabant Veronenses. Vltimò tot inter Priscorum de Plinio testimonia, unicam sororis filii ad Tacitum epistolam exscribit Benedictus; legitque in operis praefatione:

C. Plinius Secundus Veronensis T. *Vespasiano Suo Salutem*.

Ad calcem:

Hoc opus Caii Plinii Secundi naturalis historiae impressum fuit per Joãnem rubeum (5) *& Bernardinum fratresq; Vercellenses* (6) *ab incarnatione anno domini* 1507. *die XVI. Januarii*.

Praeter dubias lectiones, quas ad paginarum oras ubique (excepto tamen elencho) obtulit; duas subjecit tabulas. In primâ *Hic*, ait, *lector errores quosdam uariasque lectiones uidebis: ex quibus pro cuiuslibet animo plura deligi: ac restitui possunt. Reliqua in sequenti impressione uidebuntur*.

In secundâ. *Hic*, inquit, *simplicia litterarum ordine explicabuntur: in quibus Dioscoridis summi medici imaginem uidebis. Haec ex tota uniuersitate simplicium aceruata:*

&

ANNOTATIONES.

(1) *Jo. Spyrae*. (Sic.) Vides, ut Benedictus principem impressionem agnoscit vulgatam ex officinâ Johannis Spirae, sive Spirensis.

(2) *Tradit*. Ex verbis lib. XXXIII. Vbi Plinius asserit majorem Gentium partem, hominumque *etiam, qui sub imperio nostro degunt*, annulos hodie non habere. Plinium ex Romano Equite ad Amplis. Ordinem promotum conjecimus in ejus vitâ; non tamen id evincunt verba, ad quae provocat Benedictus.

(3) *Quintii Aemyliani*. Hunc Palermus appellat *Quinctium Aemilianum* (*a*).

(4) *Plinii*. Vt carminis lex servaretur, scribendum erat *Plini*; ita Poetae verba refert Palermus: hoc loco tamen invenio *Plinii*.

(5) *rubeum*. (Sic.) Venetiis Rubeum, sociosque typographicam artem exercuisse constat. Oppidi tamen nomen in memoratâ editione desideratur hoc loco.

(6) *Vercellenses*. In bibliothecâ Casinensi vidi Plinii Caecilii epistolas, editas anno 1510. *per Joannem & Bernardinum fratres de Lisona Vercellenses*. Gentilicium nomen videtur Johanni & Bernardino *Lisona*: Patria Vercellae; nisi *Vianum Lisonensem*, sive *Lexonensem* malueris appellare, eum in Boccaccii Decamerone vulgaverit. *In Venetia per Bernardino de Viano de Lexona Vercellese* 1525. (*b*).

[a] *De Ver. Plin. patr. pag.* 181. [b] *Vide Catalog. libror. Italicor. &c. Liburni* 1756. *pag.* 89.

& in quēdam cumulum coniecta ostendimus pro medicorum utilitate: uel quibusuis de medicinae facultatibus iudicium afferre uolentibus. Reliqua si quis addere uoluerit bona uenia subiungat.

Dioscoridis imaginem in Plinio vidit Benedictus, eo quia in multis sibi uterque conveniant. Hinc multi Plinium suppresso nomine pleraque a Dioscoride accepisse statuunt; quae tamen minùs veritati consona suo loco ostendemus.

Hujus editionis exemplaria vidi Romae in Jesuitarum bibliothecâ, & Neapoli apud Alexium Symmachum Mazochium, haud vulgari amicitiâ nobis conjunctum; Virumque animi candore, & tantis sapientiae dotibus toti Europae notissimum. Alterum ego possideo [1]. Impressio optimis constat formis, nitidissimâ papyro, nigerrimo atramento. Sua certè laus debetur Benedicto [2], quod non tantùm geminas tabulas, sed omnium primus folia Arabicis numeris distinguat, nonnulla rectè emendet; plura tamen vel sicco pede pertransit, vel infelici conatu attingit, ut superioribus libris, ni fallor, satis superque comprobavi.

Editio Veneta XI. Anni CIƆIƆX. folio octo in partes complicato.

Anno CIƆ IƆX. Plinius Venetiis ex Benedicti recensione iterum apparuit; quod Harduino, Fabricio, Maetterio, Funcio, aliisque Naturalis historiae impressiones recensentibus, ignotum comperio. Opus duplicibus voluminibus comprehensum attrectavi; sed duplicibus quoque in bibliothecis hiat convulsum. Prima pars Mediolani in Archintaeis aedibus; secunda Comi in Theatinorum Collegio. Quae Mediolani visitur titulum praesefert:

C. Plinii Secundi Veronensis historiae naturalis libri decem & septem primi voluminis ab Alexandro Benedicto Ve: Physico emendatiores redditi.

Hîc etiam, uti anno CIƆCCCCCVII. accidit, unica Plinii sequentis ad Tacitum apparet epistola, & illam quoque minùs exactè refert; multa demum ut emendatiora reddat: partim negligit, partim corrumpit [3].

In secundâ verò parte, quae duodeviginti ultimos comprehendit libros, ad supremi coronidem legimus:

Hoc opus Caii Plinii Secundi Naturalis historiae finitum fuit die ultima mensis Augusti. M. CCCCCX. Laus Deo.

Hanc Plinii historiam Venetiis editam fuisse typi Aldinis formis egregiè respondentes, & Benedicti eâ in Vrbe medicinam facientis incolatus satis ostendunt.

ANNOTATIONES.

(1) *Possideo*. Memoratur etiam in Bibliothecâ Hulsianâ, in Theophili Georgii syllabo.

(2) *Benedicto*. Legi apud virum doctum Stephanum Borgiam in Tadinatum oppidi laudatâ historiâ (a): *Or questa mutazione si vede sovente nel termine* Tadinates, *che nelle più corrette edizioni di Plinio, come quelle di Vinegia del* 1507. *Dell' Aldo nel* 1536. *ed in altre si vede variato in* Sadinates. Hanc Benedicti impressionem inter pulchriores ob typorum elegantiam; sed nequaquam inter optimas collocabimus.

(3) *Corrumpit*. Quantùm Naturalem historiam emendans depravaverit, ex operis initio, quasi er undique Leonem dignoscemus. *Libros Naturalis historiae novitium Camoenis quiritium tuorum opus natum apud me proxima foetura: licentiore epistola narrare constitui tibi iucundissime Imperator. Sit. n. haec tui praefatio verissima, dum maximo consenescit in patre. Nāque tu solebas putare esse aliquid meas nugas. Ut obiicere moliar Catullum conterraneum meum. Agnoscis & hoc castrense verbum. Ille. n. (ut scis) permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit, quam volebat existimari a uerantolis suis & fabullis.*

[a] §. IV. pag. 38.

dunt. An ex Aldi officinâ prodierit non adhuc auſerim affirmare, cum ejus apoſphragiſmate deſtituatur. Prima inter Plinianas editiones eſt, quae typographi nomen, & impreſſionis locum reticeat; quamvis a multis abſque ullâ dubitatione Aldo tribuatur.

Editio Pariſina I. anni CIↃIↃXI. juſto folio.

Anno CIↃIↃXI. Nicolaus a Pratis in Regiâ Lutetiae Pariſiorum Academiâ Plinium nitidis characteribus impreſſit Maetterio teſte [1] (*a*). Ad hanc provocat Weſſelingius (*b*). Tunc primùm extra Terram Italiam Naturalis hiſtoria publicam lucem adſpexit. Fortaſſe ante Pariſinam editionem apparuit Plinius, cujus ſententiam attulit Pacius a Caſtro: *ex codice quodam gotbicis exarato literis* (*c*) [2]. Verùm hoc exemplar ad manus noſtras minimè pervenit; dubiumque lectorem Pacius relinquit, an de manuſcripto codice loquatur.

In bibliothecâ Duboiſianâ recenſetur: *Plinii Secundi hiſtoria naturalis* 1511. *in* 4. Neſcio, an id colligentis incuriâ irrepſerit (*d*).

Editio Pariſina II. Anni CIↃIↃXIII. juſto folio.

Primae Pariſinae impreſſioni jungenda venit altera hoc anno vulgata; quibus, fortaſſe, adornandis operam ſuam navavit Nicolaus Beraldus; nam vetus Beraldi exemplar; itemque veterem Pariſienſem editionem in auxilium adducit Dalecampius. De hâc paullò infra.

Editio Veneta XII. Anni CIↃIↃXIII. juſto folio.

Plinium hoc anno ex recognitione Alexandri Benedicti Venetiis cuſum memorat Fabricius, & Funcius. Extabat in bibliothecâ Vlſianâ (*e*) [3], itemque apud virum doctiſſimum Julium Pontederam, cujus auctoritatem quandoque profert (*f*); de hâc editione, ad annum CIↃIↃXVI. iterum ſermonem habebimus; ſufficietque in praeſens adnotaſſe volumen a Melchiore Seſſâ editum fuiſſe praepoſito titulo:

C. Plinii Secundi Hiſtoriae Naturalis libri XXXVII. *aptiſſimis figuris exculti ab Alexandro Benedicto Veronenſi Phyſico emendationes redditi.*

Editio Pariſina III. Anni CIↃIↃXIV. juſto folio.

Pariſienſem anni CIↃIↃXIV. impreſſionem recenſet Fabricius [4], & Funcius,

ANNOTATIONES.

(1) *Teſte*. In Bibliothecâ Viſianâ recenſetur haec Plinii hiſtoria Pariſiis anno 1511. edita, neque ultra additur (*g*). Maetterius titulum, ſive impreſſoris verba in hanc ſpeciem refert.
Plin. Natur. hiſtoria impreſſa emunctis a Nicolao de Pratis characteribus impendio Franciſci Regnault ac Johannis Frelon in Academia Lutetiae Pariſiorum 1511. *XIII. Kal. Januarii*.

(2) *Literis*. Non videtur, quòd exemplar eſſe poſſit per Johannem Rubeum amiſſum anno 1507. nam ibi titulus unicè Gothicis characteribus: reliquum operis Romanis, pulcherrimiſque elementis conſtat. Fortaſſe erit editio Hagenoenſis, quae nondum ad manus meas pervenit.

(3) *Vlſianâ*. Memoratur in bibliothecâ Argentoratenſi Ordinis Hieroſolymarii (*h*).

(4) *Fabricius*. Recenſetur in bibliothecâ Platernianâ (*i*).

[a] *Tom. II.* [b] *Ad Antonin. Itiner. pag.* 105.
[c] *Annot. Mſs. ad Plin. Pariſ. ann.* 1532. [d] *Tom. II. pag.* 367.
[e] *Tom. II. pag.* 223. [f] *Vid. epiſtol. LXV. pag.* 581.
[g] *Tom. I. pag.* 105. [h] *Pag.* 166. [i] *Pag.* 163.

cius, qui illam ex caſtigationibus Hermolai Barbari prodiiſſe affirmat. Eâ utitur Johannes Fridericus Gronovius ad Plinii verba: *ſpeciem paſſerum &c.*, quae libro viceſimo occurrunt (*a*). In Bunavianae bibliothecae elencho titulus in hanc ſpeciem exſcribitur, ad verba:

,, C. Plinii Secundi ,, *Hiſtoriae Naturalis libri XXXVII. diligenti admodum labore, pervigilique cura, nuper, nec antea, in alma Parrhiſiorum* [1] *academia emendatiores impreſſi atque recogniti, cum quibuſdam Hermolai Barbari lectu rarum annotationibus. Parhiſiis* [2] *per Nic. de Pratis* 1514.

Vbi vera typographus narraret; tunc primùm, nec antea in Pariſinâ Academiâ Naturalis hiſtoriae libros fuiſſe caſtigatos & impreſſos fatendum eſſet. Conſtat tamen titulum & reliqua in pleriſque reſpondere impreſſionibus anni CIↃIↃXI. & CIↃIↃXIV. In Plinii verò laudem adnotabimus, tunc temporis illius Naturalem hiſtoriam in Pariſienſi Lyceo a Profeſſoribus doctiſſimis explicatam; videturque omiſſum in evulgando Plinio Pariſiacos redimere voluiſſe, cum biennio poſt eâdem in urbe quartò Naturalis hiſtoria apparuerit.

Editio Pariſina IV. Anni CIↃIↃXVI. juſto folio.

Hanc recudit Nicolaus a Pratis (cujus ſupra meminimus) Maetterio, & Fabricio notam; tituluſque in bibliothecâ Duboiſianâ ſcribitur *Hiſtoria Mundi, ſeu Naturalis* (*b*).

Putarem hanc eandem eſſe editionem a Mazzuchellio memoratam, quam adjectis Philippi Beroaldi annotationibus cuſam Pariſiis teſtatur per Beraldum, & Reginaldum Chalderium (*c*) anno CIↃIↃXVI. Nicolai igitur a Pratis impenſâ, Beraldi curâ, Chalderiique operâ prodiiſſet. De iis judicent editionis poſſeſſores. Neque enim has Pariſienſes anni CIↃIↃXI. CIↃIↃXIII. CIↃIↃXVI. attigi; ſed horum illuſtrationi inſervient, quae ad Pariſinam impreſſionem anni CIↃIↃXXVI. adnotabimus.

Editio Veneta XIII. Anni CIↃIↃXVI. juſto folio.

Anno CIↃIↃXVI. Plinium margineis ſcholiis ab Alexandro Benedicto editum teſtatur Jo. Vincentius Pinellus. Fortaſſis impreſſionis annum ſubjicere Pinellus minimè curavit eâ de cauſsâ, quòd omnia Benedicti vigiliis aucta exemplaria eodem Veneto in oppido apparuerunt. Pinellus ex Benedicti epiſtolâ (cujus ſpeciem ad annum CIↃIↃVII. dedimus) adnotavit Ariſtarchum Veronenſem multa ad medicinam ſpectantia a ſe emendata profiteri, quae intacta Hermolao Barbaro evaſerant. Supreſsâ appellatione etiam Nicolaum Leonicenum adeò Plinio infenſum arguere conjicit Pinellus hoc loco: quod utique accidiſſe re-

ANNOTATIONES.

(1) *Parrhiſiorum.* (Sic.)

(2) *Parhiſiis.* Vide typographum, qui emendatiores Plinii libros vulgare profitetur: *Parrhiſiorum*, & *Parhiſiis* ediſſe. Omiſſo etiam quòd inutilem ingerit aſpirationem; id ſaltem animadvertendum erat, non ſibi congruere orthographiam in vocibus *Parrhiſiorum* & *Parhiſiis*.

[a] *Vide edit. Hackior. anni 1669. tom. III. ad Plin. lib. XX. 19. pag.* 773.

[b] *Tom. I. pag.* 247. [c] *Tom. II. par. II. pag.* 1010.

reor, ut viventem Leonicenum (ejus nomini parcens) demulceret; in Barbarum, utpote vitâ functum, apertè irrueret; atque hâc in re ipsius Leoniceni methodum fatis imitatus est, qui Hermolaum praesentem coluit [1], illiusque castigationes in caelum evexit: ubi verò ad plures transiit, haud fatis officio suo functum *in ea parte, quae ad medicinam pertinet, castiganda* affirmavit. Hinc est, quòd Benedictus multa defuncto Hermolao Barbaro ignota se emendasse profitetur (& castigationum attulisse exempla Scipio Maffejus adnotavit (*a*)) quae fortassis Patriarchâ Aquilejensi vivente mitiùs digessisset.

Hac ultimâ impressione priores superasse typographus de more gloriatur; titulumque apposuit:

C. Plinii Secundi Historiae Natu. lib. XXXVII. olim ab Alexandro Benedicto castigati, nunc ex collatione multorum exemplariorum diligentius recogniti.

Hujusmodi innuunt Naturalis historiae libros ex Benedicti castigationibus prodiisse; verùm apposita verba, *olim ab Alexandro Benedicto castigati*, suspicionem ingerunt aequissimam, quòd primigenius castigator ante annum CIƆIƆ-XVI. objerit, quamvis nullum hâc in re a Clar. Maffejo lumen accipiam. Mazzuchellius Benedictum Venetiis ad plures transiisse, ibique tumulatum circa XVI. seculi initium scribit (*b*) [2]. Emortualis annus contigit ex allatis inter CIƆIƆX. & CIƆIƆXVI.

Quae porrò fuerint exemplaria ab impressore collata, prorsus ignoro. Ipsissima enim in hâc editione apparent errata, quibus superiores redundant, tum in Benedicti epistolâ [3] civibus suis perpetuam salutem dicentis, tum in suppositio Plinii marmoreo elogio, in Junioris Plinii epistolâ ad Tacitum, atque in reliquis, quae licuit invicem conferre. Typographicarum emendationum, & variae lectionis tabulas, papyri, & characterum formam, quibus cusus est Plinius, laudo.

Exemplar optimè servatum vidi in Barberinâ bibliothecâ ad cujus calcem:

Venetiis a Philippo pincio [4] *Mantuano impressum Anno Dominini* [5] *MCCCCCXVI. die ultimo Decembris Leonardo Lauredano Venetiarum foeliciſſimo Duce Regnante.*

Editio Hagenojensis unica Anni CIƆIƆXVIII.

Naturalis historia a Germanis typographis apud Italos primùm vulgata: nusquam alibi toto decimo quinto seculo lucem vidit: demum postquam Lutetiae Parisiorum iterum iterumque apparuit, de illâ quoque edendâ infra Rhenum & Danubium cogitatum est; idque ex Johannis Riccucii [6] laboribus originem deduxit. Hic enim duplici copiosoque indice Plinium locupletaverat; opusque

ANNOTATIONES.

(1) *Coluit*. Barbaro libellum Leonicenus dicavit, qui secundus ordine in Basileensi editione anni 1532.
(2) *Scribit*. De Alexandro Benedicto multa congessit Comes Mazzuchellius in immensi laboris opere: De Italicie Scriptoribus; ubi illum Astrologiae judiciariae deditum ostendit. Innotuerunt Mazzuchellio editiones Plinianae ex Benedicti castigationibus anni 1507. 1513. 1516.
(3) *Epistola*. Hujus epistolae ineptias attingunt Thomas Porcacchius, & Paulus Cigalinus.
(4) *pincio*. Addere poterat reliquis typographicis erroribus, minori elemento familiae suae nomen reddidisse; & *Dominini* loco *Domini* vulgasse.
(5) *Dominini*. (Sic).
(6) *Riccucii*. De hoc fusiùs sequenti volumine. Fuit e Divi Francisci familiâ; notiorque Patriae appellatione *Johannes Camers* dicebatur.

[a] *Ver. Illust. par. II. pag.* 129. [b] *Cit. tom. II. par. II.*

Vindobonae prodijerat Lucae & Leonardi Alantſaeeorum (1) fratrum impenſis anno CIϽIϽXIV., quam ob cauſſam impulſus memoratus Lucas, integrum Plinium aggreſſus publicare, uſus eſt operâ Thomae Ansttelmi (2) Badenſis, qui tum apud Hagenojam (3) Aslatiae oppidum typographiam exercebat.

Anno igitur CIϽIϽXVIII. hujuſmodi Hagenojenſis impreſſio apparuit; & tum primùm Naturali hiſtoriae Camertinus index adjectus: itidem Hermolai Barbari caſtigationes diligentiùs, quàm in Brixianis exemplaribus a Johanne Baptiſtâ Palmario applicatas teſtatur Fabricius. Verùm hoc loco caſtigandus venit Fabricius, cum Palmarius minimè Brixianis impreſſionibus operam ſuam accomodaverit, ſed ab ejus Venetâ editione anni CIϽCCCCXCVII. ſecundum Brixianum exemplar vulgaverint Britannici Fratres anno CIϽCCCCXCVIII.

Editio Veneta XIV. Anni CIϽIϽXVIIII. juſto folio.

Hagenojenſi impreſſioni quaſi invideret Italia, paullò poſt Venetiis cogitavit Plinium recudere Georgius Ruſconus, opuſque ſuum memorato ſimile vulgavit inſequentibus annis CIϽIϽXVIIII. & CIϽIϽXX. titulum appoſuit:

C. PLYNII SECVNDI NATVRAE HI*ſtoriaarum libri XXXVII. e caſtigationibus Hermolai Barbari. Quam Emēdatiſſime editi.*

Additus ad majorem ſtudioſorum commoditatem, Index Joannis Camertis Minoritani quo Plynius ipſe totus brevi mora temporis ediſci poteſt.

Eodem folio apparet ad Lectorem epigramma

Qui Coelum &c. jam ex Benalianâ impreſſione allatum.

Subſequitur Palmarii praefatio, cui dempta ſunt verba Ruitio dicata; titulumque praeſefert:

IOANNES BAPTISTA PALMARIVS STVDIOSIS FOE LICITATEM

HERMOLAI BARBARI PATRIARCHE (4) AQVILEIEN *ſis in Plinium Adnotationes, ſtudioſe Lector (5) eae ſunt &c.*

Vtraſque Plinii Junioris ad Marcum, & Tacitum epiſtolas refert typographus, mediumque inter has Suetonii de ſuperiore Plinio elogium apparet, omiſſis Tertulliani, & Latini Chronici Euſebianii teſtimoniis. In reliquis, Palmarii ſequioribus convenit impreſſionibus. Verſus omnes per quinarium intervallum, maximo legentium commodo, diſtinguuntur; ad operis calcem hujuſmodi occurrunt:

Editum eſt hoc Plynianum elegātiſſimum opus, ſumptibus ornatiſſimi uiri Luce (6) Antonii de Giunta (7). Impreſſum Venetiis opera induſtriaq; Georgii de Ruſconibus (8) Menſe

ANNOTATIONES.

(1) *Alantsaeeorum*. Germanicè *Alantſee*; quâ methodo etiam latinè ſeſe inſcribunt.
(2) *Ansttelmi*. Germanicè *Ansttelm*.
(3) *Hagenojam*. Apud typographos, Fabricium, & Funcium ſcribitur *Hagenoe*: in Theophili Georgii ſyllabo *Haganoae*: A Germanis appellatur *Hagenauu*. Apud Maetterium ſic lego: *Plin. Natur. hiſtor. typis Thomae Ansttelmi Badenſis ductu & auſpicio Lucae Alantſee Viennenſis incolae fol. Hagen.* 1518. (*b*).
(4) *PATRIARCHE*. (Sic.)
(5) *Studioſe Lector*. Haec duo verba non extabant in editione anni 1497.
(6) *Luce*. (Sic.)
(7) *De Giunta*. Qui patrio eloquio *Giunta*, & *Giunti*; & Latinè *Juncta* dicendus erat.
(8) *De Ruſconibus*. Hic typographus Mediolanenſis, origine Comenſis, inepto ſeculi ſui more *de Ruſconibus* ſeſe inſcribebat, cum *Ruſca*, ſive *Ruſconus* appellari debuerat. Ruſcae ob potentiam, ſubinde Ruſconi vocitari quandoque coeperunt.

[a] *Tom. II. pag.* 226. [b] *Pag.* 318.

ſe Nouembri Anno Domini .M.D.XVIIII. Leonardo Lauredano Venetiarum Duce Regnante. Ex caſtigationibus Hermolai Barbari quam accuratiſſime emendatum.

Variantes lectiones a Palmarii codicibus deſumptae legentem adjuvant, magiſque Camertis index [1] in duas partes tributus, ubi paginarum verſus indigitantur, ad cujus calcem:

Impreſſum Venetiis in aedibus Georgii de Ruſconibus. Anno Domini M.D.XX. Die XVII. Januarii Regnante inclito Principe Leonardo Lauretano [2] *Venetiarum Duce foeliciſſimo.*

Hujus impreſſionis exemplar vidi Romae in Divae Sabinae Coenobio [3], Parmae apud Joſeph Carpinterum olim PHILIPPI Principis a Secretis, ſcrinioque praepoſitum; itemque extat in bibliothecula noſtrâ. In aliquibus Ruſconi libris aufugit numeralis una nota; ideoque pro M.D.XVIIII. legitur M.D.XVIII. ex lacunâ tamen patet numerum in praelo depreſſum minimè apparuiſſe.

Hoc eodem anno CIƆIƆXIX. memoratur a Fabricio Naturalis Plinii hiſtoria Venetiis folio impreſſa per Melchiorem Seſſam, de quâ ipſe rogetur.

Editio Pariſina V. Anni CIƆIƆXXIV. juſto folio.

Anno CIƆIƆXXIV. Petrus Vidoveus celebrati nominis typographus Plinii Naturalem hiſtoriam Lutetiae Pariſiorum edidit, quae a nonnullis Johanni Macaeo tribuitur, eo quia apud illum venalis extabat: legimus enim in operis fronte:

Caii Plinii Secundi Naturae hiſtoriarum libri XXXVII. caſtigationibus Hermolai Barbari quam emendatiſſime editi. Pariſiis apud Johannem Macaeum in monte Divi Hilarii ſub ſigno Scuti Britannici.

In operis coronide:

Abſolutum eſt hoc Plinianum elegantiſſimum opus typis & characteribus ſolertis viri Petri Vidovei Bibliopolae Pariſiis impendio egregii viri Faudoub, eoque non exiguo, menſe Januario anno a redemptione noſtra 24. ſupra 1500.

Laudem certè typographi promerentur, cum pulcherrimis characteribus Naturalem hiſtoriam decoraverint; quamvis inde exagitandi, quòd aliorum librariorum errorem ſecuti Plinium Novocomenſem, & Veronenſem eodem in opere facere videantur. Novocomenſem dicunt, non tantùm quia Hermolai Barbari caſtigationes ſequi profitentur: ſed Tranquilli elogium exſcribunt, ubi *Plinius Secundus Novocomenſis* apparet: Veronenſibus porrò in ipſius prolegomeni titulo ex Palmarii arbitratu creditur. *C. Plinius Secundus Veronenſis Veſpaſiano Suo;* quibus equidem verbis Vidoveum, & Faudobium parum conſtantes ac diligentes in Plinio germanae lectioni juxta Hermolai mentem reſtituendo dicemus; quamvis in formandis typis, nemini minores eluceant.

Hujus editionis exemplar Mediolani viſitur in Monacorum Ciſtercienſium bibliothecâ apud Divum Ambroſium [4].

Edi-

ANNOTATIONES.

(1) *Index*. De hoc ſequenti libro agemus.
(2) *Lauretano*. Antea *Lauredano*. Italicè *Loredano*.
(3) *Coenobio*. Emendare poterunt hujus Bibliothecae Praefecti ſyllabum, in quo perperam indicatur annus 1510.
(4) *Ambroſium*. Memoratur in Bigotianâ bibliothecâ, aliiſque Pariſienſibus &c.

Editio Coloniensis I. Anni CIↃIↃXXIV. folio octo in partes complicato.

Eodem anno CIↃIↃXXIV. Plinius Coloniae Agrippinae prodiit triplici comprehensus volumine. Editio Johannis Caesarii ductu & auspiciis exarata titulum praefefert: *C. Plinii Secundi Historiae Mundi lib. XXXVII.* Sequitur rerum index, legimusque postea:

C. Plinii Secundi Naturalis historiae opus ab innumeris mendis a D. Johanne Cesario Juliacensi Viro insigniter erudito vindicatum inventa primum ab eo, & a nullo quidem antea animadversa concinna ratione quadam id opus in septem pemptadas, sive quinarios dispartiendi adjectisque in singulos argumentis, & breviusculis simul in margine scholiis ab eodem illustratum. Coloniae in aedibus Eucharii Cerviconi 1524.

Hujusmodi Coloniense exemplar Fabricio innotuit (a): non tamen alterum, eodem anno vulgatum, quod nobis:

Editio Coloniensis II. Anni CIↃIↃXXIV. justo folio.

Hanc, uti alteram, edidit Cerviconus ex iisdem Caesarii castigationibus --- &c. *Apud Sanctam Vbiorum Coloniam Agrippinam in aedibus Eucharii Cerviconi Anno a partu Virginis MDXXIIII. mense Augusto:* hoc igitur exemplum bibliothecis dicatum videtur; alterum prae manibus habendum. Geminae impressionis scientiam ex ejusdem castigationis praefatione ad Hermannum Comitem Nuenarium Ecclesiae Coloniensis Praepositum liquet arguere. Nos utramque conspeximus; spectabantque olim hujusmodi volumina Benedicto Jovio, & nunc per plures successiones, a Comite Johanne Baptista Jovio possidentur [1].

Caesarius Plinium ab erratis non paucioribus quatuor millibus castigasse affirmavit; Hermolai Barbari vestigiis adhaerere professus, illius cum honoris praefatione meminit: nihilotamenminus Suetonii de Plinio testimonium, & reliqua Comensibus favorabilia e suis exemplaribus rejecit; & Naturalis historiae scriptorem Veronensibus adscripsit apposità epigraphe: *C. Plinius Secundus Veronensis Vespasiano Suo S.*

De Caesario fusiùs in Plinianis interpretibus agemus: illud tantùm hoc loco addendum videtur, quòd post tantas enumeratas restitutiones, infinita adhuc hiantia vulnera reliquisse conjecerunt eruditi; quos inter Erasmus, qui tamen Caesarium [2] non infelicem operam in Naturali historià restituendà navasse profitetur (b).

Edi-

ANNOTATIONES.

(1) *Possidentur*. Insignem, antiquorum praesertim, librorum collectionem possidebant Benedictus, & Paullus Episcopus Nucerinus fratres Jovii. Haec meliori ex parte pervenerat in Levirum meum Comitem Franciscum Jovium, qui maximo bonorum omnium moerore Mediolani supremum diem obiit anno 1753. Hic bibliothecam aliquot Neotericorum voluminibus adausit, quam longè pluribus ditaverat Julius Consobrinus meus, ex altaro conjugio Francisci natu major, qui in ipso juventutis flore Mediolani pariter ereptus ast anno 1741. cum in illo multa praecocis ingenii argumenta: imò eximia sapientiae lumina praelucerent. Omnia igitur cum in Comite Johanne Baptistà sororis meae filio pervenerint, elegantissimae bibliothecae possessor evasit; moneoque ut Caesarii Plinium expanso folio editum eò magis faciat, quòd aliquibus Benedicti Gentilis sui autographis annotationibus ditatur; quam praesertim ob caussam in eodem exemplari pauca quaedam a nobis addita quoque inveniet.

(2) *Caesarium*. De hoc Erasmus *Nuper*, inquit, *omnium postremus Joannes Caesarius in omni genere litterarum exercitatissimus, non infelicem operam praestitit.*

(a) *Bibliother. Latin. lib. II.*
(b) *In epistolà ad Stanisl. Turz.*

Editio I. Basileensis Anni CIↃIↃXXV. justo folio.

Hoc anno Naturalem historiam Basileae vulgavit Johannes Frobenius; a quo diligentissimè excusam Gesnerus testatur (*a*), eo quia ex illius, Hieronymi filii, & Nicolai Episcopii officinis tot Plinios in publicam lucem emissos habeamus. Anno CIↃIↃXXV. (primùm quòd sciam) in clarissimo Helvetiorum oppido impressus apparuit. Frobenius celebratissimi nominis typographus ex annotationibus eruditorum hominum, praesertim Hermolai Barbari, codicum vetustate, & labore omnes superiores editiones vicisse gloriatur (*b*).

Hocce Naturalis historiae exemplar, *Plinius cum Erasmi praefatione* dicitur a Pinello (*c*); nec immeritò *Plinius Erasmi* a Fabricio appellatur, cum non modò Erasmus curaverit, ut splendidissimis Frobenii typis Naturalis historia prodiret; sed a vetustissimo codice (utinam ubi asservatum dixisset) *depravatissimè* (1) licèt scripto, haud pauca se restituisse profiteatur, & quatuor castigationum locos in ipsâ ad Stanislaum Turzum Episcopum *Olmutzensem* (2) operis dedicatione, ne dicta fide carerent, peculiari ratione indigitaverit (3).

Animi sui desiderium hacce epistolâ exprimit Erasmus, ut Episcopi Turzi auctoritate doctus Velius, vel ei pares, ad tantam capessendam provinciam extimularentur; cum minimè ignoraret quantùm adhuc lolii, & spinarum in Naturali historiâ reliquisset.

In pulcherrimo hujus editionis codice, qui Mediolani in Ambrosianâ visitur bibliothecâ, Johannis Camertis indicem typographus praeposuit; appendiculamque primae addidit parti, in quâ illustrium Virorum nomina singulari methodo complexus est. Editis a Cervicono convenit, ut Tranquilli, & Latini chronici de Plinio testimonia omittat, & in praefationis titulo Auctori addat *Veronensis* vocabulum. Mecum tamen adnotavit Joseph Antonius Saxius, exemplum doctissimo Viro spectasse, qui illud *Veronensis* Plinio minùs quadrare arbitrabatur; cum in orâ *Novocomensis* epithecam; Suetonii & Chronici testimonia addiderit. Porrò exemplar scientissimis animadversionibus undique interspersum, hunc Anonymum illustratorem, non in mathesi tantùm egregiè versatum (4): sed politiorum literarum studiis optimè imbutum ostendunt, cum ex Latinis Ciceronem, Columellam, Gellium, Martialem, Solinum, Divos Hieronymum & Ambrosium &c. Ex Graecis Theophrastum, Ptolemaeum, Suidam, D. Gregorium Nazianzenum: Aristotelem verò, Galenum, & Dioscoridem praesertim cum Plinio contulerit; quibus argumentis hujus codicis possessorem in me-

ANNOTATIONES.

(1) *Depravatissimè*. Erasmus, qui inter Neotericos idoneus Latinitatis scriptor multis videtur: persaepe nova effingit vocabula. Vnum ex iis credo *depravatissimè*, quo Antiquos uti non memini, quamvis *depravatè* apud illos inveniam.
(2) *Olmutzensem*. Rectiùs *Olmutiensem* appellabis.
(3) *Indigitaverit*. Erasmi praefationem facili negocio in hâc & sequentibus editionibus inveniendam, nimii ne simus, omittendam judicamus, cum praecipua tantùm hoc loco veniant delibanda. Vnicè Johannis Buxii Aleriensis Episcopi, & Philippi Beroaldi nuncupationes ex integro redditae apparent, quia Romanae, & Parmenses impressiones inventu rarae, utriusque laboris desiderium multis relinquebant.
(4) *Versatum*. Consule annotationes & figuras secundo Naturalis historiae libro adjectas.

[a] *Biblioth. pag. 131.* [b] *Vide pag. 1. post indicem & pag. 671.*
[c] *Mss. biblioth. Ambros.*

medicinâ faciendâ peritiſſimum judicamus. Legitur in magnificentiſſimae impreſſionis [1] exordio:

C. Plinii Secundi divinum opus, cui titulus Hiſtoria Mundi ---- Baſileae apud Jo. Frobenium menſe Martio MDXXV.

Editio Veneta XV. Anni CIƆIƆXXV. juſto folio.

Eodem anno CIƆ IƆXXV. Venetam XV. recenſebimus, quamvis a nemine (quòd recorder) memoratam. Hanc Romae in Vallicellianâ bibliothecâ conſpexi. Initium ducit ab indice per Johannem Camertem exarato, ad cujus calcem legimus:

Excuſſum Venetiis accurata diligentia per Melchiorem Seſſam, & Petrum Serenae ſocios anno Domini M.DXXV. die XXIIII. Aprilis.

Hinc auctoris opus hujuſmodi epigraphe ſubſequitur:

C. Plinii Secundi Naturalis hiſtoriae libri XXXVII. e caſtigationibus Hermolai Barbari ac codicis in Alemania impreſſi quam emendatiſſime editi addito indice quoque copioſiſſimo, figuriſque ad ſingulorum librorum materiam aptiſſimis.

Codex, qui in *Alemaniâ* impreſſus, Hagenojenſe videtur exemplar, cui haec Veneta editio convenit, uti Venetae anni CIƆIƆXIX., & XX. per Georgium Rufconum vulgatae: huic ſiquidem impreſſioni addiderunt typographi epigramma [a]:

Qui Coelum, terras, aequor &c.

Typographi inde ſtudioſis afferunt, doctorum operâ, & induſtriâ, collectis undique exemplaribus, laudatoque nuper Baſileae impreſſo, Hermolaique caſtigationibus uti. Hiſce verbis provocant ad Frobenianum ejuſdem anni, cui tamen non ita ſcrupulosè adhaerent, quin vetuſtiora attingant. Legimus enim poſt Junioris Plinii ad Marcum epiſtolam, Suetonii Tranquilli ex libro Virorum illuſtrium teſtimonium, ubi *Plinius Secundus Novocomenſis*; inde Suetonio oppoſita Quint. Aemiliani Cimbriaci ad C. Plinium Secundum *Veronenſem* Encomiaſticon, & ſuppoſititium parentibus dicatum a Plinio lapidem, de quo jam ſatis. Ad exitum libri XXXVII.

Finis explicit C. Plinii Secundi de Naturali hiſtoria elegantiſſimum opus noviſſime collatis tam antiquiſſimis exemplaribus quam & in alemania & ubivis impreſſis diligentiſſime poſt Alexandri Benedicti Phyſici recognitionem, cunctis erroribus expurgatum, & ubi duplex lectio erat annotatum in margine. Addita & tabula vel index utvis copioſiſſimus Joannis Camertis. Impreſſum Venetiis ſumma diligentia per Melchiorem Seſſam & Petrum Serenae ſocios anno reconciliate [2] *Nativitatis M.D.XXV. die XXIIII. Martii.*

Haec omnia ideo exſcripſimus, ut lectori conſtet multa ex allatis claudicare. Neque enim fieri potuit, ut paucorum dierum ſpatio Baſileenſem editionem, quae menſe Martio ejuſdem anni prodierat, Seſſa, & Socius propriae conferrent eâ, quâ neceſſe erat, diligentiâ.

Edi-

ANNOTATIONES.

(1) *Impreſſionis*. Eraſmus *Acceſſit*, inquit, *officinae Frobenianae majeſtas nitorque, qui vir mihi literis illuſtrandis natus videtur.*

(2) *Reconciliato*. (Sic).

[a] *Vide pag. hujus bri 28.*

Editio Parisina VI Anni CIↃIↃXXVI. justo folio.

Anno CIↃIↃXXVI. Naturalem historiam Parisiis editam novit Vir doctus Johannes Astrucius (*a*). Fuit haec certè a Basileensi, magnâ ex parte deducta, Videtur, quòd opus ipsi Hermolao Barbaro ab Astrucio tribuatur (1): verùm illustris medicus ex typographi gloriosâ praefatione irretitus, rem intus minimè pervadit; eaque asserit, quae nullâ ratione sustineri queunt. Ab hâc impressione quandoque Astrucius in errorem fuit adductus; neque melius de eâ judicium, quàm de alterâ anni CIↃIↃXXXII. formandum censerem. Vtriusque anni exemplar in Hulsianâ extabat bibliothecâ; ibique Plinii Naturalis historia cum antationibus Hermolai Barbari appellatur. Rectiùs locutus esset indicis consarcinator, ubi ex Barbari castigationibus quamplura in Naturalem historiam adducta affirmasset. Neque enim hisce in editionibus Barbari dicta proferuntur; nec unquam (quòd sciam) illius castigationes unà cum Plinii historiâ vulgatae fuerunt. Cum Parisinae hujus editionis exemplum possideam, titulum & reliqua subjiciam.

C. PLINII SECVNDI OPVS DIVINVM, CVI TITVLVS HISTO*ria naturalis. multo quam antebac unquam prodijt in lucem castigatius, una cum annotationibus Hermolai Barbari. Ac sincero exemplari eruditorum hominum, ex quo nonnulla etiam marginibus adscripta sunt.*

Adiectus est ad maiorem bonae indolis utilitatem index notis Aritbmeticis illustratus, nunc exactior multo atque locupletior quam antea, quo Plinius ipse politus citra lassitudinem, & intelligi queat & teneri (2).

AD LECTOREM

Qui coelum, terras, aequor &c. (3).

PARISIIS 1526. *Vaeneunt a Joanne Petit* [4], *in via Jacobea, sub Lilio Aureo.*

Secundo folio legitur praelonga epistola, cui titulus:

VENERANDO PATRI DOMINO MICAELI BODETO *Ligonensi* [5] *Episcopo, ac galliae Pari. Angelus, Beatitudinem.*

Post multas, neque sibi admodum cohoerentes in Lingonensium Episcopum congestas laudes, ad Plinium obscurâ dictione conversus Angelus: „ sed is, *inquit*, adeo omnibus exemplaribus circunferebatur deprauatus, ut auidissimũ „ quẽque lectorẽ legendo detereret (6), donec Nicolai Beraldi uiri undecunque „ doctissimi accurata diligentia exijt in manus mortalium ualde castigatus (7),

 „ quem

ANNOTATIONES.

(1) *Tribuatur*. Astrucii verba hujusmodi sunt: *Ces raisons m' ont déterminé à préférer à la leçon des editions ordinaires, la leçon que Dalechamp marque qu' il a trouvée dans le manuscrit de Pline, que Chiffles Médecin célèbre de Besançon lui avoit prêté, & qui est précisement la même que celle que Hermolaus Barbarus a suivie dans l'edition de Pline imprimé à Paris chez Jean Petit* in fol. *en* 1526. Mamoratur haec editio in bibliothecâ Dantyâ (*Danty d' Isnard*) (*b*).

(2) *Et teneri*. Id verisimè dictum cum versus omnes numerentur, unde facilis provocatio: folia versibus sexaginta constant, & versus suo quoque Arabico numero distiugnuntur.

(3) *Æquor &c.* Notum epigramma est, in Benalii editione primâ vice allatum.

(4) *Petit*. Qui postea *Parvus* conversâ Gallicâ voce in Latinam sese inscripsit.

(5) *Ligonensi*. (Sic.) Sed scribendum erat *Lingonensi*, cum & haec impressio legat apud Plinium *Lingones faderati* (*c*) Consule & Cornel. Tacitum Histor. lib. 1.

(6) *Detereret*. (Sic.) Vti MICAELI, & alia vitiosè reddita.

(7) *Castigatus*. Constet ex iis Nicolaum Beraldum operam in prioribus Parisiensibus editionibus contulisse.

[a] *Histor. Natur. Occitan. sive* Memoires pour l'histoire Naturelle de la Province de Languedoc *part. I. cap. IV. pag.* 49. [b] Catalogue des livres de —— M. Danty d' Isnard.

[c] *Lib. IV.* 18. *fol.* 14. *vers.* 23. & 24.

„ quem imitati, elaboravimus, ut non minus emendatus inuulgaretur, praeser-
„ tim ope, fauoreque tui dulcioris amici Joannis Bourdierii domini abbatis
„ diui victoris [1], qui precibus eruditi fratris Nicolai a pratis [2] mei amantis-
„ simi renidenter nobis commodato dedit, quot Plinios haberet percelebris il-
„ la in iamdudum [3] toti mundo diui Victoris bibliotheca [4]. Incubuit etiam
„ in id negocij, typographus ille Nicolaus calceolarius [5], usq; adeo gnaui-
„ ter, ut multa illi accepta referre debeant studiosi omnes. Vtinam tot haberet
„ Parisiensis Academia eruditos (6), quot iam habet calcographos. Tanta per
„ omne librorum genus multorum non impressorum dico, sed depressorum po-
„ tius (pro dolor) non serperet inscitia, e quorum numero eximendus est li-
„ beralior ille Ioannes paruus (7), cujus impensis haud quaquam mediocribus,
„ nunc nacta est studiosorum numerosa cohors Plinium, & caracteribus (8) au-
„ ctiorem, & paginis longiorem, latioremque [9]. lectione uero an emacula-
„ tiorem (quod est multo desiderabilius) nescio [10]. Quicquid enim laboris
„ in hoc Plinio caeteris componendo exhausimus, id omne maiestati tuae [11]
„ (excellens Antistes) dicamus, ac si quid inde laudis & gloriae suppullulet,
„ tuae sanctitudini [12] non nostrae in literis tenuitati adscribimus. „ Posthaec multa in Plinii laudem, praesertim adversus Leoniceni accusationes, congerit: multa de Medicorum sententiis divitiisque, ut epistolam claudat: *E suburbiis Diui Victoris apud Parisios. In Anteurbano praediolo honesti viri Jacobi le Bouq.*

Subsequitur Plinii Caecilii epistola, ubi libros Avunculi sui memorat pluribus mendis deformata [13]. Hanc Suetonii elogium, in quo *Plinius Secundus Novocomensis :*

Post hoc altera Plinii Caecilii ad Tacitum epistola. Naturalis historiae titulus Plinium Veronensem facit; demum ad XXXVII. libri calcem hujusmodi occurrunt.

Absolutum est hoc Plinii aureum opus, in alma Parisiorum academia, solertia ac industria Nicolai sauetier (14), *calcographi non poenitendi, In vico carmelitarum habitātis sub intersignio bōis silvestris. Anno a partu virgineo 26. supra* 1500. *mēse. Nouembris.*

Na-

ANNOTATIONES.

(1) *divi victoris*. (Sic.)
(2) *Nicolai a pratis*. (Sic). Lustrica appellatio, & gentilicia convenit typographo, qui priores Parisinas editiones publicavit. Videtur tamen hic Divi Victoris coenobio adscriptus ex vocibus *eruditi fratris*.
(3) *In jamdudum*. Errore typographico: tollenda enim est praepositio *in*.
(4) *Bibliotheca*. In hâc bibliothecâ quoque extabat Plinius calamo exaratus, de quo consule superiorem librum pag. 264.
(5) *Nicolaus calceolarius*. (Sic) De hoc paullò infra.
(6) *Eruditos*. Conqueritur Angelus minorem esse doctorum virorum, quàm typographorum numerum; sed falsò, cum tunc Faber, Budaeus, Tusanus, Sylvius, Vatablus, aliique multi a T. L. *Campestri* in hâc ipsissimâ editione, unà cum Angelo laudati, Academiam Parisiensem exornarent.
(7) *Joannes parvus*. (Sic) Qui nempe *Jean Petit*. Multa tamen in allatis cubant errata, & minùs rectè impressa; unde typographus non admodum diligens apparet.
(8) *Caracteribus*. (Sic.)
(9) *Latioremque*. Editio anni 1524. characteribus & chartae nitore hanc vincit.
(10) *Nescio*. Quomodo haec superioribus nectuntur: *ut non minus emendatus inuulgaretur?*
(11) *Majestati tuae*. Vocabulum summo Pontifici, Regibusque potiùs, quàm Episcopo convenit.
(12) *Sanctitudini*. Haec certè epitheca summo Christianae Reipublicae Moderatori meliùs adaptabitur.
(13) *Deformata*. Initio scripsit C. PLINIVS CAECILIVS MASCO SVO SALVTEM ---- *De vita Pompeji secundi ----- periculorum servitus fecisset &c.* restituendum est: MARCO, vel MACRO. --- *Pomponii Secundi ---- periculosum servitus*.
(14) *sauetier*. (Sic). Hic ille est typogr., qui *Nicolaus Calceolarius* dicitur ab Angelo, certè damnando, cum ignorare possint legentes Latinum Calceolarium aliquâ ratione Gallico *Sauetier* respondere. Latinâ methodo latinè scribentes reddenda neotericorum gentilicia nomina utique censemus; non tamen eâ ratione torquenda veniunt, ut ad illa noscenda hariolari opus sit. Quare loco *Parvi*, & *Calceolarii* Petitum, & Saveterium dixissem.

Naturalem Plinii hiſtoriam ſubſequitur index a Petro Gratianopolitano collectus, quem non exiguis lucubrationibus paraſſe aſſerit; veriùs a Camerte deſumpſit; neque omnia exſcripſit (1). Maximo tamen legentium commodo ad verſus omnes provocavit, ad cujus exitum legimus:

Repertorium in materiarum plinianam ſylvam, editum per dominum Petrum Cratianopolitanum (2), *hic ſuam capit periodum, exaratum quidem claris caracteribus* (3) *Pariſiis per Nicolaum Sauetier, in vico Carmelitarum habitante ſub homine ſylueſtri* (4). *Anno virginei partus.* 1526. *ſub finem menſis Octobris.*

Gratianopolitani monito jungitur F. Campeſtris ad laudatum Epiſcopum Lingonenſium Michaëlem Bodetum epiſtola:

Reuerendiſs. in Chriſto patri ac V. M. B. Praeſuli Lingonenſi ac pari franciae F. L. Campeſter, S.

Longâ declamatione Campeſter Veteres Neotericis praeponit, quamvis Lutetiae degentes laudet, „ cui, *inquit*, praeſto ſunt Delfi Clythouaei, Bedae, Gervaſii. Quam omnis praeclarae profeſſionis candidatu ſulgidi viri exornant, „ Faber, Bibautius, Budaeus, Aemilius Brixianus, Ruellius, & alii ſexcenti, „ quos teſſera quadam militari perpulchre ſequuntur, Cypriani, Beraldi, Morelli, Tuſani, Syluii, Vatabli, Funduli, Angeli, Roſſeti. *Notatione pariter digna ſunt verba, quibus* „ poſt utriuſque organi biblia, poſt ſacrarum rerum „ ſcriptores, extra aleam primum locum Plinius ſortitur, cum quibus tamen „ incredibili plauſu dat Symbolum. Cedite Romanis Scriptores cedite Graii: Vnus enim omnium abſolutiſſimus eſt Philoſophus, Orator, Medicus, Coſmographus Chronographus Plinius: in omnibus ſummis ſummus, „ *epiſtolae demum laudes Cypriani in hanc ſpeciem addit* „ caeterum haec longe plenius Cyprianus „ noſter Primarius, Cyprianus ille unicus Plinianae mentis interpres perducet. „ Habetis enim iuuenes Lutetiae Plinianorum omnium phaenicem (5) Cyprianum: „ quo vix Chriſtianus Orbis habet naturalis hiſtoriae ſcientiorem ---- Ad duodecimum Calendas Maias Anno ab mundi Redemptione 1526.

An hic Cyprianus adeò commendatus aliqua in Plinium ſcripſerit, ignoro: videtur, quòd ei munus obtigiſſet Plinium in Pariſienſi academiâ explicandi.

Editio Baſileenſis II. Anni CIↃIↃXXXIX. juſto folio.

Quadriennio poſt primam, iterum ex Frobenianâ officinâ prodiit Plinii hiſtoria, anno nempe CIↃIↃXXXIX. Poſtremâ ad vetuſtos codices collatione ſe uſos teſtantur Hieronymus Frobenius, & Nicolaus Epiſcopius, & primâ vice caeteros Plinii editores: nunc verò ſe ipſos viciſſe affirmant (*a*). Secundâ paginâ Plinii vitam a Suetonii libro de viris illuſtribus deſumptam ediderunt, ubi *Novocomenſis* dictio nitidè apparet, uti in omnibus impreſſis exemplaribus, quibus hujuſmodi praefiguntur. Operi titulum fecere typographi.

ANNOTATIONES.

(1) *Exſcripſit*. Primi verſiculi: *Abaculi quid*, oblivifcitur.
(2) *Cratianopolitanum*. (Sic.) Lege *Gratianopolitanum*.
(3) *Caracteribus*. (Sic.)
(4) *Sylveſtri*. (Sic.)
(5) *Phaenicem*. (Sic). Vti alia omnia vitiosè edita.

[a] *Sub operis initio*.

C. Plinii Secundi Historiae Mundi libri XXXVII. ex postrema ad vetustos codices collatione cum annotationibus & indice. Basileae ex officina Frobeniana MDXXIX.

Ad operis calcem:

Basileae per Hieronymum Frobenium & Nicolaum Episcopium mense Augusto MDXXIX. Extat in Ambrosianâ bibliothecâ.

Editio Basileensis III. Anni CIↃIↃXXX. *justo folio.*

Anno CIↃIↃXXX. Hieronymus Frobenius, Johannes Hervagius, & Nicolaus Episcopius tertiam Basileensem editionem publicarunt. Haec in titulo & reliquis magis primae anni CIↃIↃXXV. quàm secundae anni CIↃIↃXXIX. convenit. De novissimo labore Frobenius in operis fronte, tali pacto lectorem alloquitur: *C. Plinii historia Mundi denuo sic emendata, ut in superiori editione, quae fuit tamen accuratissima, prae hac dormitatum videri possit. In illa longo intervallo viceramus caeteros, in hac longiore vicimus nos ipsos* (1), *potissimum adjuti tribus optimae fidei exemplaribus* (2), *tum opera cujusdam eruditi* (3), *qui sibi sumpserat hanc provinciam; nonnihil etiam Beati Rhenani doctissimis annotationibus, quas utinam absolvisset* (4) ——— atque infra *Beatus Rhenanus eleganter viam aperuit: nonnihil laudis debetur & Sigismundo Gelenio, qui collationem exemplariorum peregit, & castigationi praefuit.*

Adnectitur subinde Erasmi ad Stanislaum Turzum epistula, cujus jam supra meminimus, & praefationis titulus exhibet: *C. Plinius Secundus Veronensis Vespasiano Suo S.*

Plura hujus editionis vidi exemplaria: duplicia Mediolani, alterum in Archintaeâ, alterum in Divi Francisci *Minorum*, ut ajunt, *Conventualium* bibliothecâ. Extat etiam in Barberinâ Romae; in cujus indice Naturalis historia a Beato Rhenano, & Erasmo ad vetustos codices emendata appellatur (5).

Edi-

ANNOTATIONES.

(1) *Nos ipsos*. Hujusmodi solitae sunt (inanes plerumque) typographorum jactantiae. Vbi enim superioris editionis nomine, anno 1529. vulgatam, indigitent: in illâ jam se ipsos vicisse affirmaverant: in hâc verò cum Suetonii de Plinio elogium resecaverint: cur facti nullam rationem lectoribus subjiciunt? Si in aliquo ex tribus optimae fidei exemplaribus desiderabatur, suppressionis argumentum non erat reticendum? Adde, quòd semestre spatium ab unâ ad alteram impressionem effluxum Plinio restituendo minimè sufficit: legimus enim in hujus fronte. *Basileae in officina Frobeniana* M.D.XXX. *mense Martio*.

(2) *Exemplaribus*. Quaenam, atque unde eruta sint, Frobenius reticet. Ad IV. Frobenianam anni 1535. unum pennâ exaratum codicem Erasmus memorat, quo Gelenium deceptum, cum jam tertiò Plinium castigaret, ingenuè fatetur. Ad hoc praesertim improbae notae exemplar provocat Frobenius, ex eo quia optimum & longè integerrimum a Gelenio praedicabatur. *Insigne lucrum*, inquit Typographus (*a*), *maxima ex parte debemus tribus pervetustis exemplaribus, quorum unum erat tam incorruptum, ut res ipsa clamitet inter omnes codices, quibus usus est Hermolaus Barbarus, nullum fuisse, qui cum hoc possit conferri.*

(3) *Eruditi*. Videtur, quòd hic eruditus fuerit Sigismundus Gelenius, de quo statim additur exemplarium collectioni, & castigationibus praefuisse.

(4) *Absolvisset*. Beatus Rhenanus, Murbacensis codicis auxilio suas in Plinium castigationes vulgaverat Basileae anno 1526. Lectorem destituunt libro XV. atque ex prioribus quinque tantùm volumina illustrant.

(5) *Appellatur*. Extabat etiam in bibliothecâ Falconetiâ (*b*), & passim invenitur. Ineruditus quidam Hispanus bibliopola, qui nec prioribus quidem labris literas attigerat: haud spernendum memoratae editionis exemplar venale exhibebat in Regiâ Divi Ildephonsi villâ anno 1760. Interspersum siquidem erat pluribus calamo exaratis annotationibus, quarum unicè in gratiam volumen emere cupiebam. Verùm homo, non modò reconditarum rerum, sed ipsius latinitatis ignarus, nihilque de pennâ exaratis sollicitus: intoleranda de editionis bonitate unicè mihi volebat imponere, atque idcirco multorum aureorum precio incautum decipere; Quare volumen, nonnullis etiam foliis labefactatum, ipsius inscitiae possidendum reliqui.

(a) *Pag.* 2.

(b) Catalogue de la Bibliotheque de —— M. Falconet. 1763.

Editio Parisiensis VII Anni CIƆIƆXXXII. justa folio (1).

Anno CIƆIƆXXXII. Parisiis Naturalem historiam invulgandam curavit Petrus Bellocirius, qui tum in Johannis Petiti (sive Parvi) & Galeotl Pratensis officinâ, eodem munere functus videtur, quo apud Frobenios Sigismundus Gelenius. Mirandum, quòd pulcherrima editio Harduino, multisque Plinii exemplaria conquirentibus ignota evaserit (2): fateor tamen & ego illam in laudatis Italiae bibliothecis minimè invenisse (3). Verùm cum inter alias plures in Regiâ Escorialensi bibliothecâ asservari monuisset Norbertus Cajmus Heronymianae familiae Monachus, vir multiplici eruditione illustris: fortis meae irascebar, quòd Escorialensem bibliothecam anno CIƆIƆCCXLVIII. invisenti, & quaecumque ad Plinium spectabant a Praefecto humaniter petenti: neque edita, neque calamo exarata volumina inspicere licuisset. Hinc est, quòd in Hispaniam reversus, atque adversariorum meorum auxilio fretus anno CIƆIƆCCLX. res meliùs cessit, cum humanissimè a Coenobiarchâ exceptus: bibliothecas Escorialenses (4) lustravi, & Parisiense hujusmodi exemplar maximam promereri existimationem inveni: titulum praefefert:

C. Plinii Secundi Historiarum Naturae libri XXXVII. post omnium omnes editiones, ipsamque adeo Frobenianam posteriorem, quae tamen omnium optima sine dubitatione fuit, pluribus in locis feliciter nunc tandem restituti auxilio veterum codicum & hominum doctorum diligentia. His accessit copiosissimus ac perinde fidelissimus rerum omnium, quae in hoc opere tractantur, index.

Parisiis apud Joannem Parvum sub flore Lilii aurei via ad Divum Jacobum M. D. XXXII.

ad calcem legimus:

C. Plinii Naturalis historiae finis impressum (5) *Lutetiae Parisiorum praelo Antonii Augerelli impensis Nicolai Parvi, & Galeoti a Prato mense Octobri anno CIƆIƆXXXII.*

Naturalem historiam subsequitur:

Index (6) *in in C. Plinii Secundi Naturalem historiam ad exemplum Joannis Camertis, mutatis quibusdam, quae ad hanc editionem non congruebant; nonnullis etiam adjectis.*

Adsunt Johannis Parvi aposphragismata (nempe lilium & notae I. P. a Leonibus utrimque sustentata (7)) atque in calce librarii nomina Gallicè expres-

sa

ANNOTATIONES.

(1) *Justo folio*. In bibliothecâ Platernianâ, *Folio majori* dicitur, quod utique potuit accidere, pauca quaedam exemplaria lautiora cudentibus typographis (*a*).

(2) *Evaserit*. Parisinum exemplar anni 1532. ignoravit Jo: Albertus Fabricius, dum latinam conderet bibliothecam: verùm laborem retractans attingit, cum haec nitidissima editio in Menarsianâ bibliothecâ celebretur. Extabat & in Sabbreâ &c.

(3) *Invenisse*. Rara est apud Italos, quamvis non omnibus ignota. Eâ quandoque utitur Carolus Datus (*b*).

(4) *Escorialenses*. Consule, quae de utrâque bibliothecâ congessimus superiore volumine pag. 256.

(5) *Impressum*. (Sic.)

(6) *Index*. In aliquibus exemplaribus index historiam praecedit, uti in illo, quod in Regiâ Mantuae Carpetanorum bibliothecâ asservatur. Id bibliopolis diversâ ratione libros compingentibus tribuendum. Videtur quòd etiam separatim Plinianus index editus fuerit; siquidem lego in bibliothecâ Duboisianâ „ *Index in Plinii Secundi historiam Naturalem. Parisiis* 1532. (*c*). „

(7) *Sustentata*. Haec apparent etiam in editione anni 1526., uti in aliis voluminibus per eundem typographum vulgatis.

[a] *Pag.* 163. [b] *Vide annotat. ad vitam Zeuxid. pag.* 17.
[c] *Tom. I. pag.* 247.

sa [1]. Hujusmodi exemplar, superiore libro maximè faciendum diximus, quòd autographas annotationes Johannis Pacii Castrensis servet, uti docent verba primo folio adjecta: *cum notis M. S. Doctoris Jo: Paz de Castro sua manu conscriptis*.

Pacii laudes, suo loco, inter ignoratos Plinii interpretes (& ubique opportuna sese obtulit occasio) invenies, cum toties per ipsum profecerim: interim non omittenda videntur nonnulla ex Bellocirii epistolâ, quibus in hanc speciem praefatur.

Petrus Bellocirius Lectori

Ex omnibus, qui in Plinio restituendo laborarunt, mihi plurimum deberi verissimae laudis Hermolao Barbaro videtur, plurimum vero secundum illum Guilielmo Budaeo hujus memoriae eruditorum facile principi, qui permulta etiam ipse Plinii loca sagacissima conjectura judicioque exactissimo usus restituit in illo praeclaro de asse, assisque partibus opere: Permultum etiam Cristophoro Longolio, Nicolao Beraldo, Rhenano, ac Caesario ---- ---- ---- cui rei argumento est, quod post tam multas doctissimorum hominum annotationes, nos quoque non contemnendum correctionum, quae illos fugerant, cumulum attulimus, ut quod in ipsius libri fronte polliciti sumus, verissime hic affirmare iterum possimus, nostram hanc editionem omnium, quae ad hanc diem ubivis gentium factae sint, longe optimam esse. Quamobrem maximo nobis adjumento fuerunt codices duo pervetusti, in quibus etsi pleraque mendosissimè scripta haberent, ut fere omnes, qui intra hos sexcentos annos scripta sunt, ea tamen non nunquam verissimae lectionis vestigia expressa erant, ut illis persequendis facile ad ipsam perveniri sine errore posset -----

Quae Bellocirius affirmat, plerumque vera esse non uno loco experti sumus. Vtiliorem tamen navabat operam, ubi emendationum suarum syllabum praeposuisset; atque codices ipsos (quorum ope illas digessit) diligentiùs recensendo, aetatem, amanuensium, vel saltem possessorum nomina subjecisset. Suspicari adhuc possumus, quòd uterque ex antiquioribus fuerit, quibus postea usus fuit Harduinus; cumque illis sexcentos annos tribuere videatur Bellocirius, nunc XXXII. super octingentos circiter dinumerarent.

Sua Bellocirio non defuit oscitantia, cum geminas sequentis Plinii epistolas praeponens: primâ vice legat:

C. Plinius Caecilius Marco Suo S.

Secundâ: *C. Plinius Tacito Suo S.*

Certum est Plinii Junioris codices vix *Caecilii* nomen in epistolarum titulis exhibere; sed certum pariter est, quòd illo recepto, ubique exscribendum venit. Arguendi igitur cum Bellocirio plerique typographorum, qui convenientiam in harum epistolarum titulis minimè servaverunt. Suetonii, & Latini chronici testimonia omittit; legitque in Naturalis historiae praefatione: *C. Plinius Secundus Veronensis Vespasiano Suo S.* quae a Frobenianâ memoratâ impressione accepisse satis constat. Multa quoque ab aliis corrupta neque restituit, neque intellexit [2] Bellocirius.

Al-

ANNOTATIONES.

(1) *Expressa*. In hanc speciem IEHAN. PETIT.

(2) *Neque intellexit*. Ne dicta fide careant, nonnulla proferam: legit in praefatione *ut obiter emolliam*. Libro VII. Cir-

Alterum hujus editionis exemplar vidi in Regiâ Mantuae Carpetanorum bibliothecâ, ubi etiam pauca quaedam calamo exarata in foliorum marginibus adduntur. Plinii Secundi historia Naturalis extenso folio cusa ex editione Erasmi ad annum CIƆIƆXXXII. memoratur in bibliothecâ Baluzianâ (*a*): quaenam sit, atque ubi impressa: an per errorem recenseatur, haud facilè dixerim. Neque enim plura elenchi consarcinator attulit. Quod certum est, ad hanc Parisiensem minimè spectat, cum ipsissimo loco referatur: *eadem ex editione Petri Bellocirii Parisiis* 1532.

Editio Petri Danesii Anni CIƆIƆXXXIII.

Hoc anno Petri Danesii editionem (quam nondum attigi) collocavit Fabricius (*b*). Putarem Parisiis, ubi Danesius primum per id temporis in Academiâ occupabat subsellium, lucem vidisse. Verùm cum ad manus nostras minimè pervenerit, aliisque ignota evadat: fides apud Latinae bibliothecae auctorem sit.

Editio Basileensis IV. Anni CIƆIƆXXXV. justo folio.

Hoc anno Basileae ex Frobenianâ officinâ quartò Plinius apparuit, quae impressio Fabricio secunda, Harduino prima appellatur. Huic Sigismundus Gelenius suas addidit annotationes, quae Erasmo Roterodamo minùs placuerunt, cum omnia depravasse indoluerit (*c*). Tunc primùm (quòd sciam) Plinianis voluminibus adjectae fuerunt Gelenii animadversiones, quorum judicium post Rhenani sectionem in Gelenii elogio exhibebimus (2).

Insigni hujus editionis exemplari usus est Harduinus, ubi praeter impressos Gelenii labores (qui in omnibus posterioribus occurrunt) extant scriptae manu Guilielmi Pellicerii Monspeliensis Episcopi ad marginem annotationes (3); additque Harduinus hunc ipsissimum codicem proferri a Carolo Dato, ubi Pictorum vitas describit. Obiter hoc loco cavendum, perperam apud Harduinum Gelenii annotationes ad annum CIƆIƆXXV. recenseri. Typographi vitio X. annos excidisse credendum videtur; cum nihil primae Frobenianae editioni a Gelenio adjectum comperiam; idque etiam liquidò pateat ex ipsius ad Damianum Goësium verbis. Cum enim huic Lusitano clarissimo Viro Naturalem historiam anno CIƆIƆXXXV. vulgatam inscripsisset: in secundâ, accuratiùs quàm in primâ (4) se egisse affirmavit. Quare nihil certè annotationum ad Pli-

ANNOTATIONES.

Circa Placentiam in collibus ---- Vellejacium --- Apenninum Montem, Padumque --- Galerius Felix. Restituendum monuimos, *ut obice moliar ---- Citra Placentiam in collibus ---- Veleiatium --- Apenninum, Padumque --- -- Gal.* (*nempe Galeriâ*) *Felix &c.*

(1) *Adduntur*. Notandum primâ fronte hujusmodi Hispana verba occurrere: *No es el que yo pido.* Qui haec sebjecit, videtur Escorialensis voluminis, & Johannis Pacii notitiam habuisse; cumque laudatae impressionis, sed non concupitum, exemplar detulissent: dolore perculsus scripserit: *Non hoc est, quod peto*. Vtcumque se res habeat, indolemus huic etiam libro indoctum bibliopolam manus admovisse, qui novam brevioremque formam inducens foliis, verba nonnulla e marginibus praecidit. Memorator in Dantyâ.

(2) *Exhibebimus*. Brevioribus terminis Erasmi querelae veniunt coercendae; cum multa etiam scitè restituerit Gelenius, quamvis multa perperam immutaverit.

(3) *Annotationes*. De iis in dicatâ Pellicerii sectione fusiùs agemus.

(4) *Primâ*. Erasmus de impressione anni 1535. alloquens Goësium, non antea Gelenii annotationes Plinio adjectas esse-

[a] *Tom. I. pag.* 119. [b] *Bib. Latin. lib. II.* 13.
[c] *In Epist. ad Damian. Goës.*

Plinium Erasmi anno CIƆIƆXXV. emisit, cum anno tantùm CIƆIƆXXX. castigationi & exemplarium collationibus praefuerit.

Ad tollendam Basileensium impressionum confusionem juvabit hoc loco typographorum verba consulere. Ipsissima Plinii editio sub diversis librariorum signis prodibat, ut dubitandum veniret, quaenam Frobeniis, quaenam Nic. Episcopio adscribenda essent exemplaria. Ita nodum exsolvunt: *Noris itaque sic se rem habere, quod hunc auctorem nunc utraeque calcographiae junctis copiis, partitisque aeque laboribus communiter impresserint.*

Titulum praefesert;

C. Plinii Secundi Historia Mundi ---- Apud inclytam Basileam MDXXXV. mense Martio.

ad calcem ---- *Apud inclytam Basileam per Hieronymum Frobenium & Nicolaum Episcopium* [1] *mense Martio MDXXXV.*

Editio Veneta XVI. anni CIƆIƆXXXV. folio octo in partes complicato.

Edente Frobenio tot tantisque modis dissolutam Naturalem historiam, paullulum subsederunt Veneti typographi: quando hoc eodem anno CIƆIƆXXXV. Plinium nobilissimâ in Vrbe vulgavit Andreas Asulanus Aldi Socer; generique jamdiu vitâ functi nomine etiam (ut assolet) usurpato. Andreas Rabirius Brixianus Plinio in aedibus (olim) Aldinis renascenti praefationem addens: *de quo plane opere*, inquit, *illud tibi vere polliceri, vel potius affirmare possum (quod aliorum certe venia dictum velim) unum omnium quae unquam ante hac edita sunt opinione mea castigatissimum.*

Opus tribus voluminibus comprehenditur, foliis octo in partes complicatis. Memoratae impressionis exemplar vidi in Discalceatorum Carmelitarum bibliothecâ extra Comi moenia, quod nunc evanuit [2]. Primus tomus duodecimo libro absolvitur, atque initio Aldi Patris aposphragisma, Delphini nempe anchorâ involuti apparet cum notis ALDVS MDXXXV. alter duodecim subsequentes comprehendit. Tertius reliquos tresdecim complectitur: ad supremam voluminum calcem legimus: *Venetiis in aedibus haeredum Aldi, & Andreae Asulani Soceri* MDXXXV. Quamvis igitur ex Rabirii praefatione exemplar Aldo Seniori tribuendum videatur; illum tamen vitâ functum ostendunt verba ad librorum coronidem apposita. Imò cum nobis constet celeberrimum typographum anno CIƆIƆXV. obiisse: parum cautè Andreas Socer, illius tanquam viventis signum in librorum frontibus apposuit. Inde enim impostura processit, ut non defuerint, qui Aldum cum Becichemo, Rhenano, Caesario, Aquaeo, aliisque recense-

ant,

ANNOTATIONES.

asserit; in hoc tamen differt a Gelenio, ut illam Naturalem historiam jam tertiâ vice emendasse testetur: *Sigismundus Gelenius tuo nomini dedicavit annotationes in Plinium jam tertio ab ipso castigatum.* Antonius a Leone nescio quid sibi velit cum Gelenio tribuit (*a*): *Nuevas castigationes por el estudio de Guillelmo Budeo impr.* 1535.

(1) *Episcopium*. A laudatae impressionis exemplari, quod in Romani Collegii bibliothecâ asservatur, Nicolai Episcopii nomina delevit indoctus censor, quasi crimen esset apparere: eum typographus a Catholicâ persuasione abhorruerit. Sed quid haec cum Religione? Memoratur haec editio in bibliothecis Bunavianâ, Hoymianâ. Laudatur, ut vidimus, a Stephano Borgiâ; eâ utitur Blasius Caryophilus (*b*).

(2) *Evanuit*. Extat Placentiae in bibliothecâ sodalium Sancti Francisci Paullani.

[a] *Epitom. Biblioth. pag.* 162. [b] *De Marmor. pag.* 83.

ant, tanquam expurgando ab amanuensium erroribus Plinio infudaverit. Inter hos arguendus venit Guilandinus (*a*), & Palermus (*b*).

Tenendum igitur nihil ad Plinium avunculum ab Aldo Paulli patre emissum fuisse; minùsque rectè ALDI nomen, atque in AEDIBVS ALDI Andream Asulanum ingerere; quae verba Joh. Vincentium Pinellum (*c*), Fabricium (*d*), aliosque viros doctos aliquando fefellerunt, ut Aldum Manutium seniorem, tum viventem existimarent (*e*).

Editio Veneta XVII. Anni CIƆIƆXXXVI. folio octo in partes complicato.

Superiori editioni haec omnino similis apparet, quae anno CIƆIƆXXXVI. eâdem formâ apud memoratum typographum apparuit: Pinello, Fabricio, atque Harduino nota. Ab hoc Veneta quarta (apud Aldum) dicitur: nobis autem decimaseptima. Pinellus in laudato Ambrosianae bibliothecae codice Plinium Venetiis ab Aldo (1) editum hoc anno recenset; additque *cum praefatione ....Brixiani*. Lacuna supplenda venit appellationibus *Andreae Rabirii*, cujus notitiam supra exhibuimus.

Hujus editionis exemplar extat in Regiâ Escorialensi bibliothecâ; formâque & nitore omnia, quae ex Andreae Asulani manibus prodierunt, longè exuperat. Quamvis enim ipsissimae sint typorum figurae: grandiori tamen, solidâ, pulcherrimâque papyro commissae: amplissimo margine, inauratisque foliis condecorantur. Volumina Carolo Caesari eo anno (2) Italiam peragranti (*f*) oblata conjicio. Illud adnotandum reor, quòd opus triplices in partes distributum initio exhibet:

I. *C. Plinii Secundi Naturalis historiae Pars Prima.*

ALDVS

M.DXXXVI.

ad calcem: *Venetiis in aedibus haeredum Aldi, & Andreae Asulani Soceri M.D-XXXVI.*

II. *C. Plinii Naturalis historiae Secunda Pars*

ALDVS

M.D.XXXV.

ad calcem: *Venetiis in aedibus haeredum Aldi, & Andreae Asulani Soceri M.-D.XXXV.*

III. *C. Plinii Naturalis historiae Pars Tertia*

ALDVS

M.D.XXXV.

ad calcem: *Venetiis in aedibus haeredum Aldi, & Andreae Asulani Soceri M-DXXXVI.*

ANNOTATIONES.

(1) *Ab Aldo*. Haec editio pariter Aldo tribuitur in Thuaneâ (*g*) Estraeâ, Duboisianâ, Bigotianâ bibliothecis. Rectiùs Andreae Asulani appellabitur.

(2) *Eo Anno*. Anno 1535. pridie Cal. Decembr. Neapolim ingressus: Anno 1536. Romam Non. April. inde Senas, Florentiam, Lucam, & per Macrae amnis valles, Apuanosque saltus Apennino emenso Astam intravit.

(a) *Praefat. ad Papyr.* (b) *Lib. III. 5. pag.* 176. (c) *Mss. Bib. Ambros.*
(d) *Bib. Lat. Tom. I. lib. II. pag.* 503. (e) *Vide Petrum Lazerum Bib. Coll. Rom. Tom. II. pag.* 193.
(f) *Vid. Paul. Jovium Histor. lib. XXXV.* (g) *Tom. II. pag.* 189.

Duo hoc loco occurrunt pensitanda. Secundum volumen a XIII. libro, uti reliqua exemplaria, initium desumens, anno CIϽIϽXXXV. fuisse cusum, quando primum subsequenti apparuit. Dicendum videtur id Asulani damnandâ incuriâ accidisse. Nam ubi aliqua majori folio annis CIϽIϽXXXV. & CIϽIϽXXXVI. edidisset exemplaria: cur praesentaneum ex duplici impressione conflavit? De ultimâ parte id etiam notandum, quòd initium anno CIϽIϽXXXV. finis CIϽIϽXXXVI. attribuatur.

Editio Veneta XVIII. Anni CIϽIϽXXXVIII. folio octo in partes complicato.

Anno quoque CIϽIϽXXXVIII. recusam sub Aldi nomine Naturalem historiam indicat syllabus Plinianus tunc temporis evulgatus, cujus exemplaria vidi in Romani Collegii, & Cardinalis Passionaei bibliothecis. In Romano Collegio hic Plinius quatuor in tomos distributus ex triplici constat impressione. Prior anno CIϽIϽXXXV. Secundus & Tertius anno CIϽIϽXXXVI. Quartus anno CIϽIϽXXXVIII.

Editio Basileensis V. Anni CIϽIϽXXXIX. justo folio.

Anno CIϽIϽXXXIX. Frobenii quintâ vice Plinium ediderunt. Nota haec impressio Harduino, ac Fabricio; illâque prae ceteris usus est Pintianus, qui laudatum exemplar cunctis antiquioribus praeposuit: uti Pinellus, & Fabricius aliique animadvertunt. Ex Aldi-asulanâ officinâ Basileenses typographos profecisse, legentibus utique constabit. Nitidum hujus editionis exemplum servat bibliotheca Casinensis [1].

Editio Veneta XIX. Anni CIϽIϽXL. folio octo in partes complicato.

Eâdem formâ (uti superiores) Venetiis iterum prodiit Naturalis historia. Quarta haec haeredum Aldi, & Andr. Asulani impressio a nemine adhuc ex allatis scriptoribus recensetur. Neque unâ voce distat a primâ anni CIϽIϽXXXV. Extat integra Mediolani apud Joseph Antonium Costam tribus voluminibus [2] comprehensa; primoque secundi tomi folio legimus;

C. Plinii Secundi Naturalis historiae Secunda Pars

ALDVS

M D. XL.

Quadruplices memoratae editiones lucem addent syllabo bibliothecae Passionaeae, cum ex omnium parte aliquâ integrum Naturalis historiae opus conflettur, & sequenti epigraphe describatur;

Hi-

ANNOTATIONES.

(1) *Casinensis*. Recensetur & in Theophili Georgii syllabo, ubi *Galonii* pro *Gelenii* nomen irrepsit (a). Omnibus Frobenianis editionibus post annum 1535. adjectas fuisse Gelenii annotationes jam supra innuimus.

(2) *Voluminibus*. Nempe anno 1535. & sequentibus.

(a) *Theoph. Georg.* Buch händlers *Tom. II. pag.* 226.

Historia Naturalis in tres partes divisa, quarum prima pars prodiit Venetiis 1536. Secunda ibidem 1535. tertia demum 1540. ibidem quoque in aedibus baeredum Aldi cum indice amplissimo impresso Venetiis apud Aldum 1538. in 8. IV. vol.

Quartum volumen compingitur ex indice Pliniano anno CIƆIƆXXXVIII. cuso; unde suspicari licet in tot similibus Aldi haeredum officinae tributis editionibus partes aliquas, vel folia fuisse tantùm noviter edita, ut primigenia restantia exemplaria faciliùs venderentur. Neque enim ignotum est typographos simili artificio abuti, ut obsoleta pro novissimis accipiantur. Fortasse etiam accidit, quòd facilis librorum distractio, Parisinos, Basileenses, Venetosque typographos impulerit, ut repetitis editionibus Plinium vulgarent; cum XV. & XVI. seculo Naturalis historia in publicis academiis explicaretur; quod si nostrâ aetate eveniret, latinam linguam non adeò prolapsam indoleremus.

Vtcumque se res habuerit, similis, iterum, tertiò, & quartò recusa apud Aldi haeredes Naturalis historia effecit, ut pluribus in bibliothecis Plinii volumina inverso annorum ordine impressa inveniantur: exempli causâ: Primum anno CIƆIƆXXXVI. & XXXVIII. Secundum anno CIƆIƆXXXV. vel XL. Tertium anno CIƆIƆXXXV. vel XL. Syllabus (1) anno CIƆIƆXXXVIII. Hujusmodi vivente Aldo minimè contigissent.

Editio Parisiensis VIII Anni CIƆIƆXLIII. justo folio.

Anno CIƆIƆXLIII. Lutetiae Parisiorum editam Naturalem historiam testantur Harduinus, Fabricius, Funcius. Typographi verò nomen minimè addiderunt, quod pariter Pinellus reticet, ubi lego: *Plinius cum Praefatione Erasmi 1525. a quo meus Plinius Parisinus descriptus est Paris. 1543.*

Memini me in Barberinâ bibliothecâ (2) nitidissimam Parisiensem impressionem vidisse, cui hujusmodi epigraphen librarius fecit:

C. Plinii Secundi historiae Mundi libri XXXVII. ex postrema ad vetustos codices collatione cum annotationibus & indice Parisiis apud Audoënum Parvum (3) *in via ad Divum Jacobum sub signo lilii aurei.*

Nobilissima editio Suetonii testimonium (ubi *Plinius Secundus Novocomensis*) statim affert: nullo tamen Auctoris praeposito nomine. Subsequuntur Erasmi ad Stanislaum Turzum, & Plinii Junioris epistolae. In Praefationis titulo legimus: *C. Plinius Secundus Vespasiano Suo S.*

ANNOTATIONES.

(1) *Syllabus*. Index vel primo, vel ultimo volumine esset jungendus, ut Naturalis historia triplicibus tantùm tomis constaret. Id a Librario, qui J. A. Costae Plinium compegit, petactum invenio; aliis bibliopolis placuit opus in quatuor partes distribuere.

(2) *Bibliothecâ*. Emendandus est impressus hujus bibliothecae syllabus, in quo cusum invenies: *Liber Secundus de Mundi historia ex postrema ad vetustos codices collatione cum annotationibus Gelenii Par.* 1543. (*a*). Typographi, vel syllabum confacientis vitio irrepsit *Liber Secundus*, cum scribere debuisset: *Historiae Mundi libri XXXVII.* Neque enim in Barberinâ bibliothecâ memoratae Gelenii ad secundum Plinii librum annotationes inveniuntur, neque inveniri possunt: adde, quòd in secundum Plinii librum commentaria, Caeli, non Mundi historiam attingunt. Indolemus in edito Barberinae indice quamplures cubare errores, ubi Pliniorum opera describuntur. Legimus inter reliqua (*b*): C. *Plinius Secundus Novocomensis Junior. Epistola ad Vespasianum a Nicolao Perotto correcta*. Quâ ratione sequenti Plinio adscribitur foetura, quae Avunculum auctorem unicè agnoscit?

(3) *Parvum*. Filium hunc puto Johannis Parvi, cum & gentilicia conveniant nomina, & aposphragisma aurei lilii a Leonibus gestati; ibique legatur PETIT. Occurrit hoc exemplar in bibliothecâ Falconetiâ; itemque extabat in Aedibus Domus Professae; uti ex syllabo hoc anno Parisiis vulgato (*c*).

[a] *Tom. II. col. I. pag.* 223. [b] *Cit. pag.* 223.
[c] Catalogue de la bibliotheque de la Maison Professe *pag.* 198.

Editio Parisiensis VIIII ejusdem Anni CIↃIↃXLIII. folio maximo.

Alteram eodem anno Naturalem historiam Parisiis editam vidi Parmae apud Carolum Losium Romanum bibliopolam, in cujus primo folio hujusmodi occurrunt:

C. Plinii Secundi historiae Mundi libri XXXVII. ex postrema ad vetustos codices collatione cum annotationibus & indice. Parisiis apud Andream Berthlin in via Divi Jacobi ----- & apud Guilliermum Roland in vico Longobardorum 1543.

Satis convenit Audoënianae; suspicorque ad supra memoratae aemulationem fuisse exaratam, quamvis foliorum amplitudine, & characterum formis illam superaverit; notandumque, quòd ad libri XXXVII. calcem alius occurrit typographus, nempe: *Parisiis excudebat Michael Fezaudat anno MXLIII.*

Fezaudatius quingentorum annorum oblitus, comprobabit verissima esse, quae adversus Maetterium, atque Orlandum congessimus (*a*).

De hâc editione dicendum videtur, cusam Fezaudatii praelo, venalem apud Berthlinum, & Rolandum extitisse. Hocce exemplar antiquariis magno in precio habebitur, cum non meminerim ab aliis recenseri.

Editio Parisiensis X. *Anni CIↃIↃXLV. justo folio.*

Memoratur in Bigotianâ bibliothecâ Naturalis historia Parisiis edita anno CIↃIↃXLV. (*b*).

Editio Basileensis VI. Anni CIↃIↃXLV. justo folio.

Eodem anno CIↃIↃXLV. prodiit Basileensis VI. impressio, neque unicè Frobenio (ut Harduino videtur) tribuenda, cum ad calcem legamus: *Basileae per Hieronymum Frobenium, & Nicolaum Episcopium mense Augusto M. D. XLV.*

Haec, & sequentes editiones satis obviae, in pluribus bibliothecis inveniuntur [1]. In Barberinae syllabo dicatum exemplar affertur *cum annotationibus Sigismundi Gelenii: accedunt ad oram libri variae lectiones Mss. ex codice, ut videtur, Chiffletiano.*

Simon Ballarinus illustris memoratae bibliothecae Praefectus, & Raphael Vernatia Graecus Vaticanae Amanuensis, viri doctissimi; laudatas annotationes Josephi Mariae Suaresii Vasionensis Episcopi manu descriptas testantur. Fortasse Antistes omnibus literis eruditus, Vrbano VIII., & Francisco Cardinali Barberino addictus, ut Patronis morem gereret, e Chiffletiano codice illas descripsit; idque Suaresio in Galliis degenti haud difficilè accidisse videtur.

ANNOTATIONES.

(1) *Inveniuntur*. Recensetur in bibliothecâ Dantyâ.

(a) *Vide pag.* 280. *num.* 2.
(b) *Pag.* 30.

tur. Vberiores tanti laboris notiones, hasque in operis fronte appositas, Posteris reliquisse proculdubio credimus: verùm nunquam satis dolendâ jacturâ, quatuor priora Naturalis historiae volumina, nempe praefatio cum auctorum rerumque indice usque ad V. Plinii librum, desiderantur; quâ de causâ nobilissimi exemplaris valor satis imminuitur.

Editio Lugdunensis I. Anni CIↃIↃXLVIII. justo folio.

Anno CIↃIↃXLVIII. memoranda venit Lugdunensis editio Beringorum fratrum, quam Harduino & Fabricio intactam, eâ etiam ex causâ diligentiùs pensitandam censeo, quia per id temporis primùm Lugdunensibus typis Naturalis historia fuit concessa: titulum praesefert:

C. PLINII SECVNDI HISTORIAE MVNDI LIBRI TRIGINTA SEPTEM.

Post omnes omnium editiones cum vetustissimis aliquod, iisq; manu scriptis exemplaribus diligentissimè collati. Qua quidem in re ea & fide usi sumus & religione, ut neq; quippiam, quod è re studiosorum fore judicabamus, visum fuerit praetermittere, neque ex veteri receptaq; scriptura vel apicem immutare. Mediam itaq; rationem eamq; tutissimam secuti, lectionum varietates, quae aut caeteris praestare, aut certè ex aequo cum illis certare videbantur consueta lectione incolumi, ad marginem curavimus adjiciendas.

Annexae sunt praeterea in calce operis Castigationes Sigismundi Gelenii. Has sequitur index longe quàm locupletissimus.

Lugduni, ex officina Godefridi & Marcelli Beringorum fratrum M. D. XLVIII.

Primo folio legitur Erasmi epistola ad Antistitem Turzum: geminae postea Plinii junioris epistolae; neque alia adduntur testimonia: hinc operis praefatio, cujus inscriptio: C. PLINIVS SECVNDVS VESPASIANO SVO S. Primus liber nullis Arabicis notis signatur; secundus verò duplici columellâ impressus, suâ quâque numeratâ notâ distinguitur. Post tricesimum septimum librum occurrit epistola Gelenii ad Damianum Goësium. Haec omnia characteribus Italicis, ut ajunt, atque Aldinae formae convenientibus redduntur: Gelenii castigationes rotundis. Omnia claudit:

Index in C. Plinii Secundi Naturalem historiam ad exemplum Joan. Camertis, mutatis quibusdam quae ad hanc editionem non congruebant, nonnullis etiam adjectis. Lugduni excudebant Godefridus & Marcellus Beringi, fratres M. D. XLVIII.

In hujusmodi editione, superiorum Basileensium traduce, vetusta exemplaria a Beringis fratribus collata minimè arbitror. Paucis variatis lectionibus ornatur: characterum tamen forma Gryphianis, Aldinisque persimilis, suis non fraudabitur laudibus, uti indicis labor egregius miram legentibus rerum inveniendi praebens facilitatem. Paucissimis vitiatur erroribus (1). Hujus editionis exemplar vidi Ticini in Carmelitarum Discalceatorum, & Comi in Jesuitarum bibliothecis. Alterum extat in nostrâ, memoratur in Bultellianâ &c.

Edi-

ANNOTATIONES.

(1) *Erroribus*. Vnum memorabimus in epistolâ Erasmi, ubi legimus: *ab orbem redempto*. Emenda *ab orbe redempto*.

Editio Lugdunensis II. ejusdem anni CIƆIƆXLVIII. justo folio.

Haec impressio ad annum CIƆIƆXLVIII. alligata; Lugdunique apud Freslonium in publicam lucem emissa, recensetur in elencho ad Domum Professam Parisiensem olim spectante (*a*); cujus fides apud collectorem sit.

Editio Basileensis VII. anni CIƆIƆXLIX. justo folio.

Lugdunenses subsequitur Basileensis VII. anni CIƆIƆXLIX., quae a Fabricio V. dicitur, atque unicè inter tot Frobenianas a Mangeto memoratur (*b*). Hujus editionis exemplar in bibliothecâ Johannis Mori Norvicensis Episcopi magno precio habendum extabat, utpote Isaacci Casauboni autographis annotationibus illustre (*c*). Haec, uti superiores ex Frobenii, & Episcopii officinis editae, caeteris emendatior praedicatur. Semper enim ultimò cusam optimarum meliorem affirmant typographi tanquam novis restitutionibus adauctam [1]. Id ex supremâ post quinquennium emisâ eruitur, quae ne duplici loco afferrantur: proximè subjiciemus.

Editio Basileensis VIII. Anni CIƆIƆLIV. & LV. justo folio.

C. Plinii Secundi Historiae Mundi libri XXXVII. denuo ad vetustos codices collati, ex pluribus locis jam iterum post cunctorum editiones emendati, adjunctis Sigismundi Gelenii annotationibus ---- Frob. Basileae M. D. LIIII.

Exemplaria post Gelenii mortem (quae hoc anno contigit) vulgarunt Frobenius, & Episcopius; nempe anno CIƆIƆLV., quo rerum indicem absolverunt, ut ex adjectis ad calcem verbis liquet arguere: *Basileae per Hieronymum Frobenium, & Nicolaum Episcopium M. D. LV.* Vltima haec est Frobeniana, Sociorumque impressio; atque mirum satis evadit, quòd viginti novem annorum spatio, octonis vicibus, nusquam antea, nec post [2], Basileae Naturalis Plinii historia lucem adspexerit. Erasmi epistolam, unde tantùm Plinii dignitas elevatur, hoc loco etiam afferre Frobenius non destitit; ubi tamen Erasmus Stanislaum Turzum alloquens nihil adhuc de Gelenii laboribus differit [3]: iis postea adversari notavimus ad annum CIƆIƆXXXV iterumque in Gelenii sectione attingemus.

Hujusmodi Frobenii exemplar nullam Plinianae patriae mentionem; itemque nullum ex Suetonio, ac Latino chronico testimonium adducit: pluribus in locis invenitur, ut Romae in Comitum [4], Ferrariae in Publicâ [5], Mediolani in Archin-

ANNOTATIONES.

(1) *Adauctam*. Memoratur haec editio in bibliothecâ M. T. L. in Parisiensi curiâ caussarum patroni (*d*).
(2) *Nec post*. Anno 1741. prodiit Basileae Plinii Naturalis historia sed usurpato Parisiorum nomine, de quâ suo loco.
(3) *Differit*. De Erasmi ad Turzum epistolâ jam satis locuti sumus in primâ Basileensi impressione anni 1525. Alteram, quam laudatus Erasmus misit Damiano Goësio anno 1535. pariter innuimus, ubi Gelenii annotationes damnavit. Minùs rectè locutus est Antonius a Leone cum ait *Erasmo Roterodamo ---- emendò una edicion que hizo de Plinio imp.* 1554. *fol.* Hujusmodi ad primam Basileensem applicanda veniunt, cum longè ante annum 1554. Erasmus obierit.
(4) *Comitum*. *Biblioteca Conti, Duchi de' Poli &c.*
(5) *Publicâ*. Hujusmodi exemplar e bibliopolae manibus nunc videtur prodiisse, adeò est integrum novumque. Prisci possessoris nomina praesetert. Ex libris *Caroli Antonii Ornani*.

[a] *Pag.* 198. [b] *Bib. script. Med. tom. II. pag.* 518.
[c] *Vid. Monfocon. biblioth. tom. I. pag.* 688. [d] *Pag.* 21.

chintaeâ, & Monachorum Cistercienfium apud Sanct. Ambrosium, bibliothecis [1].

Frobenianae editiones omnes luculentae, magnâque diligentiâ cusae laudem a doctis promeruerunt.

Editio Veneta XX. Anni CIↃIↃLVIII. & LIX. justo folio.

Andreae Asulani studia imitatus, Avo & Genitore doctior Paullus Manutius, Naturalis historiae emendationem curasse gloriatur, cum illam tali epigraphe vulgaret:

C. Plinii Secundi Naturalis historiae libri triginta septem, a Paulo Manutio multis in locis emendati.

Castigationes Sigismundi Gelenii.

Index Plenissimus.

Venetiis apud Paulum Manutium Aldi F. MDLIX.

P. Manutium inter diligentissimos Plinii impressores collocat Gesnerus (*a*). Hâc editione gaudebat Pinellus, innotuitque Fabricio, atque Harduino; a quo Veneta V. dicitur. Hanc Nos quoque possidemus, & facili negocio per Italiam invenitur. Quae Romae extabat in Passionaeâ bibliothecâ paucis quibusdam annotationibus calamo exaratis ornatur. Visitur pariter in Casinensi, Thuaneâ, Bunavianâ, Vlsianâ [2], Comi in Discalceatorum, & Jesuitarum bibliothecis, Parmae in Nobilium Collegio &c.

Congestae in Manutium laudes tanti non erunt, ut illum non modò a typographicis maculis vindicemus [3]; sed quod mirandum magis, vixque credendum, & tamen verissimum, hujusmodi editio, servilis tradux est Lugdunensis a Beringis fratribus anno CIↃIↃXLVIII. curatae; cuique in columellarum, & versuum etiam dispositione omnino convenit.

Naturali historiae adduntur Gelenii castigationes, praepositâ illius ad Goësium epistolâ, postea:

Index in C. Plinii Secundi Naturalem historiam; ad exemplum Joan. Camertis, mutatis quibusdam quae ad hanc editionem non congruebant, nonnullis etiam adjectis ----- Venetiis 1558. *apud Paulum Manutium Aldi F.*

Cum igitur index Naturalis historiae editionem praecesserit, notandum venit fuisse juxta Beringorum Lugdunense exemplar dispositum; ideoque necessariò omnia columellis, ipsisque versibus in utroque opere respondere.

Editio Lugdunensis II. Anni CIↃIↃLX. & LXI. folio XVI. in partes distributo.

Ad annum CIↃIↃLXI. recensetur a Pinello Lugdunensis Plinius ab Andreâ Morguaesio cum praefatione ad Guilielmum Pellicerium missus. Haec illa est edi-

ANNOTATIONES.

(1) *Bibliothecis*. Memoratur a Theophilo Georgio (*b*).
(2) *Vlsianâ*. In hujus bibliothecae syllabo perperam tribuitur Aldo Paulli Manutii patre: fortasse a signo Aldi nomine in operis fronte posito deceptus fuit collector.
(3) *Vindicemus*. Quamplures irrepsere: exempli causâ *Asclepiadi Prusiensi* (*c*): *Romae quidem non fuit aurum ----- a Gallis capta urbe* (*d*). Lege *Prusiensi ----- Romae ----- a Gallis &c.* Haec ideò dicta sunt, ut & nostris parcant legentes, cum tanti apud Manutium occurrant errores, quos longum esset recensere.

[a] *Biblioth. pag.* 131. [b] *Tom. II. pag.* 226.
[c] *Lib. VII. col.* 170. [d] *Lib. XXXIII. col.* 844.

editio, quam Junctarum operâ evulgatam Harduinus, & Fabricius [1] affirmant, & Jacobo Junctae unicè ab Anonymo Oblato tribuitur [2]. Verùm cum nomina apud hos omnes, vel aliquâ negligentiâ, vel perperam afferrantur: nobilissimae editionis memoriam hoc loco subjiciam; tum magis quòd anno CIƆIƆLX. & LXI. tribuenda sit. Exemplar Romae [3] vidi apud Abatem Maseasium virum doctum, & Naturalis historiae scrutatorem, & simile Mediolani lustravi apud Clarifs. Jurisconsultum Coll. Franciscum Lampugnanum, qui selectam librorum possidebat bibliothecam. Plinianam hanc historiam excudit Philippus Tingus (quod a nemine adhuc adnotatum invenio) cum plerique impressorum nomina, unicè vel initio, vel ad operis calcem inspiciant; & adjectas negligant praefationes; opus Andreas Morguaesius castigavit; titulumque praefefert:

C. Plinii Secundi historiae Mundi libri XXXVII. vetustissimorum codicum collatione, majore quam ante hac studio, fide, & religione a vitiis, quibus multiplici olim impressione contaminati fuerant vindicati, atque in quatuor TOMOS dispertiti, quorum hic primus octo libros complectitur cum indice hac postrema manu ditissimo, & castigatissimo. Lugduni apud haeredes Jacobi Junctae 1561.

Hujusmodi titulus oscitanter inspectus errandi materiam praebuit, ut Jacobo Junctae, vel Junctis tribuerentur, quae Jacobum Tingum sub haeredum Jacobi Junctae nominibus latentem verè respiciunt.

Anno CIƆIƆLX. Andreas Morguaesius castigationibus praeerat, & tunc Naturalem historiam Tingus vulgabat: sed cum typographorum more operis corpus primùm excuderet, ut absolutis laboribus tituli adderet frontem: hinc est, quòd in secundo, tertio, & quarto hujus editionis volumine legimus:

Lugduni apud Haeredes Jacobi Junctae M. D. LX. atque in primo annus CIƆIƆLXI. apparet. Id etiam accidisse reor, quòd ineunte anno CIƆIƆLX. Naturalem historiam Morguaesius Pellicerio dicavit. Vt omnia uno exhibeam conspectu, juvabit partem nuncupationis afferre, quae sic incipit:

Doctissimo Clarissimoque Praesuli Guilielmo Pellicerio Monspeliensi Episcopo Andreas Morguaesius. S. D.

Mirum profectò, vel fortassis etiam ridiculum, tibi videbitur, Praesul ornatissime, me adeò confidenti, praesentique animo fuisse, ut Plinio castigando manum admovere, tibique hunc meum laborem, non dignum satis, qui tuae amplitudini offerratur, dedicare ausus fuerim. Hoc quidem, ut ingenuè fatear, perinde est, ac si γλαῦκα εἰς Ἀθήνας, *ut est in proverbio, mittere velim.*

Subinde Morguaesius cum vitae suae rationem, studiorumque, ac suscepti operis tenorem exponeret, & malè exercitam typographiae artem, librorum corruptricem affirmaret: *quam itaque*, subdit, *Philippus Tingus Bibliopola praeter summam animi probitatem in libris castigatissime excudendis exquisitae diligentiae jamdiu hanc Plinii Naturalem historiam typis minusculis, iisque elegantissimis decrevisset* ex-

ANNOTATIONES.

(1) *Fabricius*. Hanc editionem Fabricius folio duodecim in partes complicato peractam testatur. Veriora affirmant Pinellus, & Harduinus, qui quatuor ampliùs flexiones in folio agnoscunt; quam compactionem vulgus *in 16.* appellat. Mangetus minùs rectè impressionem unicè anno 1560. attribuit, formamque extensi folii exhibere scripitavit.

(2) *Tribuitur*. Anonymus e Congregatione S.S. Ambrosii & Caroli Oblatus in Etrusco opere, cui titulus: *Piano Metodico instruttivo all' apparato Letterario &c.* quo Mediolanensium Jurisperitorum Collegium Carolo Alberto Guidobono Cavalchino tributam purpuram gratulabatur.

(3) *Romae*. Anno 1758. Legi in voluminum fronte: *Sunt Romae Assistentiae Galliae — — ad usum Poenitent. Gallorum*. Memoratur in bibliothecâ Duboisianâ (*a*).

a] *Tom. II.*

excudere, rogavit me, ut in eâ excudendâ anagnostae officio fungerer, atque eam totam cum vetustissimis exemplaribus tum manuscriptis tum impressis maximo quam fieri potuit studio fide ac religione conferrem &c. —— Vale Lugduni Cal. Januarii 1561. *Morguaesius.*

Simili provinciâ se functum testatus, nullos tamen singillatim ex vetustissimis hisce codicibus, quibus usus fuerit, recenset; imò cum omnia Plinii volumina notulis, & variis lectionibus ad oram paginarum appositis ditentur: in id unicè incubuit, ut discrepantias *ex vet. cod.* nempe *ex veteri codice* afferret; qui vetus codex ex alienâ fide producitur: ex iis nempe, quae Plinii antiquiores interpretes, & Barbarus prae caeteris, adoptarunt. Aliquam tamen laudem promeretur, quòd Ptolemaeum, caeterosque Graecorum auctores cum Plinio quandoque contulerit; & typorum elegantiâ, & correctionis studio nemini memorata caedat editio, in quâ pauci admodum typographici errores irrepserunt [1].

Pluribus in bibliothecis [2] hujus impressionis visuntur exemplaria. Quod Mediolani extat, apud me tanquam Religiosum habebitur, cum Divi Caroli Borromaei manibus olim tereretur [3]; atque hâc de causâ Clarifs. Lampugnano preciosum evadebat.

Editio Lugdunensis III. Anni CIↃIↃLXI. *folio maximo.*

Altera eodem anno CIↃIↃLXI. eâdemque in urbe Plinii impressio apparuit, adhuc parum rectè in Naturalis historiae syllabis memorata [4]. Hanc folio maximo, elegantibusque typis comprehensam, aliquibus mensibus Tinganae posteriorem credere oportet, cum illa anno superiore incoeperit; post cujus exitum Calendis Januarii Pellicerio missa fuit. Lugdunensis haec Superiori convenit in tituli initio hujusmodi verbis:

C. Plinii Secundi historiae Mundi libri XXXVII. —— *Lugduni apud Antonium Vincentium M.DLXI.*

Huic editioni praefatio additur viri docti Johannis Nicolai Victorii, quae in praesens indicasse sufficiat, cum de iis fusiùs in sequenti sectione differamus [5].

ANNOTATIONES.

(1) *Irrepserunt.* Vnum occurrit sphalma in Plinii praefatione, ut pro *Catulli* cognomine *Catulum* legat; quam nobilissimam Luctatiorum appellationem in aliis quoque exemplaribus perperam irrepsisse adnotavi. Apud Theophilum Georgium legitur *ecl accurata*, emenda *edit. accurata*.

(2) *Bibliothecis.* Recensetur in Thuanaeâ (*a*), Hoymianâ (*b*), Estraeâ &c. Horum omnium syllabi impressionem Junctis adscribunt, & ultimus ad annum 1562. provocat.

(3) *Tereretur.* Qui post Divi Caroli obitum illius manuscriptorum indicem conflavit: notâ manu ad oram margini apposuit: *Era ne manoscritti del Sig. Cardinale:* quibus verbis Purpuratum Archiepiscopum Naturalis historiae studiosissimum fuisse ostendit, cum illâ continuò uteretur; atque in tablino unà cum preciosioribus chartis asservaret. Plinii pariter lectione mirum in modum delectabatur Divi Caroli consobrinus Fridericus Cardinalis Borromaeus.

(4) *Memorata.* Apud Maugetum invenio Plinii Naturalem historiam Lugduni Baravorum editam anno 1561. Verùm neque voluminis formam, neque typographi nomina adjecit; quare a Lugduni nomine deceptum credere par est, eum Lugduno ad Rhodanum Plinius hoc anno apparuerit. Vide Biblioth. Thuanaeam (*c*), Bigotianam (*d*), Hulsianam (*e*).

(5) *Differamus.* Extat in nudipedum Franciscanorum bibliothecâ extra Buxeti moenia, quam Pallavicinorum Gens inclyta unà cum coenobio astruxit, ditavitque. Pluribus antiquae notae voluminibus adhuc ornatur. Verùm hujus seculi initio Cuculatorum oscitantia, vel ignavia illam permultis rarissimisque spoliavit, cum indoctus Coenobii Custos, atque indoctissimus Bibliothecae Praefectus, primogenios venerandae antiquitatis codices haud magno precio Britannis quibusdam Magnatibus vendiderint. Franciscus Farnesius indigni facinoris edoctus, acta curavit rescin-

[a] *Tom. II. pag.* 189. [b] *Pag.* 127. [c] *Tom. II. pag.* 189.
[d] *Pag.* 30. [e] *Tom. I. pag.* 107.

Editio Lugdunensis IV. Anni CIƆIƆLXIII. folio maximo.

Anno CIƆIƆLXIII. Naturalem hiſtoriam Lugduni a Johanne Frellonio recuſam teſtatur Fabricius; quemque poſt Frobenium, & Paullum Manutium inter diligentiſſimos Plinii impreſſores Geſnerus commemoravit [1]. Hujuſmodi exemplar vidi in bibliothecâ Collegii S. Lazari extra Placentiae moenia; titulum praeſefert: *C. Plinii Secundi Hiſtoriae Mundi lib. XXXVII. ---- Lugduni apud Joannem Frellonium M. DLXIII.*

Erat Frellonius ſocius Antonii Vincentii, eâdem ratione, quâ Baſileae Frobenius Epiſcopii; quodve mirum evadit ipſiſſima editio apud Vincentium apparet hacce epigraphe.

C. Plinii Secundi hiſtoriae Mundi libri XXXVII. majore quam hactenus unquam fide, religione, a vitiis, quibus multiplici olim impreſſione contaminati fuerant, vindicati, adjectis ad marginem non minus doctis quam ſuccintis caſtigationibus, partim graviſſimorum ſcriptorum auctoritate, doctiſſimorumque hominum judicio apte appoſitis ---- Lugduni apud Antonium Vincentium M. DLXIII.

Editioni Johannis Nicolai Victorii praefatio ſecundâ vice adjicitur, quâ Victorius poſt recitatas Plinii laudes, operam ſuam in Naturali hiſtoriâ repurgandâ adhibuiſſe profeſſus eſt. Neque ſanè viro erudito laus praeripienda, cum ſingulari modeſtiâ inſtructus caſtigationi manus admoverit, nihil in operis corpore immutatus, ſed optimas annotationes ad paginarum marginem addiderit, a Pintiani caſtigationibus praeſertim deſumptas; quem in prolegomeno reconditae eruditionis, & exactiſſimi judicii hominem appellavit. Meminit Victorius ſe ad tale munus obeundum *graviſſimorum hominum Antonii Vincentii, & Joannis Frellonii* auctoritate compulſum. In editionis calce Gelenii obſervata ſubduntur. Conceſſum a Carolo IX. utrique typographo privilegium oſtendit Frellonium unà cum Vincentio operi inſudaſſe, quod apertius ex Pliniano indice, ubi Frellonii nomen unicè apparet. *In C. Plinii Naturalem hiſtoriam index copioſiſſimus. Lugduni apud Joannem Frellonium MDLXIII.*

Hâc editione uſus eſt Harduinus, quae chartarum elegantiâ, & marginis foliorumque amplitudine inter pulchiora Plinii exemplaria recenſebitur. Extat Romae in Jeſuitarum, Comi in Somaſchenſium Collegiis, Mediolani apud virum Nobiliſs. Everardum Marchionem Vicecomitem, in Thuanaeâ &c. Neque diſtat ab alterâ primo loco memorata, niſi quia haec primo folio legit *apud Antonium Vincentium, illâ apud Joannem Frellonium;* quae neſcio an alius, in hanc meſſem falcem ingerens, adnotaverit.

Edi-

ANNOTATIONES.

reſcindere: inutili tamen conatu: emptores ſiquidem Principis animum conjectati, citatis equis e Parmenſi diſcedentes, inſciorum Cucullatorum theſauros in Patriam aſportaverunt. Quâ de cauſâ vellem hoc anno 1704. conſiliis meis acquieſcerent Coenobii, & Bibliothecae Praefecti, & nonnullos primigeniarum editionum libros (ipſis inutiles) PHILIPPO BORBONIO ad publicam utilitatem concederent; cujus facti gratiâ maliò pura ſacrarum hiſtoriarum, ethices, atque alia id generis volumina a notâ Regii Principis liberalitate reciperent.

(1) *Commemoravit.* In Claromontanae Pariſienſis bibliothecae ſyllabo iisdem haec editio unico tribuitur Frellonio. Claromontano exemplari adjectum videtur *Ruperti Beſſeri Gazophilacium rerum Naturalium* 1642. (a).

[a] *Catalog. pag. 97.*

Editio Pariſienſis XI Anni CIↃIↃLXIIII.

In Dantyâ [1] bibliothecâ memoratur *C. Plinii Secundi hiſtoriâ Naturalis cum annotationibus Hermolai Barbari. Pariſiis edita anno CIↃIↃLXIIII.* Typographi nomen oblivifcitur ſyllabi conſarcinator.

Editio Colonienſis III. Anni CIↃIↃLXV.

Syllabus venalis bibliothecae Pariſinae, quae ad Juriſperitum T. J. ſpectabat, offert Plinianum opus hâcce epigraphe: *C. Plinii Secundi hiſtoria Naturalis.*
Forma deſcribitur duobus voluminibus conſtans, foliiſque octo in partes complicatis. Num fortaſſis error cubat in numero; legendumque anno MDXXIV.? Manca tunc eſſet Cerviçoni impreſſio, quae tribus voluminibus apparuit. Quare hanc, & ſuperiorem Pariſinam, apud utriuſque bibliothecae collectores memoratas aliena fides tueatur.

Editio Veneta XXI. Anni CIↃIↃLXXI. juſto folio.

Hieronymus Scotus [2] nobili apud Modoëtiam ortus genere, illuſtris ac longaevus typographus, Venetiis Naturalem hiſtoriam vulgavit, cui titulum fecit:
C. Plinii Secundi Naturalis hiſtoriae libri triginta ſeptem ex Aldinis Archetypis [3] *priſtino nitori accuratè reſtituti aſſixa ſuis locis Sigiſmundi Gelenii oculatiſſimi viri caſtigatione ----- Venetiis apud Hieronymum Scotum M. D. LXXI.*
Exemplar Venetum Paullo Manutio anni CIↃIↃLIX. omnino conveniens, Fabricio notum; quod & ego Parmae in Nobilium Collegio inſpexi.

Editio Genevenſis I. Anni CIↃIↃLXXXII.

Hoc anno Naturalis hiſtoria publico lumini donata, Genevae apparuit teſte Geſnero (*a*); cum e Gelenii caſtigationibus deſumpta ſit, prioribus ſimilem liquet conjicere.

Editio Francofurdienſis I. Anni CIↃIↃLXXXII. juſto folio.

Eodem anno Francofurti ad Moenum lucem vidit Plinius ex Sigiſmundi Feyerabenii praelo, cui typographus novam hujuſmodi epigraphem adjecit:
Hiſtoria Mundi Naturalis hoc eſt ampliſſimum, perſpicaciſſimumque, nec non planè mirandum totius univerſi, rerumque naturalium ſpeculum ----- variiſque imaginibus illuſtrata, atque vero proprioque naturae nitori, labore impenſiſque Sigiſmundi Feyerabenii hoc novo, antea minuſque viſo ornatu fideliter, atque integre reſtituta. His breves

ANNOTATIONES.

(1) *Dantyâ*. Gallicè *Danty d' Iſnard*.
(2) *Scotus*. Italicè *Scotti*.
(3) *Archetypis*. Non ex Aldi parentis, ſed filii Paulli Manutii improbandâ editione Scoti labor originem ducit.

[a] *Pag.* 168.

eruditaeque in margine doctissimorum virorum castigationes, Sigismundi Gelenii &c. ----- typis excudebatur Francofurti ad Moenum Anno a partu Deiparae Virginis MDLXXXII.

In operis praefatione legimus:

Reverendo, nobili, virtutum splendore praeeminenti Domino Domino Georgio a Lierskircben ----- Sigismundus Feyerabendt [1].

A Feyerabenio excogitata, non omnino videntur contemnenda, cum res in Naturali historiâ exaratas graphicis figuris quandoque aemulatus sit; ideoque nonnullis libris comprehensa, unico conspectu, oculis fideliter subjecerit. Neque enim aliâ de caussâ Francofurdiensem impressionem superioribus conferendam censerem. Nonnullis etiam deterior videbitur, cum aliqua inoculaverit, quae nihil ad rem faciunt: uti libro III. imago Didonis sibi prope rogum manus inserentis: quae fabula historico indigna, nusquam a Plinio attingitur; apud quem neque hujus Reginae nomen invenies. Quaedam etiam ineptè repetita lignearum formarum penuriâ indoleo [2]. Memoratae editionis exemplar vidi Mediolani in Carmelitarum bibliothecâ; itemque Mantuae Carpetanorum apud Mercenarios Excalceatos, qui in Divae Barbarae coenobio degunt. Servatur & in Escorialensi [3].

Editio I. Lugduni Batavorum Anni CIƆIƆLXXXII.
justo folio.

Hoc igitur anno triplici in oppido (quòd nunquam antea, nec post) Plinii Naturalis historia apparuit; cum Francofurdiensi, & Genevensi addenda sit Lugduno-batava, quam Petrus Santandreanus vulgavit majori, sed paullulum lutulentâ chartâ. Lugduni Batavorum opus prodiisse testantur Fabricius, atque Harduinus, quod ex indice ad finem attexto eruitur [4], uti docet exemplum in Ambrosianâ bibliothecâ asservatum. Titulum, absque oppidi nomine in hanc speciem fecit typographus:

C. Plinii Secundi Historiae Mundi libri XXXVII. a Sigismundo Gelenio diligenter castigati [5], *majoreque studio & fide quàm hactenus unquam à vitiis, quibus multiplici olim impressione, contaminati fuerant, vindicati &c. ------ Apud Petrum Santandreanum M. D. LXXXII.*

Quamvis longè majora ab hucusque memoratis editionibus peregerit Santandreanus: multùm tamen absuit ab iis agendis, quae se fecisse affirmavit: Varias enim lectiones, quas diligenti indagine ex doctorum virorum scriptis collegisse, itemque adnotasse profitetur, gloriosè magis quàm verè dicta comperimus. Recenset enim secundo folio Barbarum, Pintianum, Turnebum, Josephum Scalige-

ANNOTATIONES.

(1) *Feyerabendt*. Ita Germanicè scribendum, non Latinè. Alibi Typographus sese Feyrabendium appellavit (*a*).
(2) *Indoleo*. Folio 24. recuduntur, quae folio 1., omnino extra chorum, Libro IV. gentlicia occurrunt insignia, a Plinii opere certè eliminanda. Libro VI. eadem Tabula Geographica, quae in sectione ad Corsicam Insulam fuerat impressa.
(3) *Escorialensi*. Absque anno, & maximâ negligentia affertur in Draudii bibliothecâ (*b*).
(4) *Eruitur*. Polycarpus Palermus hanc Plinii Naturalem historiam (quam domi habebat) *innominato*, ut ipse ait, loco eosam affirmat. Vbi illam diligentiùs inspexisset, Lugduni nomen ad calcem libri XXXVII. & *Lugduni Batavorum* ad syllabi exitum invenisset. Cur autem primâ vice vulgaverit typographus *Lugduni apud Petrum Santandreanum* CIƆIƆLXXXII., ignoro. Lugdunum absque epithecâ convenit oppido, quod Arar & Rhodanus alluont. Lugdunum Batavorum ab aliis etiam Latinè dicitur *Leyda*, quibus videntur subscribere Harduinus, & Fabricius. Hollandis *Leyden*.

[a] *Vide histor. rerum in Oriente gestarum Francofurti ----- impens. Sigis. Feyrabendii M. DLXXXVII.*
[b] *Pag.* 1198.

ligerum, Justum Lipsium, Ortelium, Junium, Rhodiginum, Cujacium, Parrhasium, Pierium Valerianum, Goropium, Carrionem, Leopardum, Pithoeum, ac Polydorum Virgilium. Sed ubi Barbari, Pintiani, & Turnebi in Plinium annotata unicè attulisset typographus: secundum volumen, neque minùs Plinianis dictis, erat addendum. Illud monuisse sufficiat, quòd unam aut alteram (raró quidem ex Pintiano) diversam profert lectionem, atque optimas quamplures sicco pede pertransit [1]. Culpandus magis videtur Santandreanus in iis Plinii libris, qui ad finem accedunt; cum tunc insigni oscitantiâ doctorum annotationes contemnat.

Si omnia paullò diligentiùs collatis invicem castigatoribus ad trutinam revocasset Palermus: haud ita facilè in hâc Naturalis historiae editione, X. & VII. Clarissimos viros non inanem operam praestitisse affirmasset; cum nullam huic impressioni peculiarem adhibuerint illustres viri, quorum melior pars jam fato cesserat; atque unicè ad majorem sui laboris dignitatem, illorum in Plinium annotationes se in unum collegisse lectoribus venditavit Santandreanus.

Quod autem Patriae mentio, unde ortus sit Plinius hocce in exemplari, uti in plerisque aliis, minimè habeatur: haud omnino rectè statuit Palermus (*a*), nam quamvis Suetonii elogium, & Latini Chronici testimonium omittatur: operi tamen M. Antonii Casanovae epigramma praefigitur, quo Plinium Comensibus adscribi constat, ut paullò infra subjiciemus.

Post doctorum hominum nomina, quorum annotationibus uti testatur typographus, adnectitur Jo. Nicolai Victorii praefatio [2], eamque consequuntur geminae Plinii Caecilii ad Avunculum spectantes epistolae: has Casanovae [3] epigramma, quod est hujusmodi:

Plinius, & Titan illustrant omnia, lucem
Ille dedit terris, artibus ille dedit.
Verus uterque Pater, te propter maxime Lari [4],
Jure se ait [5] *Soles Orbis habere duos.*

Casanovae versiculis additur distichon [6]:

Quid

ANNOTATIONES.

(1) *Pertransit*. Ne dicta fide careant pauca quaedam subjiciemus. Santandreanus Natur. histor. lib. II. (*b*), & ejusdem libri cap. 75. (*c*) duas ex Pintiano insignes lectiones obliviscitur, quarum primam ex Toletano codice Hispanus interpres, secundam haud parvis rationibus consolidavit. Vtramque in Pintiani observationibus invenies, & in Plinio Dalecampii (*d*). Ita etiam lib. V. ubi de Essenorum gente loquitur Plinius: nihil e Pintiano desumit Santandreanus (*e*), cum tamen aliqua ex Toletano codice optimae notae illustris Scholiastes protulisset, quae vide in allato Plinio, Dalecampii curâ vulgato (*f*).

(2) *Praefatio*. De hâc consule, quae memoravimus in Lugdunensi impress. ann. 1563.

(3) *Casanovae*, M. Antonius Casanova perperam Mantuanus dicitur a Santandreano. Hinc alii typographi, qui Casanovae epigramma a Plinio Santandreani, Dalecampii, Commelini mutuarunt, in errorem adducti sunt. Oldoinus fortasse vel ab iis, vel a Jo. Paullo Vbaldino deceptus Casanovam Mantuae adscribit (*g*). Tenebatur tamen scire ex Paullo Jovio M. Antonium Casanovam Romanum nativitate, origine Comensem fuisse (*h*) Consule Giraldum (*i*) & Thomam Porcacchium (*k*).

(4) *Maxime Lari*. Virgilium imitatur Georgicorum lib. II. vers. 159. Nunc ab oppido, cujus extrema alluit moenia, vocatur *Lago di Como* (*l*).

(5) *Jure se ait*. Ita habent omnes allatae editiones, quodve magis miror paria vulgavit Jo. Paullus Vbaldinus in collectione Mediolanensi, quam typis Antonii Antoniani edendam curavit anno 1563. Sed ut inibi Casanovam Mantuanum dicit (*m*), ita potuit carmen vitiare. Videtur, quòd meliùs incideret sententia in hanc formam:

Verus uterque Pater, quos propter maxime Lari
Jure inquis Soles Orbis habere duos.

(6) *Distichon*. Spectat ad Hieronymum Bononium (*Bologni*). Consule, quae attulimus lib. XI. pag. 295.

(a) *Lib. III. 5. pag.* 175. (b) *Cap.* 72. *pag.* 23. (c) *Pag.* 24.
(d) *Lugduni ann.* 1587. *pag.* 32. (e) *Pag.* 74. (f) *Pag.* 98. (g) *In Julio II. pag.* 250.
(h) *Elog. Doctor. Viror. pag.* 91. & 92., *edit. Basil.* 1577.
(i) *Dialog. I. col.* 541. *tom. II. edit. Lug. Bat.* 1696. (k) Nobiltà —— di Como *pag.* 67.
(l) *Vide annotata lib. IX. pag.* 60. & *seq.* (m) *Pag.* 89.

Quid juvat innumeris repleri [1] *scrinia libris*
Unus pro cunctis Plinius esse potest.

Santandreani laboribus objecta huc usque sufficiant; eumque suâ laude non fraudabimus, cum multa, quae in aliis impressionibus desiderantur, noviter collecta, & opportunis locis dispofita vulgaverit.

Editio Lugdunensis V. Anni CIↃIↃLXXXVII.
folio maximo.

Dum in Batavorum Lugdunensi oppido Plinius cudebatur: Jacobus Dalecampius [2] Cadomensis medicas illi manus in Gallicâ Lugdunensi civitate adhibebat, cum magnam jamdiu sibi famam in arte suâ faciendâ comparasset. Post longam expectationem prodiit tandem immani titulo, & illius auspiciis & ductu anno CIↃIↃLXXXVII. Opus Carolo Emanueli Allobrogum Subalpinorumque Principi dicavit; ac jure meritoque luculenta editio a Germano Latinae bibliothecae auctore appellatur. Hujus interpretis Plinius omnium castigatissimus dicitur a Palermo [3], quae licèt non ad omne veritatis confinium pertineant: nihilotamenminus illâ aetate Dalecampii labores in precio fuisse ostendunt. Antonius Possevinus vigilias per decennium toleratas, & hanc editionem laudat (*a*); dum auctori caeteroquin irascitur, quòd Plinii sententiam de Mundi aeternitate cassam non ostenderit [4].

Adnotavimus Casaubono, & Scaligero Lugdunensem Plinium displicuisse: ab Harduino pessundari, quamvis suum verè encomium promereatur, cum bona quamplura, malis licèt permixta, doctus Medicus evulgaverit. Quare Dalecampio Barbarum, & Pintianum antepono, cum illum accumine, atque observationibus; & quod potissimum est, temporis antiquitate vincant. Hi tamen rerum discretione, ordine, assiduisque vigiliis a Dalecampio superantur. Barbarus Plinianas castigationes (ad Venetum exemplar anni CIↃCCCCLXXII.) separatim edidit. Pintianus ad Basileense anni CIↃIↃXXXIX. animadversiones suas direxit; unde auctoris dictionem minus fortasse juvarunt, quia a Cadomensis [5] Medici instituto longè absuerunt. Hic verò annotationes suas Pli-

ANNOTATIONES.

(1) *Repleri*. Bononius edidit, ut videre est in impressione Tarvisinâ ann. 1479.
Quid juvat innumeris onerari scrinia libris?
Solus pro cunctis Plinius esse potest.

(2) *Dalecampius*. Ipse se quandoque *Delcampium* vocavit. A Josepho Scaligero, Harduino, aliisque *Dalecampius*; quam nos methodum sequimur adoptatâ *Campi* etymologiâ. Caeterum & *Dalechampius* invenitur, & speciatim in nuncupationis calce ad Carolum Emanuelem, atque in ipso interpretis sepulcrali elogio, quâ de re fusiùs in majoribus Plinii interpretibus agemus. Obiter hoc loco castigandus erit Hallevordius, qui & in Dalecampii nomine parum accuratus, illiusque praenomen in *Jhoannem* commutavit (*b*), itemque notandus Antonius a Leone, apud quem patrio eloquio *Jacobo Dalecampi* (*c*).

(3) *A Palermo*. Hunc Palermus Dalecampum, & Dalecampium Medicum *Cadumensem* (*d*) appellat; nullamque Lugdunensis editionis habuit notionem, quae tamen unica Cadomensis Medici auspiciis prodiit. Francofurdiensis a Palermo memorata anni 1599. annotationibus Dalecampii, non illius auspiciis in lucem venit; cum Scholiastes anno 1588. vitam cum morte commutaverit

(4) *Ostenderit*. Emendandus & ipse venit Possevinus cum errore calami hunc Plinium ex officinâ Guilielmi Rovillii anno 1587. apparuisse affirmavit (*e*).

(5) *Cadomensis medici*. Dalecampium superiorum vicisse diligentiam testatur Schottus (*f*) a quo minùs rectè dicitur Medicus Lugdunensis.

(a) *Biblioth. Select. tom. II. lib. XII. cap. 42. pag. 98.* (b) *Pag. 163.* (c) *Pag. 58. & 75.*
(d) *Pag. 342.* (e) *Lib. XIV. cap. XII. pag. 186.*
(f) *Vide indicem Auctorum in Plinio.*

Plinii foliis subjiciens, variasque in margine lectiones summâ fide adferens omnia unico conspectu lectoribus exhibuit; ubi innumera quoque a Santandreano omissa, ex Pintiani observationibus, suo loco digesta invenies. Fateor & ipsum aliqua in superioribus relata editionibus desumere; sed quanta ex Chiffletii pennâ exarato codice, aliisque exemplaribus membranaceis omnium primus congessit? Interim Dalecampii laudibus, jurgiisque parcendum existimo, cum omnia suo loco retractentur.

Lugdunense exemplar, facilè inventu servat Ambrosiana bibliotheca, Collegii Romani, Barberina (1), Regia Mantuae Carpetanorum, Escorialensis (2), aliaeque innumerae (3). Enorme hujusmodi titulum praesefert:

C. Plinii Secundi Historiae Mundi libri XXXVII. opus omni quidem commendatione majus, sed nullis ad hunc diem editionibus nulla cujusquam singulari vel opera, vel industria à mendis, quae aut temporum iniquitate, aut superiorum aetatum negligentia, inter Latinos primae notae scriptorem hactenus occuparunt, satis unquam purgatum:

Nunc vero quanta potuit expectari fide, cura, diligentia, ex vetustissimorum excusorum, & complurium codicum manuscriptorum attentissima collatione, & auctoritate, sic detersum ac emaculatum, ut ad pristinam ejus integritatem & splendorem attulisse nostra haec editio post alias omnes adjumenta fanè maxima judicari merito possit.

Accessere ad varias lectiones, quas multiplices in marginum spaciis tibi religiosissimè indicamus, & repraesentamus, castigationes & adnotationes eruditissimae, quibus Plinii loca cum Graecis, & Latinis scriptoribus, illis praesertim, unde pleraque omnia sua ille sumsit, summa cum utilitate conferuntur.

Vnà cum indice totius operis copiosissimo, additamentis rursus non poenitendis aucto, locisque propemodum innumeris, quae cum auctoris sensu non bene congruebant accuratissimè correcto, & restituto.

Omnia quidem multorum antehac doctorum hominum, novissimè verò laboriosis observationibus conquisita, & solerti judicio pensitata Jacobi Dalecampii (4), *Medici, Cadomensis Lugduni apud Barthbolomaeum Honoratum* —— *M.D.LXXXVII.*

Genevensis II. anni CIↃIↃXCIII. tribus voluminibus, folioque octonas minimas in partes complicato.

Anno CIↃIↃXCIII. Plinium Genevae prodiisse affirmat Fabricius; idque non aliâ ratione constat, nisi quia Jacobi Stoërii typis (quem scimus Genevae typographicam artem exercuisse (5)) apparuit. Neque enim a Bibliopolâ oppidi no-

ANNOTATIONES.

(1) *Barberina*. In hujus indice minùs rectè apponitur *cum Jacobi Dalecampii, & Gelenii annotationibus* (*a*). Neque enim secundae primis junguntur.

(2) *Escorialensis*. Oculis pariter lapsus est, qui Escorialensis bibliothecae syllabum conflavit, cum inibi Plinius Dalecampii ad annum 1578. apponatur. Et erroris affinitate iterum castigabimus Antonium Vallisnerium, qui duplici loco hanc Dalecampii editionem decennio praeoccupans, anno 1577. alligavit (*b*).

(3) *Innumerae*. Vide syllabum Bibliothec. Bigotianae, Colbertinae, Estreae, Dantyae.

(4) *Dalecampii*. Titulus (ne saepius recudatur) conveniens magnâ ex parte editionibus ex Lugdunensi traducibus, retractabitur ad annum 1615.

(5) *Exercuisse*. Consule Plinii Caecilii epistolas, cum Casauboni notis. *Coloniae Allobrogum ex Typographia Jacobi Stoer* M DCXX.

[a] *Indic. tom. 2. col. 1. pag. 333.*
[b] *Tom. I. pag. 400.*

nomen inſcribitur, ut conſtat ab exemplari, quod Romae in Vallicellianâ bibliothecâ inſpexi [1]. Legimus in titulo:

C. Plinii Hiſtoriae Mundi libri XXXVII. a Sigiſmundo Gelenio ſumma fide caſtigati, vetrerumque excuſorum, tum manuſcriptorum codicum attentiſſima collatione reſtituti, acceſſere ad marginem variae lectiones ex Pintiani, Turnebi, Lipſi, aliorumque doctiſſimorum, qui pagina quarta indicantur, ſcriptis fideliter excerptae. Opus tributum in tomos tres cum indice rerum omnium copioſiſſimo.

Tomus Primus.

Adjecit Plinii imaginem, quam ambiunt illius appellationes C. PLINIVS SECVNDVS, invitâ adeò Minervâ expreſſam, ut potiùs dolentis Heracliti, quàm Naturalis hiſtoriae auctoris vultum reddiderit [2]. In paginae calce typographi nomen apparet, nempe

Apud Jacobum Stoer [3].

Folio ſecundo inſcriptionem Plinianam appoſuit:

Summatim haec inſunt libris ſingulis.

addiditque: *Praefatio operis ad Titum Veſpaſianum Caeſarem. Item auctorum nomina &c.*

Eleganti ſubinde prooemio typographus lectorem alloquitur, cujus initium eſt hujuſmodi:

C. Plinium Secundum lector benevole pluribus commendare redundantis operae eſſet. Id dudum, ac nuper cum laude multi fecere. Et vere vir aevo noſtro eximius de ejus libris pronunciavit, pandectas eſſe &c.

Praefationem librarii ſubſequuntur auctorum nomina, quorum vigiliis in Naturali hiſtoriâ adornandâ ſe uſum teſtatur, nempe Budaeus, Carrion, Chiffletius, Columella, Cujacius, Dioſcorides, Geſnerus, Goropius, Hermolaus [4], Joſ. Scaliger, Lipſius, Manuſcriptum, Maſſarius, Pintianus, Polydorus Virgilius, Rhodiginus, Rondeletius, Solinus, Theophraſtus, Toletanum exemplar, Turnebus, Vetus codex. Horum tamen nomina literarum ordine indicata, ad pompam magis, quàm verè allata facilè intelliges; pleraque a Santandreani impreſſione, alia a Dalecampio mutuavit. Quis enim non animadvertit Columellam Plinio antiquiorem nihil ad hujus hiſtoriam addere potuiſſe? Hunc igitur, & Dioſcoridem Plinio collatos, ubi Pintiano tribuiſſet, rem benè geſtam utique laudarem: verùm non hoc loco erant recenſendi. Sed quodnam manuſcriptum, & vetus codex: inanes tituli ex Dalecampii editione deſumpti? cujus nomen neſcio quânam aliâ de cauſsâ ſilentii tenebris involvatur, niſi ut Caſaubono, & Scaligero facilis accederet typographus; atque poſt Cadomenſis Medici labores iterum vetuſtioribus adhaereret editionibus. Vulgavit enim Stoërius

Jo.

ANNOTATIONES.

(1) *Inſpexi*. Malè in Draudii bibliothecâ Stoërii nomen omittitur.
(2) *Reddiderit*. Conſule harum diſquiſit. tom. I. pag. 190.
(3) *Stoer*. Legimus in Draudii bibliothecâ (*a*) hujus editionis titulum haud ſatis fideliter expreſſum, ubi inter reliqua: *opus tributum in tomo* (reſtitue *tomos*.) 3. *Genevae* 1592. *in* 16. Annum igitur Stoërianae impreſſionis praeoccupat. Extabat in Salmonianâ laudatae impreſſionis exemplar cum variis lectionibus Taracli Genevae 1593. (*b*).
(4) *Hermolaus*. Nempe Hermolaus Barbarus.

[a] *Pag.* 1198. [b] *Pag.* 540.

Jo. Nicolai Victorii praefationem, de quâ jam satis in Lugdunensi editione anni CIↃIↃLXIII. atque alibi; addidit M. Antonii Casanovae epigramma, & reliqua a Santandreano vulgata.

Primo volumini Gelenii emendationes a praefatione usque ad XI. libri exitum accomodantur: reliquae tomo secundo, & tertio; ad quorum calcem legibus: *Apud Jacobum Stoer M.DXCIII.*

Editio II. Lugduni Batavorum Anni CIↃIↃXCIII.
folio maximo.

Ipsissimo anno CIↃIↃXCIII. Hieronymi Commelini [1] typis, & Lugduni Batavorum (ut arguitur) prodierunt:

C. Plinii Secundi Historiae Mundi libri XXXVII. a Sigismundo Gelenio jam olim castigati, annotationibusque illustrati: additis insuper ad marginem doctissimorum nostri aevi virorum notis, quibus jam recens accedunt Fredenandi [2] *Pintiani, utriusque linguae in Academiâ Salmanticensi Professoris observationes in omnes Plinii libros hactenus desideratae. Beati Rhenani Selestadiensis in aliquot ejusdem Plinii libros annotationes. adjunctus index duplex copiosissimus, ut tabula indicans, quid Plinius ex Aristotile, & Theophrasto transtulerit.*

In primâ libri fronte nullum impressionis, locique indicium apparet [3], idque non laudo: Tabulam verò multis dignam encomiis fateor, cum magno labore loca Aristotelis, & Theophrasti cum Plinio conferantur; quibus vigiliis Pintiani observationes maximè profuerunt. Tabulam consequitur Jani Gruteri carmen in Pintiani observationum laudem, quod alibi exscribemus. Huic jungitur Jo. Nicolai Victorii praefatio jam lectori nota; subinde geminae Plinii Caecilii epistolae, M. Antonii Casanovae epigramma & Bononii distichon in Plinii laudem. Ad Naturalis historiae exitum nullum subditur verbum, unde constet editionem e Commelini typis prodiisse. Deinde adduntur Gelenii annotationes ad Damianum Goesium, postea Pintiani observationes, ad quarum coronidem legimus: *Ex Typographejo Hieronymi Commelini CIↃIↃXCIII.*

Rhenani observationes, & ejusdem ad Philippum Puchaimerum epistola subjicitur. Enorme volumen demum absolvitur ex indice Petri Santandreani; neque erubuit Commelinus suae impressioni, alterius indicem accomodare; neque priscum nomen supposito novo folio tollere curavit; siquidem legitur:

Lugduni apud Petrum Santandreanum M.D.LXXXVII.

Quare cum numeris Santandreanae conveniat editioni: opus ad superioris impressionis restantia volumina vendenda peractum suspicamur. Pintiani verò la-

ANNOTATIONES.

(1) *Commelini*. Qui paucis Comelinus, & fortasse rectiùs; communi tamen, & ipsius typographi auctoritate *Commelinus* invaluit.

(2) *Fredenandi*. Hâc ratione institicum praenomen reddebat Pintianus, cujus methodum juvenis secutus sum (*a*). Verùm postea communiori scripturae accessi, quamvis a Pintiano adoptatam non rejiciam, utpote a Primo hujus nominis Rege eruditè deductam (*b*).

(3) *Apparet*. In multis exemplaribus adnotavi scriptum manu *Commelini* 1593. idque credunt aliqui ab ipsiusmet typographi calamo profluisse. Occurrit in exemplari Barberinae bibliothecae; desiderantur tamen in spectante ad verus Jesuitarum Collegium Neapolitanum; unde verba calamo excepta ad alium quemcumque, non ad scribentem typographum pertineant, necesse est.

(a) *De suppositititiis Militar. stipendiis B. Odescalchi fol. XL. & alibi*,

(b) *Vide Ambros. Morales.* Cronica d' España *lib. X. fol.* 363.

bores, itemque Rhenani cum eodem anno CIↃIↃXCIII. publici juris fecisset Commelinus: quos sejunctos vulgabat, hoc loco Naturali historiae subjecit. Conveniunt enim forma & versus [1]. Commeliana exemplaria passim inveniuntur; vidique Mediolani in Eustorgianâ bibliothecâ, Neapoli in Jesus Veteris Collegio &c.

Editio Francofurdiensis II. Anni CIↃIↃXCIX. folio maximo.

Anno hujus seculi ultimo Dalecampii auspiciis Naturalem historiam Francofurdii editam Palermus affirmavit (*a*), ibique hunc Plinium nitidissimum & ab omni labe purgatissimum testatur prodiisse (*b*). Rectiùs Dalecampii observationibus auctum dixisset. Vndecimus enim ab illius morte agebatur annus, cum Naturalis historia ex docti Medici castigationibus iterum apparuit.

Aliquâ tamen dignus excusatione videtur Palermus, cum titulum ipsissimum praeseferat Feyerabenius, quod Lugdunensibus exemplaribus apposuerat Dalecampius, nempe:

C. Plinii Secundi Historiae Mundi libri XXXVII. opus omni quidem commendatione majus, & reliqua usque ad verba *omnia quidem multorum antehac doctorum hominum, novissimè verò laboriosis observationibus conquisita, & solerti judicio pensitata* JACOBI DALECAMPII, *medici, Cadomensis.*

Legimus post haec:

Accessere denique adnotationes viri cujusdam nobilis minimi contemnendae, qui opus etiam totum diligentia magna & recognovit, & castigavit MDXCIX ------- Francofurti ad Moen. impensis Joban. Feyerabendt.

Annotationum auctorem Johannem Matthiam Wackerum fuisse conjicit Reinesius (*c*): fortasse ad Janum Gruterum spectare suspicatur Fabricius (*d*). Haec ipsius Dalecampii animadversiones respiciunt, & incerti scriptoris tradit Harduinus. Hâc impressione usus est Tillemontius in Imperatorum historiâ; ejusque pariter testimonium protulit illustris Marchio Polenus (*e*). Maximo, sive Imperatorio, ut ajunt, folio spectandam servat Passionaea bibliotheca; itemque Claravallensis Cisterciensis familiae, IV. a Mediolano lapide: memoratur ab Antonio a Leone, aliisque.

ANNOTATIONES.

(1) *Versus*..Si haec omnia diligentiùs perpendisset Ladvocatus, non adeò magnifica de Commelianis editionibus fortasse praedicabat (*f*).

(a) *Lib. III. pag.* 175. (b) *Lib. I. pag.* 58. (c) *In epistol. ad Hofman.*
(d) *Bib. Latin.* (e) *In epist. ad Bandin. fol. IV.* (f) *Tom. I. pag.* 274. *edition. ann.* 1755.

SE-

SECTIO . TERTIA

DE . PLINIANIS . EDITIONIBVS . DECIMO SEPTIMO, ET DECIMO OCTAVO . SECVLO . EXARATIS

Editio Genevensis III. Anni CIƆIƆCI. tribus voluminibus, folioque octo minimas in partes complicato.

QVamvis melior elapsi seculi pars Gelenii annotationibus data esset: illo tamen ad finem vergente locum sibi vindicaverant Dalecampii commentaria, eisque tanquam in subsidium addebantur Gelenii vigiliae. Stoërius novissimè inductis adhuc insensus, ut primae editionis suae valorem elevaret, alteram omnino similem hoc anno recudit [1]; titulumque apposuit:

C. Plinii historiae Mundi libri XXXVII. a Sigismundo Gelenio summa fide castigati, veterumque tum excusorum, tum manuscriptorum codicum attentissima collatione restituti. Accessere ad marginem variae lectiones ex Pintiani, Turnebi, Lipsii, aliorumque ---- scriptis fideliter excerptae ---- editio altera apud Jacobum Stoer MDCI.

Hujus impressionis mentionem eo libentiùs ingerimus, quia a Polycarpo Palermo, Harduino, & Fabricio minimè recensetur. Volutatum a Nobis exemplar spectat Raphaeli Raymundo Comensi Patricio, & Cathedralis Canonico, qui veteris Raphaelis gentilis sui ingenio suppar: illum liberalitate, latinae linguae, & poëseos cultu superavit.

Editio Lugdunensis VI. Anni CIƆIƆCVI. itemque Aureliae Allobrogum folio maximo.

Anno duodeviginti post Dalecampii obitum, Naturalem historiam ab illo emendatam novâ luce donarunt Lugdunenses, quo in exemplari aliqua defuncti laboribus addita innuuntur:

C. Plinii Secundi Historiae Mundi libri XXXVII. opus omni quidem commendatione majus, sed nullis adbuc ad hunc diem editionibus genuino nitori redditum affirmant; adduntque: *nunc denuo quanta praestari potuit fide, diligentia ---- idque post ultimam defuncti doctissimi D. Jacobi Dalecampii praestantissimi medici manum ita foeliciter repurgatum variis quoque lectionibus, castigationibus, & adnotationibus eruditissimis ornatum, ut nihil posthac huic operi desiderari posse videatur. Lugduni sumptibus Caldorianae Societatis M. DC. VI.*

Hujusmodi titulus a primâ Dalecampii editione desumptus, ac tempori accomodatus, multa promittit, quae non praestitit; nihil igitur apparet, unde Caldorianam impressionem Honorati, & Feyerabenii praeferam laboribus. Arguendi etiam videntur typographi, quòd Gelenii annotationes inter primum & secundum Naturalis historiae librum ineptè collocaverint: Plinio index adjici-

ANNOTATIONES.

(1) *Recudit*. Vide, quae ad annum 1593. adnotavimus, atque iterum retractanda veniunt anno *1616*.

jicitur per id temporis Aureliae Allobrogum memoratae ſocietatis ſumptibus cuſus; unde conſtat ipſiſſimam hanc eſſe impreſſionem cum Lugdunenſi: immutarunt ſiquidem oppidi nomen typographi hocce titulo:

C. Plinii Secundi Hiſtoriae Mundi libri XXXVII. opus omni quidem commendatione majus ----- Aureliae Allobrogum ſumptibus Caldorianae Societatis MDCVI.

Lugdunenſe exemplar extat Comi in Theatinorum, & Mediolani in Everardi Marchionis Vicecomitis bibliothecis; Allobrogicum in S. Lazari Collegio prope Placentiam.

Editio Francofurdienſis III. Anni CIƆIƆCVIII. duobus voluminibus, folioque octo in partes complicato.

Caldorianae ſocietatis Plinium poſtremus Francofurdienſis ſubſequitur, quem Claudius Marnius, & Johannis Aubrii haeredes vulgarunt anno CIƆIƆCVIII. Quid novi praeſtiterint typographi ex titulo conſtabit, qui eſt hujuſmodi:

C. Plinii Secundi Hiſtoriae Mundi libri XXXVII. cum caſtigationibus, & adnotationibus doctiſs. & variis praeterea lectionibus ex mſs. compluribus ad oram paginarum accurate indicatis. Ex noviſſima & laborioſiſſima editione Jacobi Dalechampii (1) *medici, Cadomenſis cum indice duplici, utroque laborioſiſſimo.*

Accedunt jam primum Pauli Cigalini Comenſis praelectiones eruditiſs. una de vera patriae (2) *Noſtri Plinii: altera de fide & auctoritate ipſius.*

Francofurti apud Claudium Marnium [3], *& haeredes Joan. Aubrii M. DC. VIII.*

Haec ſubſequitur typographorum ad candidum lectorem epiſtola; ex quâ nonnulla delibabimus, cum tractatis a nobis quaeſtionibus inſerviant. In hanc ſpeciem exordiuntur:

Plinium nunc ex officina noſtra damus, lector candide, auctorem qui multorum inſtar ſit, & uno hoc tantum multiplice ac Πολυβίβλῳ *libro ſolus alicujus Bibliothecae nomine cenſeri poſſit non immerito, adeo ut recte quidam hodie, quod ajunt, & heri etiam cecinerint, unum hunc pro cunctis eſſe poſſe, & itaque comparcere aliquem poſſe labori conquirendi, & innumeros libros coäcervandi* [4] *---. Elegans eſt tamen judicium, quod protulit ille ocellus nuper* [5] *aevi noſtri J. Lipſius, libetque quoniam ita incidit, hîc adſcribere:* „ Plinii libros, *ait*, qui Pandectas appellarit, me judice, haud erraverit. „ Omnia ille vir legit, vidit, ſcivit: & in unum volumen Graeciam & Latium „ concluſit „ *& patrum aevo Cornelius Aurelius Goudanus magni Eraſmi quondam praeceptor, inſigniter*; Is praeterea Plinius eſt, quem qui non legit, cenſetur „ indoctus: qui lectum faſtidit, indoctior, cui denique non ſapit, indoctiſſi- „ mus. Nec omnino in tanta litterarum jactura naufragamur, quamdiu nobis „ ſu-

ANNOTATIONES.

(1) *Dalechampii*. (Sic.)
(2) *Patriae*. Ita errore typographico: lege *patria*.
(3) *Marnium*. Meminit hujus editionis Morhoſius (*a*). A Draudio (*b*), & Theophilo Georgio (*c*) Wecheliis tribuitur minùs rectè.
(4) *Coäcervandi*. Alludit ad notum diſtichon Bononii, quod vide pag. 295.
(5) *Nuper*. Paullò ante ſupremum diem obierat Juſtus Lipſius, nempe X. Kal. Aprilis anno ſexto ſupra milleſimum & ſexcenteſimum.

[a] *Tom. I. Polyhiſtor. pag.* 890. [b] *Pag.* 1198. [c] *Tom. II. pag.* 226.

„ superstes est Plinius „ ----- ----- ----- *Adjecimus dissertationes duas eruditiss. hactenus in Germania non visas, non diu etiam in Italia. Recitavit eas vir doctus juxta & disertus Paulus Cigalinus patricius Comensis in gymnasio Ticinensi. Eas non minus tibi, quisquis es, gratas fore speramus ob rerum, quae illis continentur eruditam varietatem, quam tibi, Plinii amator, gratissimas: ita summi auctoris nomen, patriam, fidem, & auctoritatem contra lancinantes & calumniantes quosdam facunde & graviter defensa videbis ----- Quomodo alias impressor ille dissertationes Plinianas acceperit* [1], *multis exponere non lubet. Paucis, quot paginae in illis fuere, tot crassi errores* [2], *quales ὑπὸ τῶν τύπων nasci solent facile, sublati ----- Quod si tamen quaedam mendae remanserint, ut non dubitamus, Clariss. Cigalinum nobis facilè ignoturum* [3] *ideo speramus, qui in alieno opere ingeniosi esse noluimus.*

Post haec Marnius compendia dictionum exposuit, ubi nonnulla curiosi adnotabunt, quae adhuc obscuris premuntur tenebris [4], & bonâ fide ex Dalecampii apographis petita sunt, ubi aliqua minùs rectè ingesta [5] indolemus. Adnectitur Dalecampii (omissâ ad Carolum Emanuelem nuncupatione) ad lectorem praeloquium; neque alia de Naturalis historiae scriptore adduntur testimonia, praeter geminas Plinii Caecilii epistolas; inde

C. Plinii Secundi Naturalis historiae liber I.

Praefatio [6].

C. Plinius Secundus [7] *Vespasiano Suo S.*

Primus Tomus libro XVI. concluditur: secundus reliqua volumina comprehendit, post quae occurrunt Cigalini lectiones; iisque adjectam invenies ex Lipsii Electorum libris Plinii defensionem, quia Africam Vrsos non gignere affirmavit; ejusdem Pinciano [8] tributum elogium, & triplices in Plinio restitutiones [9]. Omnia claudit index ad superiorum normam compactus [10]. Hujus

ANNOTATIONES.

(1) *Acceperit*. Paullus Franciscus Cigalinus ex auctoris fratre genitus, patrui dissertationes Hieronymo Frovae concesserat.

(2) *Errores*. Malè proculdubio habitae fuerunt Cigalini dissertationes a Comensi typographo, qui illas publicae lucis fecit anno 1605. (a) Has attingens Draudius titulum invertit, & *Coins* (lege *Comi*) editas anno 1604. perperam affirmat (b).

(3) *Ignoturum*. Neque irasci, neque ignoscere poterat Cigalinus, qui mortuis annumerabatur anno 1598.

(4) *Tenebris*. Monet, exempli causâ, Foxense exemplar in Tolosani Gymnasii bibliothecâ asservatum. Neque nominis originem aperit. Vtrum in Tolosanâ Academiâ extet, prorsus ignoro, cum nihil hâc de re apud Montfauconium, & Harduinum invenerim.

(5) *Ingesta*. Legitur: *Index Alphabeticus in Plinium*, vel *primus Plinianae historiae liber* ---- *Vetus Longolii* ---- *Vetus Mediolanense &c.* Vox barbara *Alphabeticus*, Plinio minimè jungenda venit. Consule, quae diximus de *Alphabeto* in calce libri IX. *Vetus Longolii* exemplar conjicimus nihil aliud esse, quàm illius annotationes ad primas Naturalis historiae Parisienses editiones. *Vetus Mediolanense*. Nusquam Mediolani impressos senioris Plinii labores compertum habeo; Quare poterant similia obelo confodere Typographi, quamvis a Dalecampio vulgata.

(6) *Praefatio*. Id verbi certè redundat.

(7) *Secundus*. In variis lectionibus adjicitur *D. Tito Vespas.* Nota D. *Divum* significans, ineptè ingeritur; uti etiam *ad Divum Vespasianum* a Dalecampio receptum (c). Neque enim Titus Caj (qui Tiberio successit, & divinam sibi majestatem vindicabat) insaniâ laboravit.

(8) *Pinciano*. Sive Pintiano, quod idem. De iis in sequente libro agemus.

(9) *Restitutiones*. Ad verba *Genito mano catulo res divina fit* (d): legit: *Genitae Manae catulo &c*, quam optimam restitutionem Harduinus Manuscriptorum, & Plutarchi auctoritate firmans (e), Lipsii obliviscitur, qui Graeci scriptoris auctoritatem primus in verae lectionis testimonium adduxit.

Item communem scripturam: *ut liberet amplecti vitia & liceret peccare & dignatione huic alicui veterum* (f): emendat Lipsius: *ut liberet amplecti vitia & liceret. Petiare & dignationem hinc aliqui veterum*. Lipsio hoc loco accessit Harduinus (g); neque illius nomen dissimulare poterat, cum Lipsium ob acutam, & prudentem restitutionem laudasset Gronovius (h). Caeterum editio Princeps omnium mihi rectiùs videtur reddidisse: *ut liberet amplecti* vi-

(a) *Vid. hor. Disquisit. tom. I. lib. I. pag. 22. & 23.* (b) *Biblioth. Classic. pag. 1226.*
(c) *Consule David Durand., & annotata a nobis lib. VIII. pag. 242.*
(d) *Lib. XXIX. 4.* (e) *Emendat. XVIII. pag. 519. ad Plin. lib. XXIX.*
(f) *Lib. XXXIII. 11.* (g) *Pag. 631. num. 14.* (h) *Vid. edit. Hack. tom. III. pag. 821.*

jus editionis exemplar Romae servat Barberina bibliotheca, & Parmae Sancti Johannis Evangelistae. Sua debetur typographis laus ob diligentiam: non itidem ob chartam, quae satis lutulenta. Hanc impressionem a Dalecampianâ ad annum elapsi seculi ultimum recensitâ desumpsit Marnius, addens a Cigalino recitatas in Ticinensi gymnasio praelectiones. Vtrasque, civibus meis curantibus, utpote eorum caussae propitias in Marnianâ impressione apparuisse somniavit Palermus (*a*). Sed nihil minùs Comensibus quàm hujusmodi editio curae fuit; illamque unicè Marnius, sociique, majori novâque dignitate ornatam, additis Cigalini orationibus adauxerunt. Si Cigalini praelectiones hactenus in Germaniâ non visas, nec diu etiam in Italiâ testatur typographus; cur Palermus Comenses insectatur, tanquam „ sua figmenta non solum per totam Italiam (diversis libellis infra sex annos proximos subinde editis) latè, brevique tempore circumtulisse, verùm etiam Germaniam, & alias Transalpinas „ provincias continuo literarum omnium proventu, & ingeniorum feracissimas eisdem ceu labe quadam, vel potius fascino contaminare voluisse, excusâ praesertim illis curantibus nuperrime Francofurti unà cum Plinii nostri „ libris de Naturali historia quadam Pauli Cigalini medici Comensis oratione. „ Nugae nugarum sunt hujusmodi, de quibus jam satis, cum eas in operis exordio confoderim (*b*); utque ad Marnianam editionem revertar: illam, utpote ab alterâ Francofurdiensi anni CIↃIↃXCIX. deductam laudare Palermus necessariò debet, cum priorem castigatissimam affirmaverit (*c*). Vtramque, & hanc praesertim damnarunt Hackii.

Editio Genevensis IV. Anni CIↃIↃCXV. justo folio.

Anno CIↃIↃCXV. memorant Coloniensem Plinii editionem Fabricius, & Funcius Dalecampanianae. Lugdunensis apud Honoratum traducem: rectiùs Genevensem dixissent; atque a Caldorianae societatis exemplaribus desumptam. Titulum de more praesefert magnificum:

C. Plinii Secundi Historiae Mundi libri XXXVII. opus omni quidem commendatione majus, sed nullis ad hunc diem editionibus —— satis unquam emaculatum [2] ---- *nunc denuo quanta praestari potuit fide* ---- *idque post ultimam defuncti doctissimi D. Jacobi Dalecampii praestantissimi medici manum* [3] *ita foeliciter repurgatum.*

Va-

ANNOTATIONES.

vitia, & liceret petere ex dignatione. Hinc aliqui veterum, ut C. Marius &c. Dum tantam lucem ob oculos habaret Durandus, Lipsio placuit subscribere, ut tamen cum Gronovio statueret spretum a Mario superbiae morem, ac post Cimbricam victoriam in fictilibus cantharis, Bacchi exemplo, bibere perseverasse (*d*). Ego id superbiae verto, habeoqua locupletem testem Valerium Maximum, qui C. Marii *penè insolens factum* dicit; neque antea, *Sed post Jugurthinum, Cimbricum, & Teutonicum triumphum canthero semper potasse* ut Liberi Patris *victoriae* —— *suas victorias compararet. Petere* etiam habent codices a Vossio allati, & Regius II. teste Harduino.

Tertio loco Lipsius verba ejusdem trigesimi tertii voluminis (*e*) *alia per sese mero auro decorant*: emendat *alii per se mero auro decolorant*. Quâ in lectione neminem sectatorem habuit; sed neminem pariter ex Plinii interpretibus, qui aliqua contra illum reposuerit. Certè Lipsii conjectura minimè exsibilanda, & ubi alicujus pennâ exarati codicis auxilio firmaretur, Plinii dictis satis congrueret.

(10) *Compactus*. Omnia claudit Wecheliorum aposphragisma, cum quorum officinâ in Aubrios, & Marnium pervenerat; unde hâc fortassis de causâ Draudius editionem Wechaliis adscripsit. Rectè Marnio tribuitur a Fabricio, Mangero &c.

(1) *Hackii*. Vide paullò infra Hackiorum praefationem ad annum 1669.

(2) *Emaculatum*. In titulo, quem Dalecampius Galliarum Regi misit, legitur: *purgatum*. *Nunc denuo quanta potuit expectari fide &c.*: alia etiam parum diversa occurrunt.

(3) *Manum*. Haec editioni suae accomodans Crispinus multa addidisse gloriatur eâdem ratione, qua superiores ty-

po-

(a) *Praefat.* (b) *Lib. I. pag. 25.* (c) *Lib. III. 175.*
(d) *Ad Plin. lib. XXXIII. pag. 237.* (e) *Lib. III. 6.*

Variis quoque Sigifm. Gelenii, Fredenandi Pintiani, & aliorum lectionibus, caftigationibus, & annotationibus eruditiffimis ornatum, ut nihil pofthac huic operi defiderari poffe videatur.

Acceffere itidem indices utiles & neceffarii.

Coloniae Allobrogum [1] *fumptibus Samuelis Crifpini CIƆ.IƆC.XV.*

Crifpinus Dalecampii praeloquium Sereniffimo Carolo Emanueli infcriptum; illiufque etiam ad lectores praefationem in operis fronte collocavit. Hinc lectorem alloquitur de immenfis aerumnis in laboriofiffimo opere concinnando toleratis; atque auctorum per compendium allatorum fyllabum adjecit, & latiùs explicavit; parumque adeò cautus notâ in re apparet, ut explanationem hifce verbis abfolvat: *occurrunt fubinde & annotationibus eadem aut fimilia dictionum compendia, quae bis praefertim femel obfervatis non difficile erit reddere. Vale prid. Kal. Jul. quo die hoc opus ad finem perductum excudi defiit CIƆIƆCVI.*

Ex ipfius igitur met ore conftat Caldorianum exemplar nullâ adhibitâ novâ curâ exfcripfiffe, cum opus fuum invulgans anno CIƆ.IƆC.XV. illud ad finem perductum afferat anno CIƆIƆCVI. Rodulphi Caefaris Latinum, & Galliarum Regis patriâ linguâ confcriptum privilegium Bartholomaeo Honorato conceffum (utrumque poft tanti temporis fpatium inutile) adjecit; nullaque alia de Plinio appofuit teftimonia praeter geminas adoptivi filii epiftolas. In operis titulo convenit caeteris Dalecampii, ac poft primum Plinii librum inoculantur Gelenii annotationes, quas extra chorum pofitas in Caldorianâ editione monuimus. Poft Plinianum indicem occurrunt Pintiani obfervationes, & Rhenani annotationes, de quibus alibi. Hujus impreffionis exemplaria vidi Neapoli in bibliothecâ Clericorum Regularium, & Parmae apud optimum fenem & mathematicis ftudiis celebratiffimum virum Jofeph Bolfium Marchefium [2]. Memoratur in Duboifianâ, atque Dantyâ [3], ubi typographi nomen emendandum.

Editio Genevenfis V. Anni CIƆIƆCXVI. folio octonas minimas in partes compacto.

Aemulatione quâdam improbandâ in Crifpini labores infurgens Stoërius, hoc anno Naturalem hiftoriam, fuperioris ad annum CIƆIƆCI. memoratae omnino fimilem, vulgavit; cuique titulum fecit:

C. Plinii Secundi Hiftoriae Mundi libri XXXVII. a Sigifmundo Gelenio fumma fide caftigati ----- Opus tributum in tomos tres -------- Editio poftrema Typis Jacobi Stoer MDCXVI.

ANNOTATIONES.

pographi. Verùm nullo manufcripto codice ufus Dalecampii laboribus unicè addidit Gelenii, Pintiani, ac Rhenani annotationes, ut in operis noftri corpore indicamus.

(1) *Coloniae Allobrogum*. Nempe Genevae; quòd oppidum Coloniam Allobrogicam Crifpino, aliifque placuit dicere, nullo tamen antiquorum fuffragante teftimonio.

(2) *Marchefium*. Mirandum in Marchefii exemplo occurrit, quòd indoctus cenfor Jacobi Dalecampii nomina injurio perfudit atramento; eo quia illum a Catholicâ perfuafione alienum falfiffimâ judicavit conjecturâ. Dalecampius optimis, chriftianifque moribus inftructus, Lugduni tumulum in Aede alumnorum Divi Dominici, elogiumque aeneae tabulae demandatum promeruit, ut fuo loco conftabit.

(3) *Dantyâ*. Perperam in hâc legitur: *Coloniae Allobrogum apud Chovet* 1615.

Vt aliqua ſubjiciamus huic, & caeteris Stoërianis exemplaribus communia: conſtat, ſemper eâdem typorum compactione uſum librarium: adeſt etiam ubique indigna Plinii effigies cuique tomo praefixa. Deinde in praefatione Plinii laudes politiſſimo eloquio recenſentur. Variantes lectiones, quas ex doctiſſimis Pintiani, Turnebi &c. aliorumque [1] lucubrationibus erutas exhibere profitetur, non certè profert; vixque harum paucas invenies. Veritati propius acceſſiſſet Stoërius, ubi aliqua a Jo: Nicolao Victorio primùm obſervata ſe recudiſſe affirmaſſet, cum hujus praefationem in Plinii libros, quae incipit: *Cum perpetuâ, planeque immutabili Naturae lege &c.* & ipſe retulerit. Ex allatis ad impreſſionem anni CIƆIƆXCIII. auctorum nominibus vix aliqua accepit. Bononii diſtichon ſuppreſſo auctoris nomine, & M. Antonii Caſanovae epigramma operi praepoſuit. Vſus eſt Stoërius ſubnigrâ chartâ, neque admodum elegantibus typis. Illius tamen editionibus, utpote facilibus portatu, emptor non defuit, quòd argumento eſſe poteſt, Naturalis hiſtoria tertiò ab eodem impreſſore evulgata. Hujus poſtremi laboris exemplar ſervat Bibliotheca Sancti Fidelis Mediolani.

Editio Genevenſis VI. Anni CIƆIƆCXXXI. juſto folio.

Recenſetur haec impreſſio a Fabricio, & Funcio, aliiſque; recuſamque aſſerunt ad inſtar Lugdunenſis CICIƆLXXXVII. & Colonienſis CIƆIƆCXV. Titulum praeſefert:

C. Plinii Secundi Hiſtoriae Mundi libri XXXVII. opus omni quidem commendatione majus ----- nunc denuo ----- idque poſt ultimam defuncti Dalecampii ----- manum ita feliciter repurgatum variiſque Sigiſm. Gelenii, Fredenandi Pintiani & aliorum lectionibus ----- Genevae ſumptibus Jacobi Criſpini M.DCXXXI.

Hanc editionem vidi Mantuae Carpetanorum in Regiâ bibliothecâ, & ſimilis omnino eſt exemplaribus, quae idem Jacobus Criſpinus mutato ſolo *Genevae*, in *Coloniae* [2], nomine vulgavit; quorum unum ſervat bibliotheca Coenobii Divo Franciſco in eodem Regio oppido dicati. Omnia deſumit typographus ab editione anni CIƆIƆCXV. per Samuelem Criſpinum publicatâ, cui etiam convenit ad annotationum exitum in verbis: *Vale prid. Kal. Jul. quo die hoc opus ad finem perductum excudi deſiit CIƆDC.VI.*, unde nihil novi recentior Criſpinus ſenioris laboribus adjecit, cum illum omnino ſequatur.

Editio Lugduno-Batava II. Anni CIƆIƆCXXXV. tribus voluminibus folio duodecim in partes diſtributo.

Vix nova ad Plinii lectionem relevandam poſt Dalecampii labores vulgabant bibliopolae, cum eruditi fratres Elzevirii [3], doctioribus certè typographis annumerandi, Naturalem hiſtoriam publicarunt hujuſmodi epigraphe:

C.

ANNOTATIONES.

(1) *Aliorumque*. Affert in ſubſidium Chiſſletii codicem, cujus poſſeſſor Dalecampio copiam fecerat: Sed vix aliqua ex iis attingit, atque in praefatione legit: *meras eſſe aliquid putare nugas;* quae merae profectò nugae ſunt; neque in Chiſſletii exemplari, neque apud Dalecampium invenies

(2) *Coloniae*. Jacobi Criſpini editio recenſetur in Duboiſianâ, Benteſianâ, Comitum Principum Romanorum.

(3) *Elzevirii*. Patriâ linguâ *Elzevier*. Fuere quatuor fratres Bonaventura, Abraham, Ludovicus, Daniel.

C. Plinii Secundi Historiae Naturalis ---- *Lugduni Batavorum A.* 1635.

Hujus editionis praestantiam Johannis Laetii verba magis, quàm magnifici tituli indicabunt, eâ etiam ex caussâ, quòd multa paucis comprehendat. Quare brevem illius praefationem hoc loco habere studiosi minimè gravabuntur:

Amplissimo viro D. Hieronymo Bignonio [1] *S. consistorii consiliario, & in supremo Senatu Parisiensi Advocato Regio Joannes de Laet* [2] *S. P. D.*

„ Postulaverant a me Typographi nostri VIR AMPLISS. quum Plinii editionem post complures authores praeclare editos molirentur, ut textum [3] emacularem quantum fieri posset. Nam quamquam plurimi Viri doctissimi superiore, atque hoc saeculo [4] in eo laborassent, non pauca loca adhuc medicinam poscere videbantur. Dedi itaque operam quantum per graviores occupationes licuit [5], collatis nuperis editionibus, & multorum doctissimorum virorum observationibus adhibitis: plurimum aliorum judiciis tribui, meo perparum: imprimis autem detuli clarissimi viri Claudii Salmasii [6] animadversionibus, quarum non exiguum numerum in notis indicavi. pauca admodum adhuc mutavi, potius indicandum ratus quomodo mutari commode possent. Consilium fuerat lemmata capitum tollere, & numeros tantum in margine relinquere, quia jamdudum authorem hunc per libros & capita citare mos est [7]. Mutatio mihi haec necessaria videbatur, quia ab eo qui primum capita distixit & lemmata addidit, non pauca in ipso textu sunt interpolata, multaque disjuncta, quae conjungenda erant: quo facto & index, qui jam primus liber censetur, totus est mutatus [8], uti e veteribus manuscriptis [9] liquet: verum quia multis ingratior propterea editio videbatur futura, destiti. Quamquam autem religiose admodum in hac opera fuerim versatus, & neminem, quod vulgo fieri solet, aut indiligentiae, aut malae fidei accusaverim; vercor tamen me quorumdam obtrectationes, & accusationes vix evitaturum [10]. Itaque te mihi potentem patronum hac nuncupatione potius adsciscere sum conatus, quam aliam gratiam summae tuae in me humanitati rependere. Satis fuerit hactenus me debitorem fateri. Si Deus plus otii largiatur, poterit opera paulo diligentius repeti [11]; nec diffido amicos sedulo auxiliaturos. Interim spero hanc editionem prae aliis paulo tolera-

ANNOTATIONES.

(1) *Bignonio*. Hic celeber ille vir est, qui X. annum agens, auctor illustris apparuit, & toto vitae suae curriculo, pietate, studiis, officiis nobilissimus exstitit; obiitque Septim. Id. Apr. anno 1656.

(2) *De Laet*. Hunc Laetium latinè dicimus, alii Latium appellant. Nescio, cur Romanorum idiomate scribens, *de Laet* vulgarit; quando Mecoenatem suum *Bignonium* vocabat. Gallis enim *Bignon* eâdem ratione, quâ apud Antuerpienses *de Laet* sonat.

(3) *Textum*. Apud purissimos auctores *textum* pro operis corpore usurpari non memini. *Orationis* igitur *contextum*, *texturam*, & similia potius dixissem. Lexicographi (si & nobis graecâ voce, latinis elementis redditâ, uti licet) plura suppeditabunt in voce *Textus*, & *Textum*. Ammianus Marcellinus primùm videtur usurpasse *textum* in eâ significatione, quâ a recentioribus, & a Laetio accipitur.

(4) *Hoc Saeculo*. Scripsissem superioribus seculis; nam post Principem Naturalis historiae impressionem multi XV. seculo, longè plures XVI., pauci admodum, dum haec proderet Laetius, Plinio manus admoverant.

(5) *Licuit*. Praefectus erat Indicae Orientalis Societatis, descriptionem maximae terrarum Orbis partis curavit, suoque nomine Orientalis Indiae conspectum XVIII. voluminibus edidit, & alia multa, quae vide a Belgicis historicis enumerata.

(6) *Salmasii*. Cui fuit Pyladeâ amicitiâ conjunctus. Ediderat Salmasius Parisiis anno 1629. Plinianas exercitationes in Solinum, de quibus suo loco.

(7) *Mos est*. Vtinam id consilii accepisset, relictisque in orâ paginae capitum lemmatibus, Plinium suae lectioni reddidisset. Vide quae de Calcagnino, Zieglero, ipsoque Laetio diximus libro VI. pag. 200.

(8) *Mutatus*. Vt novis inductis pro amanuensium libidine capitibus responderet.

(9) *Manuscriptis*. Laudarem, si horum syllabum, & possessores indicasset.

(10) *Evitaturum*. Nemo Laetio injurius apparuit, ejusque editionem superioribus meliorem omnes fatentur.

(11) *Repeti*. Id non praestitit.

„ biliorem lectoribus visum iri [1]. Vale *VIR AMPLISSIME*, & me pro tua „ benevolentia complectere. Lugduno-Batavorum Kalend. Septembr. CIƆ-„ IƆCXXXV.

Praefationem summâ exaratam modestiâ subsequitur monitum Lectori dicatum, quo editionem quam emendatissimam dedisse, nec immeritò affirmat: hinc notarum aliquarum rationem profert, atque restitutionum in operis corpore, quae ab omnibus celebrantur. Epistolas Plinii Sequentis ad Marcum, & Tacitum subjecit; quodve minus laudo, gemens illa Plinii effigies a Stoërii impressionibus desumpta, apparet, additâ epigraphe C. PLINIVS SECVNDVS. Summis verò encomiis tollo subscriptionem: TALIS, HOSPES, VNIVERSI QVA PATET COMPENDIVM, PRIMVS OMNIVM SECVNDVS, ET SECVNDVS NEMINI

Heinsius [2].

Primus Tomus XI. libros complectitur, ad cujus calcem appositae sunt *variae lectiones observationesque doctissimorum virorum* allatis voluminibus accomodatae (*a*). Haec per numeros indicantur, & molestae lectoribus evadunt, cum potius paginis respondere debuissent. Tomus secundus incipit XII. libro, & XXIV. concluditur [3]. Tomus tertius reliquum operis comprehendit. Post annotationes occurrit *epilogus*, ubi legimus:

Notis ad hunc modum breviter absolutis, duo hic tantum attingemus, de quibus docti viri inter se dissentiunt. primo quae fuerit Plinii patria: de qua Nob.liss. vir [4] *Josephus Scaliger in animadversionibus ad Eusebium ita judicavit:*

„ Plinius Caecilianus (5), cujus extant epistolae & divinus panegyricus; fuit „ Novocomensis „ Reliquum subinde verborum ex Scaligero mutuatur (quod alibi a Nobis refellitur) ut sententiam de Plinio avunculo claudat „ propte-„ rea Plinius Veronensis, & Catullus Sirmionensis conterranei (6) sunt. „

Quid ipse sentiat Laetius, minimè aperuit, cum subdit: *scripsere de hac controversia multi alii, & nuper* (7) *copiose Paullus Cigalinus Novocomensis. Maneat sane haec lis sub judice, non enim est tanti* (8).

Majoris indaginis judicavit secundam Cigalini praelectionem, quâ Plinium nihil a Dioscoride accepisse ostendit; atque in eam abiit sententiam Laetius, ut Dioscoridem Plinio recentiorem judicans (9), tandem controversiam absol-

ve-

ANNOTATIONES.

(1) *Visum iri*. Nihil candidius dici poterat, & verè caeteris omnibus melior evituit.
(2) *Heinsius*. Hic est Daniel Heinsius, tum publicae bibliothecae Lugduni Batavorum Praefectus; Vir editis voluminibus notus, & Nicolai aequè docti pater. Harduinus „ Plinium, *inquit*, haud immerito, & si novo more „ loquendi, *Naturae bibliothecarium* Langius. Heinsius *Primum omnium Secundum, & secundum nemini* appellarunt. „
(3) *Concluditur*. Qui minora consectantur, adnotabunt hoc volumine & ultimo scribi ex officinâ *Elsevirianâ*, cum in primo occurrat *Elzeviriana*
(4) *Nobiliss. vir*. Josephi Scaligeri pater Julius Caesar cum ad Burdoniam levissimam gentem spectaret: voluit e Principibus Scaligeris Veronae dominis communicatam originem venditare. Consule illustrem Maffejum.
(5) *Caecilianus*. Minùs rectè Sequentem Plinium Scaliger *Caecilianum* appellat, cum illius appellationes sint: *C. Plinius Caecilius Secundus*.
(6) *Conterranei sunt*. Verba Scaligeri, nimii ne simus, alibi perpendenda veniunt, Conterranei siquidem vocabulum peculiari volumine dignum existimavimus
(7) *Nuper*. Cigalinus praelectiones recitaverat Ticini anno 1598 publici juris factae sunt anno 1605. Ex laudibus non Cigalino datis videtur quòd Laetius ignoraverit Palermi opus, ubi Cigalino, aliisque Veronensis J. C. occurrit.
(8) *Est tanti*. Hoc Batavis, Belgisque indifferens, haud parvi momenti a Comensibus judicatur; nec minoris a Veronensibus.
(9) *Judicans*. Quaestionem in Nicolai Marogae articulo tractabimus.

[1] *Pag. 631. & seq.*

veret, tam Plinium quàm Dioscoridem ab aliis auctoribus accepisse maximam partem eorum, quae utrique in publicum ediderunt. Elzeviriorum impressio, curante Johanne Laetio, ex Salmasii castigationibus prodiisse haud immeritò dicitur a Fabricio, atque Harduino, cum tanta (non tamen omnia) ex amici collectione subjecerit Anagnostes itidem & Aristarchus. Haec certè editio optimis typis & summâ diligentiâ nobilis, superioribus omnibus praehabenda venit. Ejus exemplar servat Neapoli novum Jesuitarum Collegium. Extabat in Claromontano Parisiensi &c.

Editio Veneta XXII. Anni CIↃIↃCXLVIII.

Hanc Fabricius in secundâ Latinae bibliothecae recensione memoravit: innotuit Funcio, laudaturque a Johanne Rhodio in Scribonii Largi commentariis: fides apud ipsos sit, cum volumina nullibi invenerim.

Editio Lugduno-Batava III. Anni CIↃIↃCLXIX. folio octo in partes complicato.

Effluxo trigintaquatuor annorum spatio ab Elzeviriorum impressione Plinium recuderunt Hackii summâ elegantiâ; opusque in tres tomos distributum hujusmodi epigraphe apparuit:

C. Plinii Secundi Naturalis historiae Tomus Primus cum commentariis & adnotationibus Hermolai Barbari, Pintiani, Rhenani, Gelenii, Dalechampii, Scaligeri, Salmasii, Is. Vossii & Variorum. Accedunt praeterea variae lectiones ex MSS. accurate indicatae. Item Joh. Fr. Gronovii notarum liber singularis ad Illustrem virum Joh. Capelanum.

Lug. Batav.
Roterodami } *Apud Hackios A.° 1669.*

In ipso operis fronte statim typographi hisce verbis lectorem demulcent:

Quum jam ab aliquot annis, Benigne Lector, apud nos depositae essent quaedam in C. Plinium Secundum lucubrationes Clariss. p. m. Viri, Corn. Schrevelii, qui multa nobis & rei literariae utiliter praestitit; idemque, fato functus, sui nobis desiderium reliquisset: diu multumque dubii haesimus, utrum in lucem auctorem hunc praestantissimum ederemus, an verò tenebris eum damnaremus ----- Vicit tamen potior sententia ----- Exegimus igitur, Benigne Lector, praeclarum hoc opus, quod vides ita nitidum & elaboratum, ut majorem ab homine diligentiam repetere bono jure nemo debeat. Quid vero in hac editione a nobis praestitum sit, paucis habe. Verba Plinii quae in plerisque Edd. [praesertim Francof. A. MDCVIII. à Marnio] adeo distorta, depravata, & hiulca vidimus, ut nihil supra, omni ratione, & cum optimae fidei editionibus instituta collatione, emendavimus, restituimus, concinnavimus.

Post haec Dalecampii commentarios, sed longè emendatiores, integros exhibere, passim insertis suo loco doctissimorum illius seculi virorum annotationibus gloriantur: recensentque Barbarum, Pintianum, Gelenium, Turnebum, Scaligerum, Salmasium, aliosque, ex serie auctorum huic Tomo praefixâ dignoscendos. Demum Joh. Friderici Gronovii exquisitissimae eruditionis notas. Vnicuique Tomo tres accuratissimos indices addidere.

Typographorum prooemio succedunt Dalecampii ad lectorem praefatio, ge-

minae Plinii Caecilii epiſtolae: LIX. ſcriptorum nomina ad *textum*, ut ajunt, Plinianum juvandum; atque ultimò Cigalini praelectiones. Subinde Plinii volumina in tres tomos eâdem ratione, quâ in Elzeviriorum editione diſtribuuntur. Supremum librum conſequuntur Gronovii notae in aliquot Plinii libros, nempe a viceſimo ad triceſimum ſextum.

Chartae nitorem, typorum elegantiam nullibi majorem invenies. Quilibet tomus figuris, atque imaginibus mollioris caelaturae ad materiam ſpectantibus decoratur.

Neſcio quâ de cauſsâ in praefationis limine ſcripſerint typographi, apud ipſos jam ab aliquot annis depoſitas Schrevelii in Plinium lucubrationes; eaſque publici juris minimè fecerint.

De inſertis paſſim doctiſſimorum illius ſeculi virorum commentariis adnotarem Barbarum anno CIƆCCCCLXXXXIII. Pintianum [1], Gelenium, Turnebum ſuperiore ſeculo vitâ functos ad Hackiorum aetatem & ſeculum minimè pertinere. Monuit Harduinus non horum omnium, ſed unicas Dalecampii & Pintiani adjectas fuiſſe annotationes (*a*). Mihi verò conſtat aliquas Dalecampii, & nonnullas Pintiani deſiderari. De Gronovii labore ſuo loco fuſiùs agemus, atque utinam plura adjeciſſet. Vidit enim ante nos Morhofius commentaria tenuia eſſe, & lectorem ſaepe deſtituere [2]. In titulo epiſtolae Sequentis Plinii moleſtè fero: *C. Plinii Caecilii Junioris epiſtolae duae*. Illud enim *Junioris* hoc loco redundat; potiuſque ſcribendum erat *C. Plinii Cecilii Secundi*. Superba auctorum nomina, e Dalecampii commentariis, maximâ ex parte deducuntur. Salmaſii breves tantùm annotatiunculae: perpaucae ex Gelenio ingeruntur. Editio maculis iis adhuc perpenſis ſecundum ab Harduianâ apud multos locum obtinet. Hallevordius abſque dubio correctiſſimam affirmavit (*b*). Vtitur hâc imditione Blaſius Caryophilus (*c*), & paſſim invenitur [3].

Editio Pariſienſis XII. Anni CIƆIƆCLXXXV. voluminibus quatuor comprehenſa, foliiſque quatuor itidem in partes complicatis.

Vbi Farneſianae bibliothecae ſyllabo fidem haberemus, ante Harduinianam primam editionem ſignanda eſſet altera Pariſienſis, cum inibi recenſeantur [4] Plinii libri *Hiſtoriae Naturalis cum notis variorum Tom. III. Pariſiis* 1674. 8. (*d*). Sed cum hujuſmodi exemplar non modò ex aliis bibliothecarum elenchis mihi ignotum evadat; verùm etiam Harduino, caeteriſque Plinii vulgatos codices enu-

ANNOTATIONES.

(1) *Pintianum*. Obiit Pintianus anno 1553, Gelenius 1554. Turnebus 1556.

(2) *Deſtituere*. Harduinus omnes numero paucas, aliquanto etiam prolixiores affirmat; illas interim laudavit, ut paullò infra, atque in Gronovii ſectione oſtandemus.

(3) *Invenitur*. Extat in bibliothecâ Regiâ Mantuae Carpetanorum, in Eſtraeâ, Falconetiâ, in noſtrâ; apud Petrum Comitem Verrium Mediolani, apud Comitem Jo. Baptiſtam Jovium Sororis meae filium Comi &c. Memoratur a Jo. Mariâ a Turre in Veſuvii hiſtoriâ.

(4) *Recenſeantur*. Syllabus Bibliothecae Farneſianae abſque titulo, anno, typographo, & loco prodiit. Hunc tamen ex Principis typographiâ Parmae editum non ignoramus. Volumina ad hanc bibliothecam olim ſpectantia in praeſantiarum Regiam Neapolitanam adaugent.

(a) *Tom. I. Plin. in indice edition. hiſtor. Natur.*
(b) *Pag.* 342. (c) *De Veter. Clypeis*. (d) *Pag.* 475.

enumerantibus incompertum sit: conjicio Farnesiani syllabi collectorem, circa annum, oppidum, & ipsam editionem hallucinari. Illius certè negligentia hoc etiam loco satis apparet, cum sub uno tantùm *Plinii Secundi* nomine, Epistolae, quae ad Sequentem Plinium: & Naturalis historiae libri, qui ad Superiorem spectant, omnino perperam describantur.

Supposititiam igitur Parisiensem editionem anni CIƆIƆCLXXIV. Anonymo relinquentes, veram anni CIƆIƆCLXXXV. breviter attingemus [1]. Hanc curavit Johannes Harduinus Christianissimi Regis jussu [2], titulumque apposuit:

C. Plinii Secundi Historiae Naturalis libri XXXVII. ---- interpretatione & notis illustravit Joannes Harduinus ---- Parisiis apud Franciscum Muguet. MDCLXXXV.

Tantum muneris suscepit Harduinus, cum adhuc theologicis studiis distineretur; unde haud modica illi laus cessit, quòd juveni pulcherrimus, sed omnium maximus labor crederetur, eâ aetate, quae plerumque similibus peragendis minùs apta evadit. Cum enim Ludovicus, cui MAGNI cognomentum, domi & foris praeclarè gesta peperere (*a*), filium exquisitissimis institutionibus erudiendum percuperet: eximios Latinae linguae auctores novâ interpretatione, selectisque annotationibus illustrandos exoptavit. Hinc Plinii historia Harduino demandata; officioque (si Fabricio credimus) eâ ratione functus est, ut priores quoscumque superaverit. *Fatendum*, inquit (*b*), *tamen est, tot virorum doctissimorum labores, reliquorumque omnium industriam, doctrinae & ingenii sui lumine obfuscasse Johannem Harduinum e Soc. Jesu, qui codd. MSS. quindecim, & editionibus quàm plurimis usus Plinium de integro recensuit, & in usum Delphini interpretatione ac notis, indicibusque locupletissimis (utinam non quintuplici serie exhibitis) & commentario Alphabetico* [3] *de auctoribus a Plinio allegatis illam Naturae bibliothecam vulgavit Parisiis* 1685. 4. *quinque voluminibus* [4].

Vt paullulum sepositis laudibus delibemus, quae ad hanc pertinent editionem: non XV. pennâ exaratos codices, sed VIII. tantùm verè consuluit, reliqua ex aliis accepit Harduinus. Ipsa editio IV. potiùs constans voluminibus, nitidissimis typis & chartâ (ut reliquae ad usum Delphini) apparuit [5].

Hâc impressione Plinium Veronensibus credidit Harduinus, praecipuâ, ut videtur, ex caussâ, quia in id *plerique eruditorum consentiunt* (*c*). Plinii vitam ex virorum illustrium libro subjicit quidem; sed hanc a vulgo in Suetonium falsò rejici affirmavit, addens insuper *Novocomensis* vocabulum in melioribus codicibus non inveniri, & abesse utique debere [6]. Neque ab hâc discessit opinione, cum Plinium Veronensibus abstulit, ut Romanum unicè assereret. In *Chronologiâ* siquidem Veteris Testamenti Naturalis historiae praefationem, indicem capitum & auctorum, nullam mereri fidem affirmavit (*d*), & pannum subdititium at-

ANNOTATIONES.

(1) *Attingemus*. De Harduini laboribus aliqua subjiciam ad annum 1723. & 1741. Longè tamen plura invenies, ubi de majoribus Plinii interpretibus differitur.
(2) *Jussu*. Vide titulum integrum in editione anni 1723.
(3) *Alphabetico*. Hâc voce Plinio ignotâ abstinuit Harduinus. Vide quae supra congessimus.
(4) *Voluminibus*. Vbi index a reliquis sejungatur, V. volumina, si tricesimo septimo libro addatur, IV. emergent Tomi.
(5) *Apparuit*. Quae in Plinii laudem congessit Harduinus obiter describentur in editione proximâ.
(6) *Debere*. Multa jam contra Harduinum attulimus lib. VI. pag. 198. & sequent. ad quae candidus lector provocet: alia congerenda venient in Harduini sectione lib. XII.

(a) *Vide Voltaerium in Seculo Ludov. XIV.* (b) *Bib. Latin. tom. I.* 13.
(c) *Vide praefixa tom. I.* (d) *Pag.* 572.

attextum ab interpolatoribus ad Plinium minimè pertinere. Id ipſum aliis congeſtis aëriis argumentis aſſeruit, cum annis duodequadraginta elapſis, ſecundae impreſſioni incubuit, quae nobis erit.

Editio Pariſienſis XII. Anni CIƆIƆCC XXIII. tribus voluminibus, magno folio.

Si primâ impreſſione caeteros omnes: hâc ſe ipſum (ut Frobenii verbis utar) viciſſe Harduinum, praedicandum videtur. Titulum fecit:

CAII PLINII SECUNDI [1] HISTORIAE NATURALIS LIBRI XXXVII. QUOS INTERPRETATIONE ET NOTIS ILLUSTRAVIT IOANNES HARDUINUS E SOCIETATE IESV, IUSSU REGIS CHRISTIANISSIMI LUDOVICI MAGNI, IN VSVM SERENISSIMI DELPHINI. *Editio altera emendatior & auctior* TOMVS PRIMUS. PARISIIS Typis ANTONII-URBANI COUSTELLIER [2] *Sereniſſimi Aurelianenſium Ducis, Typographi MDCCXXIII.*

Subſequitur longa ad Delphinum epiſtola, ubi Plinii veſtigiis inniti profitetur, qui Tito Veſpaſiani filio Naturalem hiſtoriam dicavit [3]. Subinde Regis, & Delphini laudes prolixâ oratione perſequitur. Ad lectorem demum converſus haec inter alia vulgavit: *dicam tamen, nihil reprehenſionem veritus, aut jactantiae notam: quanto ſum illis, qui ante me in hac arena deſudarunt, ingenio, induſtriaque inferior* [4]: *tanto me plus laboris, & diuturnae curae, quae in hoc ſtudiorum genere potiſſimum dominatur, tanto plus adeo opis ad operis hujus abſolutionem attuliſſe*: hujus verò ſuſcipiendi expoliendique conſilium debere aſſerit Carolo Sanctamaureo Montauſerio [5], acceſſiſſe Jacobi Benigni Boſſuetii [6] auctoritatem; induſtriamque ſuam foviſſe Petrum Danielem Huetium [7]. Inde commemorat eos, qui in Plinio perpurgando praeceſſerant; recenſetque peculiari ratione Johan-

nem

ANNOTATIONES.

(1) *SECVNDI*. Monuimus Harduinum, ſive Harduini typographum literam U vocalem, ubi majoribus elementis reddatur, a conſonante V, ubique diſtinguere (*a*). Hoc eſt contra ſtudia & humanitatis artes, quas Montauſerii auſpiciis patriam, ſanguinem, ſpiritumque in Galliâ recepiſſe affirmat Harduinus. Optandum eſſet, ut tandem in Galliâ, Hiſpaniâ, Germaniâ, Italiâ &c. reſipiſcerent ii omnes, qui rem Romanis ignotam cudere minimè verentur.

(2) *ANTONII-URBANI COUSTELLIER*. Omiſſâ lineolâ ſcripſiſſem *Antonii Vrbani Couſtelerii*.

(3) *Dicavit*. Hermolaum Barbarum arguit, eo quia memoriae plus quàm hominem deceat, tribuerit: poſtea veniam concedit, cum *minus mirum ſit memoriam excidere aliquarum rerum, quam conſtare omnium*. Excidit Harduino memoria, quòd Plinii praefationem, ſuppoſititium pannum dixit; hâc igitur ſublatâ, unde illi conſtitit Plinium Tito Naturalem hiſtoriam dicaſſe?

(4) *Inferior*. Nulli Mortalium ingenio, induſtriâque minor fuit Harduinus: ſed ut omnibus major videretur; audaciâ, nugis, ne dicam deliramentis, cunctorum objurgationes ſibi vindicavit.

(5) *Montauſerio*. Gallicè *Charles de Sainte-Maure Duc de Montauſier*. Vir Palladiis, & martialibus ſtudiis illuſtris, literas ſemper & literatos amavit: optimis ſpectandus moribus cum Delphini inſtitutionem curaret, Latinos ſcriptores ad ejus uſum egregiis annotationibus ornandos juſſit. Haud ignoto tamen Aulicae domus fato parum idoneos invenit interpretes. Natus eſt anno 1627. obiitque 1704. (*b*).

(6) *Boſſuetium*. Chriſtianae perſuaſionis clypeus, & Gallicanae Eccleſiae lumen a Ladvocato ritè appellatur. Latinos ejus libros averſis Muſis exaratos: patrio idiomate editos, eloquii puritate nemini ſecundos idem affirmat. Lucem vidit anno eodem, quo Montauſerius, ad plures tranſiit 1704.

(7) *Huetium*. Cum adjutor Boſſuetio acceſſiſſet, ut Delphinum politioribus ſtudiis imbueret: tunc Latinorum ſcriptorum illuſtrationem pluribus demandavit; qui meliori ex parte Huetii ſpem fefellerunt (*c*). Menagius illum eximiè laudat, tanquam Poëtarum ſuae aetatis Principem, atque unum inter paucos Terrae Gallicae, qui rectè latino uterentur idiomate (*d*).

(a) *Vide lib. IX. pag.* 108. *n.* 4. (b) *Ladvocat. tom. II. pag.* 464.
(c) *Huetian. XXXVII. pag.* 93. (d) *Menagian. pag.* 197. & 354.

nem Andream Episcopum Alerienſem [1], Barbarum, Gelenium, Rhenanum, Aquaeum, Dalecampium. In iis (multa perſecutis) aliquantulum immoratur; reliquos ſibi notos per ſaturam collegit [2], ut demum Gronovii notas laudans, illis ſuas ſimiles univerſas exoptaverit. De Salmaſii [3] exercitationibus Plinianis malè ſentit, quamvis eo in opere multa eruditè congeſta non diſſimulet.

Hinc de exantlatis laboribus differens, a codicum enumeratione incipit; quorum duo e Regiâ bibliothecâ: quatuor e Colbertinâ (inter quos Thuanaeum [4]) Chiffletianum, Fuxenſe, vetuſtiſſimumque alium a Dalecampio: Toletanum & Salmanticenſem a Pintiano collatos enumerat: neque oblıviſcitur Claromontani, Sanvictorini, Vaticanorum, Lugdunenſis, Rhedonenſis; quorum teſtimonia Poſſino, Charonerio, & Audrenio debere, integrâ fide, minimè reticuit; ultimoque ex Guilielmi Pellicerii [5] annotationibus perpuſillum opis habuiſſe affirmat.

Hujus Harduinianae editionis praeſtantiam, cum antiquis, & recentibus ſcriptoribus collationem, ſublata lemmatum capita: ſyllabum eorum, quae ſecundae adjecit impreſſioni: numiſmata Plinii hiſtoriam illuſtrantia: indices penè omnium verborum [6] & ſententiarum: omnes ſummopere laudabunt [7]. Non itidem bis mille flagitia, quae ſuſtuliſſe gloriatur, cum ſatis in noviſſimè ingeſtis peccaverit [8]. Quàm inepta de Plinii natali ſolo congeſſerit, non uno loco oſtendimus [9]; cumque haec omnia alibi collecta teneas: ad impreſſionem revertamur, ubi Plinii Caecilii epiſtolas Macro, & Tacito datas, Plinii avunculi vitam incerti auctoris [10], alteram ex Suetonio, ut vulgo dicitur [11], excerptam [12]: quinque A. Gellii teſtimonia; & Divi Auguſtini, Alcuini, Bedae, & Petri Quiquerani [13] Epiſcopi Senecenſis de Plinio elogia invenies. Poſt hos ad Tertullianum [14], alioſque [15] parum cautè accedit. Vetuſta elogia ſubſequi-

ANNOTATIONES.

(1) *Alerienſem*. De hoc jam ſatis ſuperiore libro; de Barbaro, Gelenio, Rhenano, Aquaeo, Pintiano, Dalecampio praeter allata, fuſiùs agemus ſequenti volumine. De Barbaro tamen obiter adnotabimus, in illum malâ ex cauſâ Harduinum inſurgere, cum Aquaei accuſantis ineptias ob oculos haberet, & fateretur.
(2) *Collegit*. Ii a nobis diverſo ordine recenſentur; ibique multos Harduino ignotos invenies.
(3) *Salmaſii*. Haec omnia in propriâ Salmaſii ſectione perpendens, virum doctiſſimum ab Harduino nimis vexatum oſtendam.
(4) *Thuanaeum*. Verba Harduini jam habes ſuperiore libro (a); ibique omnium exemplarium notionem reperies.
(5) *Pellicerii*. De hujus Epiſcopi annotationibus vide, quae collegimus ad Brixianam editionem anni 1498. praeter ea, quae proximo volumine retractabimus.
(6) *Verborum*. Aliqua tamen deſiderantur, ut in Geographico, Ocriculi oppidi nomen.
(7) *Laudabunt*. Conſule, quae in Harduini commendationem ſuis locis attulimus; debitiſque partibus Index noſter fungetur.
(8) *Peccaverit*. Ex IX. volumine, allatoque indice quanta ubique etiam corrumpat, aequus lector intelliget.
(9) *Oſtendimus*. Praeſertim libro VI. pag. 198. & ſequent.
(10) *Auctoris*. Haec illa eſt vita, in quâ Plinius *Veronenſis* appellatur, *natus ſub Tiberio*, *patre Celere*, *matre Marcella*; ubique Augurem fuiſſe omnivorâ dicitur falſitate.
(11) *Dicitur*. Non vulgi, ſed optimis ſuffragiis Plinii elogium a Suetonio fuiſſe exaratum oſtendemus libro XV.
(12) *Excerptam*. In hâc Harduinus ſecutâ codicum verâ lectione *Novocomenſis* vocabulum deſiderari affirmavit. Id e Pellicerio videtur accepiſſe (b). Antiſtes tamen procul dubio arguendus venit, cum in vetuſtiſſimis appareat membranis; & ubi corrupta vox eſt, genuinae lectionis adhuc praebeat indicia, ut ex allatis ſuperiore volumine oſtenditur.
(13) *Quiquerani*. Elegantiſſimum fatemur hujus Epiſcopi de Plinio teſtimonium; eoque nos etiam adverſus Naturalis hiſtoriae accuſatores uſi ſumus: malè tamen hoc loco ab Harduino vetuſtis jungitur ſcriptoribus, cum tot alia recentiorum occurrant; & Petrus Quiqueranus (*Pierre de Quinqueran*) in primo aetatis flore obierit anno 1550. Conſule, quae attulimus libro IV. pag. 109.
(14) *Tertullianum*. De hoc aſſerit multa a Plinio tranſcripſiſſe *diſſimulato ejus nomine*, & quidem veriſſimè; Arguendus tamen venit Harduinus, quòd paullò ante vulgaverit. *Atqui veterum quicumque lectos a ſe Plinii libros commemorant*, *Tertullianus*, *Auguſtinus*, *Gellius*, *Macrobius*, *aliique*, *librum quidem ii indigitant: minutias capitulorum*, (dixiſſem *capitum*, vel *ſectionum*) *nemo*. Tertullianus neque librum neque ſectionem; minùſque Plinii nomen

(a) *Pag.* 259. (b) *Vide hujus libri pag.* 308. & 309.

quitur index membranarum, ad quas provocat: subinde editionum praecipuarum, (1), & versionum (2), quae in ejus manus venerunt. Demum celebriorum auctorum index, qui in Plinianis notis citantur, illustrantur, emendantur. Vltimò ante Naturalem historiam Tabula Geographica exhibetur, in quâ *flumina quatuor Paradisi Terrestris, & circumjacentes regiones ad mentem Mosis, & Plinii*, reddere affirmat (3).

Naturalem deinde exhibet historiam, cui brevem in nonnullis vocibus addidit interpretationem, copiosasque subjecit annotationes (seu ut ipsi placuit dicere *notas*).

Quàm ineptè in operis limine Plinio praefationem ademerit, alibi persequimur (4). Praeter *notas* suis locis allatas, ad cujuslibet voluminis calcem aliae *notae* & emendationes nectuntur, in quibus immutatae texturae & dictionum rationes latissimè exposuit.

Post praefationem occurrit: *C. Plinii Secundi Historiarum Mundi* (5) *elenchus*; cumque hic index in nullo manuscripto codice esset integer: quem ex iis locupletissimum invenit, adhuc in aliquibus supplere coactus fuit; idque italico agit charactere (6). Alterum subjecit indicem, Auctorum nempe, *qui vel in superiore indice, vel a Plinio in ipsa Naturali historia appellantur*. Vtrumque opus diffusum & eruditum, quamvis suis non careat mendis (7).

Primus Tomus complectitur quindecim priores libros: legimus in calce, *Index emendationum ----- partim ex MSS. codicum fide Vatic. Reg. Colb. Thuan. Paris. Lug. Rigalt.* (8) *Chiffl. Dalec. Tolet. & Salmant. partim ex veterum Auctorum collatione, qui sunt in eodem argumento versati, partim ex certissima conjectura, ut suis ostendimus locis* (9).

Emen-

ANNOTATIONES.

men attulit; unde illum hâc de causâ a Plinii laudatoribus exclusimus (*a*). Divus Augustinus Plinium doctissimum hominem dixit; illiusque sententiam profert, quin librum appellet (*b*). Macrobius Plinii verba ex Naturali historiâ ponit; neque volumen, unde petita sunt, lectoribus aperuit (*c*).

(15) *Aliosque*. Quos oscitanter consuluit, ut Plinium accusaret; idque de Servio ostendimus (*d*).

(1) *Praecipuarum*. Inter has desideratur Princeps anni 1469. Parmensis secunda anni 1480. aliaeque permultae.

(2) *Versionum*. Has sive *versiones*, sive aemulationes appelles, pari recenset negligentiâ. Italica apparet hocce titulo: *Historia Naturale volgarizata da Christoforo Landino. Venetiis* MCCCCLXXVI. Differt inscriptio, ut sectione proximâ videbimus. Minùs rectè itidem Germanicae, & Hispanicae tituli exhibentur. Anglicae dabimus suo loco, eo libentiùs, quòd Philemonis Hollandi, interpretationem Harduinus extare novit, quin illam attigerit.

(3) *Affirmat*. Exhibuit in calce VI. voluminis Pliniani dissertationem prolixam, ubi a Plinio appellatos fluvios *Salsum*, & *Achanum*, eos esse contendit, qui a Mose dicuntur *Gheon*, & *Phison* (*e*), Paradisum collocans inter lacum *Alphaltites* (lege *Asphaltites*) & Genesatae hortum voluptatis a Jordane irrigatum pingit. Portentosa hujusmodi, & a Plinii historiae libris aliena arguunt Lipsienses, & Mangetus omni jure, ut in Harduini sectione adnutabimus.

(4) *Persequimur*. Consule lib. VI. pag. 198. & sequent.

(5) *Historiarum Mundi*. Disputavimus libro VI. de titulo, quem operi suo praeposuit Plinius; illumque *Naturalis historiae* fuisse censemus. Idem sensit utràque editione Harduinus. Legere igitur oportebat & hoc loco *Naturalis historiae*.

(6) *Charactere*. Figurâ nempe Aldinis typis respondente: Italis *Carettere corsivo*.

(7) *Mendis*. Haec Lector per se ipsum inspiciet: aliqua tantùm ex multis attendam. *Aelius* ab Harduino appellatur in Auctorum indice (*f*), provocatque ad Plinii librum XIV., ubique Laelium, non Aelium legi (*g*). *Attejus Capito, cui Lucius praenomen fuit* (*h*). Hic non Lucii, sed Caii praenomen gestavit. Consule tesseram gladiatoriam, ubi --- C. ATEI. COS (*i*) apud Muratorium. Ex hâc nonnulli Atejum unico *t* scribunt, quâ in re faventem habent Pighii auctoritatem (*k*). *Callisthenes* perperam pro Callixeno inducitur (*l*). *Corvinus Messala, cui Valerius praenomen fuit* (*m*). Cum *Valerius* gentilicia sit appellatio, nusquam praenominis locum occupat.

(9) *Rigalt*. Nempe ex codice Nicolai Rigaltii (*Rigault*) Regiae bibliothecae praefecti.

(8) *Locis*. Quanta corruperit Harduinus ex nostrâ collatione candidus lector intelliget, ut obiter attingamus in nummorum interpretationibus deliramenta toties exhibere.

(a) *Lib. IV. pag.* 509. (b) *De Civitat. Dei lib. XV.* 9. *Vide cit. Disquisit. lib. IV. pag.* 524.
(c) *Saturnal. lib. II.* 12. *Disquisit. pag.* 121. (d) *Consule cit. lib. pag.* 122. *n.* 3.
(e) *Pag.* 359. *& seq.* (f) *Pag.* 52. *col. I.* (g) *Pag.* 721. (h) *Pag.* 55. *col. I.*
(i) *Vide Murator. Nov. Thesaur. class. V. pag.* CCXIX. (k) *Consule Disquis. lib. IV. pag.* 84.
(l) *Pag.* 56. *col. I.* (m) *Pag.* 57. *col. I.*

Emendanda ſubinde, *vel addenda* occurrunt; ultimòque *Nummi antiqui ſelecti ex his, qui ſunt in notis ad Plinium illuſtrati.*

Secundus Tomus eâdem ratione concinnatus reliqua comprehendit volumina, in quorum coronide iterum aliqua emendavit, atque adjecit primo Tomo, & longè plura iis, quae in ſecundo irrepſerunt.

Tertium volumen, ſive Tomi ſecundi partem alteram conflant *Hiſtoriae Naturalis C. Plinii Secundi indices locupletiſſimi tres* [1].

Primus Geographicus, Provinciarum, Civitatum, Montium, Fluminum &c.

Secundus exhibet nomina propria Numinum, Virorum, ac Feminarum.

Tertius idemque copioſiſſimus verborum ac ſententiarum eſt Tomi II. pars altera.

Haec omnia fuiſſe opus eximii laboris (& tanti, ut ipſe Harduinus enormis plagii accuſetur [2]) omnes fateantur neceſſe eſt. Dolendum adhuc, quòd in tam magnificâ impreſſione, praeter Scholiaſtae hallucinationes, quamplura cubent typographica menda [3], quae Harduinum in reſtituendis, addendiſque aufugerunt.

Haec de Harduini ſecundâ editione ſatis ſuperque ſint, cum jam tanta ad illam ſpectantia adnotaverim, & multò plura ſequenti volumine veniant trutinanda [4].

Editio ultima Baſileenſis anni CIↃIↃCCXLI., ſuppoſito Pariſiorum nomine, magno folio.

Haec impreſſio ſecundae Harduinianae tradux, titulum praefert.

C. Plinii Secundi Hiſtoriae Naturalis libri XXXVII. quos interpretatione & notis illuſtravit Ioannes Harduinus ------- editio nova emendatior, & auctior ----- Tomus Primus Pariſiis impenſis Societatis MDCCXLI.

Nihil differt [5] a memoratâ anno CIↃIↃCCXXIII. niſi quia illa dicitur *editio altera*, haec *editio nova*. Aliqui ſecundae impreſſionis errores tolluntur: alios Baſileenſes typographi addiderunt; fruſtraque Pariſiorum nomen uſurpant, cum lutulenta charta, atramentum, & typorum forma longè differat a voluminibus, quae Lutetiae publicam lucem aſpiciunt. Baſileae prodiiſſe compertum habui a Corradis Mantuae Carpetanorum bibliopolis. Paſſim Neapoli invenitur; eâ-

ANNOTATIONES.

(1) *Tres*. Hos non quintuplici ſerie digeſtos minimè damnaret Fabricius, cum apti omnino videantur, ut cuncta apud Plinium facilè inveniamus.

(2) *Accuſetur*. De iis alio loco agemus.

(3) *Menda*. Cum multi libros vix intrantes hanc editionem emendatiſſimam praedicaverint; nonnullos attingam typographicos errores, qui in ipſo limine operis inveniuntur: in praefatione ad Lectorem, ubi de Jacobo Dalecampio legitur: *debemus enim*: duobus ab hinc foliis, *& illuſtrando quidem Pliniano*: in codicibus manuſcriptis verſu tertio, *Regius Codux*: In editionibus, *Brixienſis*, MCCCXCVIII. In libris italicâ manu vulgatis multa vitiantur. In annotationibus ad Plinii praefationem *ſic enim* (a): in emendationibus *Domitianus quatuor tantum* (b): *Nos ſecuti* (c): in Pliniano contextu: *Quid iſta legis Imperaptor* (d):
Reſtituere oportet: *debemus enim* --- *& illuſtrando quidem Pliniano* --- *Regius Codex* --- *Brixienſis* (juxta Harduinum) *MCCCCXCVIII.* ----- *ſit enim* ---- *Domitianus quatuor tantum* ----- *Nos ſecuti* ---- *Quid iſta legis Imperator.* Iis ex operis initio deſumptis penè infinita poſſemus addere, ſi locus ſubjicere permitteret quae in hujus editionis margine emendavimus: atque omnia eâ ratione dicta volumus, ut & noſtris, & typographi Pariſienſis erroribus parcant legentes. Qui plura noſſe cupient, conſulant Acta Lipſienſia ad annum 1723. & Mangetum (e).

(4) *Trutinanda*. Cum haec impreſſio non tantùm in noſtra, ſed in pleriſque bibliothecis inveniatur, loca indigitare ſupervacaneum evadit.

(5) *Nihil differt*. Vbi demas typographorum monitum.

(a) *Pag. I. num. 4.* (b) *Pag. 7. num. III. col. I.*
(c) *Citat. pag. num. IV. col. 2.* (d) *Pag. 2. verſ. 6.*
(e) *Bibl. Scriptor. Medic. tom. II. pag. 518.*

que utebatur Octavius Bayardus in prodigioso Herculanensium antiquitatum prodromo (*a*). In recentissimarum bibliothecarum syllabis facilè invenitur. Id certè in non modicam Harduini laudem cedit, quòd illo vitâ functo iterum Naturalis historia ad secundae Parisiensis formam vulgata fuerit. Hujusmodi enim comprobant Basileenses typographos non ignorasse, quòd laudatae impressionis exemplaria omnia caro precio divendita fuere. Quòd porrò Parisiensis oppidi nomen usurpaverint, non laudo.

SECTIO. QVARTA

DE. ITALICIS. NATVRALIS. HISTORIAE INTERPRETATIONIBVS

De Plinianis interpretationibus acturus, pleraque brevioribus terminis concludam, cum de iis, alio loco, atque italicâ linguâ differere decreverim. Terra Italia (quae bonarum artium altrix semper fuit, eritque) primam Naturalis historiae aemulationem vidit eo seculo, quo nondum de Plinio cudendo apud Germanos, Gallosque cogitabatur. Vt temporum igitur quantum fieri potest, ratio servetur, prius de Nostris *versionibus*, ut ajunt, ac subinde de caeteris externo idiomate peractis disputabimus.

Aemulatio Veneta Princeps inter Italicas Christophoro Landino interprete Anni CIↃCCCCLXXVI. folio maximo.

Christophorus Landinus, qui Ferdinandi Neapolis Regis jussu Naturalem historiam patrio reddiderat idiomate, eam hoc anno publici juris fecit, ut indicant verba ad calcem apposita:

OPVS NICOLAI IANSONIS GALLICI
IMPRESSVM
ANNO SALVTIS M.CCCCLXXVI.
VENETIIS

Primam Landini impressionem collocat Apostolus Zenus ad annum CIↃCCCCLXXI. (*b*). Novi quanta sit viri Clariss. in libris recensendis diligentia. Oculis tamen lapsus est, cum haec editio neque in suâ librariâ supellectili [1], nec alibi appareat [2]. Hallucinari pariter crediderim Haymum, Paitonum, Bandinium (*c*), Lamium (*d*), & Argelatum, qui primigeniam Landini aemulationem Romae factam in aedibus Maximorum anno CIↃCCCCLXXIII. scriptitarunt [3] laudata a nobis impressio admirando fulget & typorum & chartae ni-

to-

ANNOTATIONES.

(1) *Supellectili*. Monuimus hanc Zenum Divi Dominici alumnis donasse, neque antiquior bibliothecam auget Landiniana impressio, quàm vulgata anno CIↃCCCCLXXXI. a Philippo Veneto. Oculis fortasse lapsus est Zenus, unamque notam omisit, & pro Philippo Jansonum supposuit; nisi dicendum sit, quòd ipsi, vel typographo numerus 1471. pro 1476. subrepserit.

(2) *Appareat*. Laudatam Naturalis historiae Italicam aemulationem neque ullibi inveni, nec ab aliis praeter Zenum memoratam novi. Compertum insuper habeo Plinii opus nec latino, nec italico idiomate in toto Terrarum orbe, anno 1471. cusum fuisse.

(3) *Scriptitarunt*; Philippus Argelatus post multos, titulum operis vulgavit in hanc speciem „ Istoria di Cajo Plinio „ Se-

(a) *Vid. Tom. I. pag.* 8. (b) *In additament. ad Fontanin.* Dell' Eloquenza Italiana *tom. II. pag.* 298.
(c) *Specimen Literar. Florentin. tom. II. pag.* 121. *& pag.* 196.
(d) *In Literar. Ephemerid.*, *sive* Novelle Letterarie *ad ann.* 1752. *pag.* 68.

tore, ut omnia ſunt a Janſono edita volumina (*a*). Hanc diffuſo epiſtolio Ferdinando Neapolitano Regi (cujus juſſu tantùm laboris ſuſcepiſſe profitetur) Landinus dicavit (1). Aemulationem grandiori chartâ, atque elegantiſſimis formis impreſſam magni faciunt antiquarii. In epiſtolâ Plinii ad Titum titulus deſideratur (2).

Quo tempore id operis ſuſceperit Landinus, ex ipsâ ad Ferdinandum praefatione aliquo pacto eruitur, ubi aſſerit, quòd cum hanc Provinciam ipſi Rex demandavit, non adhuc ad finem deduxerat quatuor latinos libros latino itidem dialogo [3] conſcriptos Friderico Vrbinatum Principi dicatos: quibus ex verbis falſa omnino deteguntur quaecumque aliis de ſuppoſititiâ Landini editione ad annum CIↃCCCCLXXIII. placuit affirmare [4].

Maximis erroribus Landini aemulationem ſcatere, utique compertum habeo. Non igitur obloquitur Hortenſius Landus [5], cum id operis ſthomaco fuiſſe

ANNOTATIONES.

„ Secondo delle coſe naturali, tradotta da *Criſtoforo Landino. In Roma nelle Caſe de' Maſſimi MCCCCLXXIII.* in „ ſol. grande „ neque iis coarenrus addidit in annotationibus „ Queſta magnifica edizione è ſtata da noi veduta „ in varie *Biblioteche di Firenze*, ſiccome trovaſi altresì nell' *Archinta* di Milano, onde poſſiamo dire eſſere in ca„ rattere rotondo aſſai bello, con un ampliſſimo margine, venendo citata dal P. *Paitoni*, ſiccome nel catalogo „ della *Regia Biblioteca di Parigi*, ed in quello della *Colbertina* Tom. I. pag. 227. „ (*b*).
Allata ab Argelato maximam Andreae Irico viro doctiſſimo, mihique (tot annis Archintaeam bibliothecam luſtranti) admirationem injecerunt, cum inibi nuſquam memorata extiterit editio; quodve magis eſt, neque in immenſae ſupellectilis ſyllabo, ipſius Argelati manu exarato appareat (*c*). Haec cum Argelato aperuiſſem, ſcindere non valens, ad reliquas confugit bibliothecas; verùm ſubitâ morte correptus anno 1755. errorem ſuum fateri minimè potuit. Et ſanè elumbia omnino ſunt, ne falſa dicamus, ab illo congeſta. Quae a Pattono accipit, nullius ſunt ponderis, cum vir clariſſ. editionem Landino interprete anni 1473., utpote a ſe viſam minimè affirmet; ſed ex Haymi fide recenſeat (*d*). Quae de Florentinis bibliothecis aſſeruit Argelatus eodem pacto, quo de Archintaeâ, ab ipſo congeruntur. Exciderat Bandinio Landinum Plinianae hiſtoriae verſionem (*e*) edidiſſe *Romae in aedibus Maximi* (*f*) Anno MCCCCLXXIII. *in fol. Regio ac nitidiſſimis characteribus* expreſſam (*g*). Nunquam tamen librum a ſe viſum teſtatur, neque volumen certè Florentiae extat, uti vir politiſſimus per epiſtolam a me rogatus, ingenuè faſſus eſt. Romae quoque omnibus bibliothecis (quas attentè luſtravi) ignotum teneo. Regiae Pariſienſis bibliothecae ſyllabum editos libros comprehendentem ad manus non habeo, neque huc uſque licuit evolvere. Novi tamen in Colbertinâ impreſſionem anni 1473. minimè recenſeri, ibique unicè affertur antiqua Plinii Italica aemulatio, quae erit Janſoniana anni 1476., vel altera poſt Venetam I. edita, ubi fortaſſis ultima deſiderantur folia. Vbi igitur hoc exemplar unà cum reliquis e Colbertinâ in Regiam bibliothecam fuerit aſportatum, omnia Argelati concident argumenta.

(1) *Dicavit*. Legimus initio: HISTORIA NATVRALE DI C. PLINIO SECONDO TRADOCTA DI LINGVA LATINA IN FIORENTINA PER CHRISTOPHORO LANDINO FIORENTINO AL SERENISSIMO FERDINANDO RE DI NAPOLI.
PROHEMIO
DI NESSVNA CHOSA SERENISSIMO ET INVICT*iſſimo Re Ferdinando &c.* Cum opus ſuum concinnaret Landinus rudis adhuc erat Italica lingua, neque certis conſtabat praeceptis: hinc TRADOCTA -- CHRISTOPHORO -- CHOSA, atque alia penè infinita legimus, quae nunc politiori redduntur orthographiâ. Haec a nobis ad unguem exſcripta, ſuppoſititiae aemulationis anno 1473. tributae falſitatem oſtendunt; cujus titulum meliori, ſed non Landinianâ ſcripturâ reddunt, Bandinius, Argelatus.

(2) *Deſideratur*. Fortaſſe haeſit incertus Aemulator Italus an Titi, an Domitiani, aut Veſpaſiani appellationem vulgaret; unde improbo conſilio edidit.
LIBRO PRIMO DELLA NATVRALE HISTORIA DI C. PLINIO SECONDO TRADOCTA IN LINGVA FIORENTINA PER CHRISTOPHORO LANDINO AL SERENISSIMO FERDINANDO RE DI NAPOLI
PREFATIONE
DITERMINAI O GIOCONDISSIMO *Imperadore &c.*

(3) *Dialogo*. Neſcio cur libros latinos, latinis diſputationibus conſcriptos dicat. Videtur enim ſecundum redundare. En verba: *imperoche quando queſta provincia m'imponeſti: non havevo anchora condocto al debito fine quattro libri latini in dialogo latino al mio Ceſareo & invictiſſimo Federigho feretano Principe degl' Vrbinati: le cui incredibili ſtupende innumere, & varie virtù & l'alexandrina liberalita verſo di me m'infiammano ogni giorno piu a celebrare le ſue laude.*

(4) *Affirmare*. Fatetur ipſemet Bandinius diſputationum Camaldulenſium libros IV. Friderico Vrbinatum Principi inſcriptos prodiiſſe poſt annum MCCCCLXXII. Codex a Cenninio exaratus annum MCCCCLXXVI. indigitat (*h*).

(5) *Landus*. In opere Italico, cui titulum fecit: *La Sferza de gli Antichi, e Moderni Scrittori, di M. Antonio di Vtopia ---- In Vinegia, per Andrea Arrivabene* (*i*). Conſule Argelatum (*k*), & Bandinium (*l*) verba Anonymi Vto-

(a) *Conſule Scipion. Maffej.* Traduttori Italiani. (b) Bibliotheca de' Volgarizzatori *littera PL. pag.* 239.
(c) *Vid. ſyllab. Mſs. biblioth. Archint. exaratum a Philippo Argelato.*
(d) *Conſule tom. XXXIV.* Opuſcoli del Calogerà *pag.* 351.
(e) *Specimen literatur. Florentin. tom. II. pag.* 45. (f) *Cit. tom. pag.* 121.
(g) *Pag.* 196. (h) *Vid. ſpecimen literat. Florent. tom. II. pag.* 188. *num. XX.*
(i) *Vid. Argelat. Biblioth. Script. Med. tom. II. col.* 781. *num. III.*
(k) Biblioteca de' Volgarizzatori *pag.* 139. (l) *Pag.* 121.

afferit Politiano, & Pico. Zenus vitia tribuit corruptis codicibus, cum iis nondum medicinam feciffet Hermolaus (*a*). Nos IↃCC. Landini hallucinationes non tantùm contaminatis membranis, quàm rei ipfius difficultatibus, & modicis eo tempore librorum auxiliis adfcribimus. Diftinguenda enim funt menda, quae ex amanuenfium negligentiâ, quaeve fuâ culpâ, patrio eloquio reddidit Landinus; quâ de caufsâ fortaffis fi & ego natus fuiffem anno CIↃCCCCXXIV. pejoribus mendis effem obnoxius. Obiit Landinus anno CIↃIↃIV. (alii id affignant anno CIↃIↃVIII.) cujus laudes diffufo commentario perfequitur Bandinius: Eum confule (*b*).

Vt demum ad Landini aemulationem anno CIↃCCCCLXXVI. editam redeamus: hanc notam bibliothecis Claromontanae (*c*), Hulfianae (*d*), Hoymiano fyllabo, & Liburnenfi [1] (*e*), Duboifiano (*f*), aliifque permultis (*g*): Romae non uno loco infpexi, & praefertim apud Dominicum Cardinalem Paffionaeum [2]. Extat Senis apud Equitem Peccium [3], fervatque in membranis excufam Regia Mantuae Carpetanorum bibliotheca [4]. Mediolani vifebatur apud Monachos Cifterciences [5]; nunc in librorum fyllabo unicè apparet. Eam poffidet Jofeph Antonius Cofta [6], picturis & emblematibus (aliquando extra chorum pofitis [7]) memorandam.

Ae-

ANNOTATIONES.

Vtopienfis referentes. Bandinium exfcribit Argelatus, quem haud fatis intellexit, cum Bandinius civem fuum tutari contendat per verba: *Animadvertere tantum fubficiat de admirabili hoc opere obloquutum fuiffe Anonymum Vtopienfem &c.* Caftigandus etiam venit Argelatus, quòd Plinianam aemulationem a Landino fufceptam afferit Alphonfi Regis juffu. Irrepferat quidem in Bandinii fpecimine Alphonfi nomen, fed calamo fubinde Ferdinandi Regis appellatione emendatur, ut apparet in exemplari, quod ab eruditiffimo auctore, dono accepi.

(1) *Liburnenfi*. In hoc fyllabo nonnulla nomina invenio, diversâ ratione ab eâ, quâ Janfonus, & Landinus utuntur, exempli caufsâ: *Gaio ---- tradotta ---- Chriftoforo*, cum editum fuerit C. *Plinio ---- tradocta ---- Chriftophoro*. Geminum inibi memoratur exemplar I. *In fog. grande di pergamena ---- Altro efemplare fimile in foglio grande reale. Quefti due efemplari oltre l'effere rariffimi, fono ancora dell' ultima magnificenza.* Hujufmodi exemplaria, licèt non obvia, minùs rectè a fyllabi collectore rariffima appellantur.

(2) *Paffionaeum*. Primo folio poffidentis appellationes extant; legimufque: *Joannis Francifci, Guidonis Vrbinatis, emit Paulus Pater*. Hos gentiles fuos effe monuit Dominicus Cardinalis Paffionaeus, quod etiam innuunt appofita familiae infignia. Arbitraria ibi etiam adeft Plinii effigies, & paucae quaedam manufcriptae annotationes occurrunt.

(3) *Peccium*. Exemplar integerrimum, in quo, primâ paginâ, circa Petrucciae nobiliffimae gentis fcutariam tefferam, pendet taenia, ubi legitur: *Antonio di Bartolomeo, di Giacoppo* (così) *Petrucci. Sena vetus fecit fieri*.

(4) *Bibliotheca*. Hujufmodi exemplum, maximi faciendum, extitiffe conjicio in Ferdinandi Neapolitani Regis bibliothecâ; illudque a Ferdinando Catholico in Hifpaniam afportatum anno 1507.

(5) *Cifterceenfis*. In Coenobio Divi Ambrofii: illam inquirens, unicè in librorum fyllabo inveni.

(6) *Cofta*. Qui Mediolani raram librorum poffidebat collectionem.

(7) *Pofitis*. Cum vacua a Janfono relicta fuerint quaedam fpatia, ut characteribus poftmodum penicillo adumbratis ornarentur: Pictor primo folio Thaletis figuram appofuit; ubi in Philofophi nomine reddendo orthographiae leges minimè fervavit. In Plinianae praefationis exordio apparet Scipionis Africani effigies: fecundo libro Plinius fcribens, & mathematica inftrumenta pinguntur. In fupremo folii margine adfunt gentilicia infignia a geminis centauris fuftentata. Quadripartita fcutaria area exhibet dignioribus in locis tres fufcas vulpes aurato in campo; in fecundariis alveolum aureis nigrifque teffellis conflatum: fuperimponitur crux alba rubenti in fcuto fulgens, unde volumen ad Hierofolymarium equitem fpectaffe conjicio. Tertii libri initio apparent Caefar, & Pompejus: Quarti Cato Senior. Quinti Octavianus Auguftus: Sexti Hannibal: Septimi Trajanus triumphans: Octavi Pompejus cymbâ fugiens: Noni Ptolemaeus Rex: Decimi Pythagoras; atque hâc ratione ufque ad tertium decimum volumen viri alicujus illuftris imago redditur. A decimo tertio ad operis calcem herbis, floribufque librorum principia exornantur. Multa ex iis modico delectu pofita quifvis intelliget. Trajani verò triumphantis effigies contra Plinii mentem, & temporum feriem pingitur; & quamvis fortaffe artifex, Sammonici errorem fecutus, Plinium Mifenenfis claffis Praefectum ad Trajani ufque principatum perveniffe crediderit: nunquam optimi Imperatoris nomen & triumphum feptimi libri initio reddere par erat, cum Naturalis hiftoria anno V. C. 830. emiffa, Vefpafiani imperantis tempora minimè fuperegrediatur.

(a) Cit. *pag.* 298. (b) *Pag.* 167. 171. *&c.*
(c) *Pag* 97. (d) *Tom. I. pag.* 10. (e) *Pag.* 415. (f) *Tom. I. pag.* 247.
(g) *Vid. Fabric. Bib. Latin. lib II.* 13. *Mattier. tom. I. pag.* 120. *Jul. Nigrum in Florentin. Scriptorib.* (Iftoria delli Scrittori Fiorentini) *Fontanin.* Della eloquenza Italian. *lib. II. pag.* 147. *edit. Rom. ann.* 1726.

Aemulatio Veneta II. Landino interprete Anni CIↃCCCCLXXXI. justo folio.

Hanc Jansonianae traducem venustis characteribus, quamvis ad Gothicam scriptionem paullulum accedentibus, edidit Philippus quidam Venetus. A primigeniâ tamen longè distat; pluribusque sordet erroribus, bibliopolae oscitanti tribuendis. Ingens volumen possideo, quod Francisci Comitis Peregrini optimi senis, & Comensis Patricii dono accepi. Videtur, quòd impressor Landini ad Ferdinandum Regem epistolam omiserit (1). Ad XXXVII. libri calcem occurrit.

Opus Magistri Philippi Veneti (2) *impressum anno Salutis M.CCCCLXXXI. Venetiis.*

Ante hanc editionem commemorat Bandinius Tarvisinam per Michaelem Manzolinum (3) vulgatam anno CIↃCCCCLXXIX.; sed alii fucum erudito fecerunt, qui Naturalem Plinii historiam eo anno a Michaele Manzolo Tarvisii emissam, & Parmensis primae anni CIↃCCCCLXXVI. traducem: falsò Landini italicam aemulationem appellarunt.

Aemulatia Veneta III. Landino interprete Anni CIↃCCCCLXXXIX. justo folio.

Philippum Venetum longè superavit typorum exquisitâ diligentiâ & papyri nitore Bartholomaeus a Portesio, qui anno CIↃ. CCCCLXXXIX. Venetiis Landini opus publici juris fecit (4). Arguendus in proprii nominis, & Venetiarum oppidi scriptione: librum adhuc vulgavit quibuscumque typographicis officinis comparandum. Editio haud obvia est; unde nil mirum, si a Maetterio praetermittitur, quamvis illius silentium Argelato intolerandum videatur. Ignota fuit haec impressio omnibus de ipsissimâ materiâ tractantibus; atque Argelatus, qui Aristarchi provinciam assumit, titulum minùs rectè attulit (5), cum eum a syllabo Capponiano exscribit (*a*). Laudatum exemplar unicè vidi Parmae, extat-

ANNOTATIONES.

(1) *Omiserit*. Bibliothecùlae nostrae exemplar, itemque alterum apud viros Nob. Comit. Joseph, & Philipp. Peregrinos: initium desumit ab verbis: *Libro primo della Naturale historia tradocta ------ per Christophoro Landino &c.* Neque plura leguntur in exemplo. Donati Comitis Silvae Equitis, doctissimi, quae me prior Argelatus a[illegible]vit (*b*).

(2) *Veneti*. Legit Bandinius „ *per Philippum Petri* Venetum „ (*c*). Addita *Petri* vox, hoc loco desideratur. Non abnuerim tamen, quòd subaudiri possit, nam conjicit Maetterius, quòd Philippus Venetus idem sit, ac *Filippo di Piero* (*d*), tanquam Petri filius. Erat, si Orlando credimus, *Filippo di Pietro* (*e*). Novi *Piero* Venetis omnibus, itemque Italis Vatibus *Petrum* sonare; adhuc tamen ignoro, an vernaculum *di Pietro*, sive *de Pietro* gentilicium fuerit, uti *de' Gregorii*, *de' Giovanni*, *de' Franceschi*, an lustricum patris nomen. Communis haec editio, non tantùm ab allatis, Argelato, Maetterio, Orlando; sed a Maffejo (*f*), & Fabricio, aliisque recensetur.

(3) *Manzolinum*. Legimus apud Argelatum, quòd ritè Patronus erroris arguit Haymum „ per aver riferita un edi„zione di questa traduzione di *Plinio* del *Landino* stampata = *Tarvisii per Michaelem Manzolinum* MCCCCL„XXIX. in fol. mentre essa è l'opera di *Plinio* in lingua latina, e non nella volgare, ingannato esso *Haym* „ dalla solita confusione del *P. Orlandi* nel suo libro dell'*Origine della stampa*, che meritarebbe veramente d'essere in molti luoghi corretto, e moltissimo ampliato „.

(4) *Fecit*. Hic ille est Portesius, cujus meminimus pag. 303. & 304. Pliniumque Venetiis vulgavit anno 1496.

(5) *Attulit*. Legit Argelatus: *in Venezia per Bartolomeo de Zani da Portesio*, quando haec rudiori linguâ vulgavit typographus, ut in proximâ annotatione.

(a) Catal. Capponi *pag.* 305. *Argelat.* Bibl. de' Volgarizz. *Tom. II. pag.* 240.
(b) Bibl. de Volgarizz. *pag.* 240. (c) *Specimen tom. II. pag.* 197.
(d) *Annal. typograph. pag.* 162. (e) Origine ------ della Stampa *pag.* 29. (f) Traduttori Italiani *pag.* 71.

tatque in Theologorum bibliothecâ, atque in Divae Mariae coenobio (1), cui hybernae ftationes nomen dedere, & cucullati inibi degentes Sanctam Mariam *Quarterii* latinè appellant. Convenit in titulo Venetae anni CIƆCCCCLXXVI.

Aemulatio Veneta IV. Landino interprete Anni CIƆIƆI. justo folio.

Hanc impreffionem a nemine [quòd fciam] memoratam confului in bibliothecâ coenobii Gratiarum, V. ab Vrbe Mantuâ lapide; lucemque vidit Venetiis Vbertini Vercellenfis typis anno CIƆIƆI. Ne inepta italica verba in operis corpore exfcribamus, illa annotationibus demandabimus; fufficiatque meminiffe titulum praeferre C. Plinii Veronenfis de Naturali hiftoriâ ad Titum Imperatorem (2). Hoc quidem Gothicis elementis, reliqua eximiis Romanis characteribus exprimuntur. Poft Landini interpretationem fubjicitur Hieronymi Squarciafici Alexandrini ad Paullum Valerium Venetum Patricium epiftola fatis inculta (3). Hujus laboris gratiâ puto Hieronymum Ghilinum fcripfiffe de cive fuo: Squarciaficum emendaffe Plinii hiftoriam, in quâ multi gravefque errores irrepferant (4).

Aemulatio Veneta V. Landino interprete Anni CIƆIƆXVI. justo folio.

Omifsâ hâc impreffione aliam commemorat Bandinius Venetiis editam *per Mar-*

ANNOTATIONES.

(1) *Coenobio*. Hujufmodi exemplar (non omni ex parte integrum) titulum praefefert: *Hiftoria Naturale di C. Plinio Secondo tradocta di lingua latina in fiorentina per Christophoro Landino fiorentino al Sereniffimo Ferdinando Re di Napoli*: ad calcem inepta haec verba occurrunt: *Finiffe il libro chiamato Plinio impreffo in Venefia per Bartolamio de Zani de Portefio nell anno della nativita de Noftro Signore Jefu Chrifto MCCCCLXXXIX. a di XII. de feptembre. finis.*

Hâc ratione Venetae Vrbis nomen italicâ manu reddidiffe pro certo habeas; tumque eo in oppido receptam oftendit proxima editio undecim poft annos en ifta. *Bartolamio de Zani de Portefio* gentilis, & fortaffe pater fuit alterius typographi, qui fe ipfum infcribebat *Augustino de Zanni da Portefe*, cujus meminit Francifcus Antonius Zaccharias (a). De Bartholomaeo confule, quae adnotavimus in Venetâ Plinii editione anni 1496.

(2) *Imperatorem*. Occurrit primo folio: C. *Plinio Veronefe de hiftoria naturale. Ad Tito Vefpafiano imperatore* .... fubinde: *Hiftoria naturale di C. Plinio fecondo tradocta di lingua latina in fiorentina per Christophoro Landino fiorentino al fereniffimo ferdinando Re di Napoli*. Poft Landini praefationem ftatim legimus „ DITTERMENAI *o giocondiffimo Imperadore &c.*: ad calcem libri XXXVII: *finiffe il libro chiamato Plinio Vulgare impreffo in Venefia per Ubertino Vercelefe nellano della nativitá del Noftro Signore Jefu Chrifto MCCCCCI. die XXX. di Octebre.*

(3) *Inculta*. En verba: *Hieronimo Squarzafico Alexandrino al magnifico Patricio Veneto Paulo Valerio del quondam* . . . . . . *filiolo falute manda Alexandro Macedonico: quale per li grandi facti magnifico fu cognominato, Sentendo di Xenocrate la fama per ogni parte rimbombare molto da cupitidade di gloria per effere da tanto homo nominato gli mando cinquanta talenti doro:*

Quaedam fubinde ex Plinio, & praefertim fecundi voluminis, attingit, ut tandem abfque ftylo, & quadam dictionum contrarietate fubdat: *Tute quefte cofe clariffimo paulo meglio che per plinio fecundo Veronefe fe ponno intendere. Li qle al pñte inpremendofe pgato da Albertino Vercelefe gia per molti anni mio amico ì tale che piu favorito in publico procedeffe gli fcriveffe.*

Multa hoc loco pejori fcripturâ Vbertinum, five Albertinum Vercellenfem reddidiffe fatis conftat: alia etiam a caftigatore vitiata intueor, ut quifquis fuperiores editiones huic conferens per fe ipfum dignofcet. Quod verò pudendum Squarciafico videtur, erit voluiffe Paulli Valerii genitorem recenfere; neque ei praenomen fubiiffe in mentem, unde importunam typographus relinquere lacunam coactus fuerit. Agreftem locutionem temporis vitio attribuo; fed illud *meglio che per Plinio* emendandum procul dubio; tollendumque ineptum *che*, ex quo oppofita potiùs fignificatio iis, quae Squarciaficus probare intendit, hoc loco inducitur.

(4) *Irrepferant*. Confule Italicum illius theatrum Virorum literatorum, ubi legimus de Squarciafico: *correffe anco l'Iftoria di Plinio, nella quale fi vedevano molti, e gravi errori.*

(a) Giro d' Italia *pag.* 19.

Marchium Sessam, & Petrum Ravanum Brixianum (1) MDXI. [a]. Vbi ipsemet Bandinius volumen attigerit: allata a nobis hoc loco Veneta VI. evadet. Dubito tamen vehementer, quòd Florentinae literaturae illustrator, vel oculis lapsus sit, vel nota V., inter X. & I. ponenda, desideretur, vel ab aliis deceptus fuerit; ideoque anno CIƆIƆXVI. alliganda integro lustro praeoccupaverit. In nullo enim syllabo, lustratisque bibliothecis, & scriptorum testimoniis accepi Sessam, ac Ravanum Plinianam Landini aemulationem anno CIƆIƆXI. vulgasse. Contra a nobis anno CIƆIƆXVI. descriptam recensent Bibliothecae Hulsiana, Bunaviana, & venalis Liburnensis [b], Venetiisque editam tradunt (2). Fatendum tamen, quòd oppidi nomen non in libri initio, sed in operis calce Melchior Sessa, & Petrus Ravanus Brixianus, socii apposuerunt. Ex infinitis propemodum operibus constat utrumque Venetiis typographicam artem exercuisse; quodve magis est, nusquam alibi Italicae Plinii aemulationes lucem viderunt; unde hisce de caussis & nos Sessae, Ravanique impressionem, Venetam V. appellabimus. Titulus Gothicis characteribus redditur, in quo opus ab infinitis erroribus purgasse affirmat Sessa, noviterque figuras singulis voluminibus convenientes addidisse (3). Adest typographi aposphragisma; felis nempe murem dentibus adstringentis, cui suppositae sunt literae M. S. (4). Reliquum operis Romanis optimis typis, candidissimâ, & pulcherrimâ chartâ exhibetur. Plinii Caecilii ad Tacitum epistolam nostro idiomate redditam hoc loco adjecit. Inter primum & secundum Naturalis historiae librum posuit Quinti Aemiliani allatum encomiasticon (5), cui additum est ridendum elogium:

I N I V S
C V N D V S (6)

Haec per se incondita, magis tali pacto contra dispositionem atque ordinem clamant, cum alibi venirent collocanda. Laudo libro II. praepositam Caeli figuram, III. Europae tabulam. Ex reliquis vix aliqua Plinio conveniunt. Ad calcem nitidiùs impressionis locus, & annus CIƆIƆXVI., itemque impressores apparent (7).

Ae-

ANNOTATIONES.

(1) *Brixianum*. In epistolâ humanissimâ, quam mihi dedit Bandinius IV. non. Martii an. 1758. invenio *per March. Sessam, & Petrum Ravanum Brixianos*.

(2) *Tradunt*. Syllabus Liburnensis minùs rectè de hâc editione scripsit: *In Venetia per Marchio Sessa, e Piero de Ravani Bersano* 1516. Non enim verba fideliter excerpta sunt, ut paullò infra constabit.

(3) *Addidisset*. Titulus est hujusmodi: *Historia naturale di Caio Plinio Secondo di lingua latina in fiorentina tradocta per il doctissimo homo Misser Christophero Landino fiorentino nuovamente correcta: & da infiniti errori purgada: aggiunte etiam di nuove le figure a tutti li libri conveniente —— M. S.*

(4) *M. S.* Notis significatur *Melchior* (Marchio) *Sessa*, qui dum Plinium ab innumeris erroribus vindicasse gloriatur, neque orthographiae tunc temporis praecepta, neque ipsam Landini scripturam ubique sequitur, & voces Brixianas quandoque pro Italicis usurpat.

(5) *Encomiasticon*. Confer quae attulimus pag. 318.

(6) *CVNDVS*. Hanc inscriptionem vulgavi lib. II. pag. 43. ubi typographicum mendum tollitur, cum in Sessae & Ravani editione perperam occurrat T. E. I. pro T. F. I.

(7) *Apparent*. Haec rudi admodum stylo cuduntur: *Finisse el libro del historia naturale de Plinio secondo Veronese de lingua latina in lingua fiorentina tradocto per misser Christophero Landino fiorentino nuouamente correcto: & con summa diligentia stampato in Venetia per Marchio Sessa & Pietro de Ravani bersano compagni nel año del Signor.* 1516. *a di* 14. *de Agosto*.

Notandum, quòd qui Melchior Sessa in latinis Plinii editionibus scribitur (a): hoc loco vulgari manu *Marchio* appel-

(a) *Pag.* 197. (b) 415.

Aemulatio Veneta VI. Landino interprete Anni CIƆIƆ.XXIV.
justo folio.

Hoc anno Julius Niger Naturalis historiae Landinianam aemulationem commemorat; Venetiisque prodiisse asserit vigintiseptem libris comprehensam (*a*). Hoc ultimum Pomatelli typographi erratum dicemus. Videtur etiam aliquid in titulo immutatum [1]. Verùm neque huic, neque Argelato fidendum, qui Nigro addidit syllabum Barberinae bibliothecae, quamvis allato titulo diversum [2]. Falsus tamen fuit antiquus Barberinae bibliothecae concinnator, tum quia impressionem anni CIƆIƆXXXIV. decennio praeoccupavit, tum etiam quòd illius inscriptionem minùs rectè exhibuit. Nemo ex iis adnotavit, typographi nomen.

Aemulatio Veneta VII. Landino interprete anni CIƆIƆXXVIII.
justo folio.

Hanc profert Argelatus, qui ad Fabricii latinam provocat bibliothecam [3].

Aemulatio Veneta VIII. Landino interprete anni CIƆIƆXXXIV.
parvo folio.

Allatae impressionis titulus negligenter ab aliis, vel per compendium redditus [4] satis differt ab hucusque allatis; constatque typographum Sessam, cum Naturalem historiam secundis curis vulgaret prosecisse ex doctorum libris, qui Italicam linguam perpurgaverant: primo folio apposuit solitum aposphragisma [5]; ultimo editionis locum, & tempus indigitavit [6], ut videre est in exem-

ANNOTATIONES.

appellatur. Plebi enim & rusticis idem sonat *Marchio*, & *Melchior*: Petrus verò a Ravanis omnino ineptè dicitur *bersena*; quando etiam idiomata ad patrium accedente nuncupandas erat *Bressano*, cum Brixia apud Transpadanus dicatur *Bressa*.

(1) *Immutatum*. Legimus apud Argelatum: *Istoria naturale di Plinio, tradotta dal Latino in Idioma Toscano da Cristoforo Landino Fiorentino &c. In Venetia* 1524. *in fol.* (*b*). Hanc fuisse inscriptionem neqnaquam credam, cum diversâ methodo Landini aemulationem antea, & post, publicatam constet ex dictis, dicendisque.

(2) *Diversum*. In syllabo Barberino occurrit (*c*). *Historia Naturale volgarizzata da Cristoforo Landino Ven.* 1524. Neque haec esse possunt verba, tunc temporis apposita. Praeterquamquod oculis lapsus est, qui bibliothecae Barberinae syllabum anno 1681. conflavit (ut Simoni Ballarino doctissimo illius Praefecto ostendebam anno 1758.) impressionem nempe anni 1534. omittens, recenset alteram anni 1524. quae in Barberinâ supellectili non apparet.

(3) *Bibliothecam*. In omnibus libris, qui ad manus nostras nondum pervenerunt, ad fidem alienam provocent legentes.

(4) *Redditus*. Paitonus impressionem folio quatuor in partes complicato factam asserit *: In Vinegia per Marchiò Sessa*. Idem affirmat Argelatus, nisi quia legit *Marchio*, notamque editionem innuit Francisco Antonio Zaccariae, & Bailletto. Ni duplicem diversae formae, eodemque anno (quod minimè reor) vulgaverit Sessa: Argelatus, & Paitonus certè hallucinantur.

(5) *Aposphragisma*. Legimus primo folio. *Caio Plinio secondo de la historia naturale: dal latino ne la volgar lingua per il dottissima huomo Messere Cristoforo Landino fiorentino tradotta: nuovamente con grandissima diligenza corretta: e da infiniti errori purgato: aggiuntovi anchora di nuovo le sue figure a tutti i libri convenienti*. Hic pingitur aposphragisma, cui subjicitur importuna additio.

nuovamenta
stampata

(6) *Indigitavit*. Per haec verba: *Finisse el libro de lhistoria naturale di Plinio secondo Veronese de lingua latina in lingua fiorentina tradocto per Misser Cristoforo Landino fiorentino nuovamente correcta, & con summa diligentia stampato in Venetia per Marchio Sessa Ne lanno del Signore* M. D. XXXIIII. *A dì* XX. *Zugno*. Ex iis ultimo loco allatis apparet titulum doctis poliendum tradidisse: operis coronidi adjecta, suoque marte edita incultis vocibus, & malâ scribendi ratione conspurcasse.

(a) Istoria degli Scrittori Fiorentini *Pag.* 138. *col.* 2. (b) *Citat.* Bibliotec. *Pag.* 241.
(c) *Tom. II. Pag.* 223. *col.* 1.

emplo, quod servat Bibliotheca Barberina, itemque nostra ex dono eruditi Juvenis Guicciardi Comitis Riminaldi [1].

Aemulatio Veneta IX. Landino interprete Anni CIƆIƆXXXIV. folio quatuor in partes complicato, emendata per Johannem a Francesio.

Hanc eodem Anno CIƆIƆXXXIV. Venetiis editam, ante Sessianam memorat Argelatus; ejusque notionem debere fatetur Biscionio. Multa tamen hoc loco veniunt emendanda, & praesertim quòd Itala aemulatio Antonio Bruciolo [2] tribuatur, cum Landini sit per Francesium castigata. Hic enim in epistolâ ad Lectorem post debitas Plinio laudes, M. Antonii Sabellici, atque Hermolai Barbari (quem unicum sui seculi [3] lumen appellat) labores commemorat; inde se Landini aemulationem emendasse asserit, eo quia muneri suo Florentiae civis fungi non potuit, cum in depravatos codices incidisset [4]. Post Francesii epistolam legitur Landini ad Ferdinandum Regem prooemium; atque ad operis calcem volumen impressum apparet per Thomam a Ternengo, agnomine Balarinum [5] Anno Domini CIƆIƆXXXIIII., ut constat ab exemplari in Vallicellianâ bibliothecâ asservato [6].

Aemulatio Veneta X. Landino interprete Anni CIƆIƆXLIII. folio quatuor in partes distributo, emendata per Antonium Bruciolum.

Anno CIƆIƆXLIII. Antonius Bruciolus, sive Bruciolius, ut Pocciantio arridet (*a*), cum apud Gabrielem Jolitum a Ferrariis Naturalem historiam Italicâ manu expressam vulgaret; se quidem lacunas implesse, & infinitos errores sustulisse asserit: eum tamen adhuc apposuit titulum, ut castigatoris munere fungi, opus ipsum Landino relinquere testetur [7]; cujus integram quoque ad

ANNOTATIONES.

(1) *Riminaldi*. Ortus patricio genere apud Ferrarienses unus est ea hebdomaticis Regiae Parmanae domus praefectis.

(2) *Bruciolo*. Argelati verba haec sunt: *Istoria naturale di Plinio tradotta per Antonio Brucioli. In Venetia per Thomaso detto Ballarino 1534. in 4. — dobbiamo questa notizia al dottissimo Signor Canonico Biscioni nelle sue Aggiunte, e correzioni a' Tradutturi Italiani.*
Titulus ne syllabam quidem de Bruciolo affert; estque sequens. *Historia naturale di C. Plinio Secondo in volgare tradotta per Christophoro Landino nuovamente in molti luoghi, dove quella mancava, supplito, & da infiniti errori emendata. — Aggiuntovi anchora di nuovo la sua vita.* — MD.XXXIIII.
Subinde occurrit castigatoris praefatio. *Giovan de Francesio agli Lettori S.*

(3) *Sui seculi*. Videtur, quòd Francesii verba de Hermolao Barbaro, [quem celebrat tanquam *unico lume del secol nostro*] rectiùs scriberentur, ubi elapsi seculi, vel Parentum aetatis illustre decus dixisset, cum Aquilejensis Patriarcha obijerit anno 1493.

(4) *Incidisset*. Monuimus Landinum Plinianae praefationis inscriptionem non attulisse. Francesius, cum illam *Domitiano* datam vulgavit, Venetae Principi, aliisque vetustioribus adhaesit; parum tamen cautè, cum post Beroaldi Parmensem editionem anni 1476. Titi Vespasiani appellationes rectiùs stare eruditis innotesceret.

(5) *Balarinum*. Unico *l* a typographo tribitur in hanc speciem: *Stampato in Vinegia per Thomaso de Ternengo ditto Balarino nell' Anno del nostro Signore* M. D. XXXIIII.

(6) *Asservato*. In exemplo, quod Romae custodit Vallicelliana bibliotheca Plinii vitam (quamvis additam innuat Ternengus) minimè inveni. Haec igitur (non Sessiana) erit editio, ad quam provocant Zaccharias, & Baillettus (*b*), cum quadripartitâ constet formâ. Exemplar a Sessâ vulgatum Ternenghiano praeponendum censeo.

(7) *Testetur*. Hujusmodi epigraphe: *Historia Naturale di C. Plinio Secondo di latino in volgare tradotta per Christophoro Landino, & nuovamente in molti luoghi dove quella mancava, supplito, & da infiniti errori emendata, & con somma diligenza corretta da Antonio Bruccioli. Con la Tavola similmente castigata, & aggiuntovi molti capitoli, che nelle altre impressioni non erano. Aggiuntovi anchora di nuovo la sua vita con un altra tavola copiosissima di tutte le materie, che nell' opera si trattano con molto studio a perfettione per ordine alphabetico ridotta. Et di più una Tavola, nella quale si dichiarano molti vocaboli intagati difficili, & parole estranie non intese. — In Venetia appresso Gabriel Iolita di Ferrarii.* M. D.XXXXIII.

Ex

(a) *Catalog. Scriptor. Florentinor.* (b) Jugemens des Savans. *Tom. II. Pag. 471. edition. Amstel.* 1725.

Ferdinandum Regem attulit praefationem. Hujusmodi satis ostendunt nullâ ratione fieri potuisse, ut Bruciolus anno CIↃIↃXXXIV. Naturalem historiam Italico idiomate per se ipsum emitteret, ut hanc nonum post annum ex Landini interpretatione postea vulgaret. Anno igitur CIↃIↃXLIII. Brucioli nomen in Plinianâ aemulatione primò fuisse invectum statuimus, cum id operis Jolito typographo inscripserit; neque antea addentis auspiciis in publicam lucem venerit, ut satis ipsius Brucioli verba comprobant ante Landini praefationem apposita [1]. Hanc sequitur Plinii vita, quam (dempto initio [2]) ex geminis Plinii Caecilii epistolis desumit. Plinium Domitiano opus inscripsisse statuit [3]. Mirandum, quòd Donius [4], & Julius Niger (*a*) Bruciolum eximiè laudent, nullamque hujus aemulationis notitiam exhibeant. Petrus Arretinus, & post illum Colomesius Hebraicè, Graecè, & Latinè doctum affirmant (*b*). Sapientibus quoque a Ruscellio annumeratur [5]. In hâc Plinianâ aemulatione Bruciolum latini idiomatis vim non uno loco haud satis percipere ostendimus; sufficietque in praesentiarum adnotasse, quòd Plinii Caecilii dicta lancinat, falsòque reddit, ubi avunculum suum *sub Nerone novissimis annis* octo sermonis dubii libros scripsisse affirmat, quae a Bruciolo interpretari videntur, supremis vitae suae annis a seniore Plinio peracta [6]. Tabula post indices laudem promeretur, cum inibi voces, & alia obscuriora ex Plinio enarraverit. Ad aliam properemus impressionem, quae solo Brucioli nomine quinque post annos apparuit.

Aemulatio Veneta XI. Antonio Bruciolo interprete Anni CIↃIↃXLVIII. folio quatuor in partes compacto.

Post tantas in Jolitum congestas laudes, iterum Plinio manus admovens Brucio-

ANNOTATIONES.

Ex allato titulo constabit, neque hujus impressionis verba fideliter ab Argalato fuisse adscripta, quamvis exemplar possidere affirmaverit. Nescio etiam, cur ubique scribat *Bruccioli*, satis Ludovico Dominico accedens, a quo dicitur *Bruccíolo* (*c*); cum hic auctor apud Italos *Brucioli* vocaretur. Ab Argelato itidem legitur: *Giolito de Ferrari*, quando nondum adhuc tali ratione typographus gentilicias appellationes reddebat, & etiam in operis calce legimus: IN VENETIA APPRESSO GABRIEL IOLITO DI FERRARII. M. D. XXXXIII.

(1) *Apposita*. Illum parum e Bembi ad Italicum idioma castigationibus profecisse ostendit incultus epistolae titulus: *Al Molto honorando & charissimo M. Giangabriello Jolito, di ferrarii da Trino, de monferrato Antonio Brucioli*. Ibi inter reliqua legimus. *Ho voluto il presente libro di Plinio mettervi auanti, dedicandoui alcune mie correttioni fottevi sopra -- le quali tute cose come sapete venneno in vostra cognitione, preso dalla marauiglia di tanto autore, deliberasti, alla commune utilità, farlo imprimere, &c.*

(2) *Initio*. Titulum praeposuit: *Vita & morte di C. Plinio Secondo*. *Caio Plinio Secondo fu (coma istimano molti) Veronese, per quello massimamente, che egli chiamò Catullo suo compatriota. Altri tra quali e il beato Jeronimo, dicono essera stato da Como.*

(3) *Statuit:* Incipit enim: *Libro prima della historia Naturale di C. Plinio Secondo a Domitiano Imperadore. Prefatione*. Notandum quòd foliorum enumeratio Romanis notis compacta a secundo incipit volumine. Jolitus a Ferrariis uno adhuc ad eam pulchritudinem typographicos characteres deduxerat, quibus postea illius officina inclaruit. Non contemnendâ caeteroquin formâ conflatae sunt litterae; sed orthographiae leges in multis vitiatae apparent. Hanc editionem possidet Ambrosiana bibliotheca, ubi Cappuccio Aristarchi Urbano VIII. Regnante Brucioli nomen invertere cogitarunt. Extat & in nostrâ, in syllabo Capponiano &c. Memoratur a Paitono; ibique perperam forma ad octonam folii plicaturam redigitur (*d*), quando quatuor unicè agnoscit.

(4) *Donius*. De Bruciolo scripsit virum fuisse, *che sempre s'è dilettata delle buone lettere, ha fatte molte opere* (*e*).

(5) *Annumeratur*. Consule *primo discorso a M. Lodovico Dolce* (*f*).

(6) *Peracta*. Ita enim vertit: *scrisse negli ultimi anni sotto Nerone*, quando reddere oportebat: *scrisse negli ultimi anni dell'impero di Nerone*. Item multa alia fallidio, uti *Eufidio Basse ------ Messeno*, cum vertere debebat *Aufidio Basso ------ Miseno*. Neque Plinii Caecilii dicta intelligit: *Post cibum saepe, quem interdiu levem & facilem veterum more sumebat*, cum scribat: *dopo il cibo, qual prendeva il giorno molto leggieri, & facile come far sogliono e vecchi*. Veterum more, non homines gravi aetate oppressos, sed eos qui praecellarent, significat; ideoque italicâ linguâ dicendum. *Spesse volte dopo il cibo, che frugale e semplice, giusta il costume de' nostri maggiori prendeva &c.*

(a) Storia de Scrittori Fiorentini *pag.* 56. (b) *Vide Paul. Colomesii Italia, & Hispan. Oriental. pag.* 60.
(c) *In epistolâ ad Albericum Cibonum Massae Marchionem*. (d) *pag.* 352.
(e) Libraria *fol.* 9. (f) *Pag.* 5. *edit. Ven.* 1553. *per Plinium Petrasanctam*

ciolus, Naturalem hiſtoriam a ſe noviter in Etruſcum idioma converſam, Venetiis edendam curavit anno CIↃIↃXLVIII. Alexandri Brucioli, & fratrum [1] typis. Opus inſcripſit Leoni Strozio [2] Viro Nobiliſſimo, tumque Gallici maris praefecturam gerenti. Hanc Landinianae praehabendam compertum habeo, quidquid Ludovicus Dominicus ipſiſſimum de Landino, & Bruciolo proferat judicium [3]. Secundus aliquam laudem promeretur, quòd multa caſtigaverit, utrique exemplari breves, neque contemnendas addiderit annotationes, rerum indices, multaque alia ſubjecerit. Neſcio cur iteratis curis Plinii vitam minimè vulgaverit. Hujus editionis exemplar viſitur Mediolani, in Clericorum Regularium Neapolis, in Regiâ Carpetanâ, itemque eodem in oppido in Divi Franciſci bibliothecâ; ibique exemplum ſuperbâ & caeteris majori chartâ, inauratiſque foliis apparet. Memoratam Brucioli aemulationem novit Fontaninus (*a*), Scipio Maffejus (*b*), Paitonus (*c*), Argelatus &c.

Vt Brucioli demum ſectionem claudamus, de illo ſufficiet dixiſſe, quòd vir fuit pluribus excultus diſciplinis, & mordaci adeò eloquio, ut dira in cucullatos, & clericos effunderet (*d*). Multa in illius ſacrorum librorum italicis interpretationibus irrepſere, quae Tridentinum Concilium damnavit. Exul patriam reliquit anno CIↃIↃXXIX., & ubique animum novitatis cupidum oſtendebat. Quod ferre non poſſum, inter tanta, ſemper erit ſcripſiſſe de Deo doctè Plinium loqui, prout Naturae humanae datum eſt [4]. Conjicit Julius Niger Bruciolum obiiſſe circa annum CIↃIↃL.

Aemulatio Veneta XII. Ludovico Dominico interprete Anni CIↃIↃLXI. folio octo in partes complicato.

Cum poſt Brucioli mortem Ludovicus Dominicus, Placentiae ortus, Plinium ita-

ANNOTATIONES.

(1) *Et fratrum*. Videtur, quòd Bandinius hujus interpretationis auctorem agnoſcat Alexandrum Bruciolum. Receuſet enim inter varias Naturalis hiſtoriae aemulationes peractam *per Antonium Bruciolum* NDXLIII. (lege MDXLIII. *in* IV., *qui eam quoque caſtigavit*, *item per Alexandrum Bruciolum* MDXLVIII. *in* IV. (*e*) Alexander Bruciolus (qui frater, vel conſobrinus Antonii fuit) edidit quidem volumen, ſed labor Antonio ſpectabat. *Hiſtoria Naturale di C. Plinio Secondo nuovamente tradotta di latino in vulgare Toſcano per Antonio Brucioli* ------- *In Venetia* M. D. XLVIII. *per Aleſſandro Brucioli & i FFategli*. Ita enim malâ ſcripturâ vulgarunt Brucioli fratres, quam non rectè Argelatus repraeſentat, & bibliothecae Paſſioneae index. Emendandus pariter ſyllabus Clericorum Regularium Neapoli in Aede Apoſtolorum, in quo perperam impreſſio alligatur anno 1546. cum annus 1548. Romanis notis in eorum exemplari appareat.

(2) *Strozio*. Vir fortis & impiger, qui apud Scarlinum Populonii tractus caſtellum glande trajectus, paullò poſt ad Gallicas triremes ſuorum brachiis elatus obiit anno 1554. (*f*). Haec gens *Strozza* a multis latinè appellatur, apud Italos *Strozzi*.

(3) *Judicium*. Videtur, quòd Dominicus non tantùm corruptos codices, quibus uſus eſt Bruciolus, accuſare, quin etiam illius ſcribendi rationem arguere intendat; & ſanè Strozius appellatur: *Generale di mare della Majeſta Criſtianiſſima*, atque inter alia legimus. *Ma io Signore Eccellentiſſimo dedicando a Voſtra Illuſtriſſima Signoria queſta mia nuova tradutione di Plinio, volendo con alcuna lode del alto valor voſtro, & virtu Heroice, & fatti egregii. dimoſtrare, quanto degno Signore haveſſi eletto &c.* In reliquis etiam aſperae & obſoletae dictiones occurrunt: *Pompejo --- andaſti --- corſale --- Armata Inghileſe --- Inſula --- anchora --- fulgori --- Ptolomeo --- Re de Perſi &c.* Varchius, Bembus, Bal. Caſtillionaeus, aliique ſcripſiſſent eo tempore: *Maeſtà Criſtianiſſima --- traduzione --- Eroiche --- Pompeo --- andaſte --- corſaro --- Armata Ingleſe --- Iſola --- ancora --- folgori --- Tolomeo --- Re di Perſia, o de Perſiani*. In Plinii praefatione Catulli nomen typographorum incuriâ vitiatur.

(4) *Datum eſt*. In epiſtolâ ad Julium ita de Plinio loquitur: *queſto pe cieli, & ſuoi rivolgimenti in modo paſſa ſcrivendo che pare che di la ſu deſcendeſſi, dove un tempo fuſſi ſtato a contemplargli, queſto di iddio dottamente tratta quel tanto che ne puo intendere dottrina umana*. Alibi Bruciolus Plinium de animâ benè locutum dixit, quantùm homini ethnico conſtabat. Vide, quae contra illum collegimus lib. V. pag. 193.

(a) Eloquenza Italiana *lib. II. pag.* 147. (b) Traduttori Italiani *pag.* 71.
(c) *Pag.* 353. (d) *Vide* Varchi Storia Fiorentina *lib. VIII. pag.* 211. *Fontanin.*, *Zen.*, *Bandin. &c.*
(e) *Tom. II. pag.* 197. (f) *Vide* Mecatti Storia Cronologica *par. II. pag.* 687.

italicâ manu aemulari decrevit: id egiſſe affirmat, eo quia Landinus, vir prout ea tempora ferebant, literatus doctuſque multa coactus fuerit reddere, quae mediocribus etiam ingeniis maximam injiciebant admirationem. Hanc ob cauſſam Gabriel Jolitus occaſionem aſſumpſit, ut XII. ante annos de novâ condendâ Etruſcâ verſione cogitans, inſignem medicum & philoſophum Petrum Orſilagum Piſanum, ipſo deprecante Dominico, rogaret, ut tantam provinciam ex integro ſuſciperet (a). Si vera hoc loco narrat Dominicus, haud ſatis Jolito Brucioli lucubrationes placuerant, quamvis anno CIↃIↃXLIII. emiſſae, ejus curâ lucem vidiſſent: cum nihil de noviſſimo interprete, ſive ad Dominicum, ſive ad Orſilagum loqueretur. Verùm tum Bruciolus, vel ad plures tranſierat, vel aliquâ de cauſſâ Jolito infenſus, a typographo negligebatur [1]. Vtcumque ſe res habeat, Orſilagus demandatum opus coepit; ſed morte praereptus laborem ad optatum exitum minimè deduxit [2]. Pompejus poſtmodum a Barbâ ejuſdem Dominici precibus addactus, Naturalem hiſtoriam patrio idiomate reddebat: ſed cum in medicinâ faciendâ clariſſimi eſſet nominis: in primâ laborum ſtatione deſtitit, ut Romam ſeſe conferret, quâ in urbe illum Summus Pontifex Pius IV. Medici ſui officio, & peculiaribus decoraverat honoribus [3].

Cum igitur in Ludovicum Dominicum omne onus rediiſſet, optimis, ut ipſe ait, inſtructus codicibus, Plinium italicè aemulari aggreſſus eſt. Quae fuerint membranae, ab ipſo non recenſentur [4]. Vt verum fatear, latinas tantùm Plinii impreſſiones conſuluiſſe affirmarem; eaſque praeſertim, quae Landini, & Brucioli vigiliis poſteriores, omnium manibus terebantur.

Quamvis Dominicus Etruriam incoleret, aemulationem ſuam Venetiis edendam curavit; neque alio pacto id erat agendum, cum opus Jolito rogante exaraſſet; Hoc optimis amici typis vulgatum [5] longiſſimâ epiſtolâ dicavit, uti innuimus, Alberico Cyboo [6]. Tantus labor grandem apud Italos, externoſque

ANNOTATIONES.

(1) *Negligebatur*. Dominicus aemulationem ſuam vulgavit anno 1561. quam ejuſdem anni Menſe Majo Alberico Cyboo nuncupaverat. Anno igitur 1549. de novâ Italicâ interpretatione agebat Jolitus, cum vix ſuam ex integro publicaſſet Bruciolus. Fortaſſe Jolito moleſtum acciderat, quòd Bruciolus recenti opere anno 1548 obfuſcaſſet alterum anno 1543. divulgatum; idque non ſuis, ſed Alexandri, & fratrum Bruciolorum typis acciddiſſe.

(2) *Deduxit*. De Orſilagi, & Barbae laboribus potiora ſcribere potuiſſet Dominicus; lectoremque monere quouſque ab utroque ventum fuiſſet; itemque an imperfectae vigiliae ab haeredibus poſſiderentur. Fruſtra hâc de re Fontaninum, & Zenum conſului, ubi alia Orſilagi, & Barbae opera attingunt, neque plura apud ultimum invenies, quamvis a Dominico adnotata ob oculos haberet.

(3) *Honoribus*. Mazzuchellius Dominici dicta minimè ignorans, addit illum de Barbae italicâ aemulatione iterum meminiſſe alio in opere (b): meliora tamen ſuppeditat, ubi annotationes Pompeium Barbam ad priora Naturalis hiſtoriae volumina ſcripſiſſe aſſerit, quae poſtmodum ad Lucium fratris filium pervenerunt (c). Quo nunc in tablino deliteſcant, prorſus ignoro; cum Mazzuchellius ad Franciſcum Galeottum provocaverit, qui hujuſmodi in ſuo manuſcripto codice de rebus Piſcienſibus collegit (d).

(4) *Recenſentur*. Videtur nonnullis, quòd Dominicus membranacea Naturalis hiſtoriae exemplaria volutaverit; quâ de re fidem meam minimè obſtringo, quamvis legam apud ipſum: *Ne però mi attribuiſco io tanto di ſapere, che io mi dia a credere d'avere inteſo tutto quello, che il Landino prima, e il Brucciolo dopo di lui non hanno nè veduto nè inteſo. Perche, ſi come io ho detto non dubito punto, che ſe eſſi quei buoni & corretti teſti haveſſero havuto, i quali a noi, mercè d'alcuni eccellentiſſimi, & d'ogni lode degni huomini ſono venuti in mano: & molto meglio, & più fedelmente aſſai, che non ſi vede, havrebbono tradotto.*

(5) *Vulgatum*. Titulum eſt hujuſmodi. *Hiſtoria Naturale di G. Plinio Secondo tradotta per M. Lodovico Domenichi: con le poſtille in margine, nelle quali, o vengono ſegnate le coſe notabili, o citati altri Auttori, che della ſteſſa materia abbiano ſcritto, o dichiarati i luoghi difficili, o poſti i nomi di Geografia moderni, & con le tavole copioſiſſime di tutto quel che nell'opera ſi contiene —— In Vinegia appreſſo Gabriel Giolito de' Ferrari. MDLXI.*

(6) Cyboo. Nempe: *All'Illuſtriſſ. Signore Alberigo Cibò Maleſpina, Marcheſe di Maſſa, Signor di Carrara, Conte di Fe-*

(a) *In praefat. ad Alber. Cyb. Maſſ. Marchion.* (b) Facezie, motti, e burle *lib. VI. pag.* 295.
(c) Scrittori d'Italia *volum. II. part. I. pag.* 237. (d) Memorie di Peſcia.

que laudem peperit Dominico, quam illi ob plura benè explicata, minimè praeripiam. Multa etiam in margine [licèt a Bruciolo, & latinis interpretibus toties ſurrepta] exhibet: nonnulla de ſuo adjecit, Geographiam, & veteres appellationes neotericis reddens nominibus; ad quae peragenda Paulli Jovii opera ab ipſo in patriam linguam translata, maximè profuerunt. Vt veriora tamen adſtruamus, maximum Italia bonum ſentiret, ubi doctus aliquis novâ converſione Plinium nobis concederet; atque id in primis optarem, quòd Dominicum interpretem, neque a primo limine, niſi poſt abſolutum opus, ſalutaret (1). Hoc ille cum prioribus non fecit, nam Brucioli texturam ſatis amplectitur, quamvis rejectis obſoletis vocibus, multiſque immutatis, recenti foeturae novitatem, & gratiam inducere tentaverit.

Ghilinus [*a*], & Creſcimbenius [*b*], [quamvis in Dominici operum ſyllabo hanc Plinianam aemulationem minimè recenſeant] cum illius in bonis literis atque in Etruſco idiomate peritiam eximiè celebrent: tacita praeſentis operis encomia aliquibus videntur feciſſe. Bonâ tamen horum, & amici Poggialii veniâ [*c*], Dominicum *literati illuſtris* nomen non adhuc promereri arbitrarer. Neque enim idem eſt, Paulli Jovii opera, & Plinii hiſtoriam aemulari; & certè Bruciolus, certiſſimè Landinus majorem latini idiomatis notionem, quàm Dominicus habuerunt (2). In Dominico multa etiam circa eloquium deſiderantur, unde illius dictiones nullius auctoritatis apud Etruſcos Academicos evaſerunt (3).

Circa Joliti impreſſionem adnotandum, quòd tabulas ad Geographiam, & Plinii voces inveniendas a Bruciolo inductas, omiſit. Poſt Dominici ad Cyboum praefationem affertur Junioris Plinii ad Marcum (4); itemque altera ad Tacitum (5) epiſtola: poſtea Naturalis hiſtoriae ſcriptoris ad Veſpaſianum (6) prooemium.

Haec editio nota Fontanino, Paitono, Argelato, Zeno, aliiſque: traducibus praefertur exemplaribus. Extat in Ambroſianâ bibliothecâ, itemque in noſtrâ &c.

Jolitus Plinium Dominici iterum vulgavit anno CIϽIϽ LXII. ſuperiori laudato exemplari omnino ſimilem (7). Inſequenti anno ſupremum diem obiit; item-

ANNOTATIONES.

rentillo, & Ciamberlano di ſua Maeſtà Catholica. Argelatus, qui voluminis titulum, non omnino pro ut jacet, & multa ex hâcce epiſtolâ addaxit, cum laudes Alberici a Dominico ſcriptas attingeret, eo quia tanta Literatis impertiretur. *Ecco* inquit, *l'uſo di que' tempi*, *ſimili ai noſtri*, *come la luce alle tenebre*. Immeritò tamen aetatem ſuam arguit, cum multa a Caroli VI. Auguſteâ liberalitate, aliiſque Principibus viris accepiſſet; quorum aulicos praefationibus a Saxio, & Blanco exaratis, ſibique auctorum aſſenſu adſcriptis, deceperat.

(1) *Salutaret*. Conſule, quae ad Plinii praefationem ſubjeci. Tom. I. lib. VIII. pag. 243.

(2) *Habuerunt*. In Plinii aemulatione profecit Dominicus per ea, quae Barbarus praeſertim emendaverat. In reliquis, quae nec Patriarcha Aquilejenſis, neque alii attigerant; & difficilis intelligentiae evadebant, levem Romani eloquii cognitionem habuiſſe oſtendit; & certè intolerandum humeris ſuis onus ſuſcepit.

(3) *Evaſerunt*. Nimis igitur ſibi indulget Cornelius Catanaeus, qui Dormii appellatione magis innotuit, ubi Dominicum unum ex primis Italiae luminibus appellavit (*d*).

(4) *Ad Marcum*. Inſcriptionem poſuit: *Gaio Plinio Cecilio a Marco Suo ſalute*.

(5) *Ad Tacitum*. Hujus titulus: *Gaio Plinio a Tacito ſuo ſalute*. Uterque locus debet ſibi convenire, & Caecilii nomen exhibere, ut alibi monuimus. Malè apud Argelatum legitur: *nel fine della preſente edizione ſono due lettere di Plinio, una a Marco, l'altra a Tacito*. Scribendum erat. *Nel principio di queſta edizione immediatamente dopo la dedica del Domenichi ad Alberigo Cibo ſono recate in italiano due lettere di Plinio il giovane &c.*

(6) *Veſpaſianum*. Hunc appellare debuiſſet Dominicus *Tito Veſpaſiano*, quando praenomen omittens *Veſpeſiano* ſcripſit; verbumque verbo infidus interpres aemulatur. Conſule, quae adnotavimus lib. VIII. pag. 243.

(7) *Similem*. Hanc vidi Mediolani in Schraifoghelianâ officinâ ad porticum Figinorum; itemque Romae in Vallicellianâ bibliothecâ; eamque ineptus librarius geminatâ Tomi compactione diviſit. *Hiſtoria Naturale di Gaio Plinio Secondo. --- In Vinegia appreſſo Gabriel Giolito de' Ferrari* MDLXII. Conſule Paitonum, & Argelatum, qui dubitat, an ſit *il ſolito ſolo cangiamento del Frontiſpizio*.

(a) *Citat*. Teatro d' Huomini letterati. (b) Volgar Poeſia *lib. II. pag.* 123. (c) *Vide Poggial.* Memorie Storiche di Piacenza *Tom. I. pag.* 25. (d) Rime di diverſi Autori in lode di Lucrezia Gonzaga. *Vide Praefat. & Zenum* Bib. Fontan. *Tom. II. pag.* 99.

itemque nescio an Argelatus [qui illius seculi felicitatem miratur] compertum satis habuerit, quòd Dominicus Christianae persuasionis quaesitoribus suspectus; postquam honesti carceris loco in Divae Crucis coenobio Florentiae vixit [1]: divitiis minimè affluens, multisque afflictus malis obierit Pisis anno aetatis suae L.

Reliquae post Dominici, ac Joliti mortem Italae editiones priorum deteriores, eâdem formâ (2), Venetiis apparuerunt. Vbique nihil additum occurrit, nisi excipiamus impressam apud Jacobum Vitalem, sive Vidalem (3) anno CIↃIↃLXXIII. eâ ex caufsâ, quòd Dominici effigie nobilitatur.

Subsequitur impressio Alexandri Griphii (4) ann. CIↃIↃLXXX. Hoc eodem anno memoratur a Paitono, & Argelato Veneta impressio Fabii, & Augustini Zoppini, fratrumque (5).

Typis Johannis Baptistae Vesevi [6] CIↃIↃLXXXIX.

Eodemque anno vulgante Joh. Baptistâ Vscio (7), nisi error in familiae nomine cubet; ideoque Vesevo adscribenda.

Apud Petrum Ricciardum [8] CIↃIↃCIII.

Vltimòque curante Georgio Bizzardo (9) anno CIↃIↃCXII.

SECTIO. QVINTA

DE. GALLICA. NATVRALIS. HISTORIAE INTERPRETATIONE

ACturus de Gallicis Naturalis historiae aemulationibus, diversâ ratione cogor incedere ob Scriptorum discordiam, eo magis tenebricosam, quia recen-

ANNOTATIONES.

(1) *Vixit*. Pejora recitat Alexander Ziliolus apud Zenum: illum consule, qui tamen de facti veritate dubitavit (*a*).

(2) *Forma*. Has per compendium attingimus, ne taedio legentibus sim, tum magis quòd alio loco de illis italico idiomate agemus.

(3) *Vidalem*. Solito titulo: *Historia Naturale --- tradotta per M. Lodovico Domenichi --- In Vinegia appresso Giacomo Vidali* M.DLXXIII. Extat in Ambrosianâ Mediolanensi, Romanâ Passionaeâ, Neapolitanâ Clericorum Regularium: nota Paitono, Argelato &c.

(4) *Griphii*. Eodem, ut supra, titulo -- *In Venetia per Alessandro Griffio* M.D.L.XXX.. Servatur in bibliothecâ Archintaeâ, Romae in Imperiali (*b*), Collegii Romani, Neapolitanâ Jesus veteris, itemque apud nos.

(5) *Fratrumque*. Post Griphianam memorat Argelatus Venetam alteram *per Fabio, e Agostino Zoppini, e fratelli*. Hanc ante illum attulit Paitonus.

(6) *Vesevi*. Apparet in bibliothecâ Cistercienfium apud Sanctum Ambrosium Mediolani. Memoratur unà cum aliis a Bandinio per Ludovicum Dominicum MDLXL. MDLXXX. MDLXXXIX. Argelatus provocat ad Haymum, quin impressoris nomen afferat, hàc in re Paitonum secutus (*c*): A Scipione Maffejo disertè recensetur: *In Venetia appresso Gio. Battista Vesevo* 1589. (*d*).

(7) *Uscio* (*e*). Memorandum hoc erit exemplum, quod in Serravallensi Cappuccinorum coenobio volutavi, Genuam petens. Titulum praefefert: *Historia Naturale di G. Plinio Secondo tradotta per M. Ludovicho* (sic) *Domenichi ----- In Venetia appresso Gio: Battista Uscio* 1589. Cum Vesevinae editioni congruant annus, & lustrica typographi praenomina, vehementer dubito; quòd institor in vulgantis nomine erraverit; ideoque superiori veniat adscribenda.

(8) *Ricciardum*. Visitur in bibliothecâ Observantiorum Divi Francisci alumnorum in Sanctae Crucis aede extra Comi moenia degentium; eamque Mediolani possidet Franciscus Comes Perinus, apud quem Argelatus volumen tractavit. Innotuit Fabricio, aliisque permultis: *Historia Naturale di Gajo Plinio Secondo divisa in trentasette libri tradotta per M. Lodovico Domenichi con le additioni in margine, nelle quali à vengono segnate le cose notabili, ò citati altri authori* (sic) *che della stessa materia abbiano scritto, o dichiarato i luoghi difficili, o posti i nomi di Geografia moderni. ---- In Venetia* M.DC.III. *appresso Pietro Ricciardi*.

(9) *Bizzardo*. Extat in bibliothecâ Theatinorum Comi: legimus in operis fronte: *Historia Naturale di G. Plinio Secondo --- tradotta per M. Lodovico Domenichi --- di nuovo ristampata con le additioni in margine reviste, e ricorrette in Venetia per Giorgio Bizzardo* MDCXII. Nescio, an verè typographus patriâ italicâque appellatione diceretur Biz-

(a) Bibliot. Fontanin. *Tom. II. pag.* 301. (b) *Append. ad Biblioth. Card. Imperial. pag.* 568.
(c) *Paiton. pag.* 354. *Argelat. pag.* 243. (d) Traduttor. Italian. *pag.* 70. (e)

centiores ab aliis falsò tradita nec convellere, nec attingere intentarunt. Apud Gefnerum affirmat Trifius Plinii Naturalem hiftoriam, Gallico cufam idiomate, Parifiis prodiiffe anno CIↃIↃXL. (*a*). Quamvis typographi, atque interpretis nomina reticeat, eâ incedit fecuritate, ut librum ipfi innotuiffe videatur. Huic tamen Gallos fufpicor obftaturos, cum opus, quod multos poft annos Lugduni publicam lucem adfpexit, Parifiis incautus adfcripferit. Nullâ enim ratione adduci poffum, ut credam Antonium Pinetum [1] haec undique ignoraffe, cum patrio idiomate Gallis civibus fuis Naturalem hiftoriam donavit; mirorque Harduinum, & Fabricium Trifii dicta praetermittere, cum & ipfi primum unicumque Gallum Plinii aemulatorem Pinetum agnofcant; cujufque verfionem Lugduni vulgatam afferunt anno CIↃIↃLXII. Vtriufque diligentia iterum defideratur, eo quia typographi nomen minimè addiderunt; atque Harduinus in primis arguendus venit, cum operis titulum fubjecerit, qui a Pineto praepofitus certè non fuit [2]. Neque enim ille *Naturalis hiftoriae*, fed *Hiftoriae Mundi* lemma cum Caefario, Erafmo, Gelenio, Frobeniifque typographis (quamvis minus rectè) adoptavit.

Haec igitur, & alia paullò infra attingenda, haud fpernendas fuppeditant conjecturas, ut adhuc de allatâ per Harduinum & Fabricium editione dubitemus. Haud ignoro, quòd omnis lis praecideretur, ubi fyllabo Hoymianae bibliothecae fidem haberemus, cum inibi recenfeatur Pineti Gallica aemulatio Lugduni edita anno CIↃIↃLXII. typis Sennetoni (*b*). Liceat adhuc paullulum fufpicari, quòd annus perperam irrepferit, ne fupinae ignorantiae Drovartum, aliofque Parifienfes typographos accufemus. Baelius, ubi conjecit primam Pineti aemulationem Lugduni prodiiffe anno CIↃIↃLXII. duobus, extenfoque folio, comprehenfam voluminibus, illam certè non vidit. Neque enim typographi nomen refert; fateturque Verderium Voprivafium unicam recenfere Lugdunenfem anni CIↃIↃLXVI. a Claudio Sennetono emiffam [3]. Sepofitâ igitur dubiâ, donec de veritate doceamur [4], hanc Pineti primigeniam fta-

ANNOTATIONES.

Bizzardo, an fupinâ edentis ofcitantiâ vitiatum nomen loco *Rizzardo* irrepferit. Novi, quòd memorato feculo illuftris apud Venetos habeatur *Georgius Rizzardus*, qui alia inter opera edidit vitam Jacobi Ragazzonii anno 1610. Cum operis memoriam fubjiciens Fontaninius, bibliopolam appellavit *Giorgio Ricciardo:* Praefuli haec objecit Zenus (*c*)*: Rizzardo è 'l cognome dello ftampatore. Ne' cataloghi delle Biblioteche è bene, che fi offervi l' ultima efatezza; e però vi fi debbon notare anche le minuzie, e corregerle.*

Ipfiffima gens eft *Ricciarda*, & *Rizzarda*, cum apud Gallos Cifalpinos, & praefertim Brixiae, & Venetiis littera *c* & *z* confundatur; quodve Etrufcis *Riccio*, *Ricciardo*, apud Italos Langobardos toties *Rizzo*, & *Rizzardo* dicitur. Vt rem, & difputationem claudamus, fufficiat lectorem monuiffe, quòd mihi, ac Felici Montio Ambrofianae Bibliothecae Cuftodi ignotus omnino evadit Georgius Bizzardus.

(1) *Pinetum*. Quem Dupinetum Fabricius, aliique appellant. Gallicè dicebatur *Antoine du Pinet Seigneur de Noroy*.

(2) *Non fuit*. Titulus apud Harduinum eft hujufmodi „ *Hiftoire Naturelle de Pline, traduite par Antoine du Pinet,* „ *Seigneur du* (lege *de*) *Noroy*. Lugduni MDLXII. *in folio* „. Non hanc a Pineto pofitam infcriptionem fequens editio, & traduces oftendunt. Obiter etiam emendabimus Argenvillaeum, qui in fuâ Naturali hiftoriâ de Plinio loquens, hujufmodi vulgavit (*d*): *a fi fort etendue l' hiftoire Naturelle, qui l' a rendue univerfelle, auffi Dupinet fon traducteur François l' appellet-il le Monde de Pline*. Neque haec fcripfit Pinetus, fed vulgatis in Germaniâ, alibique titulis innixus fuum cominnavit; ediditque *l' Hiftoire du Monde de C. Pline Second*, feu ut in aliquibus impreffionibus legitur *l' Hiftoire du Mond*.

(3) *Emiffam*. In ejus Lexico hiftorico & critico haec legimus (*e*)*: Je crois que la premiere edition eft de l' an* 1562. *à Lion en deux volumes en folio. Du Verdier Vau-Privas ne marque que celle de l' an* 1566. *à Lion par Claude Senneton. Je me fers de la quatrieme, qui eft de Paris chez Jean Houze* 1608.

(4) *Doceamur*. Cum omnis difputatio, volumine extante, tolli poffit: tunc fatendum effet impreffionem anni 1562. aufugiffe typographis, qui Parifinam anni 1608. *quartam*: anni 1615. *quintam*: anni 1622. *fextam* nuncuparunt.

(a) *Pag.* 131. (b) *Pag.* 127. (c) *Bibliot. tom. II. pag.* 260.
(d) *Tom. I. pag.* 5. (e) *Tom. III. pag. 709. edit. Batav. anni* 1740.

ſtatuemus: memoratam pluribus bibliothecis, & praeſertim in ſyllabis Thuaneae (*a*), Bultellianae, Colbertinae, Duboiſianae (1), Crozatiae (2).

Secunda erit altera Lugdunenſis anni CIↃIↃLXXXI. a Carolo Penſoto evulgata, quam vidi Mantuae Carpetanorum in Regiâ bibliothecâ (3), itemque recenſetur in Eſtraeâ, & Crozatiâ.

Tertia Lugdunenſis apud Tardiſium anni CIↃIↃLXXXIV. olim in bibliothecis Bigotianâ (*b*), L. T. in ſupremâ curiâ Cauſſarum Patroni (4), & Domus Profeſſae Pariſienſis (5).

Quarta inter Pineti aemulationes erit Pariſienſis anni CIↃIↃCVIII. Tunc primùm, quòd ſciam, in Galliarum urbe Principe Plinius Gallico apparuit habitu. Memoratur in bibliothecâ Marchetiâ (6), omiſſo typographi nomine. Hic erit Johannes Houzeus Baelio docente. Hallevordius alium recenſet: Hadrianum nempe Beyſium (7). Fortaſſe ad utrumque pertinet.

Quinto loco nominanda venit Pariſienſis ſecunda anni CIↃIↃCXV. apud Hieronymum Drovartum; cujus titulum in ſubjectis annotationibus exſcribendo fidem abſolvimus (8).

Sexta ordine erit Pariſienſis altera anni CIↃIↃCXXII. apud Ludovicum Giffartum, ſocioſque, nota bibliothecis Dantyae, Choveliniae (*c*), Claromontanae Pariſienſi, Duboiſianae, & praeſertim Bunavianae (9).

Septi-

ANNOTATIONES.

(1) *Duboiſianae*, Apoſtolus Zenus omni ratione illos arguit, qui in librorum titulis, atque impreſſionibus recenſendis aliam ſequuntur rationem ab eâ, cui typographi inſtiterunt (*d*). Ne juſtiſſimae objurgationis reus efficiar, verba typographorum reddere, pro ut jacent, curavi; in iis verò exemplaribus, quae minimè conſului, aliorum dicta referam, quamvis non ſibi invicem cohaereant. Non igitur noſtra, ſed librariorum (qui in arctum ſcribentium titulos adſtrinxere) accuſetur oſcitantia. Legimus in Duboiſianae ſyllabo (*e*): *l'Hiſtoire du Monde de C. Pline Second traduite en François par du Pinet, a quoy a été adjouté un traité des pois & meſures antiques. Lion* 1566. 2. *tom.* 1. *vol. doré ſur tranche, grand papier.*

(2) *Crozatiae*. Differt aliquâ in re titulus (*f*): *l'Hiſtoire du Monde de C. Pline Second miſe en françois par Antoine du Pinet. Lion* 1566. in fol. 2. vol. Utrumque titulum nonnullis in vocibus, atque a receptâ tunc temporis ſcripturâ, ideoque a genuinâ differre poſteriores comprobant impreſſiones.

(3) *Bibliothecâ*. Tituli compendium exhibere ſufficiat, cum integer ſubinde afferatur. *Hiſtoire du Monde* ——— *par Antoine du Pinet Seigneur de Norcy* ——— *a Lyon par Charles Penſot* M. D. LXXXI. Obiter emendandus eſt hujus bibliothecae ſyllabus, ubi loco anni 1581. ſcribitur 1580. Haec unica inter Pineti aemulationes innotuit Antonio a Leone, ſive Legionenſi, qui in bibliothecae epitome legit (*g*) *Antonio Pinet Señor de Novoy* (reſtitue) *du Pinet Señor de Norcy.*

(4) *Patroni*. Conſule. *Catalogue des livres de la bibliotheque de M. de M. L. T. Avocat au Parlement de Paris* ——— abſque anno & typographo, & loco. Apparet etiam haec editio in ſyllabo Anonymi, *de M. . . . . Avocat au Parlement* ——— *a Paris chez Cl J. Baptiſte Bauche fils* ——— MDCCL.

(5) *Pariſienſis*. Legimus in hujus bibliothecae elencho (*b*) *l'Hiſtoire du Mond de Pline Second trad. en françois par Ant. du Pinet Lyon. Tardif.* 1584. *vol.* 2. *fol.*

(6) *Marchetiâ*. Gallicè *des Marquetes.*

(7) *Beyſium*. Hallevordius inter Pineti aemulationes hanc unicè Pariſienſem commemorat *apud Adrianum Beys fol.* 1608. (*i*).

(8) *Abſolvimus*. Impreſſionem ſervât Barberina bibliotheca, titulumque profert: *l'Hiſtoire du Mond de C. Pline Second collationée & corrigée ſur pluſieurs vieux exemplaires Latins tant imprimez, qu'eſcrits à la main & enrichie d'annotations en marge, & ſervans à la conference & declaration des anciens & modernes noms des villes, Regions, ſimples, & autres lieux & termes obſcurs, compris en icelle.*
A quoy a eſté adjouſté un traitté des poids & meſures des antiques deduittes à la façon des François avec deux Tables, l'une fort ample des noms & matieres contenuës en cette hiſtoire, l'autre ſervant aux dit traitté des poids & meſures.
Ce tout mis en François par Antoine du Pinet Seigneur de Noroy: & deſpuis en ceſte cinquieme & derniere edition: augmenté de pluſeurs nouvelles annotations fort utiles & neceſſaires, & reveu en pluſieurs lieux, & endroits difficiles, & encors non expliquez. Premier Tome. A Paris chez Hieroſme Drouart ——— M. DC. XV.
Hujus editionis titulus negligenter ſatis relatus apparet in bibliothecâ Crozatiâ, omiſſo oppidi, & typographi nomine.

(9) *Bunavianae*. Qui Bunavianae bibliothecae ſyllabum concinnavit, laudem procul dubio apud ſtudioſos inveniet, cum maximâ incedat veritate & diligentiâ. Tres in hâc impreſſione elaboraſſe typographos nobis oſtendit allatâ api-

(a) *Pag.* 30. *tom. II. pag.* 189. (b) *Pag.* 30. (c) Catalogue des livres de feu M. le Preſident Chauvelin ——— a Paris Damonville ——— MDCCLIV. (d) *Vide quae adnotavimus pag. ſuperiore.*
(e) *Tom. I. pag.* 247. (f) *Vide* Catalogue des livres de M. le Preſident Crozat ——— a Paris chez Thibouſt ——— M. DCCLI. *pag.* 21. (g) *Pag.* 164. (h) Catalogue ——— de la bibliotheque de la Maiſon Proteſſe.
(i) *Biblioth. Curioſ. pag.* 341.

Septima memoratur Colonienſis extenſo folio (ut omnes huc uſque allatae) anno CIↃIↃCXXV. cuſa [1]. Dubitabam eandem eſſe ac vulgatam per Jacobum Stoerium Genevae eodem anno [2]: forma tamen diverſa ſuſpicionem eliminat, cum Stoeriana apparuerit folio quatuor in partes complicato. Fieri tamen potuit, ut Coloniae nomen Genevae conveniat, quam Coloniam Allobrogum dici a typographis Genevenſibus oſtendebam pag. 351.

Genevenſes ultimas anni CIↃIↃCXXXV. ejuſdem minoris formae (3), & anni CIↃIↃXLV. Stoerianae perſimiles judicarem (4).

An aliae reperiantur, Pineti laborem celebrantibus inquirendum relinquam. Mihi ſanè illius aemulationes vix aliquo habendae in precio apparent. Operi quidem magnificum praepoſuit titulum, quo ſe Plinium emendatum, collatumque pluribus vetuſtis exemplaribus, tum impreſſis, tum calamo exaratis gloriatur. Margini adjectae annotationes recenſentur, quae antiqua & recentia oppidorum nomina, regionum, ſtirpium (5), aliorumque locorum, & obſcuram dictionum poteſtatem aperirent. Diſquiſitio ponderum & menſurarum, quas ab antiquorum methodo ad praeſentem Gallorum rationem deduxit, haud modicam legentibus promittit utilitatem.

In praefatione duas praeſertim enumerat cauſſas, quae ſtudioſos a Plinii conſulendâ hiſtoriâ deterrebant.

I. Menda, quibus ſcatebat; videturque errores amanuenſibus adſcripſiſſe: cum iis medendis inſudaſſe affirmet. Barbarum, Georgium Agricolam, Gelenium, Pintianum celebrat; & dum Monſpellienſis Epiſcopi (6) expectabat annotationes, (quas tot poſt annos adhuc premebat) utinamque, ait, poſſemus hunc Veronenſem Equitem ab omni mendâ immunem aſpicere (7). Ordinem ſubinde explicat, quo ad tollendos errores incedit: nempe plurium exemplarium collatione, fonteſque ipſos petendo, unde notiones Plinius hauriebat: nempe Ariſtotelem, Theophraſtum, Cornelium Tacitum (8), Columellam, Varronem, Catonem, Scribonium Largum, Dioſcoridem, Vitruvium, plureſque alios; quorum ope locos pluſquam mille & ducentos reſtituiſſe aſſerit. Ab illuſtri etiam medico ſe adjutum fatetur; quem eſſe Jacobum Dalecampium utique credo, quidquid gentilicium nomen ſingulari reddatur ſcripturâ (9).

II. Poſt haec ſecundam attingit difficultatem, quae Plinii dictis ineſt, ut il-

ANNOTATIONES.

epigraphe: *l'Hiſtoire du Monde de C. Pline Second ------ par Antboine (ſic) du Pinet & depuis en ceſte ſixieme edition, augmentee en pluſieurs lieux & endroits difficiles, non encores expliquez, a Paris par Lovys Giffart, Claude Morlot, & Robert Dauſreſne 1622. fol.*

(1) *Cuſa*. In ſyllabo allato Anonymi vulgato Pariſiis CIↃIↃCCL. legimus *Cologne* 1625. fol. Item in Duboiſianâ: C. *Pline Second hyſtoire du Monde par Ant. du Pinet Colon.* 1625. 2. *tom.* 1. *volume* (*a*).

(2) *Eodem anno*. Lego in Barreae bibliotheeae ſyllabo (*b*). *l'Hiſtoire du Monde de C. Pline Second trad. par Ant. du Pinet ------ Geneve Steer* 1025. *in* 4. 2. *tom.*

(3) *Formae*. Conſule ſyllabum bibliotheeae Anonymi, quae Pariſiis venalis proſtrabat anno 1744. (*c*). *Hiſtoire de Pline par Dupinet Geneve* 1635. *in* 4.

(4) *Judicarem*. Legimus in bibliothecâ Fayanâ. *l'Hiſtoire du Monde ----- par Antoine du Pinet Genève* 1645. in 4. (*d*).

(5) *Stirpium*. Conſule verba allata: *Regions, ſimples, & autres lieux*. Haec meliùs inverſo paullulum ordine redderentur.

(6) *Epiſcopi*. Guilielmi nempe Pellicerii, cujus toties meminimus.

(7) *Aſpicere*. Hiſce verbis Plinium Veronenſibus adſcribit Pinetus, quae licèt a Palermo unà cum auctoris nomine ignorata, a nobis ſupprimi minimè debentur.

(8) *Cornelium Tacitum*. Scribonium Largum, & Dioſcoridem Plinio conferre, tanquam ab eis Noſter acceperit, omnino vanus labor eſt; fatetur Plinius per quos profecit, & nuſquam ad Scribonium Largum, atque ad Dioſcoridem provocavit. Magis tamen contra Pinetum pugnat chronicus temporum ordo, cum Tacitus Plinio recentior, nihil ſuppeditare potuerit, unde Naturalis hiſtoria ſuccreſceret.

(a) *Tom. II. pag.* 367. (b) Catalogue ---- de feu M. Barrê *tom. I. pag.* 279.

(c) *Pag.* 17. (d) Catalogue de feu M. de la Faye *pag.* 7.

lius mentem assequamur. Haec quidem verissimè dicta sunt; oportebatque antea Pinetum Latinis historiis, & literis assuescere, ut quae vir doctissimus scripsit, ritè a Gallico aemulatore redderentur. Verùm cum tentabundus incedat, nil mirum, si lapides pro Romanis familiis, & plura jejunis vocibus accepit. Non igitur Aristotelem & Theophrastum, reliquosque Graecos consuluit, qui latini idiomatis potestatem parum assequabatur; videoque Brucioli, & ipsam Landini aemulationem toties a Pineto Gallicae linguae adaptatam. Vbi verò aliqua exornare cupit, in maximos incidit errores. Neque enim eâ ex caussâ in Pinetum insurgo, quòd a Catholicâ persuasione alienus satis videatur [1]. Id enim indoleo, optaremque quòd omnes omnino homines (ut Justiniani verbis utar) essent Orthodoxi. Verùm cum nihil commune habeant susceptae hoc loco a Pineto vigiliae cum rectâ credendi normâ: illum exagitabo, quòd opus viribus suis longè majus susceperit. Paulli igitur Colomesii (*a*), & Mottaei Vayeri [2] (*b*) accusationes in Pinetum omni jure sustinentur, ubi interpretem Plinii sententias minimè assequi adnotarunt. Baelius, qui hujusmodi Vayeri dicta utique novit; & Pinetum in graves maximosque errores quandoque incidisse fatetur; illum tamen multâ dignum laude censuit, eo quia vetustos Plinii codices, & primigenias consuluit editiones, & quamplures margineas annotationes apposuerit, unde Auctoris sententiae illustrantur [3]. Bailletus ex Victuri [4] & Costarii [5] sententiâ Pineti fidelitatem in vertendo Plinio celebravit (*c*). Demum Albertus Fabricius ob plura feliciter explicata, illum laude dignissimum ex Baelii sententiâ judicavit. Mihi videtur, quòd Ludovici Megreti, & Petri a Cagnio meminisse potuisset, qui aliqua, ante illum, ex Plinio Gallicè reddiderant [6].

Vltimò contra laudantes reponam: nulla calamo exarata exemplaria Pinetum in praefatione recensere: oppidorum nomina plura ex neotericorum scriptis accipere; sed multa etiam corrumpere, & perperam interpretari. Meliora certè in mensurarum & ponderum disquisitione collegit; sed operis texturam ab Agricolâ mutuatur, quòd optimâ fide minimè dissimulavit. In reliquis malè satis provinciâ suâ defunctus est, cum saepissimè exagitandus appareat [7]. Quare necessario

ANNOTATIONES.

(9) *Scripturâ*. Nempe. *Maistre Jaques d'Alichant Medicin fort studieux des choses antiques*. Memoratur *Jacobi d'Alecamp* & Joannis Molinaei historia generalis Plantarum Lugduni 1587. (*d*). Hic certè est, qui postaa Latinè *Delcampius*, *Dalechampius*, & *Dalecampius* apparuit. Consula, quae adnotavimus hujus Tomi pag. 342. (a).

(1) *Videatur*. In primi tomi calce monuimus, in iis quae ad Christianam persuasionem minimè spectant, nos Ethnicos, Idololatras, & Judaeos utique sequi velle, ubi Cucullatis veriora tradiderint (*e*).

(2) *Vayeri*. Gallicè *la Mothe le Vayer*.

(3) *Illustrantur*. Hanc ob caussam laudatur a Borgueto, quamvis dicat vertentis nomen ei in promptu non esse (*f*).

(4) *Victuri*. Gallicè *Voiture*.

(5) *Costarii*. Patriâ linguâ *Costar*.

(6) *Reddiderant*. Meminimus pag. 375. a Trisio apud Gesnerum perperam recenseri Gallicam Plinii aemulationem Parisiis vulgatam anno 1540. Moneor tamen a Fabricio tum patriâ linguâ unicè apparuisse secundum Naturalis historiae librum Ludovico Megreto (*Meigret*) interprete; itemque laudatus Fabricius memorat Petrum a Cagnio (*De Chagny*) qui Lugduni anno 1551. vulgavit compendium e primoribus sexdecim Naturalis historiae conflatum. Vtriusque nomina Pineto innotuisse suspicor, quae tamen in operis fronte dissimulat. Id profectò non egisset, ubi integra Naturalis historiae Gallica interpretatio apparuisset anno 1540. De Megreto, & Cagnio aliqua iterum sequenti volumine attingemus.

(7) *Appareat*. Praeter ea, quae suis locis adnotavimus, haec unicè ex Plinianâ praefatione, sub ipso operis limine perpendantur. Magnam innuit esse inter eruditos contentionem, cui nam ex duobus Vespasianis, Tito, an Domitiano, Plinius Naturalem historiam dicaverit. Domitianus hoc loco nequaquam paterno cognomine appellandus erat *Vespasianus*: scribendumque, cui nam *ex Vespasiani filiis*, *ex duobus Flaviis*, vel *ex duobus fratribus &c.* Horatium subinde adducit, ut comprobet in Poësi excelluisse Domitianum (*g*). Horatius non tantùm ante Plinii & Domitiani ortum, sed ipsius etiam Vespasiani nativitatem, supremum diem obiit C. Marcio Censorino, & C.

(a) *In annot. ad Gyrald. pag.* 202. (b) *Hexaëmer. Rustic. pag.* 2.
(c) *Tom. II. pag.* 425. (d) *Vide* Catalogue des livres — du College de Clermont *pag.* 104.
(e) *Pag.* 308. (f) *Epist. IX. ad Cuperum. pag.* 547. (g) *Pag.* 2.

cessaria omnino videtur nova historiae Naturalis Gallica interpretatio; idque non eâ unicè ex caussâ, quòd non optimis codicibus usus, obsoletisque dictionibus horreat Pinetus; sed praesertim quia suscepto oneri longè impar, a vero interpretis tramite passim aberraverit.

SECTIO. SEXTA

DE.HISPANIS.NATVRALIS.HISTORIAE INTERPRETATIONIBVS

Recensetur a nonnullis inter eos, qui Plinii Naturalem historiam Hispano eloquio reddiderunt, Vincentius Bravus Burgensis. Falsò tamen, cum hic non Plinii, sed Thomae Anglici de Naturâ & proprietate rerum opus patriâ linguâ vulgaverit [1]. Perperam igitur in Caesareae bibliothecae syllabo (cujus speciem nobis misit Forlosia [2]) inter Plinianos aemulatores Burgensis annumeratur.

Monuimus suo loco, Hispanis patrio eloquio legendam dedisse Plinii Naturalem historiam Franciscum Hernandium [*a*]; sed hanc unicè pennâ exaratam, atque undecim posterioribus libris destitutam, in Regiâ Mantuae Carpetanorum bibliothecâ hiare. Proculdubio Hernandium omnibus Plinii enarratoribus praeponendum censeo, cum nusquam illum consuluerim, quin ubique muneri suo optimè functus appareat.

Miror igitur nihil de tanto cive suo scripsisse Hieronymum Gomesium ab Huertâ, cujus unica Hispana aemulatio per hominum manus teritur. Difficile enim videtur, quòd immensi laboris opus extitisse ignoraverit, quamvis typis minimè concessum. Vtcumque se res habeat Hieronymus ab Huertâ magni in medicinâ faciendâ nominis XI. priores libros vulgavit Mantuae Carpetanorum [3] apud Ludovicum Sancesium anno CIƆIƆCXXIV. Reliquum operis Anno CIƆIƆCXXIX. Johannis Gonzalesii typis [4]. Naturalis historia duobus, ju-

ANNOTATIONES.

& C. Asinio Gallo Coss. (*b*). Quare eâdem ratione Domitianum celebrare potuit Horatius, quâ Plinium arguere, ut somniavit Honorarius quidam PHILIPPI PRINCIPIS Cosmeta; dum Venusinum Vatem post Naturalem historicum vixisse mordicus affirmabat.

(1) *Vulgaverit*. Nicolaus Antonius, ubi XV. seculi viros illustres commemorat: *Hoc eodem anno*, inquit (*c*), *saeculi senescentis XCIV. editam novimus Tolosae Gallorum ab Henrico Mejer in folio hispanam versionem libri famigeratissimi Thomae Anglici de natura & proprietate rerum*, de la naturaleza y propriedad de las cosas *inscripsit auctor Vincentius de Burgos Ordinis* . . . . Ignoratam ab Antonio sacram familiam, cui Burgensis esset adscriptus, aperit Querus sub titulo (*d*).

Padre Fray Vincente Burgos Monge Benedictino. Historia Natural donde se tratan las propietades de todas las cosas, traducido de Latin à Romance, y a hora nuevamente corregido. En Toledo, por Gaspar de Avila 1529. en fol. Bib. Caesar. En el libro XVII. tratò de Plantas.

Apparet etiam ex iis Plinii aemulationem minimè fuisse; cum Noster de Arboribus egerit libro XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. Caeterum tantae raritatis est hic Burgensis labor, ut illum neque Toleti, neque in Regiis bibliothecis apud Hispanos invenerim.

(2) *Forlosia*. Inter Plinianas aemulationes recenset „ *Italicè* del Landino Venet. 1476. *bis*. *Hispanicè*. Madrid por „ Geron. de Huerta 1624. por F. Vincente de Burgos, Toledo 1529. *Germanicè*. Francof. 1565. Strasburg. 1543.

(3) *Carpetanorum*. Hocce titulo: *Historia de Cayo Plinio Segundo traducida por el licenciado Geronimo de Huerta Medico y familiar del Santo Oficio de la Inquisicion, y ampliada por el Mismo, con escolios y annotationes en que acla-*

ra

(a) *Lib. X. pag.* 258. & 259. (b) *Vide Sueton. in Horat. vitâ & Dacer. tom. I. pag. CXI. & CXII.*
(c) *Bib. Vet. Hisp. tom. II. pag.* 220. (d) *Tom. II. pag.* 128.

justo folio, voluminibus comprehenditur. Multis ante annis aemulatus fuerat triplices Naturalis historiae libros, qui ad animalia spectant [1], iisque brevia adjecerat commentaria [2]; cum jubente, vel saltem favente, Philippo IV. integrae vertendae Plinianae historiae provinciam suscepit.

Post prooemium legitur carmen Gabrielis a Vegâ, ex cujus initio pedestrem agnosces Poëtam [3].

Succedit tabula satis facienda ad imagines Gentium monstrosarum, animalium, piscium, avium, insectorum. Respicit haec VII. VIII. IX. X. & XI. Plinii librum. Omnia typis ligneis commissa sunt, qui licèt non undique elegantes, tum magis cum de opere agatur Regiis edito auspiciis: adhuc tamen lectorem instruunt & delectant; eo magis, quòd nemo iis manus admoverat.

Affabrè textus index paginas & versus ipsos indigitat: illustrationes ad Geographica Plinii volumina, ubi neoterica Oppidorum, Montium, & Fluviorum nomina veteribus addidit, suum merentur encomium; quamvis multa a Dominico, & Pineto accipiat. Quod Huertae unicè debetur, sunt adjectae annotationes [4], in quibus ignotas Plinio terras aggressus describere, a Fortunatis insulis exorditur, quae caeteroquin in Naturali historiâ optimo judicio, neque uno loco ab eximio auctore memorantur [6].

In

ANNOTATIONES.

ve lo escuro y dudoso, y añade lo no sabido hasta estos tiempos. Dedicada al Catolico Rey de las Españas Don Phelipe IIII. Nuestro Señor.

Año 1624.

Con Privilegio en Madrid, Por Luis Sanchez Impressor del Rey N. S.

(4) *Typis*. Legimus primo folio: *Año 1629.*
En Madrid por Juan Gonzalez.

(1) *Spectant*. Nempe anno 1599. & 1602. De iis sequenti volumine agemus.

(2) *Commentaria*. Nicolaus Antonius affirmat Philippum II. praecepti calcar Huertae addidisse, ut integram Naturalem historiam in vernaculum verteret idioma *priora quaedam hujus interpretationis tentamenta legere in tali negotiorum aestu neutiquam dedignatus*. Illa itaque vidit nondum typis concessa, cum Philippus II. obijerit anno 1598. Haec non attingit Huerta, qui de III. non de II. loquitur Philippo, in Praefatione:
Al Catolica Rey de las Españas Don Phelipe IIII. Nuestro Señor --- Despues de aver traduzido y annotado los libros de Plinio, con que servi a la Magestad del Rey Don Phelipe tercero de gloriosa memoria Padre de V. Magestad, que furen tres desde el septimo, teniendo por sacar a luz los de Aves y de Insectos a persuasion de algunas personas curiosas que advirtieron las curiosidades de los seis primieros (y creo que su dificuldad) determine servir a V. M. con su universal traducion començando desde el primiero.

(3) *Poëtam*. Legimus in titulo: *Gabriel de la Vega in laudem Philippi IV. & Auctoris.*
Plinius obtulerat quondam hoc opus Vespasiano &c.

Huic plura alia adnectuntur, inter que duo exscribimus:

I. *Doctor Pennia Castellanus Medicus Regius*
In Plinii Calumniatorem

Plinius haec scripsit, quo non veracior alter
Sit penes auctores, quos citat ille fides.
Seu sua sensa aperit, non est cortina loquuta
Phoebi certa magis, sive aliena refert.
Falsi ergo arguitur lector, quem numina perdant
Quod referat summi, quae docuere, Viri.

II. *Idem ad Hieronymum Huertam virum nimis eruditum*
De versione ejus Plinii

Plinius historiam totius texuit Orbis,
Sed caecis tenebris mersa situque fuit.
Auspice te in lucem communem prodit, & usum
Tu potius merito conditor ejus eris.

(4) *Annotationes*. Huertae amicus Antonius a Leone haec de illo vulgavit [a]: *Doctor Geronimo Gomez de Huerta .... traduxo en lengua Castellana los libros septimo, octavo, i nono con algunae notas impres. 1599. 4. despues, començando por el primiero los traduxo todos, con muy doctas anotaciones, i particularmente la que pone al fin del libro sexto, que es un suplemento de io que à Plinio faltò en la Geografia, en que se halla una descripcion de las Indias, de las mejores que ay escritas. Reduce la historia a dos tomos de folio; con el uno llega hasta el libro onze imp. 1624. con el otro acaba impresso este año de 1629.*

(5) *Memorantur*. Consule indicem Harduini pag. 230. & 348., ubi obiter emendabis *Fortunata ins.* cum legatur *Portunata* (b).

(a) *Pag. 165.* (b) *Tom. II. par. II. pag. 851. col. I.*

In ſeptimi calcem multa poſt Plinium inventa enumerat: ut Pixis Nautica; Aeris Campani origo & uſus: Tormenta bellica &c.

Quae congeſſit ad VIII. IX. X. & XI. illuſtrationem, illum multiplicis lectionis hominem oſtendunt. Non tamen prodigioſo Penniae fuco *virum nimis eruditum* appellabo (1), cum IX. libro Franciſci Maſſarii laborum obliviſcatur, quem caeteroquin Antonius a Leone commemorat; quique eo magis erat recenſendus, cum ſpeciatim hanc ſibi provinciam dicato opere vindicaverit.

Secundo Tomo Praefationem Thomae Vargaſii (2) inoculavit, ubi de quinque prioribus libris ab Huertâ ad patrium idioma concinnatis diſſeritur (3). Hinc ipſius Huertae ad celebrem Guzmanum Olivarii Regulum nuncupatio. Ad lectorem praeloquium: geminae Plinii Caecilii epiſtolae, quibus minùs rectè titulus praefigitur: *Vita C. Plinii Secundi* [5].

Ex iis omnibus ſtatuemus Huertam Landino, Bruciolo, Dominico, & Pineto praehabendum, quamvis multis in locis illius interpretationem emendandam eſſe compertum habeam [5]. Quo praeciſè anno vivere deſierit, apud Nicolaum Antonium, & Querum non invenio [6].

SECTIO. SEPTIMA

DE. GERMANICIS. NATVRALIS. HISTORIAE AEMVLATIONIBVS

ITalicas, Gallicam, Hiſpanaſque Naturalis hiſtoriae interpretationes continuâ ſerie memoravimus, cum allata idiomata a Latino magnâ ex parte originem habeant; ideoque aliquam inter ſe praeſeferant affinitatem, quam noluimus aliis aemulationibus a Romanorum loquendi ratione omnino diſtantibus diſſociare; unde ſepoſito paullulum chronico ordine, externae diverſam a recitatis ſtationem ſibi vindicabunt.

Initium igitur a Germanâ converſione facientes, recenſendi veniunt Naturalis Plinianae hiſtoriae libri quinque (a ſeptimo nempe ad undecimum) in hanc linguam deducti Henrico Eppendorffio interprete. Opus Argentorati prodiit anno CIƆIƆXLIII. Hujus rarae editionis exemplar in Caeſareâ Regiâque Vindobonenſi bibliothecâ aſſervatur.

Ibi etiam viſitur Naturalis hiſtoria Francofurti edita anno CIƆIƆLXV. uti mo-

ANNOTATIONES.

(1) *Appellabo*. Apparet graecâ, & hebraicâ linguâ eruditus; multa tamen apud illum reſecanda, alia addenda ſtudioſi optarent; tum magis quòd in libris ad agriculturam, medicinam &c. ſpectantibus pauca attingit.

(2) *Vargaſii*. In Praefatione ad Hiſpanicae linguae ſtudioſos hocce titulo: *Don Tomas Tamayo de Vargas Croniſta de Don Phelipe Quarto el Magno Rey de las Eſpañas y Indias*.

(3) *Diſſeritur*. Legimus inter reliqua: *Geronimo de Huerta ---- dando mueſtras de ſus deſeos en el año del 1596. con la traducion de cinco libros de la hiſtoria Natural de Cayo Plinio, con tan universal applauſo, como provecho*. Non omnes hos quinque libros edidiſſe anno 1599. conſtat ex ſupra allatis.

(4) *Secundi*. Sunt notiſſimae Plinii Caecilii ad Macrum, (ſive ut Huerta cum antiquioribus legit ad Marcum) atque ad Tacitum epiſtolae, quibus addidit Huerta: *eſto eſcrivio Plinio el menor Novocomenſe, ſobrino de Plinio el mayor Veronenſe*. Vbi etiam Veronenſibus vellet ſuperiorem Plinium tribuere: ſcribendum erat *Plinio el menor Comaſco, ſobrino de Plinio el mayor Veroneſ.*

(5) *Habeam*. Non uno loco Plinii mentem torquet libro XIV. 32. ubi de L. Piſone &c.

(6) *Invenio*. Videtur, quòd parum ultra annum 1630. vixerit, atque ſeptuagenarius obierit. Illius Hiſpana aemulatio haud obvia apud Italos, extat in Regiâ Parmenſi, & Mantuae Carpetanorum bibliothecâ: ſervatur etiam Romae in Barberinâ, atque in primi tomi calce legitur ipſius auctoris manu: *Lic. Hier. de Huerta*.

monuit Nicolaus Forlosia. Memoratae interpretationis auctorem fuisse Johannem Heydenum innuit post multos Baillettus (*a*). Theophilus Georgius nudum praesefert titulum suppresso vertentis nomine [1].

Secundam Francofurdiensem memoro ad annum CIↃIↃLXXI. Fabricio docente (*b*). Harduinus decem tantùm priores libros hâc in editione agnoscit; cum Francofurdiensem Germanicam profert, eas inter versiones, quae in ejus manus venerunt [2].

Tertiam ad annum CIↃIↃLXXXIV. alligo, notam Fabricio (*c*), & Bibliothecae Dantyae.

Quartam anni CIↃIↃC. edente Johanne Saurnio. Cum harum omnium levem admodum notitiam Fabricius, aliique suppeditent: nos primae Francofurdiensis, & traducum interpretem Johannem Heydenum a Daunio fuisse subjicimus, uti ex nuncupatione constat: titulum ex Bunavianâ bibliothecâ (*d*) exscribentes [3].

In laudatâ bibliothecâ extat altera Francofurdiensis anni CIↃIↃCXVIII. viduae Johannis Bringersii typis, folioque quatuor in partes compacto [4]. Haec nobis erit Francofurdiensis Quinta.

Sexta apud Zigerium [5] eâdem formâ prodiit anno CIↃIↃCLI. monente Theophili Georgii syllabo.

Alias etiam Heydeni aemulationes extare conjicio; sed hucusque dicta sufficiant, cum opus nondum tractaverim; atque adhuc Germanicas caeteris interpretationibus meliores non audeam suspicari, quando Eppendorffius, & Heydenus ad Mss. codices minimè provocantes; auxiliis Landini, Brucioli, Dominici, ac Pincti semper institerint. Audio novam in extremâ Germaniâ adornari, quae haud multum afferet subsidii, ubi membranarum scuto destituta, unicè per collecta ab Harduino, & Joh. Matthiâ Gesnero [6] nitatur proficere.

SE-

ANNOTATIONES.

(1) *Nomine*. Legimus apud illum (*e*) ad annum 1565.: *Von der Natur und Eigenschafften der Geschöpfft* — *f. Frf.* Scilicet „ De naturâ & proprietatibus rerum conditarum (*creaturarum*) folio Francofurti. „

(2) *Venerunt*. Occurrunt in Parisiensi II. editione Hardoinianâ haec verba „ Germanica. *Historiae Naturalis libri decem priores*. „ Francofurti, MCLXXI. *in folio*. Emendabis enormem typographi lapsum, cum addendi veniant anni CCCC. ut emergant CIↃIↃLXXI.

(3) *Exscribentes*. „ C. Plinii Secundi *des weltberümbten Hochgelehrten alten Philosophi und Natur-Kundigers Bücher* „ *und schrifften von Natur, Art, und Eygenschafft aller Creaturen, oder Geschöpffe Gottes* ----- ----- *Jetzunde Wiederum mit sonderm Fleiss durch-sehen, mit vielen furtrefflichen Historien gebessert und gemehrt, mit schönen neuen figuren gezieret, und mit einem nützlichen Register versehen. Frankfort am Mayn durch Joh. Saurn* 1600. *fol.*
„ Qui se in titulo haud nominavit auctor hujus versionis, ast Johannes Heyden von Dhaun, qui nomen suum dedicationi subscripsit. „
Allata Germanica verba tali pacto latinâ linguâ reddi possunt: C. *Plinii Secundi celebrati sapientissimique antiqui Philisophi volumina & scripta ad species & propritates rerum omnium a Deo conditarum* -- --- ----- *nunc denuo peculiari studio recognita, novis pulchrisque figuris ornata, adjecto indice utilissimo. Francofurti ad Moenum apud Johannem Saurnium* 1600.
Addita voluminibus *scripta*; itemque lacinia *rerum omnium a Deo conditarum* hoc loco redundant; quamvis ad primigenium interpretem Heydenum pertineant. Invenio in meis adversariis principem Heydeni aemulationem tali pacto recenseri: C. *Plinius Secundus. Von Natur, art und eingeaschafft der Creaturen oder Geschöpffen Gottes &c. aufs dem Lattin ver teutsche durch M. Johan Heyden Frankfurd.* 1565.
Arctatus titulos longiori respondet, nempe: C. *Plinius Secundus de Naturâ, specie & proprietatibus rerum a Deo conditarum, & a Latino in Germanicum idioma conversus auctore M. Johanne Heydeno Francofurti* 1565. Quâ ex bibliothecâ titulum exceperim, oblitus sum adnotare.

(4) *Compacto*. Hujusmodi sunt verba --- *Eben dieselbe Veberfetzung Frankfurt am mayn durch. Jo. Bringers Wittib.* 1618. 4. Nempe „ Eadem aemulatio Francofurti ad Moenum apud viduam Johanois Bringersii 1618. 4.

(5) *Zigerum*. Patrio idiomate *Ziger*.

(6) *Gesnero*. Hic utilem suis operam navavit editâ Chrestomathiâ Plinianâ: *oder auserlesene stellen aus* C. Plinii Secundi Historia Naturali.

[a] *Tom. II. pag.* 478. *num.* 1045. [b] *Bib. Latin. tom. II.*
[c] *Cit. bib. tom. I.* [d] *Tom. I. pag.* 339. [e] *Tom. II. pag.* 226.

SECTIO . OCTAVA

DE . ANGLICA . NATVRALIS . HISTORIAE AEMVLATIONE

Philemone Hollando interprete.

PHilemon Hollandus, qui medicinam apud Anglos faciebat, Plinii Naturalem historiam patrio idiomate aggressus aemulari, integrum opus ad optatum exitum perducens, illud dicavit Roberto Caecilio Elisabethae Reginae ab epistulis. Cum primùm Hollandi labores apparuerunt (1), haud magno in precio fuisse moneor a Patricio Comite Magaulio eruditissimo juvene; unde haud levi teneor admiratione, quòd Johannes Ovvenus sub lemmate: *Plinius a Ph.* (2) *Hollando Medico Anglicè versus* [a]: in Civis sui laudem, haud modicâ primigenii auctoris injuriâ canere non erubuerit:

Plinius est longus quia multa, brevis quia multum
Scribit (3)*; at Hollandus * longior, & † brevior.*
* *quia plenior* , † *quia planior*

Hujusmodi Ovvenianae nugae sthomaco fuerunt Albae Regulo, Viro Nobiliss. & multiplicis eruditionis studiis memorando, cum illi apud Sanctum Ildephonsum anno CIƆIƆCCLX. partem laboris nostri communicarem.

Et fanè nihil impudentius hâc in re excogitari posse, ipsi etiam Britanni bonarum artium cultores eximii fatebuntur, quando Anglicum idioma, a Germanorum linguâ praesertim deductum, nusquam latinam, minùsque Plinianam inimitabilem brevitatem recipiet (4). Idem etiam dicendum, ubi Plinius in voluminum initio, aliisque descriptionibus pingui ac florido gaudet stylo (5). Plinio igitur Hollandum praeferre idem judico, uti recentioris alicujus artificis apographa, a Raphaelis, & Corrigii tabulis excerpta, tantorum artificum autographis meliora judicare.

Cum Hollandi aemulatio nondum ad manus nostras pervenerit, per epistolam rogavi laudatum Comitem Magaulium, ut quaesitis hujusmodi responderet, postquam titulum operis exscripsisset.

An

ANNOTATIONES.

(1) *Apparuerunt*. Quo tempore hujusmodi contigerint, referre non valeo, cum primigeniae editionis annum ignorem. Apparuit tamen longè ante alteram anno 1634. vulgatam. Id ex nuncupatione constat, cum Regina Elisabetha (cujus Caecilius ab epistulis dicitur) obierit anno 1603. Ipse etiam Ovvenus, qui Hollandum laudatures, exemplar dedecoris adulatorii apud posteros habebitur, ad plures transiit anno 1621.

(2) *Ph.* Cum lustricum praenomen per compendium retulerit Ovvenus: illud Fabricius (*b*), & Funcius (*c*) in *Philippum* verterunt. Cautiùs egit Harduinus, qui notas tantùm *Ph.* apposuit. Dubio enim procul est, Hollandum Philemonis praenomine opus suum vulgasse; quòd primùm novi ab Anglico Dynastâ Strathmorio, qui in tanto sanguinis, & divitiarum splendore literas impensè colit. Suspicari tamen adhuc licet, quòd lustricum praenomen Hollandus in Philemonem detorqueat: cum & ipse Ovvenus (*Owen*) gentiliciam appellationem, damnandâ licentiâ in *Audoënum* transfuderit.

(3) *Scribit*. Ita ea Ovveno: Harduinus, aliique minùs rectè vulgarunt *scripsit*.

(4) *Recipiet*. Consule, quae adnotavimus pag. 13. 86. 92. 135. 172. 221.

(5) *Stylo*. Vide allata foliis 121. 165. 166. 221. 254. Plinium multis imaginibus spiritum addidisse ostendimus fol. 180.

(a) *Lib. II. Epigramm. 162. pag. 42. edition. Lud. Elzevirii anni 1647.* (b) *Bib. Latin. lib. II. 13.* (c) *Pag. 548.*

An aliquem laboribus Mecoenatem in operis prooemio, ſibique adſciſcat Hollandus; an Plinii vita, aliorumque teſtimonia prolegomeni vice legantur. Cui nam ex Flaviâ gente Naturalem hiſtoriam Plinium dicaſſe ſentiret Hollandus; quâ voce *Conterraneum* aemularetur; quove in precio Anglicam aemulationem haberent indigenae. Magaulius fratris ſui inſtructus notionibus, ab operis titulo exorſus, hujuſmodi patrio reddidit idiomate [1]; quae latinâ linguâ ita ſonant.

„ I. Orbis [*Terrae*] hiſtoria vulgo appellata Naturalis C. Plinii Secundi
„ in Anglicam linguam converſa a Philemone Hollando medico ----
Londini edente Adamo Islipo 1634.

„ II. Opus dicatum Roberto Cecilio Reginae Eliſabethae a ſecretis.

„ III. Plinii vitam, neque exaratam, neque huic aemulationi adjectam in-
„ veniri.

„ IV. Nullae aliae epiſtolae demptâ nuncupatione apparent.

„ V. In praefatione, ſive epiſtolâ nuncupatoriâ legitur --- *Veſpaſiano* C. P. S.

„ VI. In primo prooemii folio vocat Catullum *Contryman*, quòd pariter no-
„ tavit in margine, ubi ponit *conterraneum*.

„ VII. Opus hujuſmodi cum in lucem emerſit, nullo habebatur in precio, in
„ praeſentiarum negligitur, illudque unicè in Bibliothecâ Collegii Dublinen-
„ ſis inveni. „

Sperabam meliora de impreſſionibus, atque Anglicâ aemulatione lectori ſubjicere ex Mangeti bibliothecâ. Verùm hic de Philemone Hollando ſermonem habens, neque verbum Plinio conveniens affert; quando Naturalis hiſtoriae aemulatio majoris profectò fuit indaginis, quàm Bricii Bauderoni *pharmacopoeam* e Gallico ad Latinum idioma deducere. Hujuſmodi tamen innuunt, Hollandum hominem latinis literis ſatis excultum; ideoque melioris fortunae apud populares ſuos dignum; quamvis a Plinianâ amplitudine magis diſtet quàm a Cupreſſo Viburnus.

SE-

ANNOTATIONES.

(1) *Idiomate*. Suntque hujuſmodi.
„ *The Hiſtory of the world commonly call'd The natural hiſtory of*. C. Plinius Secundus *Translated in to Engliſh*
„ *by Philemon Holland Doctor of Phyſick*.

Plinius pingit utrumque tibi

London printed by Adam Islip. 1634.
„ 2. Dedicated to ſir Robert Cecil Secretary to Queen Eliſabeth.
„ 3. Pliny's life is not treated of, or contain'd in this translation.
„ 4. There are no epiſtles except the dedicatory.
„ 5. The preface or epiſtle dedicatory to *Veſpaſiano* C. P. S.
„ 6. In the firſt page of his dedication, he ſays Catullus my contryman (*Payſan*) pointing likewiſe to the mar-
„ gin, where he puts down *Conterraneum*.
„ 7. This book was deſpiſed when it was nevv; it is now obſolete, and only to be had in the Colledge li-
„ brary of Dublin.

SECTIO . NONA

DE . BELGICA . ET . ARABICA . NATVRALIS HISTORIAE . AEMVLATIONE

VLtimo loco memorabimus Belgicam, atque Arabicam Naturalis historiae interpretationes, quarum prima Arnhemi prodiit anno CIↃIↃCX. folio quatuor in partes complicato; iterumque Amstelodami anno CIↃIↃCLXIV. paginis dimidiâ formâ brevioribus. Intacta mihi volumina, & Fabricii, haec adnotantis confusa brevitas non sinunt, ut clariora subjiciam; fateorque adhuc ignorare an perfecto completoque ambitu Pliniana historia Belgicè, & Arabicè apparuerit; an illius tantùm partes utroque extent idiomate; neque enim perspicuè, loquitur Fabricius, neque Belgicae conversionis auctorem hujusmodi verbis recenset [a]:

„ *Germanice* prodiit Plinius Francof. 1571. 1584. & 1600. fol. & libri quinque à septimo ad undecimum, Henrico Eppendorpio (1) interprete Argentorat. 1543. fol. Et *Belgicè* Arnhem. 1610. 4. Amst. 1664. 8. *Plinius van Menschen, beesten, vogeln ende vischen*. Arabicè interprete Honiam filio Isaci, Mss. *Ketab* [lege *Ketab*] *Belinas*. Herbeloti Bibl. Oriental. pag. 199. Acta erud. 1720. pag. 415. „

Memini me legisse in librorum syllabo, qui olim Paullo Vchelio spectabant, Plinium de Animalibus Amstelodami prodiisse anno CIↃIↃCLXII. (*b*). Videtur, quòd modica haec Naturalis historiae pars Belgico reddita idiomate octavum unicè librum comprehendat, ut indicat titulus (2). Vt autem ad Fabricium recurrat oratio, cum post Eppendorffii laborem de Belgicâ loquatur conversione: videtur, quòd haec Germani interpretis exemplo quinque tantùm volumina comprehendat, nempe VII. VIII. IX. X. & XI. Id etiam suadet inscriptio (3). Adde quòd unici voluminis brevior compactura, ad integram Naturalem historiam exhibendam inepta redderetur. Sed quâ ratione Belgicè Arabicam jungit aemulationem Fabricius, quando in secundâ longè plura, & multa praesertim ad medicinam spectantia, inveniri docet Herbelotus? Indoleo tamen, quòd Honiami appellationem, neque indicato per Fabricium loco (4), neque alibi (5)

ANNOTATIONES.

(1) *Eppendorpio*. Quem nos Eppendorffium appellavimus.
(2) *Titulus*. Nempe „ Plinius *van de Dieren*. Amst. 1662. fig. in 8. „ Ea ultimo loco adjectis literis *fig.* videtur quòd opus figuris ornatum prodierit.
(3) *Inscriptio*. Plinius *van Menschen, beesten, vogeln, ende vischen* „ nempe: *Plinius de Hominibus, animalibus, avibus, & piscibus*. Vt quintus accedat liber, addendus est XI. ubi de insectis agitur.
(4) *Loco*. Apud Herbelotum citatâ paginâ lego (*c*) „ BELINAS, Belines, & Beluious. Ketâb Belinas, C'est „ l'histoire Naturelle de Pline dont les Arabes out eu, quelque connoissance. *Voyèz* Borhân fi asrâr Elm almizân „. Hisce verbis nihil prorsus de Honiamo profert, quòd in patrium sermonem Plinii opus transtulerit. Neque paginâ 211. meliura elicies; ubi „ BORHAN Ebn (lege *Elm*) Borhan *Voyèz* Muhiar „ Id nominis *Muhiar* frustra quaesivi, cum nulla adsit appellatio, quae per elementa *Muh* . . . incipiat.
(5) *Alibi*. Paginâ 965. occurrit. „ KETAB Balinas (lege *Belinas*) le Livre de Pline. C'est le titre que les „ Arabes donnent aux Ouvrages de Pline, qui est souvent cité dans les Ouvrages des Naturalistes & des medicins Arabes „ Nihil pariter ad rem proposito Plinii nomine occurrit in syllabo, ubi „ Pline 349. b „ ibique neque *Belinas* vocabulum, neque aliud reperies, nisi Plinii de Elephantûm religione repudiatam opinionem.

[a] *Tom. I. lib. II. 13. pag. 509.* [b] *Pag. 103. num. 148.* [c] *Pag. 199. col. 2. edit. Paris. ann. 1697.*

apud Herbelotum invenerim, cujus etiam diligentiam desidero, cum non satis apertè tradat, quòd integra Caj. Plinii historia Arabis ad patriam linguam deducta innotuerit. Vtcumque tamen se res habeat, nisi Honiamus [1] calamo exaratis codicibus fuerit instructus, adhuc affirmabo, nullo alieno idiomate Plinianum opus in aemulationis idoneae speciem apparuisse; cum de omnibus dici possint, quae de primâ Italicâ conversione adversus Landinum scripsit Sabellicus [2], Politianus, & Picus.

Vt demum huic volumini finis accedat, lectorem unicè rogo, ut omissis parcat, ubi non omnes Plinianas impressiones [3], magisque externorum aemulationes inveniat; cum eas, quae mihi innotuerunt, & universum opus complectuntur, dubiis etiam indicatis, memoraverim. Nonnullas obscuro nimiùm testimonio prolatas ab operis corpore eliminavi [4] quas ubi ali-

ANNOTATIONES.

(1) *Honiamus*. Acta eruditorum Lipsiae anno 1720. publicata typis Breitkopfii neque hujus interpretis nomen pag. 415. (ubi de longè diversis rebus agitur) neque toto in opere Plinii, Belinasii, Honiami vocabula usurpant.

(2) *Sabellicus*. Landinum perstringit, eo quia T. Livium, & Plinium, duo latinae linguae lumina non sinè piaculi suspicione omnibus vulgaverit ---- postea indolet duriorem esse Plinium jam Thuscum factum, quàm antea Romanus fuisset (*a*). Haec Sabellici dicta Landino vivente publici juris facta, ab eruditissimo Saxio Ambrosianae bibliothecae Praefecto haud multis ab hinc annis illustrata (*b*) satis ostendunt, quòd aequo jure illum vapulare Vtopiensis ferula decernebat.

(3) *Impressiones*. Consilium hoc loco fuit de Naturalis historiae integris editionibus, itemque de exaratis diverso idiomate aemulationibus differere; unde exiguas, variasque Pliniani operis partes, compendia, & reliqua sequenti volumine, in minorum interpretum sectione, lector requirat.

(4) *Eliminavi*. Praeter allatas Naturalis historiae impressiones dubitavi; an recenserem Venetam anni 1536., quam ex Benedicti emendationibus, folio octo in partes complicato, constantem prodiisse affirmat Theophilus Georgius. Haec mihi aliunde ignota suspicionem ingessit, quòd unum ex memoratis exemplaribus sit, ubi Aldinae officinae nomen apposuit Andreas Asulanus: quae res latuit Gulielmum Bureum (*De Bure*), cum editionem anni 1536. Aldo tribuat laudetque (*c*) non omni jure, ut alia multa in hujus collectione brevioribus terminis coërcenda.

Eâdem formâ recenset Georgius Parisiensem anni 1545. apud Dasqueum. Haec illa erit, nota bibliothecae Bigotianae, cujus suo loco meminimus. Caeterum dum Georgius opera & nomina utriusque Plinii confundit: malè adeò ab illo tornata effecerunt, ut modicam apud nos fidem invenirent.

Eodem pacto incedit Johannes Rhodius; dum Scribonii Largi Compositiones Medicas illustraturus, subsidium petit a Plinianâ editione anni MDCXLIIX. (*d*). Hanc suo loco (fidem tamen nostram minimè obstringentes) indicavimus (*e*). Caeteroquin, ut veriora in serâ operis coronide innotescant: nusquam talem impressionem anni 1648. extitisse statuerem, cum Rhodii, & Frambotti typographi oscitantia in errorem adduxerit Fabricium, Funcciumque Fabricio adhaerentem. Colligere siquidem haud difficile erit legenti, Rhodium scribere voluisse MCDLXIIX, quae notae respondent nostris CIƆCCCCLXVIII. Constat enim Venetam Principem a Johanne Spirense evulgatam respicere, quam memorato anno, alibi notis MCCCCLXIIX. alligavit (*f*). Sed mirum profectò evadit, incongruâ supputatione tempus a Rhodio praeoccupari; magisque obstupeo, quòd tanti erroris a nemine arguatur, cum nulli interim liceat dubitare, quòd typographus notam I perperam duplicaverit, reddens MCCCCLXIIX. pro MCCCCLXIX., quando in auctoris damnum emergit, alibi Arabicis notis Venetum exemplar anno 1468. adscripsisse (*g*); ibique dubio procul ad sequentem 1469. erat provocandum. Neque aliquis, ut Rhodium tueatur, ad diversam anni Veneti supputationem (quamvis extra chorum ingessum) confugiat, cum Scribonii interpres post Principem anno 1468. falsò tributam, lectiones secundae Venetae anni 1472. exhibeat (*h*). Altero potiùs loco colligerem ex typographi incuriâ adduci Plinianum opus vulgatum anno MCCCCLIIX., nempe 1458., cum Rhodius vellet, solito errore, annum MCCCCLXIIX. indigitare. Neque enim Plinii, neque alius volumina anno 1458. apud Italos cusa apparuerunt.

Vt demum ostendamus Rhodium nunquam ad aëream anni 1648. impressionem confugere potuisse; sufficiet nosse, quòd omnium postremam editionem Elzevirianam fatetur (*i*), eam nempe quam anno 1635. prodiisse memoravimus. Neque in vulgatis tantùm libris, sed in membranis quoque recensendis Rhodii diligentiam desideravi. Codicem Vaticanum (*k*), Palatinum (*l*), Florentinum (*m*) nullâ aliâ profert epithecâ, quando plures servabant bibliothecae Vaticanae, Palatina, Medicaea. Provocat etiam ad codicem Venetum Divi Antonii (*n*). Suspicor eum esse, quem postea in deliciis habuit Jo. Baptista Recanatus. Clariora enunciat de exemplo, quod olim Johannis Pici Mirandulae Comitis fuit, ubi legimus (*o*): *Clarissimi Rochi Fidelis Corniani Veneti J. C. liber*

(a) *De ling. Latin. reparatione*.
(b) *Histor. Typographico-literaria col.* CCCXXI.
(c) *Vide* Bibliographie instructive section. III. Histoire Naturelle *pag.* 274.
(d) *Pag.* 216. (e) *Pag.* 355. (f) *Pag.* 72.
(g) *Pag.* 348. bis. (h) *Pag.* 72. 216. 348. (i) *Pag.* 101.
(k) *Cit. pag.* 101. (l) *Pag.* 279. (m) *Pag.* 347.
(n) *Pag.* 193. 216. (o) *Pag.* 72. *vide & pag.* 204.

aliquis inveniat, facili negocio poterit ad nostri voluminis calcem subjicere.

ANNOTATIONES.

ber Joannis Mirandulae Ducis impensis in membranis elegantissimè scriptus, cui similis ubique Plinius, qui anno MCCCCLXXII. Venetiis prodiit.

Suspicabatur aliquis laudatum codicem postea ad Apostolum Zenum pervenisse, cujus suo loco meminimus. Mihi non omnia videntur congruere. Vbi enim omnino similis esset editioni anni 1472. membranarum valor satis decresceret; neque adduci possum ut credam Johannem Picum Mirandulanum Venetam Secundam impressionem Mascharino exscribendam tradidisse. Caeterum Johannes Picus (cui Phoenicis cognomentum ob sapientiam obvenit) natus est Johanne Francisco Mirandulae Domino. Neque e Rhodio Mirandulae *Ducis* titulo erat appellandus, cum hujusmodi praedicatum [ubi *Dux* Latinè usurpari possit pro Italico *Duca*) tantùm obtinuerit Alexander Ludovici II. filius anno 1618.

Francisco Jaquerio ex Minimorum Familiâ foecundi ingenii Mathematico, in Romano Lyceo, itemque Vrbano Christianae Persuasionis extendendae Collegio Professori Celeberrimo.

Antonius Joseph Comes a Turre Rezzonici S. P. D.

CVm sincero veritatis inquirendae impulsus desiderio accedere non possim sententiae, quam Mathematicorum chorus apud Bandinium amplexatur; Teque huic opinioni subscribere intelligam: patere, Vir inter paucos humanissime itidem & doctissime, ut Tibi nonnulla perpendenda subjiciam, praeter ea, quae ad incomparabilis Plinii dicta illustranda, suoque nitori restituenda congessi. Affulget enim adhuc spes, ut Te praeclaris sapientiae, rectique judicii dotibus suffarcinatum in meam deflectam opinionem, ubi vexatum Naturalis historiae locum longè diversâ legas texturâ, ab eâ, cui Neoterici, atque ipsi etiam Parisienses Academici institerunt. Insignem Campi Martii Obeliscum, non unicè ad meridianum tempus indicandum (ut Mathematicis videtur) ab Augusto positum, sed integras Sciotherici horologii vices praestitisse, ostendere confido ex verbis, quae tantis membranarum, & rectae (ni fallor) argumentationis praesidiis in hanc speciem concinnavi:

Is autem Obeliscus, quem Divus Augustus in Circo Magno posuit, excisus est a Rege Semetempserteo, quo regnante Pythagoras in Aegypto fuit, XXCII. pedum, & dodrantis, praeter basim ejusdem lapidis. Is verò, quem in Campo Martio, IX. pedum minor a Sochide. Inscriptam ambo rerum Naturae interpretationem Aegyptiorum opere Philosophico continent. Ei, qui est in Campo Divus Augustus addidit mirabilem usum ad deprehendendas Solis umbras, dierumque ac noctium horas, magnitudine strato lapide ad magnitudinem Obelisci, cui par fieret umbra brumae confectae die, sextâ horâ; paulatimque per regulas, quae sunt ex aere inclusae, singulis diebus decresceret, ac rursus augesceret. Digna cognitu res & ingenio foecundo Manilii Mathematici. Is apici auratam pilam addidit, cujus vertice umbra colligeretur in se ipsâ, alias enormiter incrementa jaculante apice: ratione, ut ferunt, a capite hominis intellectâ. Haec dierum observatio XXX. jam ferè annis non congruit &c.

Antequam, sententiam egregiis refertam notionibus, retractemus, juvabit nonnulla ex immenso Naturalis historiae promptuario desumere; quibus allato loco comparatis, magis magisque constare possit, non unicè lineam, quam Neoterici *meridianam* (1) appellant, ab Augusto curatam; sed munera Solaris horolo-

ANNOTATIONES.

(1) *Meridianam*. Plinius, cum de puncto Solari, umbrisque ad meridiem spectantibus loquitur, nunquam *Meridianae* lineae vocabulo usus est. Consule, ubi de umbrâ meridiano tempore in Aegypto, Anconitanâ, & Romanâ Vrbe, Venetiae provinciâ &c. (*a*).

[a] *Lib. II.*

logii, Obelisci ope Populo Romano praestita ostendamus. In operis elencho, ubi de Obeliscis agit per haec verba: *De illo, qui est in Campo Martio pro Gnomone* [1]: stylum Sciotherici horologii per Gnomonem denotavit eâdem ratione quâ scripsit [*a*]: *Vasa quoque horoscopa* [2] *non ubique eidem sunt usui tercentis stadiis, aut longissimè etiam quingentis, mutantibus semet umbris Solis. Itaque umbilici quem gnomonem appellant, umbra in Aegypto meridiano tempore aequinoctii die paullò plus quàm dimidiam gnomonis mensuram efficit. In urbe Româ, nona pars gnomonis deest umbrae. In oppido Anconâ superest quinta tricesima. In parte Italiae, quae Venetia appellatur, eisdem horis umbra gnomoni par fit.*

Scirem libenter, si haec omnia de meridie adnotans Plinius: ad horologia Solaria, vel ad meridianas tantùm umbras provocaverit. In omnibus laudatis locis Sciotherica fuisse quis audeat negare, cum rem ipsam auctoris verba probent, & de horologiis loqui ostendat sententia: *Vasa quoque horoscopa*, nomen ab inspiciendis horis deducentia. Addam insuper me ignorare, an Romani Solis umbilicum, demptis reliquis Sciothericis horologii officiis, inservire jusserint lineae, quam recentiores meridianam appellarunt. Certè id Plinius non tradit, neque has *meridianas lineas* in Foris, in Templorum frontibus, alibique constitutas invenio apud idoneum auctorem; cum meridianum tempus a Sciotherici horologii gnomone ubique perciperent. Quare cum nusquam de meridianâ lineâ ab horologiis separatâ sermo incidat apud Plinium, quâ ratione statuendum erit, *mirabilem usum* Obelisco Augustum addidisse, ut meridianam unicè lineam constitueret, & cum deprehendendis Solis umbris, dierum ac noctium horis inserviret, atque umbra paulatim per regulas aere inclusas singulis diebus decresceret, ac rursus augesceret: haec omnia nihil aliud importent, quàm ut *meridianam lineam* designaret?

Legimus iterum apud Plinium: *Umbrarum ---- rationem, & quam vocant Gnomonicem invenit Anaximenes Milesius Anaximandri ---- & Thaletis discipulus, primusque horologium, quod appellant sciothericon, Lacedaemone ostendit.* Si Plinius tot seculis ante Augustum Solaris horologii inventorem novit Anaximenem: si Anaximenes umbrarum ratione captâ, non unicè meridianam lineam Spartanis, sed integrum exhibuit sciothericum: quâ ratione Tribulis meus inventorem laudare potuit Augustum, ob meridiei tempora per Obeliscum Romanis indigitata? Lineâ, quae meridiem exactè signet ad Solaris horologii statuminationem omnino necessariam, non tantùm Mathematici cum Orontio Finaeo agnoscunt [*b*], sed Villici etiam intelligunt. Hinc est, quòd minutissima, & scrupulosa a Plinio ad hanc rem traduntur, ubi de umbilico sive gnomone, & aequinoctii die mediâ loquitur. Verùm semper apparet gnomonis nomine Solaris horologii stylum denotare. Neque certè a Nostro distat Vitruvius, ubi asserit Theodosium gnomoni cujusque climati aptandi inventorem fuisse [*c*]; ibique non unicè stylum meridiei tempora ostendentem, sed gnomonis nomine cunctas Solarii horologii partes indigitat.

 Re-

ANNOTATIONES.

(1) *Gnomone*. Haec est vetus lectio (*d*), a quâ non distat Princeps editio, ubi emendes *pro gnomoneo*: legasque *gnomone*. Harduinus, & recentiores alii: *De illo, qui est in Campo Martio pro gnomone*: in idem collineant.
(2) *Horoscopa*. Consule, quae adnotavimus libro IX. pag. 5. & 6.

(a) *Lib. II.* (b) *Lib. I.* (c) *Lib. IX. 9.* (d) 1470. 1472. 1476. 1479. 1480. 1481. 1483. &c.

Revertamur ad Naturalem historiam, ubi doceor, quòd primus Romae Solarium horologium statuerit L. Papirius Cursor ad aedem Quirini; idque Fabii Vestalis auctoritate, qui tamen neque horologii rationem, neque artificem memorat, nec unde translatum, aut apud quem scriptum id invenerit (*a*). Varronis deinde refert sententiam, qui primùm in columnâ statutum tradit: postea Q. Marcius Philippus diligentiùs ordinatum juxta posuit, donec Scipio Nasica primus aquâ divisit *horas aequè noctium ac dierum*; atque horologium sub tecto dicavit. Velim adnotares ipsissimam loquendi methodum: *horas aequè noctium ac dierum*, agens proculdubio de horologio, dixit; ut de Obelisco, qui pro gnomone stabat *dierum ac noctium horas*, illius munere innotuisse. Sed non haec tantùm ab immenso Naturalis historiae thesauro sufficit delibare, quando paucis ante versibus Gentium fuisse *in horarum observatione* tacitum consensum tradit; provocatque ad horologii Sciotherici inventorem Anaximenem; quòd seriùs Romanis innotuit, cum duodecim Tabulis ortus tantùm & occasus nominetur, & post aliquot annos adjectus fuerit meridies, Accenso Consulum id pronunciante, postquam inter Rostra, & Graecostasim, Solem prospexisset (1). Nulla igitur erat meridiana linea Romae, cujus vices praebebat Accensus usque ad primum Punicum bellum. Hâc ratione demum meridiem noverunt Quirites, quo usque eis per Solarium patuit horologium; unde optimè librum clausit Plinius: *Tandiu Pop. Romano indiscreta lux fuit*.

Fabii Vestalis opera, & Varronis liber communi naufragio interciderunt. Ex Plinii tamen verbis dignoscitur, quòd bello Punico primo M. Valerius Messalla deportatum horologium e Siciliâ secundùm rostra in columnâ constituit, *nec congruebant ad horas ejus lineae*. Velim iterum adnotares verborum cognationem in Campi gnomone: *haec dierum observatio XXX. jam ferè annis non congruit*, ubi regulae, nempe lineae ex aere inclusae, dierum ac noctium horas indicabant.

Sanè res mihi prodigio similis videtur; ut gnomonis nomine, verbisque Sciotherico horologio congruentibus meridianam unicè hanc recentiorum lineam intelligamus, quando incomparabilis Auctor, segmenta Mundi complexus, ibique de meridie coactus loqui, aequinoctii diem medium per Vmbilicum, *quem gnomomen vocant* (*b*), ubique indigitavit. Peterem libenter, an tantae umbrarum differentiae meridiano tempore horarum aequinoctialium in septem Mundi circulis redditae, per meridianam lineam ab horologiis distinctam, atque hoc tantùm munus obeuntem describrentur? Constat haec omnia ad Solaria horologia spectare, ut ex Strabone (*c*), & Ptolemaeo (*d*) etiam ostenditur, quamvis in aliquibus umbrarum mensuris Plinio nonnihil refragentur (2). Quare cum Vmbilici, & Gnomonis appellatione ubique Plinius describat Solarii stylum (3): Obeliscus

pro

ANNOTATIONES.

(1) *Prospexisset*. Suadent haec Plinium veriora tradere quàm Gellium & Censorinum, quidquid iis accessisse videantur Academici Herculanenses (*e*).
(2) *Refragentur*. Consule Harduinum lib. VI. pag. 350. num. 4. & 9.
(3) *Stylum*. Laudatus Harduinus citatâ paginâ ad Plinii verba: *Gnomonis centum unicae* „ Centum, *inquit*, partes. Hoc est, eandem habet rationem, ad umbram umbilicus horologii, sive gnomon, quod habet centenarius „ numerus ad LXXV. „

[a] *Lib. VII. ad finem*. [b] *Lib. VI. in fin.* [c] *Lib. II.* [d] *Lib. II. Almagest. 6.*
(e) *Vide* Pitture ---- d' Ercolano *tom. III.* Prefaz. *pag. XIII. num. 17.*

pro gnomone Romae ſtans, horarii vices praebebat. Monumtus Terrentii Varronis opus, ad quod provocat Plinius, ad ſeram poſteritatem minimè perveniſſe. In aliis tamen doctiſſimi viri lucubrationibus aliqua invenio, quae ubi Plinii dictis comparentur, colligerem Campi Obeliſcum, poſt Varronis mortem ab Auguſto aſportatum, horarii gnomonis vices praeſtitiſſe. Ponam igitur Varronis ſententiam, ubi Caſinenſem villam deſcribit (*a*). „ Intrinſecus ſub tholo „ ſtella Lucifer interdiu, noctu heſperus ita circumeunt ad infimum hemiſphe- „ rium ac moventur, ut indicent quot ſint horae. In eodem hemiſpherio me- „ dio circa cardinem Orbis eſt ventorum octo, ut Athenis in horologio, quod „ fecit Cypreſtes. Ibique eminens radius a cardine ad Orbem ita movetur, ut „ eum tangat ventum qui flet. „

Raphael Volaterranus (*b*), Pomponius Laetus (*c*), Andreas Fulvius [*d*], Lucius Faunus (*e*), Bernardus Gamuccius, aliique, qui initio XVI. ſeculi floruerunt, effoſſum in Campo Martio horologium afferunt, quod lineas, & gradus inauratos haberet, atque in augulis quatuor ventos cum lemmate VT BOREAS SPIRAT. Quamvis non omnino in eâ re prodendâ ſibi conveniant, ut Bandinius animadvertit (*f*); nihilotamenminus de eruto horologio loquuntur; atque ut ad rem noſtram propius accedamus, id praetereundum minimè erit, magnum ſpirantis venti caput ex Muſivo opere circumſcriptis aereis literis BOREAS SPIRAT, inibi detectum. Ita enim Rudolphinum Venutum ſequens(*g*), libentiùs, quàm ab aliis allatum VT BOREAS SPIRAT legerem; potiùſque ſuſpicarer attritum ſatis vel deperditum HIC vel HVC, apud indiligentes antiquarios in adverbium VT commigraſſe [1].

Conjicerem cum Muratorio [*h*] pulcherrimum, magnum, aeneumque horologium: non integrum, erutum fuiſſe; ſed magnum hoc pulcherimumque aeneum horologium, alterius longè maximi in ſtrato lapide apparentis, quâ ratione non erit compendium? Neque mirum eſſe debet, ſi multis partibus mancum poſtea evanuerit regnante Julio II. antiquitatis minimè ſtudioſo, & Italici belli curis occupato; cum & noſtro aevo ſub Magnanimis Principibus ob Aulicorum, & Magiſtratuum incuriam alia precioſiſſima a barbaris fuſoribus conflentur.

Ventorum deſcriptionem ab antiquis in meridianâ lineâ curatam iterum ignoro; appoſitam Athenienſi, Caſinenſis villae, aliiſque horologiis compertum habemus; cum igitur in Campo Martio quoque fuerit ingeſta, cur Solario in- ſer-

ANNOTATIONES.

(1) *Commigraſſe*. In primis notionibus, quas Bandinius ſuo commentario inoculavit, & Benedicto XIV. inſcripſit, legimus (*i*): „ *Pomponio Leto, ed Andrea Fulvio aſſeriſcono come nella Cappella nuova de' Cappellani della Chieſa* „ *di S. Lorenzo in Lucina foſſe cavandoſi a tempi loro ritrovato un orologio belliſſimo e grande di metallo, che aveva* „ *i gradi e le linee indorate con il ſuolo intorno di pietre quadrate, che pur moſtrava le medeſime linee, e negli an-* „ *goli i quattro venti fatti a muſaico con queſta iſcrizione* UT BOREAS SPIRAT. *E ne' medeſimi termini ſi* „ *eſprime il Marliano nella ſua* Vrbis Romae Topographia cap. 6.
Marlianus legit VT BOREAS SPIRAT cum aliis. Neque enim Romani elementariâ literâ U ad Caldarii figuram accedente utebantur, ut non uno loco monuimus.

(a) *De re Ruſticâ lib. III. 5.* (b) *Geograph. lib. VI.* (c) *De antiq. Rom.*
(d) *Antiq. Roman. lib. IV.* (e) *Antiq. Rom. lib. IV. 13.* (f) *Cap. XIII. pag. 96.*
(g) *Part. II. cap. III. pag. 61.* (h) *Vide epiſt. VII. ad Bandin. fol. LIII.*
(i) *Fol. LXXI.*

fervientem negabimus, ubi praecipuâ meridiei habitâ ratione, dierum & noctium horae indicarentur? Laudatus Varro „ Meridies, *inquit*, (*a*) ab eo quòd „ medius dies D antiqui non R in hoc loco meridies dicebant, ut Praenefte „ incifum in Solario vidi, quod Cornelius in Bafilicâ Aemiliâ, & Fulviâ inumbravit. „ Cum haec ob oculos haberet Jofeph Roccus Vulpius Praeneftinum Solarium defcripturus: „ Fuit antiquis, *ait* (*b*), Solarium index motus Solis, „ nobis modo horologio a Sole, quo unice plura per faecula, veteres, diurnum ad tempus horis diftinguendum, ufi funt ---- fuit Romae in Campo Martio folarium publicum, ubi horarum index five gnomon, ut Graeci ajunt, „ Obelifcus erat ---- Praeneftinum verò Solarium antiquius multò fuiffe videtur, utpote cui antiquiffima latina lingua incifae literae extabant.

Optimè igitur cum Nardinio, Alexandro Donato (*c*) Bartholomaeo Marliano (*d*), aliifque permultis [1] ftatuemus, Obelifcum gnomonis vices praeftitiffe, Solario humi ftrato, quod aereae regulae marmore inclufae circumfcribebant. Cum ad C. Plinium Nardinius, atque ad Andream Fulvium provocaverit [2]: Muratorio occafionem praebuit, ut nihil de Solario in Naturali hiftoriâ occurrere affirmaret. Verùm parum diligenter Vir Clarifs. Plinii verba, nullifque infpectis exemplaribus, confuluit, & noftrarum rationum vim ignoravit; quod pariter de Georgio Matthiâ Bofio [3], dicendum erit, poftquam a Bandinio, & Marinononio rogatus, in commercio epiftolico vulgavit (*e*) „ non nominantur „ horae, fed Solis umbrae *dierum ac noctium magnitudines* „. Quare cum ex melioribus Plinii codicibus oppofitum innotefcat: ventorum defcriptionem, extans maximi horologii compendium, *dierum ac noctium horas*, Obelifcus pro gnomone pofitus, fibi vindicabit.

His fatis fuperque, ni fallor, ftatuminatis, cur non concident Mathematicorum argumentationes, quibus oftendere conantur Campi Martii circumitum nequaquam tanto gnomoni fufficere, ut omnibus Sciotherici horologii muneribus fungeretur? Primus caeteris viam aperuit Jacobus Zeiglerus, ubi propofitâ Sciotherici defcriptione, Campi Obelifcum ob neceffariam linearum longitudinem, umbrarumque praegrandium projectionem, horologium Solare minimè fuiffe colligit; eo quia mille pedum, exempli gratiâ, occupans fpatium, ægrè aptari potuerit „ in Campo Martio impedito aliis publicis operibus, quae & „ vaftitate aream, & altitudine umbram negaffent (*f*) „.

Fa-

ANNOTATIONES.

(1) *Permultis*. Petro Violâ, Fulvio Urfino, Philippo Pigafetrâ, Daleeampio, Pancirolio, Jofepho Scaligero &c.

(2) *Provocaret*. Andreas Fulvius, qui Romanarum antiquitatum edidit librum anno, quo Roma fuit a Caefarianis captâ, nempe 1527. *In parte*, inquit (*g*), *Campi Martis, ubi nunc eft Templum Sancti Laurentii in Lucina, in Cappello nova Cappellanorum fuit olim bafis illa nominatiffima, & Horologium fuperioribus annis effoffum, quod habebat feptem gradus circum, & lineas diftinctas metallo inaurata; & folum Campi erat ex lapide amplo quadrato, & habebat lineas eafdem; & in angulo quatuor venti erant ex opere mufivo.*

(3) *Bofio*. Quem nos Bofium cum Paciaudio hoc loco appellamus (*h*) (*de Bofe*): Georgii Matthiae (feu ut illi placet Mathiae) praenominibus in commercii epiftolici titulo diftinguitur. Emendandus igitur epiftolae titulus apud Bandinium *Gerardi M. de Bofe* (*i*).

(a) *Lib. V. de ling. Latin.* (b) *Lib. XVI. 7. pag.* 152.
(c) *Lib. III.* 16. (d) *Lib. I.* 8. (e) *Commerc. epift. pag.* 58.
(f) *Comm. in II. Plin. lib.* g) *Vide Murator citat. epift. ad Bandin. fol. LII.*
(h) *Monum. Pelopenn. tom. I. pag.* 40. (i) *Epift. VIII. fol. LV.*

Fateor iterum me ignorare, quòd plerique neotericorum Zieglerum secuti [1] tantas in umbrarum jaculatione proponant difficultates, quando Jacobus Masoous [2] vir eximii judicii, & Kirchero (a), & Mongitorio (b) testibus, mathematices, atque gnomonices peritissimus Romae degens nullam invenit; licèt Obelisco pedes CXVI. cum dodrante tribueret. Vulgatae enim adhaesit lectioni, cum horologii ichnographiam in Romano Collegio docens exhibuit, quam an publici juris fecerit, ignoro [3]. Hanc postea edidit Kircherus, illiusque descriptionem arctavit Harduinus, apud quem legimus [c]: *Horologii ejus iconem delineavit accurate Jacobus Masus e Societate nostra*. Habebat certè ob oculos Masoous antiquae Romae descriptiones, atque admirandam Campi amplitudinem, cui Solis radios circumpositae aedes, & Basilicae minimè pernegabant; ideoque capax erat in strato lapide (mille, & amplius [4] passus continente) red-

ANNOTATIONES.

(1) *Secuti*. Quamvis Zieglerus Solaris horologii conficiendi rationem proponat ad Plinii secundum volumen illustrandum; eamque locus poscere videretur: conversus tamen ad Campi Martii Obeliscum: hunc non ad Solarii vices obeundas, sed pro Meridiano tempora indicando positum affirmavit. Id satis allata ostendunt verba, ut opportunè Polenus (d), & Cametus animadvertunt (e). Ziegleri igitur, seu Zeigleri nomen a Ricciolio, Masoo, Kirchero, & Harduino (qui pro Solario steterunt) sejungendum : quâ in recensiona emendabis Peloponnensium monumentorum collectorem, ubi obiter restitues Kircheri appellationem Palearinorum incuriâ vitiatam.

(2) *Masoous*. Fuit hujus gentilicia appellatio apud suos *Masò*. Illam patrio more etiam latinè scribens auctor illustris usurpavit; unde vulgari methodo redditur a Kirchero, & Mongitorio. Minùs rectè Sotvelli typographus vulgavit (f) „ Jacobus Maso natione Siculus, patria Siracusanus Societati nomen dedit anno 1641. --- & votorum 4. professionem in ea emisit die 31. Julii 1659. docuit in ea Mathesim Romae, Melitae, & Panormi, & „ dum intra nos esset, adidit Italicè „
„ *Sphaeralogiam seu Cursus Mathematici partem quartam Panormi per Josephum Bisagnum* in 4.
Restituendum in hâc sententiâ: *Jacobus Masò ----- Syracusanus*. Rectiùs tamen latinâ inflexione appellabitur *Masoous*, eodem pacto, quo ex Italico *Cybò*, seu *Cibò* fecimus *Ciboum*. A Georgio Mullero (g), Poleno (h), itemque a Boscovichio Harduinum sequentibus dicitur *Masus* (i): a Bandinio (k), Cameto (l), & Paciandio *Masus*. Masorum, sive Masiorum (*Masi*) Gens illustris apud Ferrarienses (a quâ originem deducit Parmensis familia) toto caelo abest a Masoois (*Masò*) Syracusanis.
Interim juvabit Sotvelli sententiam retractare, unde dignoscere potarant Harduinus, & Boscovichius Masoum Societati suae calefixisse, cum id haud obscurè innuant verba: *dum intra nos esset*. Mongitorius rem ex integro aperiet, ubi legimus (m): *Jacobus Masò Syracusanus ---- in Societatem Jesu adscitus .. . mathematicas disciplinas egregiè calluit, as ipsas magno cum plausu doctissimè docuit in Collegiis Romano, Melitensi, & Panormitano. E Societate egressus Canonicorum Regularium S. Georgii in Alga institutum amplexus est. Sed anno 1668. a Clemente IX. hoc ordine deleto, Clericali habitu insignitus aliquandiu vixit, ac Syracusis Parochi munere functus est in Ecclesia Divi Thomae, ibique decessit 6. Augusti 1674. ----- Ex integro cursu Mathematicarum disciplinarum in sexdecim partes distributum, tantum edidit Italice*.
„ Corso Matematico parte quarta sperologica ----- *Panormi apud Josephum Bisagnium* 1661.
„ *Suppresso nomine* Tavola esatissima per gli Orivoli *Panormi* in 4.

(3) *Ignoro*. Ex relatis a Mongitorio constat, pauca tantùm ex partibus sexdecim Masoum edidisse; idque Panormi. In vulgatis, praesertim secundo in opere, aliqua de Campi Obelisco attigisse, licet suspicari. Verùm ad haec non provocat Kircherus, qui anno CIↃ IↃCL. sua invulgans de Obelisco Pamphilio commentaria, Masoum laudat, eo quia perfectam Augustei horologii iconem reddidisset. Hanc Romae degens, atque anno aetatis suae circiter vicesimo sexto concinnasse credendum est.

(4) *Amplius*. Kircherus vulgatae adhaerens lectioni, quae Semetempsertei Obelisco pedes 125. $\frac{3}{4}$ attribuit: necessariò debebat Sotherico, novem pedum minori, adscribere pedes 116. $\frac{3}{4}$; unde cum Masooani horologii figuram exhibet, cogebatur strati lapidis longitudinem proferre palmorum 1701. (n). Verùm si Campi Obeliscus vix attingebat pedes 73. $\frac{2}{4}$: strato lapidi sufficient pedes 1071. uncia 1. puncti 5. atomi 2. Ego tamen in eâ adhuc versor opinione, quòd Campi Martii amplitudo, Fori Agonalis ambitum longè exsuperans, recipere utique potuerit Obeliscum Sothidiano majorem, qui enormia incrementa in strato lapide jacularet. Obiter adnotandum, quòd mendosè apud Kircherum occurrunt *palmi* 116. $\frac{3}{4}$ cum *pedes* scribendum erat, uti Mullerus me prior observavit.

(a) *Musurg. tom. II. lib. IX. pag.* 291. *& Obelisc. Pamph. pag.* 79.
(b) *Bib. Sicul. tom. I. pag.* 301. (c) *Ad Plin. lib. XXXVI.* 10. *pag.* 737.
(d) *Vid. epist. ad Bandin. num. I. fol. IV. & V.*
(e) *Epist. IV. ad Bandin. fol. XXXVII.* (f) *Biblioth. Script. Soc. Jesu pag.* 570.
(g) *Dissertat. Mathematic.* (h) *Epist. I. ad Bandin. fol. V.*
(i) *Epist. III. ad Bandin. fol. XXI.* (k) *Pag.* 110.
(l) *Epist. IV. ad Bandin. fol. XXXVII.* (m) *Bib. Sic. cit. loco.*
(n) *Vide Dissertat. Mathemat. Christoph. Muller. apud Bandin. fol. LXV.*

dere descriptos arcus ab ortu, ad occasum, ut dierum noctiumque horas Romani omnes perciperent. Etsanè, si docente Strabone constat mirabilem Campi Martii fuisse amplitudinem, curuum equorumque discursionibus liberè patentem; cum inibi tanta multitudo pilâ, circo, palestrâ sese exerceret [*a*]: quâ ratione Horologium de medio tollent, Ziegleri, Mulleri, reliquorumque mathematicorum argumenta, cum locus Solario licèt amplissimo conveniat? Cum haec perpenderet Alexander Donatus, qui Sciothericum in Obelisco agnovit; Campum Martium stupendae magnitudinis fuisse jure affirmavit [*b*]. Nonne T. Livius, dum Servii Tullii censum describit, edictum Regis profert (*c*), *ut omnes cives Romani — in Campo Martio primâ luce adessent, ibi instructum exercitum omnem sue, ove, taurilibus lustravit — Millia LXXX. eo lustro censa dicuntur. adjicit scriptorum antiquissimus Fabius Pictor, eorum qui ferre arma possent, eum numerum fuisse*.

Et sanè immensus adeò erat Campus Martius, ut posterioribus etiam Reipublicae temporibus villa publica in eo contineretur, monente Valerio Maximo, ubi indignissimum Syllae facinus hisce verbis describit [*d*]: *Quatuor Legiones contrariae partis fidem suam secutas in villâ publicâ, quae in Campo Martio erat, nequidquam fallacis dextrae misericordiam implorantes obstruncari jussit*. Occisorum numerum VII. M. hominum Divus Augustinus [*e*]; VIII. M. Epitomae Livianae auctor (*f*): IX. M. Sex. Aurelius Victor (*g*) (1) fuisse asserit. Quantùm igitur spatii haec villa, nullis magnis operibus impedita, in Campo occupabat; vellemque Mathematici adnotarent Valerii Maximi verba ad villam publicam spectantia, *quae in Campo Martio erat*; unde arguerem illam Syllae temporibus utique extitisse: sed postea, modicis villae publicae operibus deletis, Campum liberali adjectione succrevisse; hâc igitur etiam de causâ stupendam illius amplitudinem Horatius (*h*), Ovidius (*i*), Propertius (*k*), Vegetius (*l*), aliique (2) (ut videre est apud Romanarum antiquitatum collectores) extollunt.

Omnia igitur recolligentes, cum hic Obeliscus non a Sesostride, sed a Sochide fuerit excisus; cum non in pedes 116. $\frac{3}{4}$ assurgeret, sed rectiùs esset pedum 73. $\frac{3}{4}$, sive cubitorum 48. $\frac{3}{4}$; ideoque illius umbra brumae confectae die horâ sextâ esset cubitorum 43. $\frac{1}{4}$ $\frac{17}{22}$: omnia mathematicorum argumenta redduntur elumbia, cum strati lapidis magnitudo ad enorme spatium minimè protrahatur. Cum gnomon mirabilem usum ad deprehendas Solis umbras, dierumque

que

ANNOTATIONES.

(1) *Victor*. Sexto Aurelio Victori in praesentiarum tribuitur opusculum de Viris illustribus, ut saepius monuimus. Hic igitur minùs abest ab occisorum numero (ubi Divo Augustino, & Livianae Epitomae auctori compareretur) quàm Lucius Florus, qui obstruncatos quatuor mille fuisse vulgavit (*m*).

(2) *Aliique*. Prophyrius apud Horatium: *Notum est*, inquit (*n*), *juventutem Romanam apud veteres & exercitatam in Campo Martio, & post hoc exercitum natare solitam fuisse in Tyberi*. Dacerius de Campo Martio (*o*): *Il étoit si grand que non seulement on y faisoit tous les exercices; mais on y tenoit les etats & les assemblées du peuple*. Nardinius, qui multorum scriptorum loca ad Campum spectantia affert, illius initium circa Augusti Mausoleum (*p*) statuit: *al Mausoleo si congiungeva il detto lato del Campo, e cominciava a mio credere con l'oriuolo a Sole fatto in terra con righe di bronzo incastrate in lastre di marmo, a cui serviva di gnomone un Obelisco di 116. piedi di altezza*.

(a) *Vide Strabon. lib. V.* (b) *Lib. I.* (c) *Lib. I.*
(d) *Lib. IX. 2.* (e) *De Civit. Dei lib. III. 28.* (f) *Lib. LXXXIIX. Vide Sigon. hoc loco*.
(g) *De Viris Illustr.* (h) *Lib. I. 7. lib. III. 8.* (i) *Fastor. lib. VI.*
(k) *Lib. II. eleg. 16.* (l) *Lib. I.* (m) *Lib. III. sub titulo Bell. Civil. Marii, & Syllae*.
(n) *Ad Horat. Od. 7. 8. libri III.* (o) *Ad Horat. Od. VIII. lib. I. tom. I. pag. 144. num. 3.*
(p) Roma Antica *lib. VI. 5. pag. 447. edit. Rom. 1666.*

que ac noctium HORAS [1] praestaret: cum stratus lapis ad magnitudinem Obelisci respondere debeat maximae umbrarum projectioni; idque manifestè evincant verba, quòd singulis diebus decresceret, ac rursus augesceret: cum foecundum Mathematici Manilii ingenium invenerit rationem, ne umbra enormia jacularet incrementa; satis superque mihi patet Obeliscum pro gnomone in Campo Martio stantem, Solaris horologii maximam partem constituisse; laetorque summopere, quòd Commentariis nostris ex integro absolutis, in manus meas venerit Johannis Baptistae Passerii Viri eruditissimi dissertatio, ubi hujus horologii rationem exhibet nuperrimè [2], nullis mathematicorum deterritus argumentis; gaudeoque omnino differre a Montuclae cavillis [3], quibus Plinio, nescio quam ob simultatem, obstigillat (*a*).

Ni mea me fallit opinio, tanta hoc loco congeruntur, ut illa etiam Salmasius, antiquiorum Solariorum impacatus hostis [4], probare posset. Si tuus propositis rationibus calculus accedit, magnificum id certè, meoque nomini gloriosum evadet [5]. Ubi opposita sentias, libentissimè contraria perlegam argumenta, quae satis diversa ab huc usque prolatis esse debent. In primis enim rogo, ut majore studio rogare non possim, ea quae Plinius scripsit, non ea quae parum diligentes Naturalis historiae bibliopolae vulgarunt, attentè considera. Interim si mihi accedis, brevis epistolae necessitatem, ubi dissentias longissimae imposui. Vale.

Ex Regiâ Parmensi Arce Prid. Id. Decembr. anno sexagesimo sexto supra millesimum & septingentesimum.

ANNOTATIONES.

(1) *Horas*. Notandum, quòd Plinius *horas* ab horologiis indicari, non a volitâ Neotericorum meridianâ lineâ, ubique tradit: legimus libro VII. *Cn. Baebius* ---- *cum a puero quaesisset horas* --- *C. Servilius* ---- *horâ diei secundâ* ------ *obiere*.

(2) *Nuperrimè*. Vide *Saggi della Società letteraria Ravennate* tom. I. *Cesena* ---- *MDCCLXV. Dissertazione III. sopra il Colosso d' Ercole Orario*.

(3) *Cavillis*. Consule, quae in dissertationis calce occurrunt. *Quest' orologio ebbe poca durata, come l'esprime Plinio: se si fossero conservati intatti almeno i solchi delle linee, averessimo una dimostrazione evidentissima del cambiamento dell' asse*.

(4) *Hostis*. Non modò Achazianum horologium, sed alia posteriora negavit Salmasi[illegible] vitioque tribuit omnibus fermè auctoribus, qui post reperta horologia, horasque scripserunt, ut ubicumque mentio extet apud veteres τῶν σκιοθήρων, vel γνωμονικῶν; de horologiis, & horis ea soleant accipere (*b*): sed quanta congerat inopportuna, ut Plinii, & aliorum convellat opiniones, habes apud Petavium (*c*), Zuzzerum (*d*), & eruditissimos Herculanenses Academicos (*e*).

(5) *Evadet*. Inter memorabiliora Pontificatus Benedicti XIV. Muratorius hujus Obelisci inventionem recenset (*f*). Gratum Reipublicae literariae futurum sperarem, si Clementis XIII. Principatu verum primigenii positoris nomen innotesceret; itemque mirabilis usus ratio constaret adversus ea, quae penè omnium suffragio apud Bandinium (*g*), atque in magno Encyclopaediae opere traduntur (*h*).

[a] *Vide har. Disq. lib.* IX. *pag.* 203. (b) *Exercit. in Solin. pag.* 445. & *seq.*
[c] *Variar. dissertat. ad Uranolog. lib. VII. cap.* 5. 8. 9. (d) Dissertaz. seconda *pag.* 69. 73. &c.
[e] Citat. Praefaz. *tom. III.* [f] Annal. Ital. *tom. XII. part. II. pag.* 326. *ann.* 1749.
[g] *De Obelisco Caesar. August. cap. I. pag.* 1. & *seq.* [h] *Tom. XI. in voce* Obélisque.

FINIS . LIBRI . UNDECIMI . ET . TOMI . SECUNDI

INDEX PRIMVS

VIRORVM, FEMINARVM, NVMINVM &c.

Adjectis Librorum titulis, qui ad Anonymos, vel ad multos spectant.

A

C

Cor-

E

F

Frel-

G

H

I

K

L

Lu-

M

Me-

N

O

P

S. Vin-

Q

R

Ro-

S

Sex.

T

V

Vice-

W

X

Z

INDEX SECVNDVS

RERVM NOTABILIVM

A

B

Esco-

C

D

E

F

G

H

I

L

M

Mo-

Va-

I N-

INDEX TERTIUS
AD GEOGRAPHIAM PERTINENS.

A

Asphal-

D

E

Ges-

M

N

O

P

Sa-

T

V

W

Z

F I N I S.